





THESAVRVS
IVRIS ECCLESIASTICI
POTISSIMVM GERMANICI

SIVE

DISSERTATIONES
SELECTAE
IN IVS ECCLESIASTICVM

QVAS

IVXTA SERIEM INSTITVTIONVM EIVSDEM IVRIS

A SE EDITARVM

IN ORDINEM DIGESSIT,

ILLVSTRAVIT ANIMADVERSIONIBVS NOVIS,

ADAVXIT LVCVBRATIONIBVS PROPRIIS


ANTONIVS SCHMIDT

U. J. D. ATQVE IN ELECTORALI ET ANTIQVISSIMA UNIV.
HEIDELBERGENSI SS. CAN. PROF. P. ET O.

TOMVS IV.

AD PARTEM SECUNDAM INSTITVTIONVM SVARVM.





SVMPTIBVS TOBIAE GOEBHARDT

PROSTAT

HEIDELBERGAE, BAMBERGAE ET WIRCEBVRGI.

MDCCLXXIV.

CONSPECTUS

Dissertationum Tomo hoc contentarum, quarum singulis animadversiones novae subnexae sunt.



I. NELLER *de sacrae Electionis processu, Diss. altera, Trevir.* 1756.

II. DE ECKART *Diss. de Jure Principis Catholici circa sacra subditorum suorum Protestantium, Mogunt.* 1750.

III. BANNIZA *Discursus de Jure Reformandi singulis Imperii Civitatum incolis aut etiam majori civium parti non competente, Wirceb.* 1744.

IV. DE ALBINI *Diss. de anno decretorio opificum collegia non concernente, Wirceb.* 1771.

V. DÜRR *Diss. de eo, quod justum est circa Jus Reformandi in territorio oppignorato, cujus facta est reluitio, ad Art. 5. §. 27. Mogunt.* 1760.

VI. ENDRES *Diss. de subditis quondam oppignoratis a communi alias anni Decretorii beneficio penitus exclusis, Wirceb.* 1770.

VII. EIUSDEM *Diss. de pactorum Hildesiensium in confirmanda communi Catholicorum doctrina circa Simultaneum efficacia, Wirceb.* 1765.

VIII. EIUSDEM *vindicata pactorum Hildesiensium in confirmanda communi circa Simultaneum doctrina efficacia, Wirceb.* 1771.

IX. DE

IX. DE PIDOLL *aut potius* NELLER *Diss. de clausula Art. IV. Pacis Rysvvicensis, Trevir. 1762.*

X. BARTHEL *Diss de justis pactorum inter Dominos territoriales eorumque Status provinciales et subditos limitibus, Wirceb. 1771.*

XI. NELLER *in Anecdotum Trevirense de libertate Ecclesiastica vindicata, Trevir. 1768.*

XII WEDEKIND *Georg. Jos. Diss. de Jurisdictione Ecclesiastica Dominis territorialibus Catholicis Laicis in subditos Protestantes competente, Heidelb. 1766.*

XIII. NELLER *Diatribe de Jure Dioecesano S. R. J. Statuum Protestantium, Trevir.*

XIV. BOCRIS *Diss. de onere probandi subditis a Domino territoriali in Religione dissentientibus regulariter incumbente, Bamb. 1745.*

XV. REIZER *Diss. de jure et praxi circa sacra in castro nobili e triplicis aevi lapsu investigatis, Bamb. 1757.*

XVI. IPSIUS EDITORIS *Diss. de Processibus in causis Religionis ab Imperatore non permittendis ad Capitulat. Caesar. Art. 1. §. 11., Heidelb. 1771.*

XVII. DÜRR *Diss. de eo, quod justum est circa Repressalias in causis Religionis in Imperio Romano Germanico, Mogunt. 1771.*

XVIII. RIEFFEL *Diss. de modo agendi in causis, in quibus Status in duas partes eunt, secundum Leges et Formam Imperii considerato, Wirceb. 1768.*



I.


GEORGII CHRISTOPHORI NELLER J. U. D.
in Univ. Trev. SS. Can. Prof. P. et O. etc.

DISSERTATIO ALTERA

DE

SACRAE ELECTIONIS PROCESSU A CONSENSU ELECTI USQUE AD FINEM PRACTICE DEDUCTO.

Treviris 1756.



§. I.

De consensu, jure, ac potestate electi Episcopi.

1. Ante, quam sit publicata ipsa *electio*, licet fuerit publicatum *scrutinium*, consensus electioni, quae adhuc est quasi embrio, praemature praebitus non valet. *Cap. 46. h. t.* *

* Siquis tamen *consentiendo nudis votis* praevolaret, non incurreret propterea *vitium ambitus*, ut quidam volunt: posset ergo is, qui accurat electionis formali-

malitates, monere directorem, ut prius publicet electionem; & hoc facto electus repetet consensum præmature datum.

2. Publicatam electionem (quoniam hæc etiam de *absente*, & *inscio* celebrari potest. *Cap. 20. h. t.*) tenentur eligentes *intra octo dies*, postquam commode poterunt, præsentare, seu significare Electo. *

* Cap. 16. h. t. in 6. ubi hæc pœna: *si eligentes electiones ipsas*, concorditer, vel in discordia, celebratas, *intra octo dies*, postquam commode poterunt, *Electo præsentare distulerint*, *ipsos*, *qui culpabiles in hoc extiterint*, *quoad se*, *a processus prosecutione totaliter excludentes*, *omnibus beneficiis suis*, *quæ in ipsa Ecclesia*, *de cujus provisione agitur*, *obtinent*, *per triennium continuum*, *ex tunc inchoandum*, *volumus* eo ipso *fore suspensos*, *ad quæ*, *si intra illud tempus se propria temeritate*, *vel alio quæsito colore ingesserint*, *illis* ipso jure *perpetuo sint privati.* Per hoc Capitulum posterius determinatur dispositio *Cap.* 6. *eod.*, quantum ad verba hujus nimis vaga: *quam citius commode poterunt.*

3. Interea vero, dum exspectatur Electi consensus, postulat ipsa electionis semel factæ constantia, ut non liceat ab ea pœnitendo recedere electoribus. *Cap. 21. in fin. h. t.* *

* Ibi: *etiamsi dictus Præpositus nondum electioni de se factæ consenserit*, *eo tamen CONSENTIRE VOLENTE*, *vos electionem ipsius confirmetis.* Conf. *Cap.* 17. *de præb. in* 6. Hoc jus singulare est contra ordinarias regulas, per quas pollicitanti, vel offerenti ante acceptationem alterius licet pœnitere. Singularitatis ratio non est hæc, quam dat PANORMIT. *in cap. penult. de postul.* quod Canonici elegerint *jure non proprio*, sed *ex officio eis a jure delegato*, & sic eligendo functi sint suo officio, sicut judex delegatus sententiando: sed, quia variandi licentia traheret secum plura incommoda: hinc in provisionibus Ecclesiarum *retrogradi* non licet, sed necesse est, identidem *progredi.*

4. Certior de sui electione factus spatium *mensis* habet ad deliberandum, *an velit Episcopatum acceptare*, *nec ne*: quo lapso, nisi consenserit, *eo ipso* excidit jure quæsito. *Cap. 6. h. t. in 6.* *

* *Exceptio* ibidem fit: *nisi conditio persona amplius spatium requirat:* puta, si Religiosus foret electus, qui propter Abbatis sui absentiam non posset tam cito obtinere ejus consensum: quo casu electores ipsi moderantur ei tempus, intra quod nisi obtineat Superioris sui veniam, ex tunc proceditur ad aliam electionem. *Ibid.* nam & hunc ipso jure privatum esse, decidit *Extrav.* 2. *h. t. int. com.* Vix est autem, quod hic docet Glossa, ut Regulari electo currat mensis deliberatorius modo *a die obtentæ licentiæ:* quamvis enim ante istam non potuerit *consentire*, potuit tamen secum sufficienter *deliberare;* ut male hunc in casum allegentur a Glossa jura illa, quæ statuunt, impeditis non currere tempus.

5. Effe-

5. Effectus exhibiti in electionem consensus est duplex: nam

a) Per mutuum illum consensum eligentium, & electi, *quasi-conjugale vinculum* spiritualiter contrahitur. *Cap.* 21. *h. t.* secundum elegantem allegoriam *Cap.* 4. de translat. *spirituale fœdus conjugii, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum.* Quo non obstante potest electus, invitis etiam eligentibus, renunciare juri suo, & sine postulatione ad aliam Ecclesiam eligi. Exemplum Trevirense habes *in dissert. præced. ad h. t.* §. *VI. num.* 4. *in not.* Conf. dicta *ad tit. de postulat.* §. *II. num.* 6. *lit. b.*

b) Electus consentiens acquirit *verum jus*, non quidem *in re*, sed *ad rem*, id est Ecclesiam, duntaxat, instar *sponsi de futuro.* Non invenitur esse fundatum, *quod electio olim esset nuda designatio personæ, quodque electus tantum per consecrationem constitueretur in jure, sicque ignotum fuerit hoc jus ad rem:* imo potius docet omnis ævi historia, electos jus suum ad Ecclesias viduatas strenue vindicasse. Quidquid sit: certi juris pridem fuit hoc jus ad rem ex consensu electi quæsitum: Unde ex *Joanne Andrea* refert PANORMITAN. *in cap. penult. de post.* quod electus possit *superbe* (id est, sine tanta humiliatione) *accedere ante Superiorem,* Papa inferiorem, *etiam capucio, vel bireto non elevato, si confidat de idoneitate personæ suæ, & comminari, quod, nisi ipse confirmet, habebit recursum ad* Superiorem. Aliud docet *de præsentato a patrono.*

Additio. Hoc *jus ad rem* non transit *in jus in re* per deductionem in chorum, quæ si electus adsit, solet statim post præstitum consensum fieri in chori cappa cum cereo ardente sub decantatione hymni Ambrosiani; quia causa & titulus ejus ante confirmationem non est integer, & perfectus, consequenter nec qualificatus ad dandam *veram possessionem,* & *jus in re:* alias sequeretur, quod *Capitulum eligens* daret Electo *ipsum actuale jus episcopale,* & non ipse *Superior confirmans;* sequeretur etiam, quod, si contingeret Electum mori, ecclesia vacaret per obitum ejus; cum tamen neo-electo decedente ante confirmationem censeatur Ecclesia adhuc vacare *per obitum præcedentis Prælati.* Conf. *Cap.* 16. *de Accus.* ubi Electus ante confirmationem nominatur *promovendus,* post confirmationem vero *promotus.*

6. Quamdiu electio nondum est confirmata, regula est, *abstinere debere electum ab administratione Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus.* Cap. 18. de præb. Alias, si immisceat manus, etiam *œconomatus,* vel *procurationis interimisticæ* nomine, aut quovis alio quæsito colore,

a) Jure, si quod ei per electionem acceptatam quæsitum est, eo ipso privatur. *Cap.* 5. *h. t. in* 6.

b) Juramenta, a clericis, & laicis recepta, non tenent. *Cap.* 17. *h. t.*

c) Honorum, vel præbendarum concessio, & quævis aliæ ordinationes de rebus Ecclesiæ, in irritum revocantur. *Cap.* 9. *h. t.*

7. Excipiuntur ab hoc prohibitivo canone,

a) Qui a D. Papa obtinuerunt *Breve administrationis*, vulgo vocatum *Placet* pontificium, *Cap.* 42. *h. t. in* 6. ante cujus adventum multi non utuntur dispensativa facultate *Cap.* 44. *h. t.*, inquit Clariss. Böckhn *hic num.* 113. Et sic observatur in Metropolitana Salisburgensi, ubi Capitulum administrat, donec Roma adveniat hoc *Placet.*

b) Valde remoti ab Urbe, videlicet ultra Italiam constituti, NB. *si electi fuerint in concordia*, possunt propter necessitates, & utilitates ecclesiarum *in spiritualibus, & temporalibus DISPENSATIVE* (ipso nempe canone dispensante) administrare. *d. cap.* 44. §. 1. *h. t.*

8. In *spiritualibus* potest talis electus libere exercere omnia, quæ *jurisdictionis episcopalis* existunt,* non secus, ac si esset jam confirmatus: ** Illa vero, *quæ ministerium consecrationis exposcunt*, id est, ea, quæ sunt *Ordinis episcopalis*, per se, *nisi fuerit jam Episcopus*, exercere non potest: faciet ergo Confirmationis Sacramentum, Ordinationes, Ss. oleorum benedictionem, templorum consecrationes, Abbatum benedictiones &c. expediri *delegando* (quod jurisdictionis est) per alios Episcopos. *Cap.* 42. *h. t. in* 6.

* Ordinata diœcesana facere, causas cognoscere, & dijudicare, confirmare electos, instituere præsentatos, constituere sibi Vicarium generalem, Officialem, Assessores, in pristinam activitatem revocare curiam episcopalem &c.

** Excepta alienatione: *sic tamen, ut de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent.* d. cap. 44. & 42. Quos vero jurisdictionis actus ne ipsi quidem *confirmati* exercere possunt, illos tanto minus *solum electi.* Vid. §. *II. num.* 16. *not. b.*

9. Quoad *temporalia* potest, quidquid Princeps Imperii sæcularis ante investituram Cæsaream *jure successionis hereditariæ*, ipse electus *jure successionis electivæ*, non solum *intra suas terras*, sed etiam *in S. R. Imperio*:* idque non ex hac ratione, quod hæc jura competant Episcopis Germaniæ, non *ut Personis Ecclesiasticis*, sed *ut Imperii Germanici Principibus*: si enim non fieret Episcopus ob vitium personæ, vel electionis, caderet quoque qualitas Principis: Sed, quia dispensatio. *Cap.* 44. *h. t.* viget in Germania.

* Itaque potest stipulatæ manus, & juramenti fidem mox recipere a suis ministris, militaribus, consiliariis, officialibus, imo & homagia a civibus, nisi malit differre: reponere dicasteria sæcularia in præhabitam jurisdictionem: ordinare nova: reformare res, & personas: Potest adire Comitia Imperii per se, vel suos Legatos, si Princeps Elector sit, electioni Imperatoris cum voto, & sessione interesse, si Circuli cujusdam director, munus statim obire &c. Lymnæus *J. P. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. & 41. ubi præter exempla Electorum *Moguntinorum*, & *Coloniensium*, qui ante confirmationem Recessibus Imperii subscripsisse dignoscuntur, & esse recepti in Electorale Collegium,

gium, adduxit etiam casum Trevirensem in JACOBO ab ELTZ, qui *tanquam electus* subscripserit anno 1570. 71. & 76. Sed lapsus est *Lymnæus*: nam confirmatio, & consecratio JACOBI III. tanto tempore dilata non fuit. Solo anno 1567. se scripsit *Electum Trevirensem. H. D. T. Tom. III. pag.* 13. *Recess. Imp. Erford. de anno eod.* 27. *Septembr.* Anno vero 1568. se jam simpliciter scripsit *Archiepiscopum Electorem.* H. D. T. *cit. Tom. pag.* 14. neque aliter in Recess. Imp. de annis 1569. 70. 71. & 76. Interim, quod diximus, satis probatur per subscriptionem Recess. Imp. de an. 1567.

10. Signanter dictum est in præcit. Cap. 44. *si electi fuerint in concordia:* nam, si *in discordia*, neuter ex electis deberet occupare administrationem, vel res Ecclesiæ ante finem controversiæ:* neuter etiam vel *a subditis*,** vel *a Cæsare*, & *Imperio*, recognosci.

* Quia tamen necessitas non habet legem, & melius est, intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, ideo *pro casu extraordinario*, ne factio adversa anteoccupatione prævaleat, puto, quod is de contendentibus electis, qui majoris justitiæ fiducia nititur, cum parte Capituli sibi adhærentis, Episcopium insidere, urbes, & oppida sibi assecurare, & cœtera agere valeat, *quæ instantanea necessitas jubet:* sed *non ultra*, ut saltem *canon* observetur, quatenus potest. Exempla Trevirensia lege in MARTENIO *Tom. IV. Vet. Script.* anno 1182. de *Folmaro* & RUDOLPHO. *pag.* 214. anno 1242. de ARNOLDO II. & RUDOLPHO de Ponte *pag.* 249. Vid. etiam, quæ memorantur *ad tit. de postul.* §. *IV. num.* 2. *lit. c.* de JOANNE Badensi.

** Ita, cum anno 1131. ADALBERO, Primicerius Metensis, a parte Cleri electus esset, Principibus tamen, & populo Trevirensi, acriter repugnantibus, ac dissensione per continuum annum protracta, modo anno 1132. inthronisatus fuit, discordia *jussu Apostolici*, & *imperio Regali* sedata. MARTENE *Ibid. pag.* 167.

QUÆSTIONES.

Ad num. 4. *hujus* §*phi.*

An, qui electus cognoscit, se laborare impedimento *occulto*, *dispensari solito*, acceptare possit electionem de se factam, sub proposito petendæ dispensationis?

R. *Neg.* (1.) Ex *Cap.* 20. *h. t.* ubi quidam illegitimus electus laudatur a Papa, quod *sponte, ac humiliter suum maluit confiteri reatum, quam LÆSA CONSCIENTIA thronum conscendere pastoralem.* (2.) Quia talis agnoscit, se in veritate esse ineligibilem: ergo nequit acceptare bona conscientia electionem, quæ nulla est, per consequens nullum ei titulum tribuere potest. (3.) Qui ex eligentibus scit hocce occultum impedimentum, non potest eum salva conscientia eligere: ergo neque electus poterit consentire, & se publice pro electo gerere. (4.) Vel iste sibi vellet procurare dispensationem *occultam*, vel paten-

patentem in literis confirmationis: prior nihil ei prodesset *pro foro externo*, & sic externa confirmatio ex defectu intentionis semper foret nulla: posterior æque revelaret impedimentum, quam humilis confessio tempore insinuatæ sibi electionis: nihil autem confusionis ei afferret deprecatio dignitatis delatæ, imo gloriam: dicente ipsa lege sæculari 31. C. de Episcop. *Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi: profecto enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus.*

Ad num. 7. lit. b.

An *Extravag. 1. h. t. int. com.*, dum statuit, nemini eorum, qui apud curiam Romanam promoventur, inde absque literis provisionis recedere licere, *vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere*, sustulerit quoad remotos privilegium *Cap. 44. h. t.?*

℞. *Neg.* Quia speciei non derogatur per genus: est autem Constitutio illa Bonifaciana generalis, privilegium *Cap.* 44. speciale. Totum punctum, & unicus scopus istius Extravagantis est, *debere literis expeditis probari id, quod Romæ dicitur esse obtentum*, sive sit confirmatio, sive consecratio, aut benedictio: non video itaque ullum juris fumum in opinione *Passerini* contrariis apud Engel *hic num.* 51.

§. II.

De confirmatione electi Episcopi, ejusdemque processu, & effectu.

1. Confirmatio est muneris pastoralis ad præviam electionem a Superiore facta collatio. *

* Differt confirmatio (1.) a *collaudatione*, vel *comprobatione*, & *assensu*: quia *collaudari* potest electio etiam ab iis, qui electo nihil conferunt muneris pastoralis, sed vel sola impendunt *temporalia*, ut Reges, vel amicitiam *Communionis*, & *congratulationis*, ut Coëpiscopi. *Vid. can.* 9. *dist.* 63. Metropolitani tamen, & Comprovincialium assensus, electioni Cleri, & populi accedens, olim *vicem confirmationis* habebat: *Vid. infra num.* 2. quo modo verum est, semper distinctos actus fuisse consecrationem Episcopi, & confirmationem: quamvis hæc vetus confirmatio neutiquam fuerit *ordinatio Sedis*, sed *modus, ei præficiendi Pastorem*, sed *sola consecratio*. Differt (2.) a *Provisione*. hæc enim vel sumitur *large*, prout quemlibet modum vacantia beneficia replendi complectitur, vel *stricte*, prout est ordinatio Sedis *independenter ab electione*, puta ad *solam nominationem*, vel *ex libera collatione*. Hinc *in tit. III. Concordat. Gall.* non legitur *confirmandi* verbum, sed *providendi*: & alias cassata electione in bulla sua dicit Pontifex: *providemus*, non *confirmamus*. Differt (3.) ab *Institutione*: quia hoc verbo solum utimur quoad *canonicatus*, *parochias*, *vicarias*, & *altaria*, sive hæc beneficia sint *liberæ collationis*, sive *patronata*.

2. Ele

2. Electionis epiſcopalis confirmatio (id eſt *ſententia ei conſentiens*) olim ſpectabat ad Metropolitanum, & comprovinciales Epiſcopos, * fiebatque *per medium cujusdam Synodi extraordinariæ.* Metropolitanos confirmabat Patriarcha. *Arg. can. 6. diſt. 65.* Patriarchas Papa Romanus. *Cap. 40. h. t.* ** quatenus, ſicut in *Hierarchia cœleſti*, ita quoque in *eccleſiaſtica* inferiores Angeli gradatim a ſuperioribus illuminarentur.

* *Can.* 9. *diſt.* 24. *Can.* 2. 3. 4. *diſt.* 65. *Can.* 1. *diſt.* 92. *Can.* 8. *diſt.* 64. ubi Nicæn. I. *Illud autem omnino eſt manifeſtum, quod, ſiquis* absque Metropolitani ſententia *factus ſit Epiſcopus, eum magna Synodus definit, non oportere Epiſcopum eſſe.* Add. *Can.* 6. *diſt.* 61. ex Concil. Laodic. *Epiſcopum non oportet* præter judicium Metropolitanorum, & finitimorum Epiſcoporum *conſtitui ad eccleſiæ principatum.* Item Conc. Tolet. IV. cap. 19. *Sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus propriæ civitatis elegerit*, vel authoritas Metropolitani, vel Comprovincialium Sacerdotum acceſſio, *exquiſivit.* Confer Concordatum Calixtinum de anno 1122. *Metropolitani, & Provincialium conſilio, vel judicio.* Et hoc jus durabat adhuc tempore Decretalium Gregor. IX., ut patet ex *Cap.* 21. 32. 44. *h. t.* Adhuc circa an. 1263. Henricus a Vinſtingen Trevirenſis, qua Metropolitanus confirmavit Philippum Metenſem. *H. D. T. Tom. I. pag.* 766. *b.* 772. *b.* 776. *a.* nec erat propter hoc accuſatus Romæ fiſcaliter, ſed ideo ſolum, *quod præſumpſerit confirmare illiteratum.* Ipſe Nicolaus III. *in Cap.* 16. *h. t. in* 6. ſupponit, ſuo tempore non quorumlibet Epiſcoporum confirmationes pertinuiſſe ad Sedem Apoſtolicam.

** In noſtro *Occidente*, cum Papa ſemper fuerit ſolus, & unicus *Patriarcha major*, ipſe omnes confirmabat Metropolitanos, tanquam ſibi immediate proximos. *Vid. can.* 10. *diſt.* 63. Conf. *Geſta Trevir. apud Martene Tom. IV. pag.* 197. ubi. cum Bruno poſt obitum Meginheri anno 1130. unanimiter eſſet electus, *legati Trevirorum adeuntes* Innoc. II. tunc in Galliis exulem, *poſtulabant, ut electionem ſuam firmare, & perficere non differret.* Ex eadem regula *immediatæ ſubjectionis* Papa confirmavit poſtea Epiſcopos, & alios, qui *nullo medio* Romanæ ſubjiciebatur Eccleſiæ. *Cap.* 44. *h. t.*

3. Verum a quatuor ſæculis *per totum Occidentem* invaluit, ut ſolus Papa omnes Epiſcopos, *etiam mediatos*, confirmaret. *

* Initium hujus moris, & juris videntur præbuiſſe *tot diſcordes electiones*, & deſuper *interjectæ ad Papam appellationes:* nam *in cit. cap.* 16. *h. t. in* 6. duo fundamenta expetendæ a Sede Apoſtolica confirmationis expreſſit Nicolaus III. *Electionum confirmationes ad ipſius Sedis examen deducit* immediata ſubjectio, *vel* appellatio interjecta *devolvit.* Promovit hoc *Regula Cancell. II.*, per quam Joannes XXII., primus, ut creditur, ſibi, ſuæque proviſioni reſervavit *omnes Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales eccleſias*: ab hac enim reſervatione non receſſit Apoſtolica Sedes, niſi evicta ſibi omnium Epiſcoporum, ſive im- ſive mediatorum, confirmatione. Sic per Concordata Galliæ Rex nominat: Papa providet: &

& per Concordata Germaniæ liberæ electiones in Metropolitanis, & Cathedralibus, *etiam immediate non subjectis Sedi Apostolicæ*, jubentur deferri ad dictam Sedem. Atque has Episcoporum promotiones D. Papa sibi usque adeo reservat, ut, licet *jure Decretalium* Legatus *a latere* Archiepiscopos, Episcopos, & Exemptos in provincia sibi decreta confirmet. *Cap.* 36. §. 1. *h. t. in 6* vix tamen hodie *absque specialissima* concessione Papæ hoc eorum privilegium procedat.

4. Unicum in Germania superest antiqui juris metropolitici *in confirmando Episcopos* exemplum. Nempe Archiep. *Salisburgensis* quatuor suos Suffraganeos, *Chiemensem*, *Gurcensem*, *Seccoviensem*, & *Lavantinum*, solus instituit, & ordinat in hunc usque diem, independenter ab omni Sedis Apostolicæ examine, & promotione.*

* Ita Reverendiss. D. PILATUS *Orig. Jur. Pontif. lib.* 1. *tit.* 7. *pag.* 70. ENGEL *ad tit. de præb. num.* 16. BÖCKHN *hic num.* 118. referens, quod ipse NICOLAUS V., cum quo Concordata Germaniæ fuerunt inita, anno 1448. per bullam, quæ habetur *in Historia Salisburgensi pag.* 999., declaraverit, juri Archiepiscoporum Salisburgensium ob merita singularia in dictas Ecclesias per Concordata nihil fuisse detractum.

5. Petenda autem est Romæ confirmatio *intra tres menses*, a consensu electioni præstito computandos: alias, justo impedimento cessante, electio eadem *eo ipso* viribus vacuatur. *Cap. 6. in fin. h. t. in 6.* Sed & Electus debet *intra unum mensem* post consensum iter Romam *personaliter* arripere, ibidemque processui confirmationis vacare. *Cap. 16. h. t. in 6.**

* Hæc constitutio firmata fuit Concordatis Germaniæ: *Quas* (electiones) *etiam ad tempus constitutionis fel. record.* NICOLAI *Papæ III.*, *quæ incipit:* Cupientes, *exspectabimus, & elapso dicto tempore, si non præsentatæ fuerint, providebimus.* Nihilominus Germani, aliique similiter *remoti* Electi propter itineris molestias, ac sumptus, nec non pericula, quæ Ecclesiis istis ex absentatione possent imminere, coram D. Papa comparent *per procuratorem*, sive *Agentem* suum, excusantes personalis comparitionis intermissionem, juxta benignitatem *cit. Cap.* 16. Ex Trevirensibus tamen electis, & respective postulatis ad D. Papam *personaliter* perrexerunt anno 1128. MEGINGERUS, anno 1286. BOEMUNDUS I., anno 1308. BALDUINUS. *Martene Tom. IV. pag.* 196. 346. & 378.

Additio. Quamvis vero sæpe *cit. Cap.* 16. velit, ut *duo saltem procuratores de Capitulo eligente* accedant curiam loco electi, hoc tamen Germani raro practicant.

6. Tempus exspectationis ejus, qui iter arripuit, moderatur secundum distantiam locorum, & qualitates viarum, brevius, longius. *cit. cap. 16.* Qui

post-

post moderatum tempus emanet 20. diebus, excidit jure suo, nisi intra eosdem adhuc currentes proponat D. Papæ probabilem moræ excusationem; de qua intra 15nam faciat plenam fidem. *Ibid.*

* Non est excusatio justa, quod forte nunc vacet Romana Sedes: nam *Clem.* 2. *§. ult. h. t.* vult, *ut electi & alii, qui ex quacunque causa ad Sedem Apostolicam venire, vel mittere sunt adstricti, ad ipsam*, cum vacat, ac si non vacaret, *venire, vel mittere teneantur.* Ratio hujus statuti est, quia tam ex provisis remediis, quam ex orationibus ad Deum, sperandum est, quod breviter novi Papæ electio celebretur. Ex cit. Clementina illud quoque arguitur, *quod Sede Apostolica vacante confirmatio non revolvatur ad Metropolitanos*, quemadmodum in simili collatori ordinario beneficiorum ex communi DD. sententia reviviscit jus suum in mensibus papalibus Sede vacante: quia, quantum ad præsentationem electionis, Sedes habetur, ac si non vacaret.

7. *Personaliter* comparens Electus non tantum debet præstare illa, quæ procuratores ejus, de quibus paulo inferius; sed insuper tenetur

a) Juxta Concil. Lateran. V. omnes Cardinales in curia commorantes, sive majorem partem Collegii adire, antequam Ecclesiam proponat, ut, quæ illi a referente Collega sint audituri, oculata fide, quantum ad personam promovendi attinet, cognoscere possint. *Const.* GREGOR. XIV. Onus Apostolicæ *id. Maji* 1591. §. 11.

b) Examen literaturæ suæ subire in S. Congregatione Cardinal. examinis Episcoporum; de quo vide PLETTENBERG *in Notit. Congregat. Cap.* 23. *pag.* 718. ubi dicit, promovendum examinari ex ea Facultate, in qua quisque versatus est, videlicet ex Canonibus, & decretis, ex Theologia scholastica, & morali; *quamvis ut plurimum* (addit) *examen hoc ad pauculas quasdam quæstiones, easque non valde difficiles, ex Theologia morali hoc tempore restringi soleat.*

8. Cum remotis sit *duplex* in ordine ad confirmationem *processus*, videlicet *informativus* in partibus * & *ultimatus* in Curia.

* Id quod perquam conforme est SS. Canonibus, ut qui volunt, ut informationes *quoad personam* sumantur *in loco transactæ vitæ*, vel saltem prope illum. *Cujus vita, vel actus, quia melius possunt, ubi est conversatus, cognosci, inquirantur ibidem:* ait *Cap.* 3. *h. t.* Add. *Cap.* 40. *eod.*, in quo Notario, seu legato suo demandavit Innoc. III., ut de meritis electi, & postulati ad Constantinop. ecclesiam inquireret diligentissime apud Venetias, *ubi nati fuerunt, & diutius conversati*: De studiis autem eligentium, & postulantium, & omnibus generaliter, quæ causam possunt instruere, apud Constantinopolim, *ubi hujusmodi postulatio, & electio celebratæ fuerunt.* Instauravit hos canones Trident. Sess. 22. cap. 2. de Reform. *Quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens, in Curia fuerit, a Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nunciis provinciarum, aut ejus* (electi) *Ordinario, eoque deficiente, a vicinioribus Ordinariis sumatur.*

9. *Informativum* processum nemo alius *extra Curiam* instruere præsumet præter illos, quos *Sess. 22. cap. 2.* designavit Tridentinum; * nisi forte Papa speciale mandatum alteri cuipiam dederit. *Cit. Const. Gregor.* §. 5. Sunt autem ordinarie *Nuncii Apostolici;* & quidem hoc in tractu *Coloniensis*, ad quem mittuntur duo, vel tres viri graves, pii, prudentes, docti, *qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, sincerum, ac fidele testimonium dare velint.* Ibid. §. 8.

* Si forte aliquis eorum ipsi promovendo *usque ad tertium gradum inclusive* consanguineus fuerit, vel affinis, pro eo casu exclusus est, & is, qui in Tridentino proxime illum nominatur, in munere examinis succedit. *Ibid.* §. 5.

10. Statuit equidem, ac mandavit Tridentina Synodus, ut quique *Metropolitani* in Concilio provinciali conficerent *formam examinis, inquisitionis, & instructionis faciendæ, quibusque locis, & provinciis propriam, eisque magis utilem, atque opportunam*, Romani Pontificis arbitrio approbandam: *Sess. 24. cap. 1. de Reform.* Verum, nunc etiamnum verificatur, quod dicit Gregoriana Constitutio: *Neque id hactenus, nisi a paucissimis, factum est, neque spes est, nisi longissimo temporis spatio, ut ab omnibus fiat. §. 4.* præsertim in nostra Germania, in qua *jam ultra duo sæcula* non habebantur Synodi provinciales. Itaque GREGORIUS XIV. admovit manum, & formam constituit, quam hodieque sequitur Curia: Hujus autem sequentia sunt capita:

a) D. Nuncius *per se* hoc examen promovendorum peraget; poterit tamen 1) unum, vel alterum ejus articulum personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subdelegare. 2) suum Auditorem, vel alios viros peritos in adjutorium assumere. §. 7.

b) Nullam probationem *per documentum* recipiet, ac processui inseret, *nisi publicum*, seu authenticum. *Ibid.*. Inter hæc testimonia unum hoc est, quo doceatur Electi *gradus doctoralis*, aut *Licentia in Theologia*, vel *Jure canonico*, aut saltem certificetur, *quod sit idoneus ad docendum alios.* Tamen, quia circa doctrinam plures fraudes committi solent, & sæpe contingit, ut nonnulli scientia vacui de solo Doctoris titulo, aut privilegio glorientur, voluit Gregorius, *ut de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel doctoratus, vel licentiæ titulis, & privilegiis gaudent, vel etiam a publicis Academiis testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos*, nisi forte aliquorum insignis doctrina ex publica ipsorum functione notoria esset. §. 9.

c) Testes (qui juramentum *de veritate dicenda*, & respective *credulitatis* præstabunt) non admittet quoslibet, sed informatos, hujus ardui negotii peritos, & omni fide dignos. §. 8.

d) Articulos, super quibus examinabuntur testes *non ipse Promovendus* offeret; sed D. Nuncius eosdem ipsemet concipiet. §. 7.

e) Testes examinabit *seorsim, ac sigillatim*, reducendo etiam eis, si judicaverit expe-

expedire, in memoriam tam juramenti religionem, quam perjurii gravitatem, *ipsosque reos fore, apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo rei erunt, qui promovebuntur, si vel falsa narrando, vel retinendo vera, in causa erunt; ut homo indignus, vel minus idoneus, Ecclesiæ præficiatur.* §. 8.

f) Examinabit autem eos *de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia Electi: de legitimis, & catholicis natalibus, Baptismo, Confirmatione, ordinibus, ætate &c.* §. 6. secundum requisita SS. Canonum, præsertim can. 2. dist. 23. *Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus.* Adde *Trid. Sess.* 7. *cap.* 1. & *Sess.* 24. *Cap.* 1. *de Reform.* Sed &

g) Examinabuntur hi testes *super statu ecclesiæ*, cui præficietur §. 10. E. g. An fabrica Ecclesiæ Cathedralis sit in bono statu, an executioni data sint decreta Tridentina de præbenda Theologali, & Pœnitentiariæ majoris in Cathedrali, an adsit sufficiens pro tota Diœcesi Seminarium Clericorum &c.

h) His actis apponetur instrumentum professionis fidei, juxta formam Tridentinam de verbo ad verbum: scribet in ea post *Ego NN.* Electus nomen suum propria manu: subscribet Prælatus delegatus a D. Nuncio ad eandem ab Electo recipiendam. *d.* §. 10.

i) Omnia acta hujus examinis, & inquisitionis informativæ transmittet D. Nuncius, vel Prælatus inquirens, ad Curiam, *cum voto*, in ejus subscriptione, vel separatis literis, significans, *quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo judicio habenda sit, simul etiam, quid de promovendo ipse sentiat.* d. §. 10.

11. Romæ hæc acta (una cum *instrumento electionis*, ab omnibus electoribus subscripto, *can. 11. dist. 61. can. 9. II. q. 1. c. 21. h. t.*, quod antiquis dicebatur *decretum electionis*) diligenter examinat *Cardinalis proponens*, sive referens, una cum aliis *tribus* prioribus ordinum *Cardinalibus:* confecta desuper relatio ab his quatuor subscribitur, singulis asseverantibus, *se adhibita accurata diligentia invenisse, promovendum qualitatibus, a jure, & Tridentino requisitis, præditum, ac* certo *æstimare*, sub periculo salutis æternæ, *idoneum esse, qui huic Ecclesiæ præficiatur.* Trid. *Sess. 24. cap. 1. de Ref. Const. Gregor.* §. *11.* *

* Habentur desuper *duo Consistoria* secreta per D. Papam, & Cardinales. *Trid. l. c.* nisi D. Papa *unius Consistorii* compendio negotium malit finire. *Conf.* bullam Sixti V. *immensa* 23. Mart. 1588. Congreg. 3. in fin. Consule Plettenberg *lib. cit. cap.* 3. §. 1. *a num.* 41., & Pilatum *O. J. P. pag.* 31.

12. Facta in Consistorio Papali *præconisatione*, * & disquisitione, tam *super for*-

ma electionis, quam *super Electi persona*, colliguntur vota Cardinalium, & his faventibus, succedit verbis solemnibus *Confirmatio* per D. Papam: ** Post quam expediri debent *literæ confirmationis* in forma bullæ gratiosæ. *Extrav. 1. h. t. int. com.* Interdum vero ante harum transmissionem D. Papa honorat promotum præliminari *Brevi Apostolico.*

* Est hæc *propositio, postulationis, nominationis, vel electionis, admitti, vel confirmari petitæ in Consistorio:* fit *quoad nominationes regias* per Cardinalem ejus nationis protectorem; quoad alias vero a Cardinali ad hoc deputato. Si illustriores sint promovendi, ut Germani, solet ipse D. Papa præconisare: in quo genere BENEDICTUS XIII. fertur fuisse liberalis: & quibus hæc distinctio honoris obtingit, hi majores solvunt sportulas.

** Forma confirmationis Apostolicæ fere hæc est: *Nos Benedictus authoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus S., & BB. Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, Ecclesiæ NN. providemus de NN., ipsumque illi in Episcopum præficimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius eidem in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo.* Vid. Cap. 19. in fin. h. t.

13. Confirmatio est *actus justitiæ*, & citra injuriam denegari Electo non potest, si omnia sint *canonice* gesta, eique nil obstet canonicum: *Confirmationem petentium desideria, si nihil impediat electum, impleantur:* ait S. GREGOR. M. in *Cap. 3. h. t.* *

* Quando in *cap.* 18. *h. t.* vocatur *confirmationis gratia*, non significatur liberum arbitrium in Papa, eam etiam merentibus denegandi, sed *qualecunque beneficentiæ genus*, & *quod donum hoc spirituale sua natura sit gratia*, quam vice Dei dispensat summus Pontifex.

Additio 1. Inclytæ nationi Germanicæ per Concordata promisit Papa: *Si electiones canonicæ fuerint, eas confirmabimus:* adjecit autem hanc reservationem: *nisi ex rationabili, & evidenti causa, ac de fratrum nostrorum consilio, de digniori, & utiliori persona duxerimus providendum.* Hanc clausulam apprehenderunt majora Capitula in Germaniis, quibus pacandis respondisse fertur successor Nicolai V. CALLISTUS III., *se nunquam hoc reservato usurum.* Et reipsa non est visus hucusque casus ejusmodi.

Additio 2. Quod si electio minus fuisset canonica, & Papa literis provisoriis inserat parum honorificam clausulam: *cassata electione providemus ex integro eidem Ecclesiæ de eadem persona*, tunc utique electo, & electoribus facit *veram propriam gratiam.* Ita in *Cap.* 3. *de sortil.* dicitur: *electionem celebratam* ad gratiam confirmationis *admittimus*, quia intervenerant sortes. Præscripta clausula subjungitur bullæ, quando *apertus* est defectus: si *dubius*, adhibetur clausula *supplentes.* Cap. 39. h. t. Quam interdum salutariter ipse implorat electus, ut eo sit securior in conscientia; sic anno 1242. ARNOLDUS II. Trevir. Electus, *cum & ipse homo literatus, & peritus in jure esset, electionem suam in potestatem D. Innocentii PP. IV. transmisit, ut siquis esset defectus*

fectus in electione, vel negligentia in compositione, suppleret de plenitudine potestatis. *D. vero Papa propter personæ prudentiam, quæ sibi per famam innotuerat, & amicorum potentiam, quæ tunc contra Imperium opportuna erat, electionem liberaliter confirmavit suam, defectum supplevit, super irregularitate, vel negligentia quacunque dispensans.* Gesta Trevir. Marten. cap. 182. Raræ sunt *Confirmationes* electionum Germanicarum *simplices*, & sine saltem clausula *Supplentes*. Atque vel ideo illæ, quibus hæc deest, tanto sunt gloriosiores, quemadmodum moderni Eminentissimi Domini nostri, in Coadjutorem Trevirensem electi, confirmatio.

14. Cassata electione *ob vitium solius formæ*, olim quidem solebat Papa Capitulo erranti novam indulgere facultatem eligendi. *Cap. 10. h. t.* * Verum postea ablata fuit hæc licentia *Cap. 42. 50. 55. in fin. h. t.* providente ipsomet Papa: Accessit celebris Extravagan: BENEDICTI XII. *13. de præb. int. com.* quæ reservavit Papæ provisionem pro casu cassatæ electionis *indistinctim.* **

* In hoc *cap.* 10. præcepit quidem Papa, ne quem ex duobus *in discordia* electis ea vice rursus eligeret Capitulum; noluit tamen, quemquam eorum fore ineligibilem *ad alias Ecclesias*, aut *pro alia vice* ad illam Ecclesiam. Quoniam vero hujus decisionis causa erat *periculum iterati schismatis, & scandali*, non *personæ vitium*; hinc censent *Hostiensis*, & *Panormitanus*, unum ex istis *per unanimia*, etiam pro illa vice, ad eandem Ecclesiam posse eligi: quia cessat causa prohibitionis.

** Id est, sive cassata fuerit electio *vitio formæ*, sive *vitio personæ*, & hoc *scienter*, vel *ignoranter*, nihil interest ad reservationem: cumque Extrav. *ad Regimen* perpetuata, agnitaque fuerit in Concordatis Germaniæ, posset his propitiis in casu cassatæ electionis D. Papa alteri, quam quæ præconisata erat, personæ episcopatum dare; sed non solet jure hoc suo uti.

Additio. Aliquando cassat D. Papa *præcise confirmationem electionis*, quam forte dedit aliquis *Prælatus inferior*: & tunc non est propterea infirmata ipsa electio, si alias fuerit canonica. *Cap. 39. h. t. in 6.*

15. Expensæ confirmationis, & totius negotii electionis solvuntur *ex bonis Episcopatus*, cui providetur. *Cap. 45. h. t.* * Quorsum, vel maxime impendi debere cassam, quæ decedente Prælato invenitur, innuunt sequentia: *dummodo ipsi* (Capitulares) *bona decedentis Patriarchæ non occupent, vel usurpent.*

* Hoc hodienum procedit, si Episcopatus habeat *ærarium Cameræ* separatum *ab ærario privato Episcopi*; ita, ut Episcopus non inferat in suum peculium, quidquid fert Episcopatus redituum, prout hoc observatur in Episcopatibus Germaniæ: Tunc enim novus *Episcopus* nihil expensarum solvit, sed totum onus incumbit *Cameræ Episcopali*, sive sit repleta, sive inanis decedente Episcopo. Secus foret, *si Episcopus omnes omnino reditus Episcopatus acciperet*, ut in Gallia, & alibi: tunc enim novus Episcopus omnes suæ confirmationis expensas subibit solus ex *R. J.* 55. *in* 6.

Additio 1. Si Camera Episcopatus valde sit exhausta, nec spes sit, parem fore solvendis expensis, novus Episcopus Germaniæ recte suis sæcularibus subditis indicet *extraordinarias collectas*, & a Clero suo petet *charitativum subsidium*.

Additio 2. Si *Prælatus* promotus non haberet *bona separata* a bonis *Capituli*, sed viveret in communi cum eo (quod in *Sæcularibus* rarissimum est, frequens apud *Regulares*) Capitulum communiter feret expensas. Quodsi tunc, sive de discretis Prælati bonis, sive de communibus, nihil erit in cassa, Capitulum aliunde providebit. *Cap.* 16. *h. t. in* 6. *in med. & prope fin.*

16. Effectus expeditæ confirmationis sunt hi: tribuit nempe

a) Confirmatio jus in re. *Arg. Cap.* 33. *de testib.* & *Cap.* 16. *de accus.* in quibus confirmatus, probato crimine, vel irregularitate, a prælatione dicitur *amovendus*, & ab obtento *dejiciendus* fore: contrahit namque Confirmatus vinculum *matrimonii* spiritualis *rati*, ut dictum est supra §. *I. num.* 5. *lit. a.* Add. *Cap.* 2. *de translat.*

b) Omnia ea, quæ sunt *jurisdictionis.* Cap. 15. h. t. Excipiuntur illa *jurisdictionis* episcopalis capita, *quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt.* Cap. 15. h. t. Sunt hæc depositio clerici ab ordine, delegatio degradationis, traditio in manus curiæ sæcularis. Arg. *Can.* 5. & 7. *XV. q.* 7. Talia Episcopus, *nisi fuerit consecratus*, exercere non potest: cum non sit congruum, ut is auferat ordines, aut auferri demandet, qui eos dare nondum potest. Vid. PANORMITANUM *in h. cap. in fin.* ubi varias opiniones adducit.

c) Potestatem *delegandi* ea, *quæ sunt ordinis*, alteri cuidam Episcopo. *Cap.* 11. *h. t.* dummodo hic gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habeat.

d) Firmitatem in Episcopatu, ita quidem, ut si confirmato accideret aliquid, propter quod consecrari non posset, vel diœcesin gubernare, non sit amovendus: nam ægrotans, debilitatus, aut alias corpore vitiatus *Confirmatus*, quoad vinculum spiritualis conjugii, perinde habendus est, ut *Consecratus*. Arg. *Cap.* 2. *de translat.* Quod de Abbatibus, Decanis, & Præpositis &c, in *cap.* 1. *de ætat. & qual.* statuitur: *quodsi aliqua justa causa prohibente presbyteri, aut diaconi esse non potuerint, prælationes amittant*, ad Episcopos produci non debet, tum ex prædicta ratione, tum quia sub similibus constitutionibus non intelliguntur comprehendi Episcopi, nisi nominatim hoc exprimatur.

e) Denique Confirmatio facit Episcopum Germaniæ expeditum *ad petendam ab Imperatore investituram Regalium* sui Principatus, quam hodie non consequitur, nisi productis literis Confirmationis. *Vid. apud Stryck. Exam. jud. feud. in Adj. sub num.* 4. allocutionem procuratoris Wormatiensis Episcopi ad Cæsarem pro investitura anno 1677. *

* Videtur in Concordato Calixtino fieri discrimen inter Episcopos, & Abbates *Regni Teutonici*, & inter eos, qui sunt *ex aliis partibus Imperii.* De primis habetur: ELECTUS *autem Regalia per Sceptrum* (hodie per ensem, sicut Sæcu-

Sæculares) *a te recipiat:* de secundis autem: *Ex aliis vero partibus Imperii CONSECRATUS infra sex menses Regalia per Sceptrum a te recipiat.* Debebat igitur *Electus Teutonicus*, a Metropolitano, & Comprovincialibus approbatus, adhuc *ante consecrationem* investituram ab Imperatore accipere: alii poterant prius consecrari, & habebant spatium semestre. Huius rei insigne factum produnt *Gesta Trevirorum Marten. cap.* 65. in ADALBERONE nostro, anno 1132. id est, decem annis post erectum Calixtinum Concordatum, inthronisato. *Cum Adalbero venisset Aquisgrani ad curiam Imperatoris, Lotharius Rex noluit eum investire Regalibus*, eo quod ante recepisset *Consecrationem episcopalem*, quam suam requivisset investituram; *& omnino, ut credebatur, Rex se ei opposuisset, nisi, quod ipsum talem virum esse sciebat, qui facile totum mundum sui Imperii contra ipsum commoveret: unde & levem satisfactionem ab ipso recepit; cum enim ex communi consilio Principum juramentum Regi obtulisset*, quod non ad diminutionem sui honoris hoc factum esset, sed a D. Papa coactus ad consecrationem accessisset, *dominus Rex juramentum ei remisit, & regalia sceptro regni ei concessit.* Sed hodie etiam post consecrationem petitur investitura Cæsarea, modo intra annum, & diem: ipsa vero investitio sæpe differtur pluribus annis, & raro fit in persona.

QUÆSTIONES.

Ad num. 12. *not.* 2.

Cur in forma confirmationis Papa committat etiam Episcopo Germaniæ administrationem *in temporalibus*, cum hæc recognoscat ab Imperatore?

℟. Cum ipsa Ecclesia, cui per confirmationem desponsatur Electus, temporalia habet *loco dotis*, recte et ista a Superiore canonico conceduntur Episcopo *per modum accessorii:* nec posset Episcopus regnoscere temporalia ab Imperatore, nisi habilitatus ad hoc esset a Papa. Accedit, quod multa temporalia Ecclesiarum nostratium non sint *feuda*, sed *allodia*, quorum potestatem administrationis ab Imperatore non recipit Electus. *Vid. Diss. inaug. Clar.* D. NALBACH *De his, quæ in Electoratu Trevirensi feudi sunt, vel allodii.*

Ad num. 16. *lit. b.*

An jurisdictio Episcopalis, quæ accipitur *per confirmationem*, differat ab illa, quæ accipitur *per consecrationem?*

℟. *Quoad effectus* fere (non enim omnia potest confirmatus, quæ consecratus, ut *loc. cit.* notavi *ad cap.* 15. *h. t.*) non differt: quia *confirmatus* potest excommunicare, & cœtera, quæ sunt, jurisdictionis externæ, sicut *consecratus.* Sed alia consideratione utique differt: nam *confirmatus duntaxat* habet jurisdictionem, *ordinariam* eam quidem, ast mere *commissoriam*, qualem multi quoque Abbates, imo & quædam Abbatissæ habent in Clerum, & populum, & vocatur *quasi-episcopalis:* econtra *Consecratus* habet *characteristicam:* non enim putandum est, quod Episcopus consecretur solummodo ad *ordinandum*, &

& *confirmandum*, sed insimul universim *ad regendum Ecclesiam Dei.* Antiquis canonibus incognita est ulla jurisdictio episcopalis, quæ aliter, quam *ordinatione sacramentali*, eis sit collata.

Ad eundem num. & lit.

An requiratur ipsa quoque *inthronisatio*, id est, solemnis Confirmati deductio in suam Cathedralem, & Cathedram, ad exercendam jurisdictionem?

Neg. Sed in administratione censetur constitui Electus confirmatus eo ipso, quod literas suæ confirmationis exhibuerit Capitulo, præsertim consentienti, nec contradicenti. *Arg. Extrav.* I. *h. t. int. com.* unde non tantum constitutus *intra diœcesin* posset eam regere, sed etiam *extra illam*, sicut Papa nondum inthronisatus. *can.* I. *dist.* 23. Objectionibus satisfacit PANORMIT. *in Cap.* 15. *h. t. circa med.* monens tamen, faciendam esse installationem, *ubi est consuetudo*, ut prius non administret confirmatus, quam fuerit missus in possessionem.

Additio. In Hispania, Gallia, Regno Neapolitano, Sabaudia, Belgio Austriaco, capta possessio, & omnes actus pro nullis habentur, nisi literis confirmatoriis accedat *placitum*, vel *exequatur* regium, cujus moris rationem ab his nationibus dari, scribit PILATUS *O. S. P. lib.* I. *tit.* 7. quod intersit Regis pro status sui tranquillitate, scire, quid agatur, & quales homines intrent, atque inhabitent regnum suum. Sed hæc causatio mirabilis esset pro illis Principibus, qui ipsimet nominaverant D. Papæ hanc individuam personam, in Episcopum promovendam. Potius dicerem, ejusmodi placita desiderari ab illis Monarchis. 1) Ut prius examinentur bullæ Apostolicæ, an juxta morem majorum conceptæ, an vero inserta quædam nova, concordatis, privilegiis, & libertatibus istatum nationum inimica. 2) Ut Episcopi a Regibus, & Principibus consequantur *temporalia*. 3) Ut subditis notificetur voluntas regia de agnoscendo isto animarum Pastore novo.

Ad eundem num.

An Electus confirmatus, nondum consecratus, nomen *Episcopi* assumere possit?

℞. Negativa de jure est verior, & tenent eam classici VV. repetendo *Cap.* 7. *de rescript.* contra RR., quibus adhæret GONZALEZ *in dictam decretalem lit. c.* Et prob. *ex d. cap.* 7. ubi: *cum tempore, quo literæ ipsæ datæ fuerunt, de Capitulo ipso esses, sicut, qui eras ARCHIDIACONUS. & CANONICUS ejusdem Ecclesiæ, NEC ESSES AD HUC IN EPISCOPUM CONSECRATUS.* 2) Ex *Cap.* 8. *de his, quæ fiunt a Prælat.* ubi: *Episcopo, vel Electo &c.* agitur autem de causa alienationis rerum Ecclesiæ, quo casu Electus, *nondum confirmatus*, est de subjecto non supponibili huic quæstioni: ergo Electus *nondum consecratus*, ibi contradistinguitur ab Episcopo. Memorabilis passus legitur de hac materia *in Gestis Trevirorum Marten. cap.* 193. *seqq.* ubi HENRICUS *a Vinstingen*, licet ab ALEXANDRO IV. de Archiepiscopatu Trevirensi provisus, tamen in toto processu contra ipsum solummodo vocatur *Electus*; sed & in *H. D. T. Tom. I. pag.* 743. constitutus

tutus a Commissariis Apostolicis super eo, *quod se ante obtentum pallium, & consecrationem vocaverit Archiepiscopum*, purgavit se coram eisdem: *De hoc quod dicebatur, se Archiepiscopum nominasse, ad excusationem suam prætendit, quod non ex proposito, sed* secundum consuetudinem Alemanniæ, *qua electi in Archiepiscopos, & Episcopos consueverunt*, confirmatione obtenta, *Archiepiscopi, & Episcopi nominari, hoc forsan poterat accidisse: nam & in quodam Apostolico rescripto, nobis ostenso, fuit Archiepiscopus nominatus.* Noster JOANNES LUDOVICUS, electus an. 1540., eo quod nequidem Presbyter, minus Episcopus, toto regiminis sui tempore factus esset, scripsit se: erwählter, und bestättigter Ertzbischoff zu Trier. *H. D. T. Tom. II. pag.* 676. *not. a. & seqq.* Recess. Imp. de anno 1543. & 1544. in subscript. Conf. R. I. de anno 1543. in subscript. von wegen des Confirmirten zu Trient. Idem est de Abbatibus nondum benedictis. R. J. 1654. in subscript. von wegen Arnolden erwöhlten, und bestättigten Abbten zu Corvey. Sed FRANCISCUS LUDOVICUS Trevirensis, Wormatiensis, & Wratislaviensis, etsi in Episcopum consecratus non esset, scripsit se (forte ex dispensatione speciali) simpliciter *Archi- & Episcopum.*

Additio. Episcopi Protestantes in Germania (quorum duntaxat *unus perpetuus* est de Collegio S. R. I. Principum, scilicet *Lubecensis*, qui & *Otinensis*, alter, nempe *Osnabrugensis*, *alternativus* cum Catholico, modo nullus) non gaudent alio titulo, quam *postulatorum*, *seu electorum Episcoporum.* J. P. Art. I. §. 22. Catholicis merito *simplicem Episcoporum titulum* eisdem dare recusantibus, *ex regula paritatis*, cum enim ne *Catholici* quidem, si confirmati non fuerint, se subscribant in Comitiis aliter, quam *electos*, &, si *confirmati* sint, adjiciant *confirmati* prædicatum, justum erat, ut Protestantes electi, vel postulati, *quia nec confirmantur*, *nec consecrantur*, nunquam se *sine addito* nominarent Episcopos. *Vid. Recess, Imp. noviss.* in subscript. von wegen Johannesen erwöhlten Bischoff zu Lübeck. Sedent hi ad Comitia Imperii venientes Episcopi in scamno transverso: quia neque inter Ecclesiasticos, neque inter Sæculares S. R. I. Principes locum invenire poterant.

APPENDIX *ad* §. *II.*

De electione, & confirmatione Regularium ad Episcopatus.

1. Personas *regulares*, sive *monachos*, sive *canonicos*, sive *clericos*, aut sic vocatos *mendicantes*, eligi, nominari, vocari posse ad *Episcopatus*, certi juris est, & antiquissimi: * vix enim est Ecclesia, sive in Germania, sive extra illam, quæ in serie suorum Episcoporum non reperiat aliquem *Regularem.* ** Nempe *ordinandus Episcopus aut ex monachis, aut ex clericis fit.* Nov. 6. cap. 1. §. 7.

* *Clem.* 1. *h. t. in fin.* Arg. *Can.* 39. *XVI. q.* 1. in quo non fuisset opus dare privilegium xenodochio monastico Augustodunensi, *ut ejus Abbas nunquam ad Episcopatum eligeretur*, si abbates tunc de jure communi eligi non potuissent. Hic canon valde mendosus est, si comparetur cum suo fonte, qui est *epist.* 10. *B. Gregorii M. lib.* 11.

** Nec refert 1.) Utrum Ecclesia, ad quam eligitur, sit *pure sæcularis*, quales in Europa sunt pleræque, utrum *mixtæ ex clericis, & monachis*, cujusmodi in Anglia fuerunt; multo minus, si fuerit *mere Regularis*, qualem accepimus, erigente BENEDICTO XIV. anno 1752. in Germania unicam *Fuldensem* O. S. B., renitente quidem principio *Moguntino*, sed nunc, cum satisfactione operose quæsita, & obtenta, consentiente. Nec 2) utrum Ecclesia *regularis*, cujus abbatiæ est superaddita Episcopalis dignitas, *sit sui, vel alterius ordinis:* Arg. Cap. 28. §. 1. h. t. in 6. quia, cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. *R. J.* 53. *in* 6. licet autem religioso assumere Episcopatum *in Ecclesia sæculari*, quod utique plus est; ergo etiam *in regulari, ordinis non sui*, quod sane minus est.

2. Circa *horum* electionem eadem sufficit observare, quæ in electionibus *aliorum:* tantum differentia est *in præstando ab eis consensu:* cum enim Religiosi *velle, vel nolle non habeant*, consequenter eorum *arbitrium, non ex sua, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuerunt, & cujus imperio se subjecerunt, voluntate dependeat.* Cap. 27. h. t. in 6., constitutum est.

a) Ut sine *licentia sui Superioris regularis* in electionem consentire non possint, &, si hoc præsumpserint, consensus non teneat, ipsaque electio *ipso facto* viribus evacuetur omnibus. *cit. cap.*

b) Ut nullus Religiosus petat a suo Superiore *licentiam generalem* consentiendi electioni, siquam de ipso fieri contingeret. *Clem. ult. h. t.* sed requirat *specificam*, postquam se noverit *ad certam aliquam ecclesiam* esse electum.

c) Ut nullus de ordine quorumcunque *mendicantium* consentire possit, etiam de licentia sui *Ministri generalis*, tali electioni *in discordia* celebratæ. *Cap.* 24. *h. t. in* 6.

d) Ut nullus *de aliis Religiosis*, cujuscunque conditionis, vel status existant, audeat consentire sui vocationi *a minore parte numero* de se factæ: *ibid.* Et declaravit *Clement.* 6. *h. t.*, numeri minoritatem hic æstimari, prout consistit *in facto*, non, prout *in fictione, vel juris effectu;* hinc non juvat disputare, an valuerint nonnulla vota ex adversa parte majore, nec ne: sed præcise consideratur, an hi, qui ex opposito sunt, numero sint majores.

e) Ut nullus Superior regularis permittat alumnum suum vocari *ad Ecclesiam vacantem clero, & populo*, id est, in partibus infidelium, utpote quod soli D. Papæ reservatur. *Clem.* 5. *h. t.*

Additio 1. In casibus a jure permissis potest Superior regularis electo regulari subdito dare consensum, irrequisito Conventu. *Cap.* 27. §. 1. *h. t.*

Additio 2. Prædicta omnia procedunt etiam de electionibus passivis Regularium *ad alias inferiores* Episcopatu *Prælaturas extra suum Ordinem, vel Monasterium*, ut constat ex *capp. cit.*

3. Confirmationis processus hic idem est, qui in *sæculari* ad Episcopatum electo; unum hoc singulare constituit *Trid. Sess.* 22. *cap.* 2. *de Reform.* quod Regula-

gularis debeat super doctrina sua *duplex* afferre testimonium, *primum* alicujus universitatis, *secundum* Superiorum suæ religionis. *

* Quinam hi Superiores esse debeant, declaravit GREGOR. XIV. in cit. Const. *Onus* §. 9., nomine Superiorum eos duntaxat intelligendos esse, *qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt*, sive ii cujusvis Ordinis Abbates, Magistri, aut Ministri, Præpositi generales, aut quarumlibet Congregationum Præsidentes, sive Definitores, aut Visitatores, Capitulum generale repræsentantes, sive alii, quocunque vocabulo nominentur; quodque in eorum absentia ipsorum Vicarii, seu Commissarii generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales, in hac parte succedant.

§. III.

De electione ad Prælaturas regulares, electorumque confirmatione.

1. Vocatio *Abbatum* antiquioribus sæculis non fiebat *pariformi*, & *eodem modo*: nam alii constituebantur *sine electione monachorum* ab Episcopis locorum: * alii prælaturam accipiebant *ex palatio Regis*: ** alii per liberam electionem conventus monastici creabantur: *** ut recte monuerit VAN ESPEN *in Comment. ad Gratian. pag. 112.*, veteres canones, & in specie hos, qui excerpti sunt ex epistolis S. Gregorii M., hac in re non posse respici *ut generales* ****.

* Ita in Hispaniis obtinuisse, colligitur ex *can. 1. XVIII. q. 1.*, qui est Conc. Tolet. IV., ubi attribuitur Episcopo: *abbates*, *aliaque officia*, *instituere*: hiulce hoc restrinxit Gratianus ad illum solum casum, *quo monachi sint duræ cervicis*. Lege THOMASIN. *V. & N. D. E. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 9. & 10.

** Lege BALUZ. *in not. ad Reginonem pag.* 524. ubi remittit ad sua dicta in epist. 29. Lupi Ferrariensis. Quæ his in terris monasteria prætendebant abbates suos eligere, ea debebant desuper habere *regalem authoritatem*, id est, diploma. Cujusmodi vid. in *H. D. T. Tom. I. pag.* 124. pro Prumiensi Pipini Regis de an. 762. *Nos etiam ex authoritate nostra vobis concedimus, ut de Congregatione domini Romani, & Wolfranni episcoporum, quos in hoc Cœnobio S. Salvatoris congregavimus, quando Abbas de hac vita migraverit, una cum consensu nostro, & vestro, abbatem de ipsa Congregatione vobis regulariter eligere debeatis.* Conf. præceptum Caroli crassi de an. 884. *pag.* 222. Caroli simplicis de an. 920. *pag.* 265. Henrici IV. de an. 1056. *pag.* 402. Pro S. Maximino Trevir. ejusdem Pipini de an. 765. *Electionem quoque Abbatis supra dictis monachis regali authoritate concedo, ut habeant potestatem eligendi, quemcunque, sive quoscunque voluerint.* Ibid. pag. 129. Et Ludovici pii de an. 814. *Electionem etiam abbatis concedimus monachorum arbitrio. pag.* 165. Caroli crassi de an. 885. *pag.* 223. Ottonis M. de anno 940. *pag.* 277. & *seq.* nec non de anno 863. *pag.* 288. Ottonis III. de an. 990. *pag.* 328. Henrici II. de an. 1005. *pag.* 350. Henrici IV. de an. 1062.

pag.

pag. 407. Henrici V. de anno 1110. *pag.* 501. Add. Bullam Innoc. II. de anno 1140. *pag.* 543. Epternacensibus restitutis præfecit quidem an. 971. Otto M. abbatem: *præficientes ei venerabilem virum Ravangerum abbatem, qui monachis in regulari proposito præsit, & prosit.* Sed mox subjungit privilegium: *Dedimus insuper electionem fratribus eligendi Abbatem, quemcunque religiosæ vitæ congruum sibi invenire voluerint.* pag. 308.

*** Liberam electionem monasteriis Romani Imperii concessit Justinianus Imp. in *l.* 47. *C. de Episc. & Cler.*, quæ omnino meretur legi, & *Nov.* 127. *Cap.* 34. Summi quoque Pontifices voluerunt, Abbates per electionem optari. *can.* 2. 3. 4. 5. *XVIII. q.* 2. *Cap.* 1. *h. t.* Quod & placuit Concilio Moguntino de an. 888. *can.* 8. *caus. & q. cit. can. ult. XVI. q.* 7. Monasteriis Trevirensibus vel in ipso limine fundationis, vel in charta confirmationis, aut alias, asserta fuit hæc libertas. Vid. *in H. D. T. Tom. I.* de monasterio S. Martini Trevir. *pag.* 316. de Springirsbacensi *pag.* 454. 484. de Monasteriensi in Luxemburgo. *pag.* 508. 510. 605. Cui tamen, uti aliis Belgicis, nihil superest, quam nominatio trium subjectorum, cujus rei historiam, & statum lege in van Espen *Tom. I. part.* 1. *Tit. XXXI. cap.* 8. *a num.* 27. de Wadegotiensi *pag.* 526. 566. 607. de Arpsteinensi. *pag.* 549. & 476. de Romersdorffensi. *pag.* 609. de Saynensi *pag.* 645. de Hemmerodiensi. *pag.* 655.

**** Id quod confirmat distinctio inter abbatias *electionem habentes*, & *ea carentes* adhuc Sæc. X. videnda in Reginonis *Appendice* 1. *cap.* 53. ubi refert conventus Francofurtensis ab Ottone M., Episcopis, & Comitibus anno 952. celebrati conclusum: *Nuendum est etiam præfato Rege, ut nulla Abbatia,* quæ per se electionem habet, *ad monasterium in proprium possit donari: illæ vero,* quæ electione carent, *Regis donatione, & privilegio ad aliud monasterium, quod sub ejus mundiburdio consistit, surrogari possint.*

24. Hæc electio *primitus* videtur *mere domestice* celebrata fuisse, & cum omni simplicitate, quin aliqua *persona extranea* eidem assisteret, sive *pro parte Episcopi, sive pro parte alterius:* * Donec mos tulerit, ut Commissarii Episcopales, ** & religiosorum Ordinum, *** eidem intervenirent. Qua in re servetur consuetudo antiqua. ****

* Neque enim in Codice Justinianæo, neque in antiquis canonibus, neque in regula S. Benedicti *cap.* 63. *de ordinando Abbate*, quod est *can.* 14. *dist.* 61., præscribitur, ut *ipsimet electioni faciendæ* alius quispiam præter solos monachos assistat. Perdurat mos iste Treviris *in sola S. Maximini Abbatia*, ubi Conventus eligit suum Abbatem absque ullo Commissario, sive Papali, sive Archiepiscopali, sive sui Ordinis: sed unice de extraneis assumitur Notarius Apostolicus una cum duobus testibus clericis, quos arbitrio suo requirunt ex pastoribus juris patronatus sui.

** Jam tempore Innoc. III. jus fuisse Episcopis nonnullis, ut interessent Regularium sibi subditorum electionibus, constat ex *Cap.* 28. *h. t.* & *Cap.* 2. *de in integr. rest.* Vid. *Diss. præc.* §. *IV. num.* 4. *not.* 2. Interesse saltem tunc videtur debere *ipsi Electionis actui* Episcopus per se, vel per Commissarium, ii

si fundatio, vel bulla Pontificia dicat, non debere aliquem praefici, nisi de *consensu*, vel *consilio* Episcopi; prout hoc legitur in bulla restitutoria, monachorum S. Martini Trevirensis de anno 975. *H. D. T. Tom. I. pag.* 316. & de electione Abbatissae Juveniacensis. *ibid. pag.* 448.

*** Illae solum Abbatiae, & Prioratus solent de necessitate *Commissarios Ordinis sui* adhibere electionibus, qui respiciunt *Capita sui ordinis*, ut Cisterciensis, & Carthusiani; aut qui sociati sunt *alicui Congregationi* monachorum, vel canonicorum regularium. Si disputetur, *quis praesidium*, *quis directorium electionis habere debeat*, Episcopalis Commissarius, an Ordinis; praeprimis attendetur observantia; in dubio *dignior* vincit, qui sine dubio est episcopalis, cum Episcopi praecedant Generales Ordinum: item, qui habet *praesidium*, ejus intentio quoque fundata est pro *directorio*, nisi de contrario constet.

**** Non enim in *quorumvis Abbatum*, licet alias *subjectorum*, & *ab Episcopo confirmandorum*, electionibus peraeque intersunt Commissarii Episcopales, ut exemplis probare possem. Germaniae Episcopi aliquando mittunt Commissarios, etiam *qua Advocati* monasteriorum, ut Trevirensis *Mediolacum*, & in *Arnstein*. Vid. *H. D. T. Tom. III. pag.* 38. & 39.

3. Non recensebo nunc rursus ea, quae *communia* sunt Episcoporum, & Abbatum electionibus, de voce activa, & passiva, tempore electionis instituendae, intimandae, acceptandae, impugnandae, vel defendae, confirmationisque petendae, pro utroque sexu electorum, &c. * Sed solummodo afferam *singularia*.

* Haec satis tradita sunt partim in dissertatione prima, partim in praecedentibus duobus §§phis.

4. *Eligere* non possunt illi regulares, qui

a) *Nondum sunt professi* ejus monasterii, puta Novitii. *Cap.* 43. §. 5. *in fin. h. t. in* 6. *Cap.* 32. §. 1. *eod.* ubi quidem *tacita* professio sufficiebat, sed ista hodie abiit in desuetudinem.

b) Qui sunt quidem professi, sed inter fratres laicos *cit. cap.* 32.

c) Qui professi postea excorporati sunt: *Cap.* 47. *h. t.*

d) Convicti, aut deprehensi *tanquam proprietarii* biennio. Trid. *Sess.* 25. *de Regular. cap.* 2.

e) Qui de ordine *mendicantium* dispensative transierunt ad ordinem *non-mendicantium*; Quia generaliter vocem, aut locum in Capitulo non habent. *Clem.* 1. *de Regular.*

Additio. Absentes Regulares, existentes in loco, de quo vocari debeant, si sint legitime impediti, eligere quidem poterunt *per procuratorem*; sed conformius est Tridentino, *propter secretum voti*, quod non aliter, quam *cum mandato generali*. ENGEL *hic num.* 10. versu: *Sed & illud.* Simpliciter autem

 pro-

prohibuit *Trid. Sess.* 25. *de Regul. cap.* 6. ne constituantur *Provinciales*, aut *Abbates*, *Priores*, aut alii quicunque *Titulares*, *ad effectum electionis facienda*, & ut voces absentium suppleant, sub pœna inhabilitatis ad omnia officia.

5. Eligi non possunt

a) Qui non est professus *Cap.* 13. & 49. *h. t. Cap.* 43. *princ. eod. in* 6. Et quidem (1.) *expresse*. Trid. Sess. 25. de Regular. c. 7. & 21. (2.) *eundem ordinem*, saltem in alio monasterio. *Clem.* 1. *h. t.* cum secundum legem divinam non sit in bove arandum, & asino; nec quisquam debeat vestem induere, de lana, linoque contextam. *Cap.* 27. *h. t.*

b) Qui sub spe, & promissione, quod abbas fieret, monachatus est, nec fuit ante monachus, quam electus. *Cap.* 37. *h. t.*

c) Qui necdum est instructus in sua regula. *Cap.* 38. *h. t.* cum in magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit; nec sit præficiendus, qui subesse non novit. *Cap.* 49. *cit.* Add. *Can. ult. dist.* 59. *can.* 4. *dist.* 61. *can.* 27. *XVI. q.* 1. Hinc juventus nimia, vel recens vita monastica obstat: quanquam cœteroqui Regula S. Benedicti sinat *vitæ merito*, & *sapientiæ doctrina* commendatum eligi, *etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis*. Can. 14. dist. 61.

d) Qui non ea doctrina pollet, qua onus sibi imponendum sustinere valeat; licet non requiratur ad dignitates regulares doctoratus, aut licentiæ gradus, aut publicum testimonium alicujus academiæ. *Constitutio Gregoriana supra cit.* §. 13.

e) Illegitime natus, non per subsequens matrimonium, sed *sola professione religiosa*, legitimatus. *Cap.* 1. *de fil. Presbyt.*

f) Qui pro enormi defectu non potest promoveri ad sacros ordines. *Cap.* 6. *de corp. vit.* Instante tamen necessitatis articulo potest via provisionis Papalis in Abbatem dispensative assumi constitutus in ordinibus minoribus, etiam inhibendo ei, ne unquam ascendat ad sacros ordines. *Cap.* 10. *de æt. & qual.*

g) Denique supra *num.* 4. *lit. b. d. e.* recensiti.

6. Abbatissa ut eligi possit aliqua, requiritur,

a) Ut non fuerit *illegitima*: eadem enim honestas canonica, quæ a prælationibus arcet illegitimos viros professos, cadit in sexum fœmininum.

b) Ut non sit *inhoneste corrupta*, sive *ante*, sive, quod turpius foret, *post acceptum velum*. Hoc enim postremo casu bigamis annumeratur, & toto tempore vitæ suæ pœnitentiam aget. *Can.* 24. & 25. *XXVII. q.* 1. Priori autem casu non convenit eam præfici virginibus, quæ macula perenni laborat: unde, AMYDENO *de officio Datar. cap.* 17. *num.* 1. referente, Romæ non dispensatur ad Abbatissatum *pro corrupta*, nisi pro Gallia, & fit hoc per Breve. Dixi: *inhoneste corrupta*: neque enim est aut canon, aut obstaculum decori, quo minus *honesta vidua*, aut *conjugata*, servatis servandis inter chori professas recepta, a virginibus pro matre sibi eligatur. Vis *can.* 12.

12. *XX. q.* 1., quem citant in contrarium, non consistit in *virginitate*, sed in *ætate* requisita ad Abbatissam.

c) Ut non sit amplius juvenis: *juvenculas fieri abbatissas, vehementissime prohibemus*, scripsit S. GREGOR. *in cit. can.* 12. Et, licet ibi requiratur, ut eligenda sit *sexagenaria*, Tridentino tamen *Sess.* 25. *de Regul. cap.* 7. si *quadragenaria* haberi idonea non possit, sufficit, quod annum trigesimum excesserit.

d) Ut octo, aut saltem quinque, annis, post expressam professionem in monasterio laudabiliter vixerit. Trid. *loc. cit.*

7. Est autem in omnibus Regularium electionibus a CLEMENTE VIII. severe prohibita sollicitatio, conquisitio, seu procuratio vocum passivarum, directa, vel indirecta. *

* Const. *Nullus omnino* 25. Jul. 1599. §. 22. Ita, ut ambiens, complex, simpliciter sciens, & non revelans, eo ipso incidant in pœnam privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad futura quæcunque, dispensatione soli Romano Pontifici reservata. Id quod innovavit URBANUS VIII. *Vid. Bullar. Tom. IV. pag.* 66.

8. Jurentque electores, secundum veritatem cujusque conscientiæ, *probiores, ac magis idoneos se electuros.* Ibid. * Ac propterea, priusquam ad electionem deveniatur, *inprimis, & ante omnia* prælegentur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. *Ibid.* Id quod etiam servatur hodie.

* Antiquitas hujus juramenti patet ex Nov. 123. cap. 34. *Omnes monachi, melioris opinionis existentes, eum eligant, propositis sanctis Evangeliis dicentes, quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scienter eum, & fide rectum, & vita castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam, & omnem monasterii statum utiliter custodire, elegerunt.* Ex quo postremo verbo discimus, olim *post electionem* sic fuisse juratum.

9. Electio debet fieri, *non secundum formam Cap. 42. h. t.* (nisi, quod vel via *scrutinii*, vel via *compromissi* procedatur) sed *secundum formam præscriptam a Concilio Tridentino*, & Ordinis constitutionibus. *Ibid.* Proindeque

a) Nomina *eligentium* non describuntur ad protocollum, ut in sæcularium electionibus, nec ab eis exquiritur *ratio motiva:* nec

b) fit *publicatio*, qui singuli singulis dederint votum: Quæ *secreti voti* disciplina tam est sancte servanda, ut unicum votum, vel ab *electore*, vel a *scrutatore*, verbis, aut facto, directe, vel indirecte, manifestatum, vitiet electionem. BARBOSA *in Trid. cap.* 6. *Sess.* 25. *de Regular. num.* 5., quo referente *Rota in una Trevirensi S. Maximini* die 20. Nov. 1624. censuit, electionem esse nullam, etiamsi unicum tantum suffragium publicetur. Decisio

cisio per extensum est in RUBEO *Tom. III. part.* 4. *pag.* 100. Denegata fuit confirmatio electo AGRITIO RECKINGEN. 1) Quia scrutatores erant sex, tres de collegio, tres extra collegium. 2) Quia tres extra-collegiales scrutati sunt votum primi de Collegio scrutatoris, deinde, præsente isto, votum secundi, denique præsente primo, & secundo votum tertii. 3) Quia scrutatores de collegio non exquisiverunt ipsi vota, sed tantum adstiterunt scrutatoribus extra-collegialibus. 4) Quia *vota* non erant *publicata*, sed tantum *electio*, quæ ratio sane non subsistit. 5) Quia non erat petita confirmatio juxta *Cap.* 16. *h. t. in* 6. Non est meum censurare hanc Auditoris ponentis relationem. Qui plura scire cupit hujus lugubris, & diu continuatæ historiæ, adeat *H. D. T. Tom. III. pag.* 276. ubi est bulla provisionis Apostolicæ pro PHILIPPO CHRISTOPHORO *Archiep. Trev.* ad illam vicem.

Additio. Quapropter *directores* electionis non tam solent *scrutari*, quam schedulas convolutas *in urnam colligere:* imo apud quosdam mendicantes utuntur fabis in calicem conjectis. Quanquam litera Tridentina salvaretur, etiamsi *scrutatores* rescirent, qui & quibus vota dederint, dummodo secreti sigillum servent: ait enim duntaxat: *eligi debere per vota secreta, ita, ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur:* Atqui vota possunt esse secreta, etiamsi votantis vocem sciant scrutatores. *Arg. Cap.* 42. *h. t.* Et vero, si director scire non posset, quale quisque votum dederit, quomodo postulabitur, vel eligetur a quoquam capitularium extraneus, cujus nomen in schedulis distributis non erat?

c) Cessat igitur *collatio zeli ad zelum*, (quæ jam ante Trid. in electionibus *monialium* intermittebatur. *Cap.* 43. §. 1. *in fin. h. t. in* 6.) etiam quoad electiones *virorum*. Atque hinc quidam Protonotarius Apostolicus non ita pridem minus provide inseruit electionis abbatialis instrumento: *per majora, & saniora;* nisi hoc interpretemur benignius *de sanioritate præsumpta*, ex notoria meriti præponderatione.

Additio. In electionibus provinciarum Austriacarum Belgii, ubi, sicut dixi supra, non *electio*, sed *nominatio* Abbatum, & Abbatissarum &c. viget, Principe deligente, Commissarii Regii, qui mixti sunt ex clericis, & laicis, scribunt ad protocollum nomina, vota, & rationes votandi, secreto emissas, illudque transmittunt Duci cum voto.

10) Collectis omnium suffragiis, fit a Directore, assistentibus Notario, & testibus, *collatio numeri ad numerum:* habitis pro uno *majoribus*, * pronunciat Director: *habemus canonicam electionem*, eandemque petentibus capitularibus publicat: ** non resultantibus autem illis dicit: *non habemus canonicam electionem*, petitque, an, & quando, velint Capitulares ad ulterius scrutinium procedere: *** Schedulæ vero crementur.

* Plura non desiderantur, ne quidem in electionibus *monialium:* Arg. *cap.* 43. §. 1. versu: *si vero*, & §. 2. quamvis *duæ tertiæ* sint his electis valde utiles: 1) Quia Superior, nulla oppositione attenta, sed his solum, quæ ex officio

officio fieri debent, observatis, electionem de se canonicam, confirmabit, & electam benedicet. *d. cap.* 43. §. 1., salva denunciatione, vel accusatione, ut benedicta dejiciatur. *Ibid.* quem notabilem effectum etiam habet electio *per compromissum*, nisi pars opponens sit *major* parte consentiente. §. 2. 2) Habitis mojoribus, etiam post publicatum scrutinium effici possunt *duæ istæ tertiæ*, ad effectum, de quo supra, *per accessum*, omni pravitate cessante, & antequam moniales ad actus divertant extraneos. *d.* §. 1. Verum hoc beneficium accessus hodie propter Tridentinum, & legem votorum secreto dandorum, cessat.

** Et quidem, si quis *per unanimia* electus fuerit, exprimere hoc poterit in majus gaudium, ac solatium, atque ad tollendam omnem suspicionem non dati sibi ab aliquibus voti, quæ subinde consequentias parit. Si *per duas tertias*, exprimatur hoc in publicatione similiter, propter *sanioritatis* præsumptionem inde nascentem. Si *per majora tantum*, præstat hoc silere.

*** Nihil vetat, quo minus Director aperiat eligentibus nomina eorum, qui habuerunt aliqua vota, & quot quisque in electione non canonica habuerit; ut tanto citius in altero scrutinio inclinentur animi ad electionem canonicam.

11. Electi regulares ante confirmationem administrare non possunt. *Cap.* 5. *h. t. in* 6. *Extrav.* 1. *int. com.* Sane *cap.* 43. *h. t. in* 6. noluit, per ea, quæ statuit contra jus commune de fœminis electis, aliquid * immutare quoad electiones *virorum*, electorumque potestatem. §. *ult.*

* *Moniales*, electione *in forma scrutinii* celebrata, etiamsi non adessent *duæ tertiæ*, interim, dum electionis contradictæ con- vel infirmatio (summarie decernenda) pendet, libere in spiritualibus, & temporalibus administrant, excepta alienatione rerum monasterii, & receptione novæ monialis. *Cap.* 43. §. 1. *h. t. in* 6. Si *per compromissum* facta sit electio, requiritur, ut pars *duplo major* se confirmationi opposuerit, ad effectum, interea non administrandi. *Ibid.* §. 2.

Additio. Moniales in controversis electionibus, & aliis causis, non debent *personaliter* accedere ad Sedem Apostolicam, propter sexus verecundiam, suæque conditionis statutum. *ibid.* §. 3. Quod olim licuisse, probat. *Cap.* 22. *de Rescript.* & *Cap.* 1. *de his, quæ vi.* Observare tamen debent *Cap.* 16. & *Cap.* 38. *h. t. in* 6. *Ibid.* §. 3.

12. *Confirmatio*, quæ & *ordinatio* sæpe dicitur, Abbatum, & Abbatissarum, aliarumque Superiorum ascetriarum, pertinuit *ab initio* indistinctim *ad Episcopos.** Postea, introductis *exemptionibus*, Romanus Pontifex confirmavit *exemptos*, Episcopi *non exemptos.***

* L. 47. §. 1. C. de Episc. *manifesta autem hæc fieri Deo amabili Episcopo; ut, cum is didicerit eum, qui electus est, & hoc se recte habere adprobaverit, consentientem electoribus calculum ferat, & promoveat ipsum ad hujusmodi Abba-*

 tis

tis ordinem. Sanctissimum Episcopum, sub quo monasterium constitutum est, eum, qui ita electus est, modis omnibus Abbatem ordinare. Nov. 123. cap. 34. Add. *Cap.* 13. *h. t. Cap.* 14. *de M. & O.* De abbatissis vid. *S. Gregor. M. epist.* 12. *lib.* 5. *& epist.* 43. *lib.* 8. Add. *Cap.* 2. *de testam.*

** *Cap.* 7. *de consuet.* ubi Papæ competit Abbatis Corbejensis, S. R. I. Principis, confirmatio. Add. *Cap.* 36. §. 1. *h. t. in* 6. *Clem.* 1. *de stat. monach.* Conf. *Concordat. German.* §. *In monasteriis.* Unde, qui Regulares suam confirmationem non accipiunt Romæ, sed ab Episcopo suæ dioecesis, exemptionem jactare non possunt, licet alia monasteria ejusdem Ordinis, aut Ordo *in thesi*, exemptione gauderent, & specifico privilegio: *ne Episcopus regularem abbatis electionem impediat, aut de instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, se aliquatenus intromittat:* imo, licet ipsum tale monasterium ejusmodi privilegium haberet: si enim observantia ferat intromissionem Episcopi in Abbatis institutionem per actum confirmationis, signum est, tale privilegium Episcopo vel non fuisse ostensum, vel ei contradictum, consequenter illud effectum sortitum non esse.

Additio 1. Hanc confirmationis episcopalis necessitatem quædam literæ fundationum Trevirensium diserte exprimunt: ut Wadegotiensium Ord. S. Norberti de anno 1135. *Secundum instituta Patrum Abbatem sibi inter se, & de se eligant, & ab Episcopo electionis suæ confirmationem, & electi sui consecrationem libere suscipiant.* H. D. T. Tom. I. pag. 526. Conf. *pag.* 566. 607. Quædam vero de *confirmatione* tacent, & solius *consecrationis* meminerunt, ut Monasterienses Luxemburgi de an. 1123. *Nostro consilio, & assensu liberum abbatem illic esse decrevit, ita sane, ut baculum pastoralem super altare, consecrationem vero ab Archiepiscopo recipiat.* Ibid. pag. 510.

Additio 2. Quidam Regulares, præter confirmationem *Papalem*, aut *Episcopalem*, confirmari adhuc debent ante benedictionem a *Generali* Ordinis sui. Subinde ex consuetudine confirmatio (intellige *regularis*, salva *Episcopali*) pertinet ad aliud monasterium. *Cap.* 8. *de consuet.* Singulare aliquid est, quod *magnus Magister Equitum Hierosolymitanorum* nullius indigeat confirmatione, sed ipsa electio vim confirmationis habeat. AULISIUS *lib.* 1. *Inst. jur. can. tit.* 9. *in fin.* ex GEMINIANO *cons.* 15. & OLTRADO *cons.* 108.

13. Confirmatio hæc non deberet in *mera formalitate* consistere, sed in eadem observari, quæ SS. canones, & Constitutiones Apostolicæ, præscripserunt, *ut diligenter examinetur & processus electionis, & persona electi*, juxta *Cap.* 44. *h. t.* maxime, cum sit summa monasterii calamitas, habere Prælatum, qui præesse, & prodesse nesciat.*

* Pœnæ *Cap.* 44. latæ in eos, qui confirmant indignos, in hasce etiam confirmationes cadunt: nempe 1) Ut indebite confirmans careat potestate, primum illius successorem confirmandi. 2) Ut a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque (si æquum fuerit) indulgentiam valeat promereri. Ipse autem indigne promotus erit dejiciendus.

14. Di-

14. Digno electo confirmatio nec denegari, nec differri debet, ne contra morositatis gravamen appellet: *quia rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferri, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum* Can. 4. dist. 65. Poterit autem Episcopus, forte absens, eandem etiam extra suam diœcesin impertiri. quia est *actus jurisdictionis voluntariæ:* quo facit *Arg. l. 2. ff. de Offic. Præsid.**

* Si vero electionis causa in contentionem deducatur, *intra Diœcesin* hæc quidem terminanda erit, confirmatio vero nihilominus extra illam dari poterit. Et notandum, interjecta appellatione contra electionem, cum illa nihil sit aliud, quam *provocatio ad immediatum* judicem, seu Superiorem, causam non devolvi amplius juxta *Cap.* 16. *h. t. in* 6. statim ad summum Pontificem, sed salvam esse Episcopis per Trid. primam instantiam.

15. Solent confirmari scripta *reversalium* fide,* aut saltem *recitato juramento*, canonicam justitiam, reverentiam, & obedientiam suis Ordinariis appromittere.

* Vid. GONZALEZ *in cap.* 43. *de Simon.* verbo: *forma professionis;* ubi docet, obedientiæ professionem, vel ante, vel post benedictionem, ab Abbatibus Episcopo suo præstari debere, olimque chartam ipsam professionis *super altare* impositam fuisse. Conf. *H. D. T. Tom. I. pag.* 605. ubi an. 1178. de electo Abbate Monasterii Luxemburgensis: *accepto baculo pastorali super altare beatæ Mariæ in Lucemburc, Archiepiscopo Trevirensi se repræsentet, curam animarum de manu ipsius de monasterio de Lucemburc recipiat, FACTAQUE* secundum morem Ecclesiæ Trevirensis *SUBSCRIPTIONE, obedientiam faciat.* Et inferius: *In consecratione suam subscriptionem, & obedientiam, Ecclesiæ Trevirensi factam, manifeste coram ecclesia profiteatur, & recognoscat.* Reversales istas hodienum dant Trevirenses Abbates.

QUÆSTIO.

Ad num. 9.

An Trid. *Sess. 25. de Regular. cap. 6.* ademerit Regularibus facultatem, eligendi *per compromissum?*

℟. *Neg.* cum ENGEL *hic num.* 41. contra PASSERINUM; quia non sequitur: *Vota regularium nunquam publicentur: ergo regulares non possunt eligere per compromissum.* Et ideo non est credibile, emanasse declarationes Cardinalium in contrarium. De Canonicis regularibus *Norbertinis* scio, eos posse eligere per compromissum.

APPENDIX *ad §. III.*

De electione, & confirmatione Prælatorum sæcularium, Episcopo inferiorum.

1. Ad electiones Præpositorum, Decanorum, aliorumque Prælatorum sæcularium, in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, applicantur *communia utriusque electionis*, id est, horum, & Episcoporum, de quibus retro. *Specialia* sunt

a) Quod his electionibus competat *terminus* communis *Concilii Lateranensis*, videlicet *sex menses*, sive hæc beneficia *curata* sint, sive non. Quia *Cap.* 51. *h. t.* trimestre *per modum exceptionis* constituit pro solis Ecclesiis *cathedralibus*, & *regularibus*. Aliquando vero D. Papa his, qui non eligunt, *nisi ex indulto papali*, præstituit brevius tempus, e. g. 30. dies, post quod, nulla electione secuta, Papa jure proprio providet, veluti in Præposituris Ecclesiarum collegiatarum Leodii. Laxior est electio Præpositi metropolitani Trevirensis, nam bulla LEONIS X. non arctavit electores ad minus tempus.

b) Quod hæ electiones non adstringantur ad formam Cap. *Quia propter*, atque hinc suffragia dari possint publice, audientibus omnibus, compleri accessu, imo & confici majora per assensum electioni de se factæ præbitum. *Vid. Dissert. praced.* §. *I. num.* 6. *in not.* Et §. *V. in QQ. ad num.* 20. Consule BÖCKHN *num. fin. h. t.*

c) Quod his inferioribus electionibus, nisi Capitulum sit exemptum, intervenire soleat Commissarius Episcopalis, tanquam *Præses*, & *Director*, quando nimirum agitur *de Capite Capituli*, id est, Decano, eligendo. In *cathedralibus* Ecclesiis non intersunt Commissarii.

2. De electionibus *Dominarum*, seu canonicarum *sæcularium*, quæ extant per Germaniam superiorem; & inferiorem in nobilium puellarum Collegiis, & neque renunciant proprio, neque professionem aliquam faciunt. *Clem.* 2. *de stat. monach.*, notandum est

a) Quod, licet in cœteris utantur jure, ac regulis *Canonicorum sæcularium*, in hac tamen consideratione æquiparentur *monialibus*, quantum ad ea, quæ supra dixi, *de duabus tertiis*, *accessu*, *potestate administrandi ante confirmationem &c.* Cap. 43. §. penult. h. t. in 6.

b) Quod non teneantur *ad secretum voti*, uti mulieres *regulares*: quia Tridentinum nihil correxit de jure veteri quoad has *canonicas sæculares*. Jure autem illo tam monachi, quam monachæ, poterant scire vota aliorum: multo igitur magis *Canonicæ*.

3 Confirmatio ejusmodi Prælatorum, si *immediati* sint, spectat ad D. Papam,* si *mediati*, ad Episcopum: quam quidam Episcopi, ut Herbipolensis, imperti-

pertiuntur *solemniter*,** cum consessu, per impositionem bireti, & pronunciationem formulæ: alii, ut Trevirensis, *per solas literas*.

* Siquando *mediati* Prælati confirmationem suam accipiant Romæ, ut Præpositus metropolitanæ Trevirensis, hæc singularitas repetenda est ex Concordatis Germaniæ, per quas in Cathedralibus prima post Episcopalem dignitas reservata fuit D. Papæ: qui deinde liberam quidem indulsit electionem, sed reservata sibi confirmatione.

** Ad hanc solemnitatem pertinet quoque *citatio edictalis* quorumcunque, electioni, vel confirmationi contradicere volentium, ad valvas, tam Ecclesiæ majoris, quam ejus, cui providendum est: id quod conforme est *can.* 1. *dist.* 70. Non servatur autem hoc ubique, sed, nullo contradictore speciali noto, proceditur ad confirmationem.

§. IV.

De consecratione Episcoporum, & benedictione Abbatum.

1. Cum Ecclesia post confirmationem electi, & ante ejus consecrationem, *aliquo adhuc modo* censeatur esse *viduata*, Can. 1. dist. 100. quatenus nempe *sponso* suo nondum consecrato, adhuc quoad quædam, quasi viri maneat destituta solatio. *Cap.* 2. *de translat.* ideo sub pœnis gravibus prohibitum est, ne *ultra tres menses* differatur consecratio, *

* Si enim ex consecrandi Episcopi negligentia provenerit, ut *ultra tres menses* ecclesia taliter viduata consistat, communione Episcoporum privatur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum offerat: quodsi *ultra quinque menses* per suam negligentiam retinuerit eam, neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat. *d. can.* 1. Conf. *Can.* 2. *dist.* 75. qui est Concilii Chalcedonensis. Et is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat, decurso tempore de consecrandis Episcopis a canonibus definito, de illis disponendi liberam habet facultatem. *Cap.* 7. §. 1. *h. t.* Concilium Trident. insistens antiquis canonibus, & abusum ejus temporis, per quem Episcopi sola jurisdictionis potestate contenti negligebant sui consecrationem, exterminare volens, *Sess.* 23. *cap.* 2. *de Reform.* contra quoslibet Episcopos, & his superiores, etiamsi Cardinales sint, statuit, ut si munus consecrationis *intra tres menses* non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur, & si *intra totidem menses* postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso jure sint privati.

2. Hi tres menses incipiunt *a die confirmationis obtentæ*, nec currunt *impeditis*:* interdum D. Papa dispensat. **

* Can. 2. dist. 75. ait: *Nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protelari.* E. g. si Confirmatus per injurias hominum, vel temporum non potuerit adipisci administrationem. *Cap.* 7. §. 1. *h. t.* Aut, quia detinetur infirmitate: aut, quia obmovetur ei aliquid, propter quod consecra-

secrari non debeat. Siquis nondum esset Presbyter, sed e. g. tantum Subdiaconus, olim quidem remittebatur cum interstitiis ad quatuor anni tempora, ut colligitur ex *can.* 12. *dist.* 76. *in fin.* Sed, cum hodie facilis sit ordinatio extra tempora, maxime arctatorum, non putem, propterea differri ultra tres menses posse consecrationem.

** Idque ex causis publicis, & gravissimis, puta, si confirmato imminere possit probabilis necessitas, ad propagandam domum Catholicam, alias extinguendam, aduc ducendi uxorem. Hæc dispensatio vocatur *de non promovendo,* locumque etiam habet in beneficiatis inferioribus. Vid. AMYDEN. *lib.* 16. §. 7. ubi dicit, hanc dispensationem dari difficillime, & nonnisi rationabiliter, atque ad annum, ut deferatur Tridentino *Sess.* 7. *cap.* 12. statuenti: *Facultates de non promovendo, præterquam in casibus a jure expressis, concessæ, ad annum tantum suffragentur.*

3. Consecratio *Metropolitani* pertinuit ad eum, ad quem ipsa *confirmatio*, scilicet *ad immediatum Superiorem*, qui est *Domnus Apostolicus:* * Quia tamen multis pro longinquitate vel difficultate itineris ab eo onerosum fuit ordinari; *Can.* 33. *XXIV. q.* 1. ideo vel Metropolitano alius vicinus assignabatur consecrator, ut Mediolanensi Aquilejensis, & vice versa: *ibid.* vel, quod frequentius invaluit, Comprovinciales Episcopi. * Donec, his præteritis, aut solummodo cooperantibus, Metropolitani diverterent ad alios Consecratores. ** Hodie consecrantur, a solo D. Papa, aut his, qui habent *mandatum Apostolicum.* ***

* LEO I. Papa relat. in can. 19. dist. 63. *Metropolitano defuncto, cum in loco ejus alius fuerit subrogandus*, Provinciales Episcopi *ad civitatem metropolim convenire debebunt, ut, omnium clericorum, atque civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem ecclesiæ, vel diaconis, optimus ordinetur.* Consentit REGINO *in append. cap.* 40. ex Conc. Toletano IV. *Metropolitanus autem* (consecrandus est) *nonnisi in civitate metropoli, Comprovincialibus ibidem convenientibus.* Conf. *can.* 6. *dist.* 64. *in med. can.* 1. *dist.* 66. & *Cap.* 6. *de tempor. ordin.* BRUNONEM Trevirensem in ipsa civitate Moguntina an. 1101. ADALBERO Metensis consecravit, cooperantibus JOANNE Spirensi, & RICHERO Virdunensi, præsentibus Moguntino, & Coloniensi. *Gest. Trev. Mart. pag.* 186.

** Nostri Trevirenses non videntur agnovisse necessitatem canonicam, ut *primarius Consecrator* eorum præcise esset Episcopus *Metensis.* Gesta Trevirorum Marten. *pag.* 162. memorant de POPPONE, quod an. 1016. consecratus fuerit Treviris *ab Episcopis, qui causa Regis advenerant*, & subdunt: *Consecratorum autem ejus unus erat Theodoricus II. Metensis Episcopus.* Anno 1078. EGILBERTUS, a Treviris pro schismatico Henriciano repulsus, consecrari se fecit a *Moguntino*, cooperantibus extraneis Episcopis, *quoniam Confratres sui Suffraganei videlicet Ecclesiæ Trevirensis*, HERIMANNUS *Metensis, & BIBO Tullensis, ob invidiam Regis, Metropolitani sui consecrationi nolebant INTERESSE.* Ib. p. 179. ARNOLDUS II. an. 1242. Treviris

ris consecratus est a Moguntino, Coloniensi, & Tullensi. *pag.* 251. FOLMARUS an. 1186. consecratus est Romæ: *pag.* 218. BOEMUNDUS I. an. 1288. similiter. Vid. *supra* §. *II. num.* 5. *in not.*

*** Novissime defunctus FRANCISCUS GEORGIUS Archiep. Trevir. consecratus est an. 1729. Bambergæ a Germano Fratre suo FRIDERICO CAROLO ibidem Episcopo, Suffraganeis, *Herbipolensi*, & *Eichstettensi*, cooperantibus, nullo *Comprovinciali* præsente. GROPP. *Collect. Script. Wirceburg. Tom. II. pag.* 700. Nempe solent Archi-Episcopi, & Episcopi jam a pluribus sæculis indultum papale in ipsis confirmationis literis accipere, *ut munus consecrationis, a quocunque malunt, Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, recipere possint.* Vid. H. D. T. Tom. II. pap. 569. in bulla Julii II. de an. 1505. pro Jacobo II. Badensi.

4. Consecratio *Episcoporum provincialium*, secundum antiquos Canones, peragenda erat a *Metropolitano*, * & *Suffraganeis* provinciæ; ** sed hodie nemo consecrare potest Episcopum Occidentis *absque mandato Apostolico.* Quare Episcopus Consecrator, ex præscripto Pontificalis Romani, ante quævis interrogat: *habetis mandatum Apostolicum?* respondente seniore Assistentium: *habemus*, Consecrator dicit: *legatur*, & Notarius Consecratoris legit hoc publice a principio ad finem. ***

* *Can.* 1. *dist.* 62. *can.* 4. & 7. *in fin. dist.* 64. *can.* 2. & 3. *dist.* 65. *cap.* 6. & 7. *de tempor. ordinat.* in quibus canonibus saltem præsentia, aut judicium, & jussus Metropolitani requiritur. *Impeditus* Metropolitanus vices suas potest committere alicui Coëpiscoporum suorum, quem adire tenetur Consecrandus, dummodo Catholicus habeatur, & sit in gratia Sedis Apostolicæ. *Cap.* 10. *de offic. jud. ord.* Et hoc mandatum potest dare Metropolitanus statim, *postquam est confirmatus*, etsi pallium nondum receperit. *Cap.* 11. *h. t.* Nullum vero consecrabit, aut consecrari faciet, *nisi canonice electum*, ne & consecrans, & consecratus deponantur. *Can. ult. dist.* 62.

Additio. Si ab alio quis ordinatus fuerat, quam *a suo Metropolitano* (per hujus tamen literas) is impletis duobus mensibus olim se Metropolitani sui debebat repræsentare aspectibus; ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quid observare debeat, recognosceret; aut se excusare. *Can.* 8. *dist.* 65.

** Et quidem *omnibus*, ut si non corpore, saltem literis, & animo, consecrationi fiant præsentes. *Can.* 1. 2. 4. *dist.* 64. *can.* 3. *dist.* 65. *can.* 1. *dist.* 75. quos per suam debet epistolam Metropolitanus convocare. *Can.* 2. *dist.* 65. *Cap.* 7. *de tempor. Ordin.*

*** Jamdum in *Cap.* 33. *de testib.* lego, quod Innoc. III. rescripserit, ut Episcopus *Lucanus* (qui modo anno 1726. Archiepiscopus est creatus) suo se conspectui repræsentaret consecrandum: id autem tunc nondum fuit aliquid universale: Qua ratione tandem ubique invaluerit istud *reservatum Pontificium*, non invenio: vi Concordatorum Germaniæ hoc non habetur: conjecturo, paulatim ab Episcopis declinatos esse Metropolitanos conventus, viamque mandati Apostolici, tanquam faciliorem sibi, electam. In *H. D. T. Tom. I. pag.*

pag. 439. jam lego, Capitulum Metense an. 1091. ab URBANO II. petiisse, & obtinuisse, ut sui esset arbitrii, facere consecrari Neo-Electum suum a quocunque Catholico. Sed *Egilbertus* Trevirensis non erat tunc in gratia Sedis Apostolicæ. Interim recte fit, ut salutetur a consecrando Episcopo prævie Metropolitanus, juxta canones; quod non intermiserunt nupero anno neo-consecrandi Suffraganei Trevirenses, Tullensis, & Verdunensis.

5. Ab *uno*, vel *duobus* tantum Episcopis consecrationem suscipere non licet; * Sed ad minimum requiruntur *tres*: ** Dispensante autem D. Papa peragi consecratio potest a paucioribus. ***

* Ne furtivum præstitum beneficium videatur. *Can.* 5. *dist.* 65. Add. *can.* 3. *dist.* 64. Hoc vel ipsum consecrationis verbum innuit. *Consecrare enim est simul sacrare.* Can. 33. XXIV. q. 1.

** *Can. Apostolorum* 1. quem vindicat contra Dallæum BEVEREGIUS *Cod. Can. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. & 2. Add. *Cap.* 3. *dist.* 64. *Can.* 5. *in fin. dist.* 65. *can.* 2. *dist.* 66. *Cap. un. princ. de sacr. unct.* Si totidem haberi non poterunt ex ipsa provincia Episcopi, invitabuntur ad hoc vicini. *Can.* 9. *dist.* 65.

*** Pluralitas enim Episcoporum non requiritur ad consecrationem *jure divino*, sed tantum *ex traditione Apostolica.* PELAGIUS I. Papa ordinatus est a duobus Episcopis, & uno Presbytero, teste *Anastasio bibliothecar. in ejus vita.* AUGUSTINUS Anglorum Apostolus licentiam accepit a B. Gregorio M., ab initio in hac insula ordinandi Episcopum sine coëpiscopo. BEDA *in histor. Angl. lib.* 1. *cap.* 27. His temporibus sæpe consuevit dispensari, ut loco duorum Episcoporum assumerentur alii mitrati: sed, studiosissimus veterum canonum BENEDICTUS XIV. denegatione dispensationis ejusmodi nos admonuit, venerandam canitiem canonum posthabendam non esse quorundam commoditati, & sumptuum parsimoniæ.

6. Consecratio Episcoporum differt a *benedictione Abbatum*, quamvis & ista sæpe vocetur *consecratio*, quod sit verum N. L. Sacramentum: * habens quosdam *ritus speciales*, qui in benedictione abbatum non adhibentur; nempe (1.) impositionem libri Evangeliorum super cervicem, & scapulas Electi, sine verborum forma: (2.) impositionem ambarum manuum, tam Consecratoris, quam Assistentium duorum Episcoporum, super caput consecrandi, dicentium: *Accipe Spiritum sanctum:* (3.) unctionem chrismatis in corona capitis cum formula, nec non in utraque manu. *Vid. can.* 7. *dist.* 23. **

* Si ex definitione Conc. Florentini, & Tridentini. Ordo in thesi est Sacramentum, quanto magis Episcopatio? cum Episcopi sint primi inter gradus ordinis hierarchici. *Trid. Sess.* 23. *can.* 6., jure divino superiores simplicibus presbyteris, habeantque potestatem ampliorem, quam isti, scilicet olea sacra conficiendi, baptizatos chrysmate signandi, ministros Ecclesiæ ordinandi, tanta fœcunditate, ut Episcopus non solum sibi generet *filios*, e. g. presbyteros, sed etiam *fratres*, id est, Coëpiscopos, licet hi essent *in linea*

juris

jurisdictionis hierarchicæ superiores: prout Ostiensis Episcopus consecrat electum Papam in Episcopum Episcoporum, & Comprovincialis senior Metropolitanum suum. Hæc magna potestas confertur Episcopis, non *per schedulam*, sed *per impositionem manuum* consecratoriam, & verba: *Accipe Spiritum sanctum*, quæ non frustra proferri, sed dari Spiritum sanctum per ea, imprimique characterem, *Trident. loc. cit. can.* 4. definivit. Unde sic arguo: *Episcopi consecratio habet peculiarem materiam, formam, characterem, & effectum: ergo est Sacramentum.* Sane, ordinem esse Sacramentum, probavit idem generale Concilium *Sess. cit. cap.* 3. per textum Apostoli, *ad Episcopum*, non *merum presbyterum*, scribentis: *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* II. ad Timoth. 1. *Add.* I. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.* Denique hæc propositio est de fide catholica: *Ordo est Sacramentum*, eaque *indefinita:* debet ergo intelligi, vel de *singulis ordinibus*, vel saltem *de præcipuis:* quia *sub* generali nomine id in dubio significatur, quod est præcipuum. *Arg.* §. 2. versu, *Sed quoties* Inst. *de J. N. G. & C.* Atqui præcipuus Ordo est Episcopatus: cum *per Episcopum fit omnis Ordo, omne mysterium, omne Sacramentum.* Simeon Thessalonic. *lib. de sacr. Ordinat. cap.* 1. Adde Syn. Nicæn. II. can. 14. ubi ait: *Quod ordo in Sacerdotio vertatur, est omnibus manifestum:* per Sacerdotium vero hic intelligi *majus*, id est, *Episcopale*, patet ex contextu.

m Hanc cum omitterent Græci in ordinandis suis Episcopis, INNOC. III., volens ritus tam antiqui uniformitatem apud eos quoque introducere, mandavit illam in quodam sic consecrato postea a tribus Episcopis suppleri. *Cap. un. princ. de sacr. unct.* in cujus versu: *unde in veteri* explicat unctionis hujus pontificalis mysterium.

7. Hæc solemnitas deberet regulariter fieri

a) In majore Ecclesia, ad quam consecrandus est Episcopus. *Can.* 33. *XXIV. q.* 1. *Cap.* 6. *de tempor. ord.* Aut in metropolitana civitate. *Can.* 8. *dist.* 65. Trid. *Sess.* 23. *cap.* 2. *in fin. de Reform.* addit autem: *si commode fieri poterit, & si ordinatio fiat extra Curiam.*

b) Die dominica, hora tertia, præcedente jejunio cum orationibus. *Can.* 1. *&* 5. *dist.* 75. in quorum ultimo S. LEO dicit: *Cum Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus S. ad Evangelium gentibus mitterent prædicandum,* jejunantes, & orantes imposuerunt eis manus; *ut intelligamus, quanta & dantium, & accipientium devotione curandum sit, ne* tantæ benedictionis Sacramentum *negligenter videatur impletum.* Ex adducto exemplo discimus præterea, plures Episcopos simul consecrari posse. *Cap.* 5. *de Consecr. Eccles.*

c) Fit *inter Epistolam, & Evangelium*, consecratis deinde concelebrantibus consecratori principaliter celebranti: quod secus est in *solo* Romano Pontifice, qui *ante hymnum Angelicum* consecratur, & postmodum ipse missarum solemnia inci-

incipit, & perficit: Et ideo *ipse solus*, non alius quisquam, *in die consecrationis suæ*, valet ordines celebrare, sive conferre. *Cap.* 28. §. 1. *h. t.*

8. In actu ipso consecrationis ordinandus Episcopus præstat *juramentum fidelitatis* S. Romanæ Ecclesiæ, præscripta formula in Pontificali Romano *pag. m. 61.* *

* Et habetur in *Cap.* 4. *de jurejur.* Cur hoc exegerint Romani Pontifices, explicat PASCHALIS II. in *Cap.* 4. *h. t.* super quo evolve GONZALEZ *num.* 26., ubi per extensum refert formulam juramenti, quod S. BONIFACIUS Moguntinus fecit GREGORIO II., & Archiep. Aquilejensis S. GREGORIO VII., indeque ducit originem hujus juramenti fidelitatis, & obedientiæ, postmodum ab omnibus consecrandis Episcopis præstari consueti. Confer. clariss. P. ZECH *Hierarch. eccles. Tit. XXII.* §. 254.

Additio. Contra hoc juramentum, Romano Pontifici, qua visibili Ecclesiæ Capiti, exhibendum, nihil possunt habere Germani; cum & ipsi in *suis Concordatis* voluerint Episcopos aliis præstare juramenta: *Proviso, quod confirmati prædicti, & per nos provisi* Metropolitanis suis, & aliis *præstent debita juramenta.* Ubi incidenter noto lapsum STRUVII, dum hoc verbum: *proviso,* quod significat: *hoc salvo,* sic transtulit: Ist nun die provision geschehen.

9. Abbatum *benedictio* antiquissima est, * nec originem suam ducit ab eo tempore, quo privilegiis Apostolicis acceperunt Abbates *usum Pontificalium.* **

* Probatur ex *can.* 1. §. 1. *dist.* 69. ubi tunc demum Abbati permittitur ordinare lectorem pro suo monasterio, *si duntaxat eidem Abbati manus impositio facta noscatur ab Episcopo,* secundum morem præficiendorum abbatum, *dum constet illum esse Presbyterum.* Est hic canon. 14. Nicæni II. celebrati an. 789., circa cujus relationem genuinam nihil monuerunt *Correctores Romani:* At PITHOEUS in suo Corpore Juris notavit, hæc verba: *secundum morem præficiendorum Abbatum,* non esse in græco canone. Contra CABASSUT. *in Notit. Concil. pag.* 313. sic eadem refert: *si ipsi Præfecto* (abbati) *scilicet ab Episcopo adhibita sit manus impositio AD ABBATIALEM DIGNITATEM.* Et HARDUINUS *Tom. IV. Concil.* ponit: *ad præfecturam hegumeni:* quæ verba utique ex fonte græco sunt. VAN ESPEN *Tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 31. *cap.* 9. *num.* 11. ait, errare GLOSSAM *in d. can.* 1. *dist.* 69. dum hæc verba accipit *pro benedictione abbatiali,* cum *manus impositio* ibi significet *ordinationem sacerdotalem.* Sed contra est; quia contrariatur regulis interpretationis, dicere, idem bis poni in eodem canone: bis autem hoc poneretur, si manus impositio significaret collationem sacerdotii: quia statim sequitur: *dum constet illum esse Presbyterum.* Igitur *duo* requisivit *copulative* Nicænum II. ad hoc, ut lectorem possit ordinare Abbas, nempe (1.) Ut sit in abbatem benedictus. (2.) ut sit presbyter. Ritus hujus benedictionis solemnis videtur constitisse in *precibus* super benedicendum *fusis,* traditione *regulæ* custodiendæ, & *baculi abbatialis,* quem *ante obtentum usum pontificalium* competiisse abbatibus, uti nunc etiam abbatissis, recte sentit VAN ESPEN *loc. cit. cap.* 6. *num.* 6.

** Usus

** Usus Pontificalium consistit in vestimentis Episcopalibus, tunicellis, chirothecis, sandaliis, seu stivolis, mitra, & annulo. Qui equidem paucis aliquibus Abbatibus ante sæc. XII. competiit, prout THOMASSIN. *Tom. I. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 10. ex THOMA *Cantipratensi*, refert *de Sant-Dionysiano*, & *Cluniacensi* abbatibus. *San-Maximinianus* Trevirensis traditur istud habere inde a tempore S. BASINI, qui an. 671. ex abbate S. Maximini electus est Trevir. Archiepisc. *Epternacensis* REGIMBERTUS habuit hoc an. 1069. ab ALEXANDRO II. *Concedimus quoque tàm tibi, quam successoribus tuis, ut ad mysteria sacrosancta cum mitra, & sandaliis, & dalmatica procedas præcipuis solemnitatibus.* Chartophylac. Epternac. De Abbate *S. Martini Trevir.* extat *in H. D. T. pag.* 316. charta restitutionis istorum monachorum de anno 975., ubi BENEDICTUS PP. VII. ponit: *per hujus Apostolici nostri privilegii, atque sanctæ Romanæ Synodi validissimam constitutionem placuit statuere decretum*, quatenus idem Abbas, cunctique ejus successores, *in monachica conversatione inibi Deo militaturi*, privilegium infularum, ad vicem Episcopi, quod ex traditione S. MAGNERICI (*ut in ipsius vita legitur*) Abbatibus constat institutum, *perpetuo obtineant.* Vivere autem desiit S. Magnericus an. 596. Sed tempore S. BERNARDI erat adhucdum rarissima res, ut probat ejusdem *epist.* 42. *prope fin.*, quam citra spiritum amaritudinis, solius historiæ gratia, atque ut probem, quod sæculo XII. medio nondum habuerint passim usum pontificalium insignium Abbates, exscribo: *Aperte indicant* quidam *horum, quid cogitent*, multo labore, ac pretio, *Apostolicis adeptis privilegiis, per ipsa sibi vindicant* insignia pontificalia, *utentes & ipsi*, more Pontificum, mitra, anulo, atque sandaliis. *Sane, si attenditur rerum dignitas, hanc monachi abhorret professio; si ministerium, solis liquet congruere pontificibus; profecto esse desiderant, quod videri gestiunt, meritoque non queunt esse subjecti, quibus jam ipso se comparant desiderio. Quid si & nomen eis conferre privilegiorum posset authoritas? Quanto, putas, auro redimerent, ut appellarentur pontifices? Quo ista, o monachi? ubi timor mentis? ubi rubor frontis?* Quis unquam probatorum monachorum tale aliquid aut verbo docuit, aut reliquit exemplo? *Duodecim humilitatis gradus magister vester edisserit, propriisque distinguit descriptionibus; in quo, quæso, illorum docetur, aut continetur, ut hoc fastu delectari monachus, has quærere debeat dignitates? Labor, & latebræ, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia: hæc vitam solent nobilitare monasticam.... Si ita oportet, ut emancipati a subjectione pontificum, pari cum Successoribus Apostolorum gloria, pari cathedra*, iisdemque solennium indumentorum insignibus, *attollamini, cur non & sacros ordines celebratis, & benedictiones datis in populis?.. Res est tam manifesta*, ut multitudo reprehendentium *videatur impudentiam obdurasse.* Talia *Bernardus* Sæc. XII. non scripsisset, nec totus Ordo Cistercienlis ab INNOC. III. petiisset confirmationem sui conclusi contra usum pontificalium suorum Abbatum. Vid. *Innoc. epist.* 197. & 198. Non improbavit S. Pater *benedictionem Abbatum*, neque *baculum eorum*, sed *sola pontificalia insignia:* unde *benedictio* eorum, *etiam solemnis*, non debet primum ad ea tempora referri, quibus cogitatum est de *pontificalibus* Abbatum.

Additio. Tam ex *S. Bernardo* superius adducto, quam ex charta *S. Martini Tre-*

Trevir. apparet, *speciali privilegio* opus fuisse Abbatibus ad usum pontificalium: quod & firmatur ex Cap. 6. *de privil. in* 6. ubi CLEMENS IV. *Apostolicæ Sedis BENIGNITAS* nonnullis *Abbatibus*, *aliisque Prælatis*, quibus non competit ex propria dignitate, *CONCESSIT in ecclesiarum suarum gloriam, & honorem, quod mitra, & aliis pontificalibus uti possint.* Et infra: *Ut Abbates, & alii* (E. g. Præpositi Canonicorum regularium) *quibus mitræ usus est ab eadem Sede concessus &c.* Quoniam vero Sæc. XII. hoc non omnes habebant, hinc CALLISTUS II. an. 1123. quidem ordinavit *can.* 12. *XII. q.* 2., quod Abbas sit *consecrandus*, id est, benedicendus, sed addendo: *secundum Ecclesiæ suæ usum*: quo innuitur, *alios* in benedictione accepisse insignia pontificalia, *alios* benedictos esse cum solo baculo in habitu monachali, sicut solent Abbatissæ.

10. Abbates *perpetui* benedicuntur omnes: * *Exempti* quidem vel *in Curia*, vel *extra illam* de mandato Apostolico: *Non exempti* vero ab Episcopo. ** In *Abbatissis*, etiam *perpetuis*, videndum, an sint solitæ benedici. ***

* Alias non licet eisdem proprios monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujusmodi pertinent, exercere. *Arg. Cap.* 1. *de supplen. negl. prælat.* frustra quippe *Cistercienses* hoc privilegium impetrassent ab Alexandro III., ut illa eis licerent, quando Episcopus, tertio cum humilitate, ac devotione requisitus, eorum Abbates benedicere forte renueret, si absque benedictione in vim abbatialis dignitatis id eis competiisset.

Additio. Hoc privilegium compulsoriale contra duritiam Episcoporum, clausum in Corpore juris, dedit HONORIUS III. an. 1219. *Hemmerodiensibus* per specialem bullam his verbis: *Si vero Episcopus*, in cujus parochia domus vestra fundata est, *cum humilitate, & devotione, qua convenit, requisitus, substitutum Abbatem benedicere, & alia*, quæ ad officium episcopale pertinent, *vobis conferre renuerit, licitum sit eidem Abbati, si tamen sacerdos fuerit*, proprios novitios benedicere, & alia, quæ ad officium suum pertinent, exercere, *& vobis, omnia* de alio Episcopo *percipere*, *quæ* a vestro *fuerint indebite denegata.* H. D. T. Tom. I. *pag.* 655. Benedictionem Abbatis hic non debere accipi pro alia, quam *simplici*, & tunc *communiore*, suadent supradicta.

** In *Concordatis* Germaniæ cautum est, quod in monasteriis *Sedi Apostolicæ immediate non subjectis*, & aliis regularibus beneficiis, super quibus ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, Electi, seu illi, quibus providendum est, pro *confirmatione*, vel provisione hujusmodi, ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: consequenter nec pro *benedictione*: Quod autem dicitur: *non tenebuntur*, id non significat, eos, nolente Ordinario, posse.

*** *Clem.* 2. versu: *statuimus*: ubi præterea de Abbatissis *benedici solitis* ordinatur, ut *intra annum*, a suæ confirmationis tempore computandum, *munus benedictionis* suscipiant: alioquin a jure suo (nisi subsit causa rationabilis) prorsus se noverint cecidisse, per illos, ad quos id pertinet, provisione de Abbatissis monasteriis ipsis facienda.


11. In

11. In actu benedictionis jurant Abbates, & Abbatissæ, respective (prout exempti sunt, vel non) D. Papæ, aut Ordinario: prolixius est *virorum* juramentum, quam *mulierum*. Vid. *Pontificale Roman.* *

* *Cisterciensium* Abbatum juramentum habetur in *Cap.* 43. *de Simon.* ubi HONORIUS III. præcipit, ut hac forma professionis, tanquam ab origine hujus Ordinis instituta, Archi- & Episcopi sint contenti. Est autem talis: *Ego frater, Abbas Cisterciensis Ordinis*, subjectionem, & reverentiam, & obedientiam, *a sanctis Patribus constitutam*, secundum regulam S. Benedicti, *Tibi, Domine Episcope, tuisque Successoribus, canonice constituendis, & sanctæ Sedi Apostolicæ*, salvo ordine meo, *perpetuo me exhibiturum promitto.* Verba, *salvo ordine meo*, reduplicant ad immediate præcedentia. *Arg.* juramenti, quod præstant *Episcopi* consecrandi, & *abbates* authoritate Apostolica *benedicendi*, in cujus forma similiter hæc clausula reperitur.

12. Benedictionem Abbatum, & Abbatissarum subsequebatur solemnis *installatio*, sive *positio* eorundem in Sede Abbatiali, quam de jure facit Archidiaconus. *Cap. 9. de offic. Archid.* *

* Vid. H. D. T. Tom. I. pag. 605. *Conductusque ab Archidiacono ad Sedem suam in Lucenburc.* Sed hic usus, per Germaniam saltem, abiit in desuetudinem. HONORIUS III. ad parcendum sumptibus, neve Archidiaconus *parafredum* prætenderet, jam in *Cap. cit.* 43. favore Cisterciensium eum vetuit: *Installationis solennitates in Abbatibus Ordinis vestri fieri prohibentes.* Super quo consulatur *loc. cit.* GONZALEZ.



Animadversiones Editoris.

Ad §. *I. n. 7.* Breve administrationis, de quo hic mentionem facit Auctor, Episcopis Germaniae ad administrationem tum in spiritualibus, tum in temporalibus statim post electionem adeundam necessarium non est; quoad spiritualia quidem *ex Cap. 44. de Elect.* ad quod ipse Auctor provocat: quoad temporalia vero ex pacto Calixtino, in quo expressis verbis ea distinctio fit inter *Episcopos Regni Teutonici*, et *ex aliis Imperii partibus*, uti ipse Auctor refert *n. 16.*, ut priores post electionem, aut *Electi*, ut dicitur, *Regalia ab Imperatore recipiant*, alii nonnisi post *consecrationem infra sex menses*; jam vero cum confirmatio eo aevo necdum esset ad morem hodiernum actus ita distinctus a consecratione; multo minus vero universim ad Pontificem pertineret, electi etiam ante confirmationem et consecrationem investiti Regalia administrabant. Jus hoc suum Imperatores quoque adversus ausus contrarios strenue tuebantur,

tur, uti videre est apud Celeb. HAEBERLIN *Hist. Tom. 2, p. 482.* Alia ad hanc rem jam alibi animadverti.

Ad §. II. n. 5. Inter gravamina Concordatis nostris adversa refert *Auctor Observat. Historico-juridic. Concord. Nat. German. integ. Tom. 2. p. 85. Obs. 20* quod Curia Romana Episcopos Romae confirmandos adigere velit, ut in propria ibidem persona compareant, atque PIUS II. quondam DIETHERUM *Isenburgicum* Archi-Episc. Mogunt. etiam juramento adstrinxerit, quod intra annum a Confirmatione aegre obtenta praesentem se sistere velit; immo inter alias causas exinde quoque eundem exauctorare conatus fuerit: nemini enim inquit nisi Praelatis Monasteriorum ita dictorum Consistorialium ejusmodi quid in Concordatis Aschaffenburgensibus injungi. Quam fatalis fuerit magnae Germaniae parti ea exauctoratio, vide apud KREMER Geschichte Friederichs des Ersten Kurfürsten von der Pfalz, p. 210. seqq.

Ad ejusdem §. n. 8. seqq. Circa ea, quae hic habet Auctor de processu post Electionem institui solito varia graviter queruntur tres Electores Ecclesiastici in literis 1673. ad Summum Pontificem datis, ex quibus fragmenta quaedam habentur *Tom. 2. Concord. integ. p. 90. seqq. postquam* (ita ibi dicitur) *diligenti cura atque impensis ingentibus Electiones sunt summa in concordia factae et ad Urbem delatae, jam ab aliquot annis in quadam Congregatione* a SIXTO V. *inter alias erecta adeo minutim et scrupulose, quasi nodos, ut dicitur, in scirpo quaerendo discutiuntur, ut, quantumvis observata sint in iis Ss. Canonum saltem substantialia omnia, et nemo contradicat, ... tamen, siquid levius per tabellionum incuriam aut aliunde omissum sit, captata inde occasione contra morem Majorum invalidae declarantur, et post multas expensas ratione informationum in facto et jure in scriptis et voce, quibus minimum viginti viri instruuntur, et ad quaevis eorum objecta respondetur, tandem a Secretario Congregationis rebus Consistorialibus praepositae decreta emanare solent, etiam illa non minimo, certe novo dispendio redimenda, per quae provisiones illae ad S. Sedem trahuntur,* &c. &c.

Ad ejusdem §. n. 13. De celebri hac Concordatorum clausula, nisi ex rationabili &c. quam hic Auctor refert, ipsemet uberius egit *in Diss. de Decretis Basileensibus* &c. *Tom. 1. hujus Thesaur. p. 289.*

Ad ejusdem §. Quaest. ad n. 12. not. 2. In temporalia Episcoporum aliorumque Praelatorum Imperii nil juris, vi cujus saltem de illis aliquid disponi possit, Pontifici permitti a Senatu Imperiali Aulico elucet ex concluso 8. Dec. 1749. in causa „des Domcapituls zu Eichstedt contra den Herrn Bi„schoffen und Fürsten daselbst puncto diversorum gravaminum apud STRUBEN

„*Neben-*

„Nebenstunden *Part. 3. p. 449.* ubi inter alia ita dicitur: was aber seine be„schworne Wahlcapitulation belange, so stehe ihm zwar frey (sofern der Bi„schoff annoch vermeinte in Ansehung derer weltlichen Hoheiten und Regalien „gegen die Reichsständische Befugniß allzuviel eingeschrenket zu seyn) solche „bey Ihro Kayserl. Maj. zu übergeben und vorzulegen. Unterdessen aber, bis „nicht die allerhöchste Entscheidung dieserhalb erfolget, solle er alles in An„sehung derer Temporalien in dem Stande wie die Sachen vor angenom„menen Proceß gestanden, belassen. Es könnten übrigens Kayserl. Maj. „gar wohl geschehen lassen, daß er diese Wahlcapitulation auch ihrer päbst„lichen Heiligkeit quoad ecclesiastica vorlege, indem Kayserl. Maj. ohnehin „zu Deroselben das vollkomneste Vertrauen hegeten, daß solche niemalen „würden zugeben, daß mann bey Untersuchung der Capitulations-Articklen „etwas sollte wegen denen *NB.* von Kayserl. Maj. allein herfliessenden Tem„poralien zu Rom verordnen, gleichwie auch Kayserl. Maj. Ihres allerhöch„sten Orts sich niemalen die Entscheidung über die zur geistlichen Obrigkeit ge„hörigen Sachen zueignen." Adde *Dissertat. de insigni libertate Cleri Germanii circa impositionem decimarum*, *Tom. 1. Concord. integr.* §. 12.

Ad append. ad §. *III. n. 3.* Procul dubio ipsemet Clarissimus Auctor non est amplius ejus sententiae, quam hic innuit, nimirum primam in Germania dignitatem post Episcopalem ex Concordatis nostris Pontifici reservatam esse, postquam ANONYMUS in *Analytica demonstratione ex litera et mente Concordatorum Germaniae Praepositiuras, quae sunt in Germania majores post Pontificales et Principales in collegiatis Ecclesiis non esse Sedi Apostolicae reservatas, 1757.* contrarium demonstravit: ejusdem lucubratio passim haberi potest; et compendio rationes praecipuas vide in *Instit. meis Jur. Eccles. Part. II. §. LXIV.*

Ad §. IV. n. 4. Consecrationem hodie quoque vi Concordatorum a Metropolitanis praetendi posse defendit SCHLÖR in *Diss. ad Concordata Germaniae de Electione Archi- et Episcoporum in Germania, sive de Reservatione Apostolica dignitatum Archi- et Episcopalium ex qualitate vacationis ad textum Concordatorum, Electione cassata, Postulatione non admissa Mog. 1767.* quam idcirco, uti et alias lucubrationes Cl. hujus Auctoris hic omisimus, cum separatim impressae facile comparari possint: præcipua tamen, quae de hac materia *C. 2. §. 28. l. cit.* habentur, hic subjungo. Hoc jus Consecrationis uti et juramenti Metropolitanis praestandi in Concordatis ipsis iisdem expresse reservatum fuisse scriptor laudatus existimat per verba: *proviso, quod confirmati et provisi per Papam, nihilominus Metropolitanis et aliis praestent debita juramenta* et *NB. alia, ad quae de jure tenentur.* Fundamenta opposita apud ZALLWEIN *Princip. Jur. Eccles. Tom. IV. C. 4. §. 8.* sunt inprimis quod Consecratio semper connexa fuerit Confirmationi;

mationi; atenim sufficit utramque separari posse, praesertim postquam disc plina hac in re mutata, actus distincti jamjam evaserint: separatas autem es ex Concordatis ipsis elucere videtur. Per Consecrationem porro Episcopu consequi inquit ZALLWEIN plenitudinem Sacerdotii una cum juribus pot stati tam Ordinis quam jurisdictionis Episcopalis annexis, inde S. Sedi non s tis consultum, si Episcopus ab ipsa confirmatus acciperet jurisdictionem me delegatam, non vere Episcopalem: sed hoc adhuc minus obstat, cum Episc pus juxta saniorem sententiam in Consecratione immediate a Christo accipiat j risdictionem, a quocunque consecretur, quod ipsum ZALLWEINIUS ali affirmat, immo ne hic quidem aliter dicere potest, cum Episcopi Germani Consecrationem vix unquam a Pontifice ipso recipiant, sed ex ejus indult prout hodie saltem praxis habet, ab aliis saepissime nequidem Metropolitani atque adeo hinc inde ab Episcopis titularibus eorum Suffraganeis. Omniu vero minime audiendum est id, quod ita non satis prospectum foret bono E clesiarum, cum Episcopi Consecrationem suam hac ratione pro lubitu differ possent: quasi vero necessitas suscipiendi Consecrationem intra tres a Confirm tione menses SS. Canonibus non jam satis, statutis etiam in negligentiores po nis canonicis gravissimis inculcata esset. Alia vide apud *cit. Auctorem l. c.*



II. JC

II.

JOANNIS GEORGII DE ECKART
Insig. Eccles. Colleg. ad S. Stephanum Mog. Canonici, Doctoratus Theologici Candidati, Facultat. Philos. Assessoris

DISSERTATIO
DE

JURE PRINCIPIS CATHOLICI
CIRCA SACRA
SUBDITORUM SUORUM PROTESTANTIUM.

Mogunt. 1750.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

§. I. *Datur Religio.*

II. *Religio non est inventum humanum.*

III. *Religio est vel interna vel externa.*

IV. *Ad Religionem internam cogi nemo potest.*

V. *Aliud est de Religione externa sive cultu exteriori.*

VI. *Inconveniens non est, in statu naturali Potestatem circa Sacra Potestati Civili esse conjunctam.*

VII. *Aliud in Lege Mosaica, aliud in Evangelica dispositum.*

VIII. *Variæ sunt hac in materia Protestantium sententiæ, quæ enarrantur.*

IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. *Statuitur sententia Catholicorum, Jus circa Sacra inter proprietates solius sacerdotii esse: objectiones diluuntur.*

§. XXI. *Regimen tamen Ecclesiæ, licet verum sit imperium, dominatus non est, qualis ille Gentium &c.*

XXII. *Principum sæcularium potestas circa Sacra tota consistit in Religionis protectione.*

XXIII. *In Germania ob Instrumentum P. W. quo omnes & singuli Imperii Status obligantur, paulo aliter sentiendum.*

XXIV. *Varios in Imperio Status habemus; alii Catholici, alii Protestantes, alii Ecclesiastici, alii Sæculares, eminent inter illos Ecclesiastici, in quorum honorem.*

XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. *Sistitur occasio & causa, cur Episcopi Germaniæ in Imperii Principes cooptati.*

XXXI. *Transitio ad scopum Dissertationis.*

XXXII. *Quid sit Jurisdictio Ecclesiastica, exponitur.*

XXXIII. *Jurisdictio Ecclesiastica latior est superioritate territoriali.*

XXXIV. *Termini Jurisdictionis Ecclesiasticæ Episcoporum respectu Catholicorum immutati non sunt.*

XXXV. *In Pac. Reg. & Westph. Jurisdictio Episcoporum in Status A. C. suspensa est.*

XXXVI. XXXVII. XXXVIII. *Exponunt limitationes, sub quibus suspensa est jurisdictio Ecclesiastica.*

XXXIX. *Progreditur ad Jus Principis Catholici circa Sacra subditorum Protestantium.*

XL. XLI. *Probatur, Principi Catholico Jus circa Sacra suorum subditorum A. C. competere.*

XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. *Argumenta Adversariorum solvuntur.*

XLVII. *Usus Jurisdictionis Ecclesiasticæ Principis Catholici in subditos suos Protestantes arbitrarius non est.*

XLVIII. *Ut servetur æqualitas Principi Protestantico, Jurisdictio Ecclesiastica in subditos Catholicos salvis quibusdam exceptionibus asseritur.*

§. XLIX.

XLIX. *Quidquid Juris circa Sacra Jurisconsulti Protestantes Principibus Protestantibus in subditos adjudicant, idem Principibus Catholicis abjudicari nequit.*

L. *Sistit Jura, quæ Eminentissimo Moguntino in suorum subditorum A. C. Sacra competunt.*

§. I.

Dari Religionem, ipsa Natura sibi relicta novit; ex eo enim, quod detur Universum, & in ipso creatura rationalis, existentiæ Dei ejusque perfectionum cognitio abesse nulla ratione potest; habita vero necessario cognitione existentiæ Dei, ejusque perfectionum, interna simul vi impellimur ad eas non solum admirandas, sed & ad summum hoc Numen timore & amore, sincerissimo animi affectu prosequendum; timore quidem, dum DEum ut Ens sanctissimum, justissimum, omnipotens &c. contemplantes, simul convincimur de ejus potestate, animadvertendi in eos, qui voluntati ejus sanctissimæ refragantur; Deum autem refractarios castigare velle, Lex Naturæ mentibus humanis divinitus indita luculenter demonstrat, quæ alioquin effectu suo plane foret destituta, si transgressores pœna legitima non afficerentur. Amore demum, quem accendit Benignitas, Providentia nutrit, aliæque excellentissimæ Dei Perfectiones amplificant. Atque duobus hisce, timore scilicet & amore magna ex parte constituitur Cultus Dei in genere sive Religio.

§. II.

Ex opinione judicant, non veritate, qui Religionem inventum humanum reputant; quicunque enim convictus est de existentia Dei, existentiam quoque Religionis concedere necesse habet; quin tantum abest, ut inventum humanum eam opinari possimus, ut in ipsa potius natura fundatam esse statuamus; Religio videlicet sua statim primordia cepit, simul ac Deus per creationem Universi imprimisque hominis se revelavit. Pro invento autem humano haberi non potest, quod cum orbe condito suam est sortitum originem.

§. III.

Religionem aliam esse internam, externam esse aliam, non est, qui ignoret. Interna est rectus de Deo sensus timore & amore terminatus; Externa vero, quæ proprie Cultus divinus appellatur, in actionibus externis divini timoris amorisque testibus consistit; etenim sicut anima, quamdiu huic corpori immoratur, omnia ope sensuum percipit, eoque modo concipit illa, quo

quo repræſentantur; ita haud exiguo nobis eſt adjumento ad ea, quæ par eſ ratione percipiendum res divinas, ad magnifice his de rebus ſentiendum, a afficiendum iisdem animum, exterior Numinis ſupremi cultus, ceremoni rum & rituum decens & ordinata inſtitutio, dignus Deo apparatus & ſolenı eorum exercitium, quod tum ingentem rebus his divinis authoritatem confer tum ad non minorem illarum venerationem ſpectatorem hominem occulta qua voce adhortatur. Externus itaque cultus conſequitur, promovetque internum.

§. IV.

Ad Religionem internam fruſtra cogis invitum; enim vero Religio inte na eſt rectus de Deo ſenſus, qui potiſſimum in intellectu conſiſtit, affectusqu voluntatis ſecum trahit; ſicut autem ad cognoſcendum quis cogi nequit, cur cogitationes hominis ſint liberæ, & earum cum re convenientia non ex alteriu irrito imperio, ſed ex rei ipſius eſſentia dependeat; ſic nec ad Religionem ir ternam; imo contraria plane eſt coactio naturæ & fini Religionis; interne enin de Deo convictus eſſe debet homo, ex qua convictione Dei colendi obligati naſcitur; hæc eſt unica intellectum perſuadendi methodus. Et ſane ſi vis e rantem in tramitem reducere, fruſtra vim externam adhibes; fruſtra enim in tenditur, quod obtineri non poteſt. Gravibus contra rationibus, argumenti magni ponderis atque momenti perſuadendus ac convincendus eſt de erroribus ita ut credat, ſe erraſſe & interna convictione permotus ab erroribus recedat Ob metum violentiæ externæ concedit, vel negat quidem, quod jubetur; ſe ſimulata mente loquitur, & ſic omni adhibita diligentia & ſeveritate finis no obtinetur, qui intendebatur in convertendo errante. Religio proin interna vio lentiam non patitur; Naturæ tamen, Dei ac humanis ſuo modo legibus ſubj cet, quatenus doctrina veræ Religionis præcipi internusque error per externa prout fieri poteſt, ſigna pateſcens, demonſtrata erranti evidentia rei, punir poſſe dignoſcitur.

§. V.

Interna externam poſt ſe trahit Religionem; Una ſine altera vix ſubſiſtet modus autem colendi Deum exterior in Jure Naturæ determinatus & præſcri ptus non eſt; ſed ab uniuscujusque ſocietatis arbitrio dependet; quo mod ſuum de Deo ſenſum manifeſtum facere velit: In ſocietate ſimplici penes Pa tres familiarum ſegregum, curam Religionis cultusque Divini perſtitiſſe, mih indubitatum eſt; Poſtquam autem, aucto familiarum numero, auctisque peri culis ſecuritatis ſtudium plures conjunxit, ut unitis viribus communia diſcrimi na averterent, ac demum ex conventione hominum libertati naturali ſucceſſere Imperia, imperanti ſimul Religionis cura demandata eſt; ingredientes etenim ſocietatem civilem omnia, quæ tranquillitati ac ſecuritati publicæ velificantur, demau

demandarunt Imperanti; finis scilicet societatis civilis est tranquillitas publica. Imperans igitur omni, quo potest, studio in id incumbat necesse est, ut servetur Religio, ut uno modo servetur, ac uniformiter colatur Deus; quis enim est, qui non novit, quam luctuosam tranquillitati publicæ stragem inferat cultus divini disparitas? ubi in diversa rapiuntur animi, etiam odio in se invicem feruntur, & ex hoc facile in seditiones & bella exardescunt; cum econtra eandem de Deo sententiam manifestare, nihilque in cultu exteriori inter se discrepare, pulcherrimam in animis hominum concordiam excitet; Regnum in se divisum desolari, divinæ Veritatis oraculum est; Imperium autem sine Religionis unitate dissipari, omnium testimonio indubitatum manet; Vinculum scilicet societatis civilis est Religionis cultusque exterioris uniformitas. Hæc est fundamentum omnis civilis vitæ & necessarius Reipublicæ nexus, quo & Princeps cum civibus, & cives inter se arctissime colligantur; Hunc nexum conservare si studeat Imperans, partes boni Principis implet, jusque circa Sacra, quod sejunctum a potestate civili Jus Naturæ ignorat, optime exercet.

§. VI.

Nec inconveniens est, in statu solius Naturæ Potestatem circa Sacra Potestati civili esse conjunctam; non extante etenim ulla lege positiva, congruens est, ut circa Religionem consideratam, ut est virtus moralis & naturalis, potestatem non nemo teneat, quæ nulli aptius, quam summæ potestatis civili valet inhærere, cum finis ille beatitudinis civilis sine virtutum moralium adminiculo, quas inter Religio præeminet, nequeat obtineri.

§. VII.

Aliud est in Lege Mosaica; ignarus quippe historiarum biblicarum habeatur ille, quem fugeret, tribu Juda ad Regimen politicum assumpta, solis Sacerdotibus ex tribu Levi descendentibus potestatem circa Sacra peculiariter a Deo fuisse communicatam, ita quidem, ut si quis alius Sacerdotum ministeria occupare temerario ausu præsumeret, vindicem irati Numinis dexteram protinus sentiret. Saul quasi necessitate compulsus holocaustum offert; & regnum perdit; *1. Reg. 13.* Osias Rex adolere cogitat incensum super altare thymiamatis; & sensit illico plagam Domini; *orta est enim lepra in fronte ejus coram sacerdotibus. 2. Paralipom. 26.* nempe *non est officium Regis, ut adoleat incensum Domino, sed sacerdotum. ibid. v. 18.* Id equidem scio, Principes quosdam ac Ductores Hebræorum, imo longe ante eos Noëmum, Melchisedech, Abraham, præter Reipublicæ gubernationem, potestatem sacram habuisse; sed extraordinario Dei consilio hos ipsos sacerdotes fuisse creatos, sacræ me pagi-

paginæ edocent; Ita de Moyse Duce Israëlis Psaltes Regius *Psal. 98. v. 6. Mo[i]ses & Aaron in sacerdotibus ejus.* In Lege Evangelii est aliter hac super re diss[e]rendum.

§. VIII.

Protestantes, quibus solenne est, Religionem convenientiæ status subo[r]dinare, hac in re in diversissimas abeunt sententias. Hi nullo facto discrimin[e] palam asseverant, Jus circa Sacra & Religionem pertinere ad Regalia superior[a] unde frequens illud & decantatum promanavit: Cujus est Regio, illius est R[e]ligio: Isti sua a sententia non dimoventur asserentes, potestatem circa Sacra [&] Regimen Ecclesiasticum esse penes Principem politicum Christianum, utpo[te] Membrum Principale Ecclesiæ, tanquam Custodem utriusque Tabulæ, qua[m] sententiam & in verbo Dei, & in cana antiquitate, & in prisca Christianoru[m] Imperatorum consuetudine maxime fundatam defendunt: Discernunt alii ju[ra] inter Majestatica ac Collegialia: Alii Ecclesiastico de statu hoc sibi systema fo[r]mant: Nimirum supremam circa Sacra potestatem non latitare quidem tanqua[m] partem subjectivam & intrinsecam sub toto integrali Majestatico; esse tame[n] Potestatem quandam indivisibiliter ratione ejusdem subjecti unitam, ita, u[t] quicunque ista, sed titulo legitimo gaudeat, hoc ipso supremus sacrorum In[]spector & Dominus, ideoque reipsa Episcopus existat; id quod olim commun[e] Protestantium assertum fuit, quamvis non pauci nomen Episcoporum, v[el] quasi talium in Principibus suis horruerint, ne, ut ajebant, Papatum saper[e] viderentur; cernunt hi Ecclesiam directione externa auctoritativa indigere, han[c] autem e fonte Majestatis intrinseco profluere immediate non posse, aliud t[a]men caput Imperans in consortio hominum præter Superiorem territoriale[m] non superesse; hinc Principi, quantum de se est, deferunt regimen Ecclesi[æ] tanquam ex duabus potestatibus inter se quidem intrinsece diversis, sed in e[o]dem subjecto indissolubili unitis vinculo totam rei summam directuro. Sun[t] qui Principi externum tantummodo regimen consignant, ac eam tantum circ[a] Sacra potestatem, quæ statui politico necessaria est. Sunt & alii, qui asserun[t] Magistratui politico ea ratione potestatem circa Sacra competere, quemadmo[]dum parentibus competit potestas in liberos; ast cum parentum non sit, exte[r]nam tantum curam habere liberorum suorum; sed prima debeat esse, ut ver[a] Religio & Fides in ipsorum cordibus plantetur, adeoque ut non tantum ra[]tione præsentis vitæ, sed & futuræ, hoc est, æternæ felices existant; sic & pe[r]hibent, Magistratui competere, ut procurandæ subditorum suorum salutis ge[]rant solicitudinem. Nec prætereundi sunt, qui Jura Episcopalia ex quasi fi[]duciario contractu sive deposito concredita & commissa esse Principi politic[o] statuunt. Prodierunt nuper Auctores diversi e Protestantibus, diversissim[e] sentientes, quorum nominibus paginam implere, supervacaneum duco. Qua[n]tum

tumcunque vero inter se discrepent Protestantes; in hoc tamen conveniunt plerique, quod principiis Juris Naturæ nimium innixi pleraque Sacerdotii & Sacrorum Jura libero potestatis sæcularis arbitrio subesse, eique propria, insita ac congenita esse, concordi fere sententia, diverso tamen modo, tueantur. *Daß das* Jus circa Sacra, *mithin die* Jurisdictio Ecclesiastica, *als dessen vornehmste* species *der* territorial-Superiorit*at kostbarstes und vornehmstes Kleynod sey, welches man keinem Landes-Herrn, so weit er sich dessen gebrauchen will, benehmen kœnne, ist so viel mir wissend biß* dato *aller Evangelischen* Publicist*en einhellige Meynung*, vid. STRUV. in Syntagm. J. P. c. 23. §. 30. 1737.

§. IX.

Nobis omnis quidem potestas a Deo est, sive Ecclesiasticam, seu civilem eam dixeris; utraque tamen Potestas est inter se discreta; utrique potestati sui fines & limites Jure divino positi sunt. Utraque potestas uno a principio, quod est Deus, proficiscitur; Civilis tamen potestas per alia media, & rursus Ecclesiastica per alia ad nos derivatur. Illud inter omnes, prout opinor, constat, Principum potestatem, vel sic dicti Juris Gentium vel Juris Civilis habendam esse, adeo, ut hæc potestas a Deo quidem sit, verum non immediate, sed potius per interpositum sic dictum Jus Gentium vel Civile; At vero potestas Ecclesiastica, quanta quanta est, est data cœlitus, nec per interjectum jus aliud, sed tantum per Mediatorem Dei & hominum JEsum Christum ad nos dimanavit. Potestas Civilis nonnisi hanc vitam attingit, dicente Christo, Matth. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere;* Jubet porro Apostolus 1. ad Timoth. 2. *Nos orare pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus.* Vita igitur quieta, vita tranquilla est hujus finis; Potestas vero Ecclesiastica ad futuram usque ac sempiternam vitam pertingit, ut ait Christus, Matth. 18. *Quæcunque ligaveritis & solveritis in terra, ligata erunt, & soluta in cœlis.*

§. X.

De iis videlicet, quæ DEI sunt, homines aliter disponere non possunt, quam si Deus talem iis facultatem concedat. Causæ autem, resque Fidei ac Religionis vel maxime Dei sunt; disponi ergo, decerni & de iis judicari ab aliis non potest, quam quibus eam potestatem Deus concessit; Deus vero talem potestatem certis duntaxat hominibus, non Principibus, & non passim toti populo Christiano concessit. Nam Deus alios constituit Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores in ædificationem mystici corporis sui, quod est Ecclesia: alios vero constituit velut oves & agnos, qui per Pasto-
res

res & Doctores suos pascerentur, & ad quos attenderent Pastores, ne circumferrentur omni vento doctrinæ per astutiam hominum. Pastores autem soli disponunt, soli judicant, soli discernunt, quid ovibus accommodum sit, quid non sit; Oves enim æquali cum Pastoribus potestate donatas contendere, quid aliud est, quam discrimen a Christo Pastores inter & oves positum tollere, ac, quæ ille distinxit, commiscere, ac confundere? Principes igitur & Magistratus, si tanquam oves in Christi grege habentur, sicuti vere sunt oves, una cum Pastoribus non judicant, non decretorie circa Spiritualia disponunt; Christus enim sicuti antiquam Regum potestatem jure sic dicto gentium concessam non sustulit, aut imminuit; ita neque eis novam & spiritualem, oves suas pascendi, potestatem annexuit. Nil quoque aliud nova in Lege de Principum potestate revelatum est, quam ut dentur Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ut tributa solvantur, ut pro Regibus oretur, ut tam Regi, quam omnibus ab eo delegatis obtemperetur, ac denique ut omnis potestas a Deo promanare, & quilibet Magistratus non frustra gladium portare, sed in ea reminister Dei esse cognoscatur; Jam ubi Reges nominatim jubentur de Christi Ecclesia disponere, vel in causis fidei & rebus Religionis quidquam sibi jurisdictionis arrogare? Nec erant ulli Reges Christiani ab initio, quibus ullam potestatem Christus commiserit; imo per annos propemodum trecentos fuit administrata Ecclesia; & quidem quam feliciter quam prospere, insignia, quæ tot inter tantasque difficultates fecit, docent incrementa? Attamen penes Imperatores, penes Reges, penes Principes, penes civilem Magistratum potestas hæc esse non potuit, eo, quod quicunque fere illis temporibus respublicas gessere, pagani, & conjuratissimi Christiani nominis hostes extiterint. Externum Regimen totum sub id tempus erat Pastorum, non Regum. Innumera non localia solum Concilia, sed & Nationalia in causa Baptismi, Paschatis, Montani, coëgere Præsules, non Reges: Dispensationes homicidis & mœchis concessere Pontifices, non Reges; sacro anathematis fulmine percussi sunt Heterodoxi a Præsulibus, non a Principibus. Electi sunt, depositi sunt Episcopi cum Paulo Samosateno, & aliis; sed a quibus? a Pastoribus, non Regibus. Rem paucis: Externum regimen totum illa tempestate erat Pontificum, non Regum: Præsulum erat, Pastorum erat, non Principum.

§. XI.

Neque postquam animum Christianam ad Religionem adjecerunt Principes, Christique legem complexi sunt, pristinum jus est Episcopis abrogatum; posteriores namque sub Constantino Episcopi successerunt in vicem & eadem Jura Apostolorum, sacra dirigebant ea dignitate ac potestate, quæ a Christo & ab Apostolis in ipsos ut Christi Vicarios & Apostolorum Successores propagata erat; Num autem Episcopi a tempore Constantini desiere Apostolorum esse Suc-

Successores? Num regni cœlorum claves asservare desierunt? An saltem tot annorum, tot sæculorum præscriptio contemni potest? an Christianis Principibus competit, potestatem, jura & libertatem Ecclesiæ arctius premere, quam esset a Principibus Ethnicis factum? Aut an plane traducem potestatis hujus Apostolicæ in Episcopis abrupere, aut abrumpere potuere Constantinus ejusdemque Successores Imperatores Christiani? imo vero Sacerdotum & Episcoporum reveriti potius sunt authoritatem, eorum vocem audiverunt, sententias secuti sunt, sacrasque leges receperunt, Constantinus M. Christianorum Imperatorum Princeps, teste EUSEBIO *lib. 3. de Vita Constantini cap. 10.* in Concilio Nicæno non prius assedit, quam Episcopi, ut sederet, annuissent: finito dein Concilio, scripsit epistolam ad Alexandrinam Ecclesiam apud SOCRATEM *lib. 1. c. 9. Nam quod (ait) trecentis placuit Episcopis, nihil aliud existimandum est, quam Dei sententia, præsertim cum in tantorum Virorum mentibus insidens Spiritus Sanctus divinam voluntatem aperuit:* Judicium porro de Episcopis instituere idem Constantinus exhorruit teste RUFFINO *lib. 1. Hist. cap. 2.* ibi: *Vos a Deo nobis dati estis Dii, & conveniens non est, ut homo judicet Deos; sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in Synagoga Deorum; in medio autem Deos judicat.* Præclarissimis hisce Imperatoris Constantini vestigiis institere magni nominis Cæsares, Valentinianus senior, Theodosius junior, Marcianus; Theodoricus ipse, Ariana licet lue afflatus, in quarta Synodo Romana sub Papa Symmacho habita, sibi judicium in Episcopos non arrogavit; sed postquam a plurimis Episcopis audiisset, Papam Symmachum ob prærogativam suæ Sedis non posse compelli, ut minorum judicio se submitteret, reposuit, *in synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere.* Posteriora quod attinet tempora, a Christianis & orthodoxis Imperatoribus, Regibus & Principibus, verum Ecclesiæ regimen circa Spiritualia, sacra Jurisdictio, verumque jus in substantia, & legitimum spiritualis Imperii exercitium Pontificibus & Episcopis nunquam extitit controversum; imo vero passim agnitum; atque cum hujus rei luculentissima testimonia & exempla ex legibus tam civilibus & publicis, quam Sacris & Canonibus, ex historiis profanis & Ecclesiasticis suppetant, prostentque obvia, superfluum est, prolixioribus allegationibus immorari.

§. XII.

Ratio præterea & æquitas pro sententia Catholica militant; Constituamus etenim ita esse, quod in summa rerum sacrarum & in fidei dogmatibus judicium & arbitrium sit penes Principem aut Magistratum politicum, qua, amabo, ratione, res quædam in controversiam si veniat, decidetur? Num unus quidam Magistratus, qui in una e. g. civitate aut Provincia jus dicit, cau-

sam definiet? vel an opus est, ut omnium, qui Christi fidem ubivis Gentium ac terrarum profitentur, consensus accedat? Non primum: Si enim est Princeps ejusmodi aut Magistratus, quis nominari potest? ubi gentium sedem habet? quid aliquando in fidei negotio definivit? quis ab eo controverso in dogmate sententiam petiit? Non secundum: quis etenim credat fieri posse, ut, si singuli Reges, Principes & Magistratus suis Regnis, Provinciis atque Urbibus in fidei causa judicium ferant, omnes & singuli a se invicem independentes & divisi omnino consentiant, idemque doceant constituantque? & quis demum eorum vota colliget, aut quis sacra ad Comitia coget? An Imperator? quid enim, si nullus aliquando extiterit? quid, si ab Ecclesia deficiat? quid, si in plures scindatur Imperium? quid, si Reges undique irruentes Imperium dilanient? quid, si quæ Imperii portio lacera, non Regii, sed sequioris ac decoloris cujusdam Regiminis sortem experiri malit? Quid, si hæc omnia? Nam & hæc omnia post Constantinum labentibus sæculis contigere in variis Imperii Romani tractibus. Ergo si horum quodlibet, si plura, si omnia eveniant, non congregari sæculari a Principe Concilium, nec vota aliorum requiri poterunt. Sane multiplicatis Regibus & Principibus Christianis firma non staret Ecclesia; quomodo enim in unitate fidei maneret congregata, sicut desideratur *Ephes. 4. 5.?* quomodo perfecti essent fideles in eodem sensu & in eadem sententia, prout exigitur *1. Cor. 1. 10.* Si potestati Laicali jus aliquod circa negotium fidei, Religionis aut rerum spiritualium assignaretur? hæc certe sicuti multiplex & juxta diversitatem Provinciarum diversa est; ita regnante & præcellente spiritu privato, multiplicem Ecclesiam, diversam fidem, dissentientem formaret Religionem; Ast non tam male consuluit Christus Ecclesiæ suæ, ut sacrarum rerum summam, fidei unitatem ad tam lubricum, tam procellosum, tam labile Imperii terrenni sceptrum religarit.

§. XIII.

Diffiteri quidem nullatenus possumus, haud exiguas quondam fuisse Principum partes in convocandis & dirigendis Consiliis, seu Ecclesiasticis conventibus, in quibus de vide, de Religione, de disciplina Ecclesiastica & morali Christiana agebatur; queis Imperatores & Principes per se vel Oratores suos intervenisse constat ex Actis & Historiis Conciliorum; verum partes hasce suas interposuerunt Imperatores & Principes, ut debitus his in conventibus servaretur ordo, tumultus ac simultates ut compescerentur, ut tranquille omnia peragerentur, omni, Episcopis tanquam Apostolorum Successoribus judicandi, decidendi, decernendi, determinandi, & symbola conficiendi libertate conservata, authoritateque inviolate remanente. Quæ tandem his in conciliis rite decisa & judicata esse perspiciebant, ipsi sua quoque Principali, Regia, Cæsarea authoritate muniebant, effectusque Civiles & publicos decretis conferebant, ipsis

ipsis definitionibus Conciliorum subscribendo; quin & legimus, Principes ab Episcopis, Romanis a Pontificibus instanter provocatos fuisse, ut interventu suo suaque, auctoritate fidei & morum decreta & Ecclesiæ doctrinam confirmarent; Id autem potissimum desiderabant Patres, ut mediante hac Principum confirmatione & subscriptione, earundem definitionum & edictorum executionem & observantiam legibus & edictis publicis urgerent, ut populi & laici facilius ad easdem definitiones suscipiendas inducerentur, & allicerentur, cum experientia constaret, difficulter ad Ecclesiæ obedientiam populum induci, nisi ejusdem decreta auctoritate Principum promulgarentur, & adjectis etiam pœnis temporalibus eorundem Principum authoritate ad observantiam constringeretur; coacta itaque tum temporis fuere Concilia ab Imperatoribus & Principibus potestate protectionis non jure Majestatico Regiminis & sacræ jurisdictionis: Duplex enim auctoritas in Conciliorum convocatione concurrere potest & solet: Ecclesiastica velut Judex & arbitra fidei & Religionis, quatenus definiantur dogmata, condemnentur hæreses & schismata, sacri canones ad sanciendam condantur disciplinam: Civilis, ut decreta fidei & morum in forensi etiam judicio vim legis publicæ obtineant, & per omnes Imperii Provincias executioni tradi possint, & ut hæreticorum & Schismaticorum contumacia Imperatoria etiam auctoritate comprimatur.

§. XIV.

Præter assignatas modo rationes, cur prioribus sæculis Christianorum Imperatorum authoritatem ad synodorum convocationem concurrere necesse fuerit, accedunt sequentes; Non enim Ecclesia, ætate illa, temporale tenebat Dominium, non urbis alicujus vel Provinciæ imperium, en necessitatem, ut Imperatores locum quendam & urbem Imperii sui assignarent ad concilium pro dignitate celebrandum! Deinde queis expensis atque sumptibus adducebantur, alebantur Episcopi, nisi publicis? in eo elucebat Christianorum Imperatorum munificentia, hinc litterarum tractoriarum usus: Porro nunquid legibus cautum erat, ne citra facultatem Imperatoriam fierent conventus, ne publica inde res caperet detrimentum? Introspiciatur Codex Theodosianus *Tit. de Episc. & Cleric. L. conventicula.* Neque hic prætereundum, quod Ecclesia, ævo isto, prudenti & pium Imperatorum Zelum fovente œconomia fuerit usa, rata, minime controversiam faciendam esse Imperatoribus & Regibus de ea, quam sibi paulo amplius sumunt, in rebus etiam ejusmodi potestate, quamdiu ea utuntur ex vero Religionis Zelo, prudentia, sacros in Canones obtemperantia, ac genuina disciplinæ Ecclesiasticæ charitate.

§. XV.

Interim collectas quoque absque Imperatore Synodos laudari, eas vero, quæ indictæ gestæque sunt nutu Regum, quando præfixas officii, advocatiæ & protectionis metas excesserunt, improbari, testem habemus Maximum Martyrem *in Collat.* cum Theodosio Episcopo Cæsareæ *ibi: Si synodos, quæ factæ sunt, jussiones Imperatorum firmant, & non pia fides, recipe synodos, quæ contra homousion factæ sunt; nam jussione Principum sunt patratæ, primam videlicet in Tyro, secundam in Antiochia, tertiam in Seleucia, quartam in Constantinopoli sub Eudoxio Ariano, quintam in Nicæa, sextam in Syrmio, & post hæc multo post septimam in Ephesi secundam, cui Dioscorus præfuit; Omnes enim has Imperatorum jussio aggregavit; quare autem non abjicitis eam, quæ deposuit Paulum Samosatenum sub Sanctis & Beatis Dionysio Papa Romano & Dionysio Alexandrino & Gregorio miraculorum patratore, qui eidem præfuit synodo; „quoniam non est ex jussione Imperatoris facta? qui „præterea canon promulgat, solas illas approbandas synodos, quæ Imperatoris jussione „sunt congregatæ?*

§. XVI.

Secernenda ergo sunt facta & jura, uti in celebratione synodorum, ita & in constitutione, ordinatione, & depositione ipsorum Pontificum; multa enim vero circa hæc perperam facta esse, & in labefactata semper per hæreses & schismata Religione, imbellibusque tum Ecclesiæ, tum Sedis Apostolicæ viribus illicita, quæ detestatione magis, quam imitatione digna sunt, ausos fuisse Imperatores, præsertim Arianos aliosque a fide orthodoxa devios, & aliquando simoniacos contra legitimos & vel sola sua innocentia tutos Christi Vicarios Pontifices, alia vero Imperatores, contra Antipapas & Schismaticos, vel ab æmulis intrusos & Simoniacos ex supremo protectionis & defensionis jure legitime gessisse, ex historiis liquet. Nominarunt præterea Imperatores subinde personas in Pontifices consecrandas: intervenerunt quandoque vel per se, vel per missos suos electionibus Pontificum, iisdemque assensum & confirmationem suam impertiti sunt; id tamen omne non jure primigenio, & vere spirituali, sed magis tolerantiæ, indulgentiæ & prudentis œconomiæ jure niti interpretandum est. Ex necessaria nimirum & salutari dispensatione pro ratione temporum sauciari sinenda fuit libertas canonica in electionibus & ordinationibus, ne locus foret tumultuosis & cruentis factionibus, simoniacis & violentis intrusionibus, quæ Religionem adeo deturpabant, Ecclesiam maxime Romanam pudendo latrunculorum & grassatorum jugo subjiciebant, & tandem electiones ipsas penitus extinxissent. Unde consequitur, quod jure suo non exuantur Pontifices & Episcopi, dum ex prudenti œconomia, & ex necessaria dispensatione aliquam ejus partem relinquunt; nam etiam dum jus suum, jus proprium & summum penes ipsos est, cum alius eo sibi condonato vel indulto ex dispen-

satio-

ſatione utitur vel abutitur. Hæc ſcilicet ad diſciplinam Eccleſiæ, quæ juxta circumſtantias, cauſasque utilitatis, vel neceſſitatis viciſſitudini obnoxia eſt, pertinere dignoſcuntur, atque in his multa ſecum defert tempus, multa rerum ſtatus mutavit in melius. Id firmum manſit, inconcuſſum ac invariatæ fidei, quod ſuccedaneus hic mos requirendi conſenſum Imperatoris aut Principum ad electionem vel ordinationem Pontificum vel Epiſcoporum, qui ad alendam & retinendam indivulſam Sacerdotii & Imperii pacem ac concordiam maxime inolevit, neutiquam valeat ad veritatem vel auctoritatem ſacræ ordinationis & poteſtatis clavium complendam.

§. XVII.

Quemadmodum olim Orthodoxi Principes Conciliis generalibus aſſiſtendo, eaque ſuo modo dirigendo ac una cum Patribus deliberando, qualiter controverſiæ ac diſſidia in materia Religionis ac fidei modo magis congruo dirimi ac componi poſſent, nec non decreta & definita ſua auctoritate muniendo & confirmando, eorumque executionem urgendo, nequaquam ſe conſtituerunt Religionis & fidei Arbitros & Judices, aut ſupremos rerum Eccleſiaſticarum *Dictatores* & Legislatores; ita hodie Reges nulli & Principes Catholici etiam in Gallia vel quocunque in regno aut provincia, volentes per ſe, vel in ſupremis Auditoriis ſuis examinari conſtitutiones Eccleſiaſticas, Bullasque Romanas, neutiquam præſumunt, ſe ceu Judices fidei aut Religionis erigere, aut decidere, quid fide credendum ſit, neque poteſtatem legislativam in negotiis Eccleſiaſticis inde ſibi arrogant; ſed duntaxat ſuum ad examen & extrajudicialem quandam notionem ſive nudam & generalem inſpectionem eas revocari prætendunt, priusquam ſuis in ditionibus & territoriis per modum legis promulgentur & executioni mandentur: aliud enim longe eſt, Principem ſe interponere promulgationi novæ legis per ſuas provincias, ejusque executioni: & aliud, velle judicare de ipſis articulis & dogmatibus, ſive quid credendum de fide ſit, vel non credendum, definire, determinare, ac canonem Eccleſiaſticum res circa ſpirituales condere: illud pure externum, quod conſiſtit in promulgando, cogendo, pacem cuſtodiendo, a Principis officio haud alienum exiſtimatur. Et ſane dum Principes etiam Catholici nullum decretum Pontificium ſuis in ditionibus promulgandum eſſe prætendunt, priusquam regiis in auditoriis fuerit viſum & extrajudicialiter examinatum, & litteris, ut vocant, *placet*, munitum, unice intendunt, præcavere, ne quidquam in ditiones ſuas ſub obtentu novæ diſciplinæ inducatur, quod paci publicæ obeſſe, jura temporalia ſtatus & privilegia provinciarum cum notabili populi perturbatione & publicis incommodis invertere poſſit. Tota proinde ratio, quoad placiti hujusmodi uſum, fundatur in ſola Eccleſiæ & Reipublicæ protectione. Princeps quippe cum ſuæ ſibi com-

commendatæ Reipublicæ Rector ac Protector status Ecclesiastici, nec non Reipublicæ spiritualis sit, ad ejusque officium pertineat salus populi, quies & tranquillitas publica; per necessariam inde sequelam fluere contendunt, quod iis omnibus in casibus, in quibus periculum imminet, ne turbetur Respublica, vel detrimentum quoddam haud leve patiatur, possit pro conservandis juribus status, nec non custodiendis intactis inveteratis provinciarum & Ecclesiarum rationabilibus consuetudinibus interponere œconomice protectricem authoritatem, atque hac sua potestate eum in finem uti, seposita æmulatione, omni cum modestia & debita in Ecclesiam sedemque Apostolicam reverentia.

§. XVIII.

Observandum hic ulterius, quod nonnunquam materia mixta existat, & rationes status publicas disciplinæ & politiæ Ecclesiasticæ implicitas simul numeret, eaque vario sub respectu considerata a diversis potestatibus Ecclesiastica & sæculari pendeat; sunt quippe certa negotiorum genera, in quibus id, quod spiritualem respicit, tantam cum civili sive temporali connexionem habet, ut leges Ecclesiasticæ effectum sortiri nequeant, nisi aliqua reipublicæ regimini inferatur mutatio: hæ res pertinent quidem ad potestatem Superiorum Ecclesiasticorum, quam est Deus illis largitus: verum eædem ab illorum jurisdictione non pendent duntaxat; sed & a Principibus, unde ad earum vel rationem, vel saltem executionem, Principum voluntatem & potestatem concurrere quis inficiabitur? neque enim Religio evertit Regionem, nec Christus per suam Ecclesiam Principibus & Regibus eripit mortalia, qui Regna dat cœlestia.

§. XIX.

Indulsit insuper Ecclesia, ut ab Imperatoribus & Regibus nominarentur Episcopi, id est, designarentur personæ ad sacrum Episcopatus Ordinem canonice promovendæ & consecrandæ ex jure quodam patronatus, cum Episcopatus plerosque iidem erexerint, & prædiis ditionibusque suis locupletarint, ac defenderint ab infestatione aliorum Principum, potentiorum molitionibus & incursiones gentium propulsarint. Neque facile abstinebant Imperatores a potestate, quanta maxima sibi permittebatur, propterea, quod permagni interesset, ut fidos sibi & addictissimos viderent Episcopos maxime in Germania & Gallia, quibus fiduciarias conferebant Imperii ditiones & Provincias, & quos cum Principibus sæcularibus habituri erant Imperii regendi con-vasallos & administros; ad castra enim & ad militiam Episcopi Imperatoribus cum suis quique copiis militaribus sese adjungebant; quippe non Religionis duntaxat erant munimenta Episcopatus & Abbatiæ, sed & Imperii; atque sub idem tempus res ad eum gerebantur modum, quo funditus non summoverentur ab Imperato-

ratoribus electiones Episcoporum Canonicæ; Hinc attendas, quo se usque effundat providentissima Ecclesiæ indulgentia in Christianos Imperatores & Reges, qui forsitan sibi paulo plus sumpsere, quam per canones de jure stricto liceat in rebus sacris & Ecclesiasticis; sed eam potestatem totam contulere ad ædificationem Ecclesiæ, donando eidem præstantissimos Episcopos; nimirum quamdiu justitia & majestas canonum honori fuit & curæ, de potestatis finibus nulla facta est religiosissimis Imperatoribus controversia, nihil non (summo defensori suo ex puro Zelo agenti, juraque Ecclesiæ & clavium supremam potestatem offendere neutiquam meditanti) indulgente Ecclesia, ac in materia hac disciplinæ, ob inevitabiles rerum temporumque vices connivente; Vicissim autem Imperatores & Reges, qui tantum sibi sumere videbantur in rebus & causis Ecclesiæ, plurimum & ipsis Episcopis in causis & rebus temporalibus tribuebant; eaque concordia, & communionis fautrix lex amicitiæ, jura, utut diversa & discreta, veluti communia faciens, accommodatissimæ erant, tum ad sanctitatem Principibus, Judicibus & judiciis civilibus, tum ad auctoritatem firmitatemque Ecclesiasticis vindicandam. Ad hæc investituræ Episcopatuum per annulum & baculum pastoralem ab Imperatoribus tribuebantur; quanquam autem ea forent symbola spiritualis potestatis, non ea tamen ratione, quasi Episcopi & Pastores ea lege & conditione constituerentur, ut nonnisi de consensu & authoritate Imperatoria aut Regia functiones sacri sui ministerii exercere possent, ab his Principibus spectabantur probe gnaris, pastores in his Christi, non Principum ministros, nec ab illis delegatos esse, cum Apostolus *1. Cor. 4. v. 1.* aperte edicat: *sic nos existimet homo, tanquam ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, & *2. Cor. 5. v. 20. Pro Christo legatione fungimur:* Ergo tum radicalis potestas, tum legitimum ejus in sacris exercitium agnoscebatur, a Spiritu S. esse, qui *posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei Act. 20. v. 28.* sapientissima vero œconomia dissimulabat Ecclesia eam alienam consuetudinem, conferendi temporalia Ecclesiæ bona per symbola spiritualis potestatis, eo, quod illi religiosissimi Principes purissimo flagrantes Ecclesiæ zelo, & disciplinæ puritatis amore, utiles darent Ecclesiis Pastores, & gratis darent; At ubi non multo post incepere Reges & Imperatores, canonicas electiones proterere, nundinari Episcopatus, Episcopos obtrudere sacro ministerio impares, & tradendo annulum, baculum pastoralem, potestatem spiritualem a se dari veluti significare, statim Pontifices & Episcoporum Concilia insurrexere & injuriosum jus laicæ investituræ illis ademere. Unde pronum est, conjicere, quod orthodoxi Imperatores & Reges (cum per conciliorum canones, & decreta iisdem liceret, Episcopatus largiri post electionem canonicam, adeo, ut fuerit ordinatio sive consecratio retardata, donec Imperatorius vel Regius consensus & Episcopatus dona impetrarentur) nihil referre crediderint, sive consensum ejusmodi & Episcopatus dona verbis, sive baculo

&

& annulo manibus inserendo exprimerent, cum ne veniret quidem illis in mentem, dare Sacramentorum aliquid, aut potestatis sacræ, quam unice a confirmatione Superiorum Ecclesiasticorum & manuum Episcopalium sacra impositione pendere, firma fide tenebant; sed mittere solummodo vellent electum in possessionem omnium prædiorum, & quorumcunque temporalium bonorum, quæ est Ecclesia Imperatorum & Regum munificentia consecuta, ut probe advertit Ivo Carnotensis *epist. 258.* ibi: *cum post canonicam electionem Reges ipsos Apostolica authoritate a concessione Episcopatuum minime prohibitos videamus; Legimus enim sanctæ recordationis summos Pontifices aliquando pro electis Ecclesiarum, ut eis ab ipsis Regibus concederetur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliquorum, quia concessiones Regum nondum consecuti fuerant, consecrationes distulisse: - - - - quæ concessio sive fiat manu, sive lingua, sive virga, quid refert? cum Reges nihil spirituale se dare intendant; sed tantum aut votis petentium annuere, aut villas Ecclesiasticas & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent Ecclesiæ ipsis electis concedere*, sive, ut brevi & nervosa rem totam conficit distinctione Goffridus Vindocinensis *in Opusc. ad Calixtum II.* Alia est investitura, quæ Episcopum corporaliter pascit, alia, quæ eundem spiritualiter perficit: hæc nimirum in collatione potestatis clavium per Sacramentum Ecclesiæ ministerio, illa vero in concessione possessionum & bonorum temporalium per arbitrarium symbolum a manu Regia contraditur.

§. XX.

Præsto sunt porro decreta Pontificum & Episcoporum circa omnes fere res temporales; paucæ vicissim sunt spirituales, etiam circa præcipua fidei capita, circa quas non legimus leges Imperatorum & Principum sæcularium. Hæc legum Ecclesiasticarum & sæcularium quasi confusio circa res easdem spirituales aut temporales non oritur ex corruptione Superiorum Ecclesiasticorum & Principum, qui non consistentes intra limites potentiæ, quam Deus illis credidit, totis viribus allaborarunt, ut usurparent administrationem a sua authoritate non pendentem; sed concordia, qua jungi invicem debent, & studium, quo utrique secundum Spiritum Dei officio suo facere satis satagebant, germanæ sunt hujus conspirationis causæ; Utique populi non uno eodemque affectu aguntur; Sunt, quos pœnarum temporalium timor officio contineat, qui pœnas Ecclesiasticas contemnerent; alios plus permovet a fidelium societate sejunctio, velut nervus disciplinæ Ecclesiasticæ, & ad continendos in officio populos valde & magis salutaris, quam bonorum temporalium jactura. Hæ causæ impulerunt Ecclesiam, ut faceret ex æquo protectionis munere decreta etiam circa temporalia; eædem causæ Principes Christianam Religionem profitentes incitarunt, ut leges facerent circa res nonnisi spirituales. Ambæ potestates invicem

vicem indigent, Deusque illarum auctor vult eos, quibus alterutram committit, sibi mutuam necessariamque ad continendos in officio populos opem ferre; comiterque sese invicem observare; Sacerdotium igitur & Imperium harmonica potestate & administratione exæquari quidem oportet: At utriusque potestas se suos intra terminos contineat. Posuit quippe Deus duo luminaria magna in syderibus Solem & Lunam, alterum quidem, quod diei, quod nocti præesset, & tenebras illustraret, alterum. Jam sicut rerum confusio, ipsiusque naturæ inversio suboriretur, utrumque cœli lumen eodem modo & tempore stare si contenderet, & non potius quadam quasi concordia sua inter se dividerent imperia; ita quoque ordo nullus, nulla nec in sacris, nec in profanis speranda foret felicitas, nisi cessent Sacerdotium inter & Imperium dissidia, & aurea stabiliatur ac conservetur concordia. O quam lugubre est, meminisse fatalium illorum temporum, ubi sui non potentes Cæsares & Reges cum authoritate Ecclesiæ divinitus data collidebantur, vel plus æquo vehementes Pontifices spiritu agebantur Eliæ & obliti mansuetudinis Apostolicæ insultabant potius Regnis & Regibus, quam eos admonebant in osculo pacis & visceribus charitatis. Perlustremus qua sacræ, qua profanæ historiæ volumina; & quot deprehendemus ex collisione Sacerdotii & Imperii orta schismata? quot ruinas Principum? quot regnorum eversiones? Sane sicut discordia Sacerdotium inter & Imperium evidens regnorum ruina semper extitit; ita utriusque concordia basis est perennaturæ felicitatis. Respublica itaque Christiana indubitate semper dulcissimæ felicitatis compendia expertura erit, si & Sacra & Regalis Potestas circumscriptos sibi cancellos non transcendat, perpetuæ tamen charitatis unio, & concordia, quæ ad salutem Ecclesiæ, ad incolumem Regnorum stabilitatem omnino est fovenda, sanctissime observetur.

§. XXI.

Tota igitur Jurisdictio Ecclesiastica ac facultas directrix tam externa, quam interna inter proprietates solius Sacerdotii est. Regimen autem hoc Sacerdotii Dominatus non est, qualis ille Gentium esse solet, Apostolis & Episcopis in Evangelio prohibitus his verbis: *Reges Gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos; non ita erit inter vos.* Sed Regimen paternum est, quod amore magis & dilectione quam timore & Imperio ad obedientiam, & rationabile obsequium filios amice invitat, suaviterque allicit; Principatus est, non despoticus, sed cum suavitate & lenitate conjunctus; vera tamen est & propria Regiminis potestas, ac sacrum Imperium; etenim quemadmodum hoc ad omnium externarum societatum rectam institutionem, & stabilem conservationem, ita & societati Ecclesiasticæ omnino necessarium est, imo ejusdem institutioni coævum ad conservandam unitatem, pietatem, ordinem ac honestatem, & ad malos cohibendos ac castigandos.

§. XXII.

Quidquid vero potestatis circa sacra Imperatoribus, Regibus & Principibus sæcularibus competit, tota quanta consistit in defensione & protectione Religionis, & publica tutela Ecclesiæ, neutiquam vero in Jure Majestatico regiminis, aut summi Imperii, aut sacræ Jurisdictionis in illam: Id, quod *Carolus M.* diffusius explicat in Epist. ad *Leonem* Pontificem: *Nostrum est secundum auxilia divinæ pietatis sanctam ubique Christi Ecclesiam ab incursu paganorum & infidelium devastatione armis defendere, foris & intus Catholicæ Fidei agnitione munire.* Sic & non aliter Princeps sæculi in Ecclesia potestatis adeptæ culmina tenet: Sic per regnum terrenum cœleste regnum proficit, ut, qui inter Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, vigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat; Sic denique Principum sæcularium potestati Deus suam Ecclesiam concredidit, ut agnoscant Principes sæculi, Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam a Deo tuendam suscipiunt, & sive augeatur pax & disciplina per fideles Principes, sive solvatur, exiget ab iis rationem ille, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit, uti loquitur *Canon. 23. q. 5.*

§. XXIII.

Atque hæc est sententia Catholica, quam totus Catholicus orbis ambabus, ut ajunt, manibus amplectitur. Aliter tamen sentire in Germania fatalis necessitas cogit; quam luctuosa enim Jurisdictioni Ecclesiasticæ strages post excitatum superioribus sæculis Religionis dissidium, illata fuerit, inter omnes constat, dum Catholici prævalente adversariorum armata potentia constricti multa sibi suæque Religioni minus faventia Instrumento Pacis Religiosæ & Westphalicæ inseri permiserint, quo instrumento præcipue Westphalico omnes & singuli Imperii Status vi formularum solennium: *Zwischen Haupt und Kliederen, und diesen unter sich selbsten.* R J. de an. 1654. §. 6. item a. 5. §. 1. a. 17. §. 2. §. 17. J. P. O. arctissime obligantur.

§. XXIV.

Varios autem nostro in Imperio Status habemus; alii Catholici, Protestantes alii; Alii Ecclesiastici, alii Sæculares; Eminent inter illos Principes Ecclesiastici, in quorum honorem, si a scopo Dissertationi meæ præfixo paulisper discedam, veniam dabis Lector Benevole! Geminus in his Principatus citra confusionem residet pulchro admodum ordine, sacer unus, Regalis alter: Sacer equidem, uti antiquissimus, ita est & eminentissimus; Episcopatus quippe fons ac origo omnium est ordinum, dignitatum, potestatum spiritualium,

totius-

totiusque regiminis Ecclesiastici in Clerum & populum, quod Imperatores quoque ac Reges filiali obedientia reverentur; cujus inexhausta plenitudo primum in Christo Domino hac de causa nuncupato *1. Pet. 2. v. 26.* Episcopus animarum vestrarum, a cujus munificentissima authoritate plenitudo hæc exundavit in Apostolos, quamque Apostolorum successores jure pleno, & velut hæreditario jugiter nanciscuntur. Alter Principatus Regalis est amplissimus æque ac sublimissimus; Nusquam enimvero, ut scitissime notat THOMASSIN. *part. 3. c. 31.* fere toto orbe Christiano tam immensa Episcopi obtinent feuda ac dominia, quam in Germania, potiundo insimul in eisdem jure vere regio superioritate scilicet territoriali, quæ jus summi post Imperatorem Imperii est, & Majestas analoga, sive æmula Majestatis potestas recte audit; sociam insuper habens Imperii Status præcellentem dignitatem, qua Principes Ecclesiastici corporis summe spectandi Imperii bases & columnæ constituuntur, quorum potenti auxilio & fideli in Comitiis suffragio idem feliciter sustentatur. En Imperium in Ecclesia, & Ecclesiam in Imperio! imo magis in Ecclesia Imperium! potiora siquidem membra illius Principes Ecclesiastici sunt, & quorum spirituali dignitati tanquam Principali Regalis accessoria est; Enim vero Principes Ecclesiastici ideo Imperii Principes sunt, quia Principes Ecclesiæ, scilicet Episcopi sunt; Ex quo namque personis Ecclesiasticis Principum Imperii dignitas accessit; præcipuus habebatur respectus ad Prælaturas Ecclesiasticas, & Prælatos, quatenus, sicuti quoad jura sacra & Ecclesiastica præ cæteris in Hierarchia Ecclesiæ eminent; ita quoque quoad jura politica & regalia aliis in republica præferantur, eoque sensu Ecclesiæ ejusmodi compellari solent, *Fürstliche Stiffter, Geistliche Fürstenthümer.*

§. XXV.

De originario sacræ hujus & regalis potestatis consortio non est ita pronum judicare; utut dubitatio vix remaneat, quin, sicuti omnes in Imperio dignitates, potestatesque sæculares ab Imperatore ceu primo principio fluxere; ita pariter Sacerdotio regalis dignitas ex beneficiaria Imperatorum munificentia veluti primaria scaturigine accesserit. Hac de re *Paschalis II.* summus Pontifex in Concilio Lateranensi Anno 1116. habito ita disserit: *Ecclesia primitiva Martyrum tempore floruit apud Deum, non apud homines; deinde ad fidem conversi sunt Reges, Imperatores, Principes, qui Matrem suam Ecclesiam sicut boni filii honorarunt, conferendo Ecclesiæ bona, prædia & allodia, sæculares honores & dignitates, regalia quoque jura & insignia, quemadmodum Constantinus, cæterique fideles. Et cæpit Ecclesia florere tam apud homines, quam apud Deum.* Non eam tamen existimem mentem Pontificis esse, ut Constantinus Magnus Ecclesiis Ducatus, Principatus & Comitatus jamjam contulisse existimaretur, sed dotatas esse ab eodem, & successoribus viam patefactam, dandi Episcopis terras nobiles

les & opulentas, Jurisdictiones civiles, administrationes regionum, secretiorum regni & Imperii negotiorum communicationes, & ex his demum Regalem Ducatus & Principatus dignitatem, quali modo Principes Ecclesiastici effulgent, in Imperio successive coaluisse. Sane non potuit accedere Episcopis cumulus quidam & apex civilis potestatis jam ab ipsa Constantini Magni ætate, ex quo idem, teste SOZOMENO Lib. 1. Histor. c. 9. Litigantibus (Laicis) *liberum permiserit, ut ad Episcoporum judicium provocarent, si Magistratus civiles rejicere vellent: Eorum autem sententia rata esset, aliorumque judicium judiciis prævaleret, perinde ac si ab Imperatore ipso data fuisset, utque res ab Episcopis judicatas Rectores Provinciarum, eorumque Officiales executioni mandarent.* Id ipsum Arcadii Imperatoris constitutio in L. 7. Cod. de Episcopali audientia confirmavit; Reges quoque Francorum idem probarunt, & quasi adoptarunt in Capitularibus l. 6. c. 366. Edit. Baluzian. Ea porro tempestate (sæculo sexto, septimo, octavo, nono, decimo) qua Comites Ducesque brevem & revocabilem nanciscebantur civitatum ac regionum administrationem, ambigere vix licet, quin ejusdem potestatis pars non modica ad Episcopos devolveretur. THOMASSIN. p. 3. lib. 1. c. 26. n. 15.; Altius itidem apud Reges Francos rerum Germanicarum potitos & Imperatores in Regni & Imperii negotia Episcopos penetrasse quis inficiabitur? documentum legis apud MABILLON. de re Diplomat. l. 3. c. 1. n. 9. *Incipit Lex Alemannorum, quæ temporibus Clotharii Regis* (qui sceptrum obtinuit Anno 587.) *cum Principibus suis, id sunt, triginta tribus Episcopis, triginta quatuor Ducibus, & septuaginta duobus Comitibus, vel cætero populo constituta est.* Carolus Magnus Episcopos pares Curiæ fecit, & in partem sollicitudinis assumpsit; & Ludovicus Pius eosdem in Principes Imperii cooptavit, de quo refert Helmoldus in Chronica Sclavorum lib. 1. c. 4. *Ludovicus paternis per omnia votis concordans eadem liberalitate, qua Pater ejus erga cultum Domus DEI & omnem Clerum usus est, amplissimas regni divitias ad decorem & gloriam Ecclesiæ intorquens in tantum, ut Episcopos, qui propter animarum regimen, Principes sunt cœli, ipse nihilominus Principes efficeret regni.* Successu temporum denique (nempe sub Ottone I. Imperatore ejusque successoribus) accedentibus sæcularibus territoriis ad regales hasce dignitates & potestates, sensim evecti fuere Episcopi, quibus nunc conspicui in Imperio pollent, radiantque. Juvat ad hanc rem verba referre, quæ LEHMANNUS in Chron. Spirens. c. 39. ex *Theodorico Niemo* adducit. *OTTO I. pene omnibus Ecclesiæ Cathedralibus in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia constitutis, multas civitates, Castra, Oppida, Villas, & multa alia dominia temporalia, & Jurisdictiones donavit, & omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuo deputavit; Archi-Episcopos quoque & Episcopos Ducatibus, & Comitatibus & Baroniis communivit, quibus nobiles & potentes vasallos subjecit, & generaliter in morem abiit, ut Ecclesiastici Principes etiam sæculari administrationi præficerentur.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Censuit nimirum, grande piaculum fore, Christiana Germanorum avita pietas, si non æqua, imo vero eo majori regale a Christo institutum Sacerdotium veneratione prosequeretur, quo plura beneficia ab ejusdem ministris, Episcopis & Sacerdotibus, se recepisse novit, vera Dei agnitione, quo beneficio nullum majus est, non modo imbuta, sed & omnibus cum ea pariter venientibus bonis largissime benedicta. Sane primæva Episcoporum & Sacerdotum doctrina & avitæ sive Catholicæ Religionis in Germaniam invecta disciplina verissima ejusdem Germaniæ & felicissima dicenda est Reformatio; Qualis enimvero Germania fuerit ante Apostolicæ hujus lucis auroram, norunt optime litterati ex Seneca, Strabone, Cornelio Tacito, C. Cæsare, aliisque; nimirum, quæ ante id tempus in summa degebat barbarie Germania, quæque nec urbes habebat, nec litteras noverat, neque ullum cultum civilem ferre posse videbatur, suscepta per Episcopos fide & disciplina Christiana, ad eum sensim splendorem pervenit, ut nulli jam regno aut Provinciæ cedat. Quid mirum proinde, si quos Reges & populi habuere sanctissimæ fidei Pastores, cælestis Religionis Propagatores, atque omnigenæ benedictionis Authores Episcopos, eos eorumque Successores grata, filiali, eaque venerati sint pietate, ut Reges & Imperatores largiri iis temporalia dominia, possessiones, Regalia, & quidquid splendidum erat pro gloria Christi, eorum infulis innectere parvi ducerent, populi vero huic Pastorum suorum temporali potestati sanctissime & Episcopaliter administratæ subesse percuperent? Porro cum pro ejusdem Religionis conservatione ac jugi propagatione Episcoporum authoritatem maxime conferre, Reges & Imperatores Christiani persuasissimum sibi haberent, justa eorum sententia fuit ac decretæ in hisce temporalibus bonis & potestatibus conferendis circumspectionis industria, ut nova fieret Episcopis dignitatis & reverentiæ accessio, atque una cum honore authoritatis conciliatio; ita quippe plerumque comparati sunt plebium animi, ut temporali quam spirituali amplitudini plus tribuant. Et cum cognitio nostra, ut natura docet, a sensu incipiat, rerum externarum splendore & Majestate ipsis repræsentata ita moveantur, quatenus majori in pretio ac condigna veneratione amplissime præfulgens Regale Sacerdotium haberent, & rationabile obsequium nullo non tempore eidem deferrent. Hac ipsa de causa prioribus jamjam sæculis in Concil. Laodiceæ Can. 57. sacros Canones provide ordinasse legimus, ut Sedes Episcopalis in civitatibus celebrioribus, non vero in quibusvis pagis erigeretur, ne nomen & Dignitas Episcoporum vilesceret; nequit enim ipsa Religio efflorescere, nisi cum ejus ministri & Præsules in honore sint; hinc recte Ivo Carnotensis epist. 240. scripsit: *Dignitas Episcopalis paupertatem his diebus ferre non valet;* paupertatem siquidem & impotentiam contemptus Pastorum sequitur, ex quo Salus & Reli-

Religio populi periclitatur; ſive ut veriſſime concludit ÆNEAS SYLVIUS de Morib. Germ. fol. 1075. *Eccleſiam pauperem qui eſſe cupiunt, extinctam Religionem volunt.*

§. XXVII.

Ineffabile prorſus divinæ Providentiæ conſilium erat, quod ab initio, cum Eccleſiam pauperem & inermem voluerit, ut digitus Dei oſtenderetur, ipſa ſapientiſſima Pronœa eandem tutata fuerit mediis extraordinariis, ſignisque & prodigiis illuſtraverit, inter quæ ſuper omnia alia emicuit, quod per paucos rudes non minus ac egenos univerſum orbem, & omnem ejus latitudinem Chriſto Domino ſubjugarit; Aſt creſcente Eccleſia & jam adulta, voluit eam eſſe opulentam ac potentem, & ſuis ſemet ipſam viribus & auxilio Dei magis ordinario tuendam reliquit, attingens a fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter; Argumentum ſolide proſequitur BELLARMINUS: *Etſi, inquit, abſolute forte præſtaret, Pontifices & Epiſcopos ſpiritualia ſolum tractare, & Reges temporalia; propter malitiam tamen temporum experientia clamat, non ſolum utiliter, ſed etiam ſingulari Dei Providentia donatos fuiſſe Pontifici aliisque Epiſcopis temporales quosdam Principatus: Si enim in Germania Epiſcopi Principes non fuiſſent, & etiamnum eſſent, nulli in ſuis Sedibus vel permanſiſſent, vel permanere quieti poſſent; ſicut ergo in veteri teſtamento diu fuerunt Pontifices ſine dominio temporali, & tamen ultimis temporibus non poterat Religio conſiſtere ac defendi, niſi Pontifices ſimul Reges eſſent, nimirum tempore Machabæorum: Ita quoque accidiſſe videmus in Eccleſia, ut, quæ primis temporibus ad Majeſtatem ſuam tuendam temporali Principatu non indigebat, nunc eodem jure neceſſario indigere videatur:* Ita eſt, repreſſio hæreſum & ſcandalorum coërcitio potenti manu Epiſcoporum habent opus; uti convenientiſſime reſpondit ÆNEAS SYLVIUS lib. de Morib. Germ. fol. 1078. Majero Cancellario Moguntino: *Quanto potentior hæc Sedes erit, tanto Moguntinus tuus tutior erit, tanto cæteri Epiſcopi liberiores, tanto hæretici depreſſiores;* Ad id ipſum providiſſime reſpexit munificentiſſimus Imperator Otto, & Magnus, cum, uti refert antiquiſſimus Florentinus liber de Epiſcopatuum Regum Teutonicorum: *Archi-Epiſcopos & Epiſcopos Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit, quibus Vaſallos nobiles & potentes ſubjecit, ut ſemper eſſent ad reſiſtendum etiam manu forti paganis & hæreticis in opportuno tempore fortiores.* Quid? quod nihil hoc potentiæ territorialis adminiculo tempeſtivius, & pro tuendo diſciplinæ Eccleſiaſticæ nervo efficacius eſſe, S. Bernardus in Serm. ad Paſt. teſtis omni exceptione major confirmet, modo hæc ad paſtoralis ſolicitudinis officia rite explenda dirigatur; Nemo enim vero tam hoſpes eſt, qui neſciat, nullo majori obice retardari, aut prorſus retundi Conſtitutiones Canonicas & conſilia Epiſcoporum, quam potentiæ temporalis reniſu aut diſſenſu; at cum hæc ipſa in Principibus Eccleſiaſticis poteſtati diœceſanæ conſecrata reperitur,

quæ-

quæcunque eorum pia molimina faciles & felices sortiri exitus, quis non videt?

§. XXVIII.

Exinde colliges, ut optime concludit THOMASSINUS p. 3. c. 31. quam compendiosum sit Ecclesiæ, suos Præsules temporalibus quoque crescere & convalescere Principatibus: Imo vero non summa tantummodo ratio, quæ pro Religione facit, sed lex quoque suprema, qualis est salus Reipublicæ ac Imperii incolumitas, duplicem prælaudatam potestatem conjungi censuit; recte scilicet veteribus semper visum fuit, Sacerdotum interventu, feliciori omine negotia Reipublicæ expediri posse, ac ita demum in portu consistere Imperium, si ex togata & armata militia senatus secretior consisteret. Inde est, quod teste VITRIARIO l. 1. tit. 15. *Nullum bellum, nullum negotium apud Imperatores & Reges Francicos sine Episcoporum Consilio susceptum fuerit; credebant enim*, pergit idem, *antiqui Imperatores, tum demum omnia recte processura, si Religionis Antistites suis consiliis præsentes haberent.* Neque tantum res Imperii, sed & Imperatorum pretiosissima pignora, filios Imperio efformandos Episcopis ob raram eorum virtutem, prudentiam atque dexteritatem concreditos fuisse, legimus in vitis Cæsarum; referente Christiano MATTHIA in Theat. Histor. vitæ Ludovic. IV. & præcipue Ottonis III. sub Carolingicis. Ludovicum IV. Hattoni Archi-Episcopo Moguntino, sub Saxonicis, Ottonem III. novennem Willigiso Archi-Episcopo itidem Moguntinensi cum totius Imperii tutela commissum fuisse. Exempla passim suppeditat historia, quibus Episcopi sic suis in Imperium meritis apud Cæsares inclaruere, ut denuo mirum non sit, eos tot ditionibus ac juribus ditatos, & non ad Principales duntaxat honores, sed & ad Electorale fastigium sublimatos fuisse:

§. XXIX.

Neutiquam igitur, uti recentiorum cavillatorum invectivæ habent, ambitioni, avaritiæ, aut carnali cuicunque cupiditati adscribendum venit, quod Episcopi prudendissimi æque ac sanctissimi aliquando hæc dominia sibi oblata etiam cum summo & quasi regio jure amplexati, accepta strenue tutati, Ducatus & Principatus suis Infulis illigatos hactenus gestent; oblationes erant Principum pietatis remuneratoriæ, vel certe fructus, qui ipsis Præsulibus ex prudenti Reipublicæ directione, ex fideli Imperii defensione obvenere; Atque terrena hac suffulti authoritate quid non egere fervidi Præsules, veri Pastores? ipsi subditum sibi gregem Catholicis imbuerunt mysteriis; pacem Christianam custodierunt; legum tum humanarum, tum divinarum promoverunt observantiam, ac denique fidelem & obsequiosum Regi Cæsarique conservarunt popu-

lum

lum Episcopi, non sibi, sed populo, sed Regi, sed Cæsari viventes. Ju cent proinde ipsimet Protestantes genii & ingenii moderatioris, rerumque storicarum magis gnari, qua discretione, justitia, Pacis Religiosæ ac W phalicæ observantia, boni publici Imperiique utilitate plures alii Scripto Protestantes mordaci calamo Principatus Ecclesiasticos sugillare, atque piissi æque ac sapientissimis Imperatoribus inscitiæ politicæ, fœdæ superstitionis, consultæ profusionis, aliorumque in regimine politico soloecismorum indign stigma inurere non perhorrescant.

§. XXX.

Certo ea non est potestatis tam sacræ, quam profanæ, quamvis sin vicem disjunctæ, indoles, ut altera alteram per se & ex natura sua exclu Hoc verum est, quod ex institutione præcise divina, aut vi potestatis Ecclesi cæ Episcopi non sint Principes Imperii & Rectores reipublicæ; at ex don vocatu Regum aut Imperatorum Episcopos, Principes Imperii, Dominos t poralium, Judices in Civilibus simul esse non posse, falsum est, & insanus ror Arnaldi Brixiensis in Concilio Lateranensi Anno 1139. jure merito demnati. Cæteræ porro exceptiones, quas utriusque potestatis conjunct Authores Protestantici opponunt, capiuntur ab accidente; sane abusus ac tia hominum pertinent, non ad status sive ordinis confusionem. Nulla fecto in rebus humanis conditio tam perfecta est, quæ non suis incommodi accidente misceatur, & ob quæ si tollenda hæc foret, tolli omnes artes, tuum conditiones, Potestatesque tam Imperatorias quam Regias oporte idque omnibus his incommodis pejus foret.

§. XXXI.

Ad Scopum nunc revertor: Splendor hic Statuum Catholicorum oc Protestantium mirum in modum perstringit; Hæc Principum Catholicoru maxime Ecclesiasticorum in Imperio authoritas Majestati æmula implacabi lud adversus Catholicos odium magna ex parte concitat, quod sincere se Protestantes non patitur, quod Status Catholicos infra reliquos longe depr quod demum legitimam Principis Catholici jurisdictionem Ecclesiasticam in ditos suos Protestantes nullo modo potest sustinere.

§. XXXII.

Jurisdictio Ecclesiastica quandam sacrorum jurium universitatem pleditur. Partes totius sunt, quæ sequuntur. Est Ordo, Lex est Diœ na, est Jurisdictio, est denique Status sive Dignitas. Ordinis sunt e. g

testas benedicendi, consecrandi, ordinandi, Sacramenta administrandi, prædicandi, solvendi, ligandi, quod jus clavium appellatur. Legis Diœcesanæ, præter debitam Episcopo canonicam obedientiam, subjectionem & reverentiam, partes numerantur præcipuæ, rerum bonorumque temporalium administratio, horum dispensatio & conservatio, alienatio ac vindicatio, œconomorum & provisorum constitutio & dimissio, religiosarum ædium quoad disciplinam inspectio & provisio, decimarum & aliorum proventuum Ecclesiæ exactiones atque distributiones &c. Porro visitatio, Synodorum convocatio, testamentorum, & ad pias causas dispositionum executio, uti & cathedratici & synodatici exactio & collectarum in subsidium charitativum indictio &c. Jurisdictio vendicat sibi cognitionem de causis Clericorum civilibus, criminalibus & spiritualibus, laicorum vero spiritualibus, ac earundem definitionem, censurarum, pœnarumque Ecclesiasticarum inflictionem, & ab iis absolutionem, causarum matrimonialium judicia, in illis uti & in aliis dispensationem, Clericorum institutionem, depositionem &c. Demum Status seu Dignitatis Episcopalis jura concernunt præeminentiam & superioritatem Episcoporum, privilegia, immunitates, titulos ac graduum prærogativam &c.

§. XXXIII.

A jure Territoriali Jurisdictionem Ecclesiasticam vere ac proprie talem toto cœlo diversam esse, quotquot Juris canonici aut publici scientia vel leviter tincti sunt, palam asseverant. Territoriali sæcularibus in negotiis potestas, sicut plerumque intra territorii fines concluditur, glebæque velut suæ adscripta esse dignoscitur; ita sacra Principum Ecclesiasticorum jura multo latius sese diffundunt, & quas nos Diœceses nuncupamus, multos non raro Ducatus, Abbatias, Comitatus, Baronatus sive mediate sive immediate Imperio subjectos suo sub ambitu complectuntur, in cujus rei fidem vel solum Archi-Episcopatum nostrum Moguntinum adduxisse sufficiat, cujus jus Diœcesanum, ut de latissimo jure ipsius Metropolitico sileam, non Electoratum modo Palatinum, utriusque Hassiæ & superioris & inferioris partes, terras Nassovicas, aliasque Moguntiæ confines pervadit; sed limites etiam Saxonum Principum, ipsiusque Electoris, quin Brunswicensium Electoris & Ducis provincias ingreditur.

§. XXXIV.

Neque hi termini Catholicorum respectu Statuum ac subditorum per Pacem Religiosam Westphalicam sunt ulla ex parte immutati, apud quos salva extant Episcopis & integra omnia, quæ Jus Diœcesanum ipsis addicit ex juris Divini & Canonici sanctione, ex sacræ Hierarchiæ institutis; enimvero nec Pax Westphalica ullam hac in re fecit mutationem, nec quidquam alteri ademit, dum

dum Protestantium non intereret, quo Status subditique Catholici forent loco, quo jure viverent; Inter ipsos autem Præsules ac Catholicos Status nulla desuper est mota lis, controversia nulla est exorta, nulla prætensio; quin potius eo unitis & studiis, & viribus connitebantur, ut antiquus disciplinæ Ecclesiasticæ vigor pleno semper robore subsisteret, ac regiminis Ecclesiastici potestas Episcopis sarta tecta conservaretur. Quæ jam desuper necessaria fuit sanctio? quæ intercessit transactio? Sacra hæc potestas ad protegendam sanctæ fidei Catholicæ integritatem, æqualitatem, pacem ac concordiam fideles inter stabiliendam, & ad extirpandum infelix lolium est potissimum comparata. Sic sacra pagina, sic Canones, sic Constitutiones aliæ Ecclesiasticæ luculenter attestantur.

§. XXXV.

Stetit sub sapientissimo hoc regimine Ecclesiastico Germania universa ad infausta usque dissidiorum in Religione tempora, quando addicti A. C. Status sese eidem subducere, & jus circa Sacra seu potestatis politicæ partem ad se trahere modis atque viribus allaborarunt omnibus; at nec minus pro jurium sacrorum conservatione decertarunt Episcopi & Principes Ecclesiastici, nec, quod impense urgebant Protestantes, eo ratione ulla sese adduci sunt passi, ut Jurisdictio Ecclesiastica in Statuum A. C. addictorum territoriis penitus tolleretur; post longas demum altercationes in Pace Religiosa medius huic negotio terminus est inventus, atque Jus Dioecesanum in A. C. Statuum territoriis in rebus fidem concernentibus suspensione Interimistica est quiescere jussum. §. 20. Pac. Relig.: *Damit auch obberührten beyderseits Religions-Verwandten &c.* in reliquis vero negotiis jurisdictione Episcopali per omnia salva, ibidem verbis: *Aber in anderen Sachen und Fällen &c.* his tamen non obstantibus, in subsecutis post bellum illud diuturnum Germaniæ tractibus Pacis Westphalicæ suum ad genium rediere Protestantes, & pro abolitione omnimoda juris Dioecesani tanquam pro aris & focis dimicarunt, testibus rei hujus luculentissimis Actis P. W. publicis Illustris D de MEIERN, præsertim *Tom. 4. lib. 25. §. 13. pag. 97.* Catholici e converso Paci Religiosæ quidem insistebant, atque juxta ejusdem normam hanc litem diremptam voluere, addentes nonnulla, quæ ad elucidanda dubia circa causas matrimoniales comparata erant, uti videre est in declaratione Plenipotentiariorum Cæsareorum Legatis Suecicis exhibita die 5. Martii An. 1647. art. 18. apud eundem D. DE MEIERN ibidem lib 25. § 16. pag. 177. Sed instabant contra Protestantes, omni virium contentione plenam urgentes extinctionem, cum hac solum reservatione, quod ad consequendos reditus, census, decimas & pensiones in A. C. Statuum ditionibus) ubi Catholici Anno 1624 notorie in Jurisdictionis Ecclesiasticæ possessione fuerint) eadem quoque imposterum uti debeant, effecitque immobilis eorum pervicacia, ut

ut in hanc fere formulam a Plenipotentiariis Cæsareis Osnabrugæ die 14. Maji 1647. consentiretur, servatis in projecto Instr. Pac. tum exhibito verbis summe præjudiciosis: *Penitus sublata esto*, plane ad mentem desideriumque Statuum Protestantium. Verum tantum absfuit, ut Status Catholici, Ecclesiastici præsertim ordinis, maxima ex parte tum Monasterii congregati hanc Juris Diœcesani sublationem æquo acceptarint animo; quin constanti potius Zelo eandem impugnarint; atque huic non deprædicandæ satis Statuum Catholicorum constantiæ debemus, quod in eam tandem, quæ in J. P. O. a. 5. §. 48. legitur, formulam die 30. Januarii 1648. conventum, & salvo radicali Jure Diœcesano, ejusdem solum in A. C. Statuum territoriis exercitium ex parte fuerit suspensum.

§. XXXVI.

Utut autem sanctionis hujus pragmaticæ vigore, Episcoporum & Statuum Ecclesiasticorum jus Diœcesanum, quatenus ad Statuum A. C. territoria sese extendit, in suspenso interea hæreat; id ipsum tamen suas non infimi momenti exceptiones admittit; nam primo propriam sic nuncupatam Jurisdictionem Ecclesiasticam exercent Episcopi in A. C. Statuum territorio ad consequendos reditus, census, decimas, pensiones, dummodo per aliquam anni 1624. partem, non autem sola die 1. Januarii ejusdem anni in possessione vel quasi exercitii juris hujus Diœcesani fuerint, ita quidem, ut in exigendis censibus, decimis &c. post trinam denunciationem ad sententiam quoque excommunicationis tanquam postremum executionis Ecclesiasticæ medium valeat procedi; utut autem hanc Episcopis reliquam Jurisdictionis Ecclesiasticæ partem eludere ac explodere non vereantur; virum sensatum tamen plus clara publicæ legis ordinatio, quam Authorum argutiæ movere solent. Lex ita scripta est, sane non frustra, non otiose; cum effectu igitur intelligenda & accipienda est, eo nimirum, ut post vibratum excommunicationis fulmen agi & procedi possit iis juris mediis, quæ Jure Canonico prodita, & in foro Ecclesiastico recepta sunt, cui utrique pragmatica Imperii constitutio in subsidium venit adversus eos, qui fulmen hoc ceu fulgur ex pelvi, ac cæcas sine viribus iras despicerent. Insignis porro hæc jurisdictionis Episcopalis nota est, vel ideo magni facienda, quod (cum excommunicatio a clavium potestate procedat, & coactivum in sacris Imperium supponat, neque quoad antiquam operandi vim usus ejusdem hac in parte ullam passus sit restrictionem, imo vero indefinite præservatus) ipsum Instrumentum Pacis eo usque suffragetur, ut censuræ huic Episcopali inobedientes, & hac in parte Ecclesiam non audientes, sicut Ethnici & Publicani in Imperio sint habendi.

§. XXXVII.

Altera de statibus provincialibus & subditis A. C. addictis, qui in Principum & Statuum Catholicorum territoriis existunt, exceptio est. Hi siquidem an. 1624. id est, non die prima Jan. sed aliqua anni parte, cum lex indefinite anni mentionem faciat, ipsosque subditos concernat, antiquam Episcoporum jurisdictionem, quæ proprie Ecclesiastica est, agnoverunt, eisdem imposterum subesse jubentur in casibus, qui A Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione processus nihil injungatur, quod A. Confessioni vel conscientiæ adversatur. Casus autem A. Confessionem non concernentes, actus sunt, quos indifferentes ac medios dicimus, Catholicos inter æque ac A. C. addictos observari soliti, sive qui intrinsecum Religionis punctum non tangunt, nec in principiis fundamentalibus objectivis Catholicos inter & Protestantes dissensum involvunt; sed magis extrinsece ad Religionem ejusque statum se habent, cujus rei lumen accipi potest ex §. 20. Pac. Relig. ibi: *Aber in anderen Sachen und Fällen der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen, Ceremonien, &c. nicht anlangend, soll und mag die geistliche Jurisdiction exercirt, geübt und gebraucht werden.* Ad hoc autem, ut ejusmodi status provinciales & subditi A. C. addicti jurisdictionem Episcopalem agnovisse dicantur, sufficit, modo ejusdem exercitio, si quod extitit per aliquam anni decretorii partem, acquieverint, aut, si nullum per totius anni decursum extitit, reclamatione factove contrario dictæ jurisdictioni sese publice non subduxerint; plus enim vero non requiritur, ut potestatem alterius, quæ antea jam fundata, præexistens & antea jamjam agnita fuit, ultra agnoscere dicamur. Stat porro præsumptio pro ejusdem jurisdictionis exercitio sub Statibus aut Dominis Territorialibus Catholicis sæcularibus, utpote qui juri Diœcesano Episcoporum nedum præjudicare non voluerunt; sed summa potius opera id egisse dignoscuntur, ut in suos subditos A. C. addictos Episcopis & Clero aliqua jurisdictio relinqueretur.

§. XXXVIII.

Limitatio tertia de Statibus provincialibus & subditis Catholicis, qui in Statuum A. C. addictorum territoriis degunt, est concepta; licet enim ab initio citati jam §. 48. dicatur, Jurisdictionem Ecclesiasticam intra territorii cujusque terminos se continere debere, eamque, quam Imperii status ex communi hactenus in Imperio usitata praxi sibi adscripsere, & quæ nova ac improprie talis est, territorii terminos nulla ratione posse egredi; jurisdictio tamen Ecclesiastica antiqua sive Episcoporum in A. C. Statuum territoriis Catholicos in subditos inibi existentes quondam extensa, ibidem in eosdem perseverat, quando Episcopi in anno 1624. non Calendis modo Januarii, sed in quacunque anni parte, cum instrumentum Pac. in cit. §. indefinitam anni mentionem faciat, jurisdictionem

Eccle-

Ecclesiasticam quiete exercuerunt. Atque in hos jus hoc Diœcesanum etiam in publico suo exercitio inviolatum esse debet, quando publicum in anno decretorio subditi Catholici tenuerunt ibi Religionis exercitium, unde cum publicum Catholicæ Religionis exercitium haberi & subsistere nequeat, nisi cum subordinatione atque dependentia Pastorum & populi a potestate & jurisdictione Episcopali, generatim est statuendum, quod Episcopi quoad jus diœcesanum in subditos Catholicos, qui anno decretorio publico Religionis exercitio in Statuum A. C. addictorum territoriis sunt fruiti, optime fundatam habeant intentionem, nec in hujus exercitio queant impediri, quoad demonstretur, Episcopalem horum jurisdictionem in subditos Catholicos continuo publice contradictam, præpeditam, aut saltem interturbatam fuisse, ita, ut verum sit dicere, quod in nulla anni parte hæc fuerit pacifice exercita; quin cum de Religionis Catholicæ ejusque exercitii essentia sit, in materia fidei, ordinis, administrationis Sacramentorum & Clavium usus tam Parochos, quam Parochianos a potestate superiore hierarchica dependere, indeque potestatem & influxum participare, hanc quoad materiam ac ejusmodi functiones jurisdictio Ecclesiastica Episcoporum respectu subditorum Catholicorum, tametsi privatum duntaxat in Statuum Protestantium territoriis Religionis habeant exercitium, adeo suspensa esse nequit, quin saltem clam & occulte exerceatur, modo ne Statuum territorii Juribus inde præjudicium afferatur; Nec discretum sobriumque ejusmodi Juris Diœcesani exercitium impediri, subditique Catholici ab ejusdem usu mandatis pœnalibus arceri possunt, cum aperte alias aliquid iis injungeretur, quod eorundem Religioni atque conscientiæ adversaretur.

§. XXXIX.

Nunc propius ad Dissertationis Kyrion. Quid juris Principi Catholico circa Sacra subditorum suorum Protestantium competat, nunc expendendum. Discrimen cumprimis est sciendum, quod intercedit Jurisdictionem inter Ecclesiasticam proprie talem & antiquam, quæ Episcopis ac Ordinariis propria, in diversa atque aliena olim territoria excurrisse dignoscitur, & Jurisdictionem inter Ecclesiasticam improprie talem seu novam, quæ Statibus Imperii cum jure Territorii ex praxi hactenus in Imperio usitata in subditos libere & citra omne obstaculum competit; non de priori, nisi anno normali & agnita & exercita fuerit, sed de posteriori, quæstio hic occurrit.

§. XL.

Extra omne dubium ac controversiam esse mihi videtur, Jurisdictionem Ecclesiasticam, quæ improprie talis sive nova vocatur, Principi Catholico in subditos suos Protestantes competere, ac sequentibus quidem ex rationibus.

Primum, Jurisdictio Ecclesiastica necessario comprehenditur sub jure reformandi, propterea, quod plus sit, reformare, quam administrare Religionem, & jus reformandi, ut ait Deck. Consult. forens. 6. n. 28. jus aliquod regiæ potestatis & suprematus in se contineat. Hoc autem jus sine jurisdictione Ecclesiastica nec esse, nec concipi potest; proin a Jure reformandi tanquam a genere ad jurisdictionem Ecclesiasticam velut speciem bene ac solide licet argumentari; unde sic arguo: Vi articuli 5. §. 30. J. P. O. Jus reformandi, cujus pars est jurisdictio Ecclesiastica, competit Statibus immediatis una *cum Jure territorii & superioritatis* ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi; jam vero Status Catholici sunt æque territorii Domini suis in ditionibus, ac Status Protestantes a. 8. §. 1. verbis: *Omnes & singuli Electores Principes & Status Imperii Romani &c.* Quamobrem dum Principes Protestantes cum territorii & superioritatis jure jurisdictionem exercent Ecclesiasticam; pari quoque modo ad Principes Catholicos spectat, in suos A. C. subditos; siquidem Statui nulli immediato, jus, quod ipsi ratione territorii & superioritatis in Religionis negotio convenit, impediri oportere, decernit cit. §. 30. Imo a nullo unquam sub quocunque modo prætextu turbari posse aut debere, vult §. 1. a. 8. Sane pragmatica Pacis Westphalicæ Sanctio, sicut nullam Status inter Catholicos & Protestantes quoad jus territorii differentiam admittit; ita pariter discrimen agnoscit nullum inter ipsos, quod jus reformandi & jurisdictionem Ecclesiasticam attingit; idcirco termino medio praxeos scilicet in Imperio hactenus usitatæ provide utitur, ne Status Catholicos a juris ejusmodi exercitio ac jurisdictionis Ecclesiasticæ usu excludere videatur. Ac jurisdictionem hanc in subditos Protestantes Statibus Catholicis dubiam facere velle, nescio, an non exulcerati animi indicium sit, & malevolum, Status Catholicos infra ipsos Protestantes deprimendi, studium undique prodat. Jus territorii eccur Principi Catholico non patrocinetur? Profecto quod pro se æquum judicant, non debent iniquum judicare contra se Protestantes, cum inter utriusque Religionis Status omnes & singulos æqualitas esse debeat exacta, ita, ut, quod uni parti est justum, alteri quoque sit justum, §. I. a. 5. J. P. O. Qua mutua & exacta æqualitate stante, concipi nequit, quo jure, ac qua legis ratione jus reformandi veluti territorio annexum & reale Principi Catholico adimatur, juraque Episcopalia in subditos transfundantur, & hoc modo territorialis superioritas Principem inter suosque subditos dividatur, contra §. cit. 1. a. 8. ubi Statibus omnibus liberum in Ecclesiasticis æque ac politicis superioritatis territorialis exercitium attribuitur. Atque hinc frustra, ut partim solide, partim principiis Protestanticis cohærenter discurrit HENNIGES in meditat. ad Instr. Pac. pag. 424. & actum agunt, qui solos Status Protestantes jure reformandi uti posse, existimant, Catholicos autem sæculares ab eo excludunt; hæc enim longe aliter hoc nostro articulo sunt definita: per totum enim Imperium communis hæc

praxis

hactenus usitata esse dicitur (scilicet in textu) quod nimirum Statibus Imperii immediatis sive Ecclesiasticis sive sæcularibus, cum jure Territorii ex hac praxi jus etiam Reformandi competat. Nec valde commovebuntur Catholici Religione, etiamsi dixeris illis, non posse eos integra Cleri sui authoritate hoc negotium suum facere, quod secundum domestica hujus Religionis principia plane alieni est fori; statim enim objicient usitatam praxin, nihilque tua referre dicent, si hæc agere per legem licet, in gratiis Cleri Catholici ipsa agantur, aut volente eo: quodsi porro opponitur, hac ratione videri Principem constitui Vicarium Cleri, quod: prorsus ferendum non sit, cum omnis jurisdictio Ecclesiastica in Protestantes sit suspensa; quia enim Catholicus Princeps ex status sui conditione secundum principia Pontificia ad res sacras tractandas non idoneus est, atque adeo in gerendis id genus negotiis operas saltem suas & ministerium confert pro exequendis Cleri decretis & destinatis; Clerus ipse autem qua Clerus omni jurisdictione & potestate in Protestantes per Religiosam & Westphalicam Pacem sit spoliatus, ideoque de jure Reformandi Catholicorum sua natura sic sit comparatus, ut nullo pacto stationem aliquam hac in lege habere possit; isti continuo excipient, in tanta Legis perspicuitate non esse locum subtilibus illis & argutis ratiunculis, quibus si agere liberet, adversarii suis facile armis confici possent. Fac enim, Ecclesiasticam Cleri potestatem contra Protestantes suspensam & abolitam esse. Sane statim reviviscet supremum Principis Jus circa Sacra, quod hactenus Ecclesiastici Ordinis ambitu & importunitate suppressum erat: & ideo cum res in naturalem suum statum redierit, quo fuit, antequam Clerus se erigeret, & venditaret, non opus jure Vicario, sed Principem suo jure Sacrorum curam gerere, cum nemo sit, qui impediat amoto semel Clero Pontificio; neque etiam obliviscentur Catholici ejus regulæ, quæ art. 5. §. 1. est tradita de mutua & exacta æqualitate inter utriusque religionis Status omnes & singulos, ut, quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum. Quæ argumenta sane mihi tanti videntur esse ponderis, ut non intelligam, quibus rationibus facile refelli possint. Hæc ille.

§. XLI.

Tum magni sane ponderis ratio pro eadem conclusione affirmativa deducitur ex § 31. a. 5. ubi diversæ Religionis subditis ejusdem exercitium & annexa, sub quibus licet jurisdictionem Ecclesiasticam simul comprehendi, ultra largiter, non ultra tamen & aliter iisdem indulgentur, quam quatenus illa anno 1624. exercuerunt & exercita fuisse probare possunt, ex quibus tam apertis exceptionibus manifesta est sequela ac fundata in jure regula, quod exceptio firmet regulam in casibus non exceptis; quatenus ergo Religionis exercitio annexa anno normali subditi non exercuerunt, & exercita fuisse probare non possunt,

ſunt, ex lege publica iisdem ultra nihil competit; proin cum Jurisdictio Eccleſiaſtica antiqua ac propria, in quantum anno decretorio exercita & agnita non fuit, in illos ſit ſuſpenſa, Territorii Dominis, &, quod perſpicue ſequitur, Principibus Catholicis jurisdictionis Eccleſiaſticæ uſus, liberumque exercitium, quod ipſis ratione territorii ac ſuperioritatis in Religionis negotio absque impedimento alioquin convenit, tum juxta vulgare brocardicon: *Cujus eſt Regio, illius eſt Religio*, tum juxta ſæpe jam citatum §. 30. a. 5. ſolidum & privativum remanet. Profecto quam parum jurisdictio territorialis in ſubditos per Inſtrumentum Pacis vel tota, vel ex parte eſt translata, tam parum transfuſa in ipſos oſtendi poteſt Jurisdictio Eccleſiaſtica, neque ulla veriſimilitudinis ratio ſuadet, multo minus Pacis Weſtphalicæ textus loquitur, quod Imperii Principes proprios ſuos ſubditos conſtituere voluerint, aut actu conſtituerint ſubjectum habile jurisdictionis Eccleſiaſticæ, cum juris ſui Regii abdicatione, formando hac ratione Statum in Statu, & in ſuperioritatem territorii ſubditos velut conſortes admittendo, atque ita, ut in ſenſu Proteſtantium loquar, priora Sacerdotii jura revocando, & Hierarchiam Eccleſiaſticam in vili plebe denuo independentem conſtituendo, quam tamen toties Proteſtantes tanquam juribus & regalibus Statuum injurioſam, dum in Epiſcopis ſubſiſtebat, condemnarunt; nec hic dicere juvat, differentiam intercedere inter jura Sacrorum, alia ſcilicet eſſe Majeſtatica, ſolis Principibus & territorii Dominis propria, alia vero Collegialia, quæ ſubditis quoque eſſe communia poſſunt; præterquam enim, quod primo iſthæc diviſio jurium in nullo P. W. textu ſit expreſſa, proin gratis aſſeratur; dein quod nulla horum conſtitui poſſit determinatio, quænam ſint illa ſolis reſervata Principibus, quæ ſubditis convenientia, indeque tertio ampla & jugis dominium inter & ſubditos exſurgat litium, rixarum, ſeditionum ſeges, adeo ſummorum paciſcentium ſcopo, ſervandæ Pacis Weſtphalicæ diſpoſitioni, publicæque tranquillitati retinendæ inimica; verum ut loquar, in effectu idem Dominorum territorialium ſuperioritati contingeret præjudicium, ſub quocunque demum titulo exſors libertas, independens acephala ac ſuo pro arbitrio de Religione diſponendi poteſtas ſubditis aſſeratur, quibus tamen ex aperta ejusdem Pacis litera ſolum & unicum factum poſſeſſionis vel quaſi in anno decretorio circa Religionis exercitium & annexa habitæ, & prout habita oſtendi poteſt, ſuffragatur, quod ſervitutis adinſtar territorii Dominum a libero alias reformandi, & de negotio Religionis diſponendi jure ſuorum reſpectu ſubditorum remoratur. Nequidquam proin alios in titulos & diviſiones juris circa Sacra extra hoc factum poſſeſſionis vel quaſi inquiritur, quod quoad ſubditos tam circa exercitium Religionis, quam annexa, norma præciſa, ſolaque cynoſura & menſura eſt. Imo vero quodſi factum inſolens circa uſurpationem & præreptionem jurisdictionis Eccleſiaſticæ in anno decretorio contra Dominum doceretur, ſubditis quidem & hoc ſuffragaretur; nihilominus cum

cum ſupponi jure merito debeat, quod ſummi paciſcentes & J. P. W. loquantur *in terminis habilibus*; plenaria autem poteſtas & independentia circa Sacra ſecundum omnia Juris publici principia ſubditis velut mediatis competere nequeat, Dominus territorialis Catholicus in hoc quoque caſu jure ſibi vendicare poteſt ſupremam inſpectionem & ſuperintendentiam, ita, ut, quæcunque graves cauſæ & Religionis negotia occurrerent in iis, ſuos adjungere poſſit Commiſſarios ceu Inſpectores & Intendentes, nequid detrimenti capiat respublica. Præterea, territorii Dominum radicatam habere jurisdictionis Eccleſiaſticæ intentionem ex Jurispublici univerſalis præſumptione munitam, ſubditos autem absque probandi onere nec audiendos eſſe, nec advertenda eorum querelarum genera ſub juſti ſpecie allatæ, id ſatis citra difficultatem ullam ſenſus formulæ, *quatenus probare poterunt*, evincit, cui ſententiæ noſtræ, quin ipſi veritati publicæ accedit negotiorum publicorum peritiſſimus HENNIGES verborum pondere convictus, in Medit. ad Inſtr. Pac. ſpecileg. 4. p. 448. in not. ubi ſic: *Hac eſt inſignis limitatio ex adverbio* quatenus, *quod modum ſeu menſuram uſus ſive exercitii Religionis explicat. Neque enim, qui ſubditi an. 1624. ſua Religionis exercitium aliquod habuere, eo deinceps pro arbitrio & ſine modo uti poſſunt; ſed eatenus, quatenus dicto anno exercuere.* Vides igitur, vocabulum (quod illuſtris interpres alterius Religionis, ſua alias in criſi acutus admodum & acerbus animadverſione ſua & elucidatione vere dignum judicavit) exceptionem ſiſtere, econtra præſumptionem pro territorii Domino, uti id lex quoque egit pragmatica, pariter in ſe continere, ita, ut territorii Dominus tamdiu agere ex illa Juris publici univerſalis libertate queat, uſque dum annus decretorius exceptionem ſiſtat, ſive ſubditis jus excipiendi contra jus alias quæſitum Domini ſui territorialis ſuppeditet; id quod ulterius probatur ex verſ. *Catholicorum* §. 48. a. 5. ubi ſtatuitur (præter id, quod hoc §pho Inſt. de jurisdictione vera & antiqua Epiſcoporum præcipue ſit quæſtio) Catholicorum ſubditos A. C. addictos, qui anno decretorio *Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt*, dictæ ſubeſſe jurisdictioni; unde patet, ſi ſe eximere velint, requiri, ut ex parte ſua eam tum temporis non agnoverint, quam ſi negent Proteſtantes, probandi onus iis incumbit, eo, quod pro territorii Domino ſtet firmiter legis Imperii fundamentalis præſumptio, isque ex Inſtrumento P. W. ſolide fundatam pro ſe habeat intentionem. Non minus colligitur ex cit. verſ. & §pho, ſubditos Proteſtantes ab Eccleſiaſtica Statuum Catholicorum jurisdictione eſſe exemptos, *in iis ſolummodo caſibus, qui Auguſtanam Confeſſionem aliquatenus concernunt*. Manet proin in reliquis Domini territorialis Catholici jurisdictio inconcuſſa. Cæterum recenſentur a. 5. §. 34. & 35., varia diverſæ Religionis ſubditorum jura ac beneficia; non tamen fit mentio ullius ab Eccleſiaſtica Statuum Catholicorum & Eccleſiaſticorum jurisdictione exemptionis. Ex quibus illud nunc conficio, quod juxta genuinum Inſtrumenti Pacis ſenſum ſubditi A. C. addicti, niſi per pacta aliter iis proſpectum

sit, aut ipsi in quasi possessione ejusmodi jurium anno 1624. fuerint, seme
in perpetuum jurisdictioni Dominorum suorum territorialium Catholico
etiam Ecclesiasticorum Ecclesiasticæ subesse jubeantur. Pragmaticam asse
nis hujus veritatem opiniones contrariæ, argutæ, mordaces ac violentæ in
pretationes, ideatæ demum subtiliter ratiocinationes non evertunt. Argun
ta DD. Protestantium subin contra Principes Catholicos sæculares, subin co
Ecclesiasticos, pleraque contra Status Catholicos in genere pugnant.

§. XLII.

Arguunt quidem DD. Protestantes sic: Principes Catholici sæculares
pote Laici sunt secundum jura Canonica penitus incapaces jurisdictionis Eccle
sticæ, & usus illius ipsis sub pœna excommunicationis interdicitur; proinde
universalem exclusionem sicut in subditos Catholicos, ita quoque in A. C.
dictos nequeunt tale quid exercere. Verum hic non judicatur juxta Jus
nonicum, sed Instrumentum P. W. Si ergo vi hujus, Status A. C. addi
qui etiam meri sunt Laici, omnimoda facultate gaudeant, jurisdictionem
clesiasticam cum superioritate territoriali exercendi, non video, cur Status
tholici sæculares deterioris esse conditionis, atque pari jure in subditos
Protestantes destitui debeant, eo quod Tabulæ Pacis W. nullam inter Sta
diversæ Religionis faciant distinctionem, imo potius in art. 5. §. 48. *versic.*
tholicorum. eosdem æquiparent, & signanter potestatem Ecclesiasticam Cat
licis tribuant in subditos alterius fidei. Dein quomodo subditi provocare
lunt ad jus Canonicum, ac exinde utilitatem quandam pro se & contra suos
minos territoriales derivare poterunt, cum minime agnoscant forum Sum
Pontificis? & eapropter frustra invocant auxilium Legis, quam respuunt.

§. XLIII.

Provocant ulterius Protestantes ad famosum illum §. 48 ubi dicitur:
Diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra A.
Electores, Status eorumque subditos tam inter Catholicos & A. C. addictos, qu
inter ipsos solos A. C. Status - - - - suspensa esto. Ast §phum istum nobis mi
me obstare, imo causam nostram magna ex parte decidere, fateri cogentur i
sententiæ contrariæ Patroni, si verba, quæ mox subjunguntur, simul addic
rint: *Et intra terminos territorii cujusque Jus Diœcesanum & jurisdictio Ecclesia*
ca se contineat &c. Quæso, quid verba §phi hujus aliud innuunt, quam sum
morum Paciscentium mentem fuisse, ut jurisdictio antiqua Catholica, Or
nariis propria alieno in territorio certis sub limitationibus suspendatur, q
territorii Dominus jus territoriale & annexam huic jurisdictionem Ecclesiai
cam absque ulteriore contentione, in quiete, in pace potestate plena qu
exe

exercere? quapropter nec illa ipsa Principis Catholici territorio est deneganda. Et quo modo territorium addices Principi Catholico, cum non omnes territorii effectus velis ipsi relinquere? Urgeo argumentum: si ex antecedentibus nullus territorii Dominus carere potest jure circa Sacra; ergo nec Catholicus territorii Dominus Principis itaque Catholici jus circa Sacra ex hoc ipso §pho probatum dabis, ex quo Jus Diœcesanum suspensum esse edicis. Nunquid Ecclesia etiam sub Principe Catholico est Collegium? cur igitur non similiter Principi, quatenus jure pollet Majestatico, plenissimam in Reipublicæ suæ collegia inspectionem attribuamus, cum aliis tamen imperantibus id largiamur? secus si foret, id fortassis esset statuendum, Ecclesiæ Protestantium collegium a Principe Catholico tolerandum esse, nec eum ejusdem actiones ad Reipublicæ salutem dirigere posse, dum tandem a summo id Imperio nequit separari; hæc nostra si negas, paradoxa statuis, & territorium illud ut mancum describis. Mirum porro est, DD. Protestantes, cum omni tempore illa ipsa foverent principia, nempe territorii Domino generalem circa Religionem circumspectionem competere, ubi cum Con-Statibus Catholicis de exacta æqualitate & jure circa Sacra pacti fuere, adversus inveterata principia aliter modo sentire velle, ac præcipue cum ipsimet jus circa Sacra ex jure territorii Principi etiam ante sic dictæ Reformationis tempora attribuere, omni, qua poterant, industria contenderint, exempla desuper afferendo, e quibus supremam circa Religionem inspectionem a territoriali Domino non esse sejungendam, luculenter demonstraretur. Germaniæ Proceres, inquit Celeb. ESTOR in delineat. Juris publ. Eccles. Protest. p. 39. inter Majestatis jura etiam Sacrorum jura ex communi per totum Imperium usitata Praxi idque ante reformationem exercuere. Exemplum Hassorum ille ipse in medium protulit. De Henrico Leone, ut Protestantium ore loquar, Jus circa Sacra exercente testis est Perill. de BUNAU *in der Probe einer Reichs-Historie* p. 16. 49. testis Illust. de LUDEWIG de Principum S. R. I. potestate in Sacris ante Paces Religionis. Studio proin partium agunt DD. Protestantes, cum Statibus Catholicis quæstionem desuper moveant, ac sibi ipsis haud satis constantes jus circa Sacra subditorum A. C. illis controvertere nitantur. Sane vel debent Protestantes Principibus Catholicis rationem Status Imperii negare, vel debent sincerius sentire. Genuina porro ac vera mens §phi 48. illa est, quod A. C. subditi, qui anno normali Jurisdictionem Ecclesiasticam non agnoverunt, in iis tantum casibus ab Ecclesiastica Domini territorialis Catholici jurisdictione eximantur, qui Augustanam Confessionem aliquatenus concernunt, ex quibus vocibus: *Qui Augustanam Confessionem concernunt*, regulam fieri in non exceptis palam est: Omnes autem A. C. subditi eo ipso fatentur, quod anno illo decretorio Ecclesiasticam Domini territorialis Catholici jurisdictionem agnoverint, quicunque sua in probatione haud evincunt, quod in exercitii jurisdictionis Ecclesiasticæ possessione vel juris Sacrorum, jure

fuerint proprio constituti, qui sensus ipsi pariter summorum Paciscentium me
est per omnia conformis. Denique ecquis persuadere sibi poterit, hunc §.
patrocinium præstare subditis, ad id confirmandum, quod penes subditos,
illud collegium Ecclesiam constituens jurisdictio resideat Ecclesiastica, cum p
spicuum oppido voluntatis Paciscentium indicium adsit, quod, quidquid hoc
§pho sæpe cit. 48. Juri Diœcesano Episcopi, Diœceseos suæ intuitu decessit,
territorio deinde accreverit, qua interpretatione controversiæ omnes quam
cillime componi & possunt & debent. Imo noverint, DD. Protestantes, n
incongrue dici, si dicatur, in gratiam potissimum Statuum A. C. subditor
eorundem & amore pacis publicæ juris Diœcesani exercitium suspensum, & l
rum intuitu intra territorii cujusvis limites interea subsistere jussum fuisse; cu
que Diœcesanum A. C. proprium Protestantes admittant nullum, ratio pat
cur a priori adversum Episcopos A. C. qui sunt Lubecensis alternisque vicib
Osnabrugensis, & alios forte, queis in compensationem ac satisfactionem in
W. Episcopatus una cum bonis Ecclesiasticis concessi fuerunt, prospicere
voluerint, ne & hi sub Juris Diœcesani obtentu in aliorum Statuum territor
quandam in Sacris partem sibi vendicent, sicuti citata verba: *Quam inter ip
solos Augustanæ Confessionis &c.* dilucide attestantur.

§. XLIV.

Graviter porro contendunt DD. Protestantes ac ajunt: Jurisdictionis E
clesiasticæ exercitium, curaque sacrorum est de annexis Religionis a. 5. §. 3
Hoc tamen non obstante &c. quapropter qui Religionem A. C. non profiten
nequit sibi Sacrorum curam arrogare, atque Ecclesiasticam in diversæ Religi
nis subditos jurisdictionem exercere. Quid ita? Dicta referatur cura inter
quæ sunt annexa A. C. ejusque exercitii, eo, quod ad cultum illius externu
rite instituendum præcipue tendat; id non moleste patior: at quid inde? qu
sequela? ergone cura hæc sacrorum Confessionis sæpe memoratæ annexis r
spectu subditi cujuslibet singillatim sit usque adeo agglutinata, ut, quicunq
formulæ huic non subscribit, neque directioni circa eandem sese immiscere v
leat? cui hæc æterna, si Superis placet, veritas vel per somnium incidit? n
quidem ignoro, quanta virium contentione Adversarii pro eodem subjecto i
dividuali A. C. addicto, tanquam pro suo novi Troës Palladio hic decerten
§phi allegati tenori operosius hi insistunt, ac constitutionem eatenus satis luc
lentam esse replicant; ergone credam DD. Protestantes ingens nescire disc
men, quod admisso etiam legis sensu ambiguo, territorii inter Dominium eju
que subditos, quibus publica, eaque exacta D. L. Nomothesia providit, i
tercedit? Subditis vel sola possessio quacunque demum anni decretorii parte h
bita patrocinatur, ejusque factum, cum nonnisi personale ac individuale exist
subj

subjecta A. C. non exigere non potest: Ex eis autem, quæ præcesserunt, constat, territorii Domino vi superioritatis re ipsa competere curam Sacrorum A. C. directivam, ad quam pro eo, ac par est, obeundam nec intrinseca rei indoles ob mutuæ connexionis defectum, nec §phus 31. toties citatus, quippe qui casum plane heterogeneum repræsentat, exercitium A. C. personale necessario requirit; quin, ut dicam, quod res est, ex §. illo 31. plus non eruitur, quam subditos A. C. qui anno 1624. in Jurisdictionis Ecclesiasticæ possessione fuerunt, non minus in exercitio ejusmodi defendendos esse, neque perturbandos, sicuti, qui anno hoc decretorio liberum Religionis exercitium tenuere.

§. XLV.

Jam aliam exsculpunt antithesin ex J. P. O. a. 13. §. 8. *Sexto. Ne etiam* verſ. *quoties vero &c.* ibi: *Quoties vero Catholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omnino in A. C. Sacra arroget sibi Juris, aut obtineat.* Inde inferunt DD. Protestantes, Episcopum, etiam qua territorii Principem nihil plane juris in A. C. Sacra sibi vendicare posse; sed quis vel obiter evolvens cit. §. 8. contextum, non observat, nonnisi singularem occurrere ibi constitutionem, quæ exceptionem quidem a regula astruit, ipsam vero regulam, Episcopatum Osnabrugensem prætergrediendo, nequaquam destruit? unde paralogismus ille juridicus in aprico est. Casus ergo Episcopatus Osnabrugensis est singularis & peculiariter per pacta ita decisus; a particulari autem ad universale quo tempore valuit argumentatio? Quanquam specialis hujus dispositionis hæc ratio præcipua sit, quod tum pariter, cum Princeps A. C. addictus Osnabrugæ imperat, omni omnino in subditos Catholicos jurisdictione Ecclesiastica careat, solo Metropolita Coloniensi eam exercente.

§. XLVI.

Dicunt denique, contrarium esse rationi, quod res Ecclesiasticæ dirigantur ab iis, qui diversam colunt Religionem, & quorum Religioni adeo repugnat, bonum atque salutem societatis Religioni alii addictæ promovere, ut potius ad extremam illi perniciem inferendam conscientiæ stimulis jugiter agitentur. Nam, quidquid sit de hoc, utut rationi non adeo conveniens appareat, licet id irregulare foret; praxis hactenus usitata prævalet, fucos hosce coloresque adulterinos jus supremum territoriale jam diu absterſit; quin a Lege Pacis Westphalicæ, licet forte dura, ita tamen scripta, a succedanea Imperii observantia, quæ pariter vim legis, aut saltem legis dubiæ interpretationis authenticæ vim obtinet, assertionem hanc meam hactenus confirmatam esse, abunde cognoscitur. Aliud rei hujus exemplum cape. Quoties contingit,

 ut,

ut, modo Protestantes Catholicis, modo Catholici Protestantibus vi juris Pa natus designent Pastores? nunquid hoc rationi pariter haud esse conveniens detur? ita tamen in Germania practicatur, & quod practicatur, a lege pu ca confirmatum est. Plura porro id genus irregularia &, quæ insolita ac radoxa videntur in Religionis Systemate, his in terris conspicamur; neque mirum cuiquam videatur, quod principio irregulari semel admisso, vi cu Episcopis & Ordinariis jus Diœcesanum & jurisdictio Ecclesiastica suspensa, berum e diverso de Ecclesiasticis æque ac Politicis disponendi exercitium perioritati territoriali annexum est, irregulares sequantur conclusiones, & prorsus novo Systemate novi, & qui videntur paradoxi, effectus subori tur.

§. XLVII.

Neque tamen Jurisdictionis Ecclesiasticæ usus Statuum Catholicorum subditos A. C. addictos plane, & ita (uti a quibusdam non bene nobiscum tientibus adumbrari solet) est sana a ratione absonus; Absit a me, ut præpo ro more Protestantium affectu præoccupatus, talis jurisdictionis usum cujuslibet imperantis arbitrio exercendum statuam; sed exercendus est c gruenter principiis Religionis illius, cui subditi adhærent, consultis videl desuper in casibus dubiis Viris ejusdem Confessionis ac Religionis probe gna aut pro materiæ gravitate Theologicis aut Juridicis ejusdem Religionis Fa tatibus, imo cum inter Protestantes Judex in Religione & Spiritualibus a certus non reperiatur, qui intricatis in eventibus jus firmum dicere possit, f foret, si Protestantes cæterum bonæ famæ, id suis non repugnare princi censeant. Illud sane rationibus Status & systematico Imperii Ordini pro foret contrarium, subditis, non dicam, ab antiqua Ordinariorum jurisdic ne, sed & a territorialium Dominorum in Sacris potestate, communi ex pı legeque Imperii iisdem stabilita integram concedere liberationem, ac m strosam erigere acephaliam, subditos autem, quos alias obsequendi manet cessitas, & quibus unice ex Statuum velut summorum Paciscentium benefi circa Religionis exercitium est indultum, quidquid est, ad Statuum jura & dominatum usque provehere, & ex subjecta subditorum conditione novum independentem statum in Principum statu formare, quod (ut de sæcularil Principibus peculiare quid afferam) compluribus Principibus intolerabilius ret, quam Jus Diœcesanum & jurisdictionem Ecclesiasticam in Episcopis ju morem antiquum agnoscere; foret pariter iisdem longe multoque honorific tius, cum magnis Ecclesiæ Præsulibus, quam cum vilis conditionis hominil subditis jus partiri, & servato sibi territorii jure potestatem Ecclesiasticam p illis his relinquere.

§. XLVI

§. XLVIII.

Cum porro omnes inter ac singulos Imperii Status servanda sit æqualitas & exacta & mutua, ita, ut, quod uni parti est justum, alteri quoque justum sit a. 5. §. 1. J. P. O. neutiquam diffiteor, Principi A. C. addicto usum pariter Jurisdictionis Ecclesiasticæ novæ scilicet ac improprie talis, salvis quibusdam exceptionibus differt. §. 38. expositis, suos Catholicos in subditos competere, quatenus, quibusque in casibus a Catholicæ Religionis principiis nihil abhorrens inde sequitur, & iisdem subditis inde injungitur; atque idcirco amplior utique & largior extat usus, quo Principes Catholici & Ecclesiastici gaudent circa Sacra Protestantica suorum subditorum, quam Principum Protestantium potestas est, in exercitio subditorum, Catholicorum Sacra concernente, propter diversa Religionis Catholicæ & Protestanticæ principia: sicuti enim hujus quoad Dominos etiam sæculares ea sunt admodum laxa; sic econtra illius respectu horum sunt plurimum restricta, adeo, ut salva Augustana Confessione permulta Princeps vel Dominus sæcularis in Sacris atque Ecclesiasticis disponere possit, quæ, salva Religione Catholica, circa hujus Sacra is disponere non potest, perstatque demum in eo mutua adhuc æqualitas, quod eadem facultas circa Sacra, quæ juxta Religionis Catholicæ principia Principi Catholico competit, etiam Principi Protestantico in Sacra suorum subditorum Catholicorum juxta horum principia adseratur, & vicissim par potestas, quæ Principi Protestanti circa Sacra tribuitur, Principi Catholico suos in subditos A. C. addictos non denegetur.

§. XLIX.

Ex quibus hactenus deductis ac concludenter, ut opinor, probatis satis superque colligitur, eam eandemque omnino jurisdictionem Ecclesiasticam, quam DD. Protestantes suæ Religionis Principibus in ejusdem Religionis subditos adjudicant, Principi quoque Catholico, & quod perspicue sequitur Ecclesiastico, non pro Principis quidem genio, sed secundum propria Protestantium principia, ne conscientiarum lædatur libertas, in subditos A. C. non posse abjudicari; Adjudicant autem Protestantes Principibus suis, primo potestatem circa Cultum Religionis suæ externum, ita ZIEGLER c. 17. p. 318. Anonym. de Jure Reform. p. 42. & 43. Deinde Jus vocandi Ministros: Ita JÆGER p. 118. p. 145. ZIEGLER. p. 326. HENNIGES de potest. circa Sacra. c. 7. Tum potestatem circa disciplinam Ecclesiasticam JÆGER p. 185. ZIEGLER p. 354. Postremo potestatem constituendi Consistoria. JÆGER p. 267. ZIEGLER p. 238. Anonym. de Jure Ref. p. 206. §. 35. D. FEUSTELIUS in Differt. Halæ sub Præsidio D. FLEISCHERI Jurisconsulti Hallensis edita varia Statibus Evangelicis & singularia Jura circa Sacra adjudicat. Hæc omnia

salvis

ſalvis exceptionibus Paci Weſtphalicæ inſertis Principi Catholico abſque invidia ac manifeſtæ iniquitatis nota nequeunt abjudicari. Generaliter ſuper hac materia legi merentur CHRISTIAN. RITTMEYER. in vindiciis Jur. Refor. oppoſit. Sinceri *die auf das allerbeſt gegründete* Jurisdictio Eccleſiaſtica *Catholiſcher Landsherren über ihre proteſtirende Unterthanen.* Auth. Anonym. *Geſetz-mäßige Beantwortung der Frag: Ob ein Catholiſcher Lands-Herr in Teutſchland die* Jurisdictionem Eccleſiaſticam *über die in ſeinem Land-befindliche der Augſpurger* Confeſſion *verwandte Unterthanen zu exerciren befugt ſeye* apud FABRUM *in ſeiner Europaiſchen Staats-Cantzley* tom. 47. p. 387. Sinceri *Geſetz-mäßige Widerlegung der ſogenannten Geſetz-mäßigen Beantwortung*, PHILALETI, *unpartheyiſche Gegeneinanderhaltung obiger Schrifften des* SINCERI *und* Auth. Anonym. & reliqua ſcripta, quæ exhibet FABER Tom. 47. *ſeiner Staats-Cantzley* pag. 359. & ſeqq. BOEHMER in ſuis Conſultat. & Deciſ. Jur. Eccleſ. & publ. Tom. 1. Conſultat. 16.

§. L.

Jure proin ſuo utitur Eminentiſſimus Archi-Epiſcopus ac Elector Moguntinus, ſi omnes illos Jurisdictionis Eccleſiaſticæ actus §pho præcedente receuſitos, in ſubditos ſuos Proteſtantes Erfordiæ in Thuringiæ Eichsfeldiæque tractu, aut alibi eatenus exerceat, quatenus pactis vel Privilegiis eandem Jurisdictionem Eccleſiaſticam reſtringere hucusque non placuit. Quid Erfordienſibus Proteſtantibus ſit conceſſum, exhibet FALCKENSTEIN *Hiſtor. Erford. L. 5. c. 1. ſeq.* ac conferri poteſt LONDORP. *tom. 9. Act. publ. l. 10. c. 11.* ac pluribus ſequentibus. Atque ut ad ſingularia deſcendam, niſi quid aliud, prout dictum, pactis eſt ſtabilitum, poteſt Eminentiſſimus Archi-Præſul ac Elector noſter ſubditis ſuis A. C. addictis Miniſtros Religionis denominare, confirmare ſibi præſentatos, conſtituere Conſiſtorium, eique vel de perſonis Eccleſiaſticis aut nonniſi de ſæcularibus providere, conſiſtoriales decidere cauſas ad ſe per appellationem devolutas, item cauſas Matrimoniales juxta illorum principia vel maxime ſæculares, approbare certam rituum formam, ſecundum Religionis diverſæ dogmata, ſtabilem quandam & Proteſtanticæ Religioni conformem ordinationem Sacrorum, *Kirchen-Ordnung* dictam inducere, doctrinas erroneas occaſione Religionis diverſæ recens exortas rejicere, eaque omnia circa res ſacras ſubditorum ſuorum Proteſtanticas agere, quæ Reipublicæ ſaluti proficua conſcientiarum autem libertati nociva non ſunt; Et ſic valet cantica odium vel concivium ſcandalum excitantia prohibere, quo ſpectant cantilenæ ſatis decantatæ, in contumeliam injuriamque Religionis Catholicæ redundantes:

Das alte Jahr iſt nun vergahn, heut fangen wir ein neues an &c.

Cuj

Cujus Stropha quarta sic sonat:

Es hat sich Krieg und theure Zeit, der Teuffel, Pabst, Türck andere Leuth, wohl Jeben lan, und viel bedrängt; doch hat uns deine Güt umschrenckt, daß unser Land und dies Gemein, mit unsern Weib und Kindern klein, dennoch zu frieden blieben seyn.

Vide sub Rubrica *vom neuem Jahr &c. Johann Crügers neu zugerichtete* Praxis Pietatis Medica, *das ist: Ubung der Gottseeligkeit in Christlichen und trostreichen Gesangen &c. vermehrt und verbessert von Peter Sohren &c. Franckfurt am Mayn, Drucks und Verlags Balthasar Christoph Wusts 1693.*

Addatur *Vollstændiges Schneeberger Gesang-Buch p. 68. Das alte Jahr vergangen ist &c.* ✝. 3. ib.

Entzeuch uns nicht dein heylsam Wort, welches ist der Seelen Trost und Hort, fürs Pabsts Lehr und Abgœtterey behüt uns Herr! und stehe uns bey.

Item *vom Worte Gottes und der Christlichen Kirchen:*

Erhalt uns Herr bey deinem Wort, und steur des Pabsts und Türcken Mord, die Jesum Christum deinen Sohn stürtzen wollen von seinem Thron &c.

Confer Acta inter Eminentiss. Electorem Mog. & Civitatem Erfordiensem, quæ exhibet FABRI *Staats-Cantzley* Tom. 42. c. 2. n. 1. seqq.

Nec quidquam evincunt subditi, si opponant, id genus cantilenas sibi jam ante & ipso anno normali familiares fuisse, suisque libris symbolicis insertas esse; mens quippe summorum Paciscentium Osnabrugensibus in tabulis eo præcipue tetendit, ut reale subditis exercitium plenarie citra ullam turbationem relative ad statum decretorium relinqueretur: Exercitium autem hoc remanet, licet ejusmodi dicteria, Religioni dominanti maxime contumeliosa, expungantur, utpote quibus reali Religionis exercitio nil additur, nil derogatur. Placuit hoc jam pridem Perillustri BOEHMERO *in Jur. Eccles. Protestant.*: Placuit THOMASIO *de Jure Principis circa adiaphora §. 2.* Placuit aliis pacificis Protestantibus Jurisconsultis, statuentibus in Principis Catholici & sic quoque Ecclesiastici esse potestate, prohibendi hujusmodi cantilenas, ceu petras scandali, lapides offensionis, discordiarum fomites, publicæ inter concives quietis ruinam. Atque hæc pro ingenii mei tenuitate, speciminis Academici loco, de argumento gravissimo dicta delibataque sufficiant. Plurima adhuc præsenti de materia nobilissima æque ac delicatissima proferri possent, præscriptos mihi tamen Dissertationis limites longe multumque transgressura Unum coronidis loco subjungo: Felicem Rempublicam! felix Imperium, ubi una dominatur Religio! patet id exemplo Galliæ, suo in Regno Religionem, camque Orthodoxam ac Catholicam tantopere foventis, Calvinianam olim & modo

 Janse-

Jansenisticam tam acriter reprimentis: patet exemplo Hispaniæ sacra veræ tribunalia erigentis Novatoribus adeo invisa: patet ipsa tandem Protestan praxi, qua tempore Pacis Religiosæ A. C. addicti magno molimine Calvir restitere, nunquam recepturi in fraternam concordiam, nisi ambos Aug na Confessio conjunxisset. Quemadmodum videlicet Religionis diversitas ter dissensionum, seditionum, bellorum ac cladium est, Regnaque dividit Religionis unitas est societatis humanæ servandæque in Republica pacis v lum ac regni fundamentum: Axis unus volvit cœlum: Sol unus orbem illu Uni se Christus despondit Ecclesiæ: Rectorem unum in Petri navicula c tuit: Una Religio Regnorum servat tranquillitatem.



Animadversiones Editoris.

Dissertationem præcedentem inter Protestantes data opera refutare co est Auctor lucubrationis hoc titulo inscriptæ: *Unpartheyische Abhandlung dem Recht eines Catholischen Landes-Herrn in Religions- und Kirchensachen protestirenden Unterthanen, wobey zugleich eine von dieser Streitfrage in M herausgekommene Inauguraldissertation bescheiden geprüft wird von G. V. T.* 1753. Quæ quidem Sectione I. usque ad §. 19. affert de distinctione inte ra *Majestatica* et *Collegialia*, quam vult in Dissertatione Moguntina non observatam fuisse, hic praetermitto, quippe quae res satis diffuse atque dite examinata fuit, in Dissertat. Cl. FRANCKII *de jurisdictione Eccles. Supremorum Imperii Tribunalium, aut Censura principii &c. Tom. 3. hujus The* quemadmodum B. L. adhuc recordabitur inserta; praecipue cum ibide MOSERO *in seinen Abhandlungen aus dem teutschen Kirchenrecht, Grund w derer Evangelischen Reichsstände Gerechtsame in Religionssachen beruhen &c.* ani versiones etiam novas de eodem argumento subjecerim; FRICKII etiam ma recentissimum de triplici genere ejusmodi Jurium *Majestaticorum, Epi lium superiorum, Oberbischöfflichen* et *Episcopalium communium*, quae cum Coll libus sint eadem, loco citato breviter discusserim, p. 671. seqq. Quae p argumenta in lucubratione citata contra Jurisdictionem Ecclesiasticam Do rum territorialium Catholicorum adducuntur, denuo jamjam tum in cit. Di FRANCKII confutata sunt, tum in Differt. de hac ipsa materia Cl. GEC JOSEPH. WEDEKIND huic Tomo dein adjicienda examinantur, atqu pelluntur, adeo ut de iis hic quoque commemorare aliquid necesse non sit: re responsiones hujus Anonymi ad argumenta Dissertationis praecedentis b ter sub incudem revocare sufficiat.

Ad §. 40. et quidem argumentum a *Jure Reformandi* petitum inquit 1) necdum satis constare, quid summi paciscentes sub *Jure Reformandi* complecti voluerint. 2) Jurisdictionem Ecclesiasticum exin Dominis Catholicis in subditos Protestantes ex hoc Jure Reformandi competere non posse, cum subditis istis exercitium anno 1624. habitum salvum relinquere debeant, atque ita nihil in horum Religione, immo ne ritibus quidem mutari posse; jam vero quaenam inquit sit jurisdictio Ecclesiastica, si vi illius ejusmodi quid non competit? 3) Jus hoc Reformandi non competere Statibus nisi juxta usitatam eo usque observantiam, ex hac ipsa vero dilucidum esse Jurisdictionem Ecclesiasticam ab omnibus Statibus exercitam non fuisse, uti a Catholicis intuitu subditorum suorum Catholicorum. Facile hae Responsiones *Anonymi* quam inanes sint, ostenditur: nam ad 1) quaestio hic est de Jure Reformandi, quale sub tempora Reformationis inde ita dictae exercuerunt, atque sibi vindicarunt ipsimet Protestantes; atqui nil quicquam ad jurisdictionem Ecclesiasticam referri solitum ostendere poterit *Anonymus*, quod iidem sub praetextu hujus Juris Reformandi non usurparint: ad 2) nil ex dictis *Anonymi* consequitur, nisi hoc Jus Reformandi atque jurisdictionem etiam Ecclesiasticam ita exerceri debere, ut nil praejudicii inde veri (nam mere praetensum rite iterum negligitur) fiat possessioni subditorum anno normali ratione Religionis et annexorum, quod nemo negat. Restant autem adhuc plura jurisdictionis Ecclesiasticae capita, quae salva etiam ista possessione in subditos ejusmodi locum habere possunt: quod sane evidens est ex *§. 20. P. R.* ubi; cum Jurisdictio Ecclesiastica jamdum ratione Religionis, rituum &c. suspensa fuisset; in pluribus tamen casibus, uti causis matrimonialibus, decimarum, jurispatronatus &c. expressis verbis Episcopis salva fuit conservata. Ad 3) Tale Jus Reformandi ex *A. 5. §. 30.* Catholicis etiam Statibus competit, quale ex observantia et tum usitata praxi exercuerunt Protestantes, sed hoc inter alia etiam jurisdictionem Ecclesiasticam in sese complexum fuisse jam dixi: an et qualem jurisdictionem Domini Catholici in Ecclesiasticis sibi in subditos catholicos vindicare queant, Protestantium non interest, sed tanquam res inter Catholicos solos versans ex aliis principiis est dijudicanda.

Ad argumentum secundum eod. §. ex *mutua aequalitate* repetitum replicat *Anonymus* 1) hanc aequalitatem intelligendam de rebus formam Reipublicae et similia concernentibus, non vero Religionem. 2) neque adeo stricte sumendam hanc aequalitatem, sed utrique parti aequalia competere jura, nisi ubi ipsa alicujus partis Religionis principia limitationem expetant, inde Catholicos in subditos ejusdem Religionis nequaquam ea possidere jura, quae Dominis Protestantibus in subditos Protestantes competant. 3) uti teste MOSERO, quem refert *Anonym.* Dominus Protestanticus in pluribus casibus, ne officiat conscientiae subditorum Catholicorum, in eos non possit exercere jurisdictionem

nem Ecclesiasticam, etsi anno 1624. in ejus possessione fuerit, ita vicissim ider dicendum esse de Domino Catholico ratione subditorum Protestantium. N denuo juvant hae exceptiones *Anonymum*; nam ad 1) eccur tanto studio passi Protestantes quam maxime hanc aequalitatem ad res Religionis extendunt, exem plo *ipsius Corporis Evangelicorum*, videatur SCHAUROTH *Tom. 1. p. 28*; *289. 290. 710.* FABRI *Staats-Canzley Tom. 13. p. 524. Tom. 26. p. 15*; DEDUCTIO INSERTA L. B. DE CRAMER *horis subsecivis Wezlariensibu* *78. Theil. 8. Abhandl.* pluribus in locis praecipue §. 31. Caeterum eode cum *Anonymo* modo ferme hanc aequalitatem interpretatur Auctor *derer Krit schen Staatsbetrachtungen. 1. Theil. 1. Stück.* Ad 2) Nemo sanus hanc aequ litatem ad omnem rigorem atque apicem exigere volet, nisi sequelas plan absurdas risuque explodendas cogitet admittere, quod l. cit. *derer Kritische Betrachtungen* jam observatum fuit; admodum autem fallitur *Anonymus*, si ju risdictionem illam Ecclesiasticam, quam Dominis Catholicis tribuimus, exist met principiis Religionis nostrae officere, quod in ipsa, quam conatur refeller Dissertatione jam ostensum fuit. Ad 3) Verum omnino est, quod hic dic *Anonymus*, neque aliter eam jurisdictionem exerceri posse, quam ut ne con scientiae vis fiat, Catholicus quidam asseret; nil tamen ex hoc ad scopum suu extundet *Anonymus*.

Ad argumentum tertium, quod divisa alias inter Dominum et subdito foret jurisdictio et superioritas territorialis reponit *Anonymus* 1) id adversu Dominos Catholicos multo magis locum habere, quippe in quorum territorii in ipsorum subditos Catholicos solus Episcopus jurisdictionem Ecclesiasticar exerceat 2) non id a se defendi Domino Catholico nullam plane competere i subditos Protestantes jurisdictionem Ecclesiasticam: id solum asseri ejusmod ipsi jura tribui non posse, quae competant Domino ejusdem cum subditis Re ligionis. 3) subditos ratione Religionis ut tales considerari non posse, cur Religio imperium respuat. 4) eam non fuisse paciscentium mentem parter superioritatis territorialis exinde amitti, si subditis liberum permittatur Rel gionis exercitium, quippe quod alioquin facturi non erant. 5) quoad jur etiam et Regalia profana imperantes subditorum privilegiis, et Legibus Re publicae primariis persaepe restrictos esse. Haec *Anonymi* effugia vix respons egent, nam ad 1) ea res denuo ad solos Catholicos horumque principia pe tinet; Protestantium non interest, quibuscum nobis ex Legibus Imperii lo quendum, quibus utique saltem se obligatos profitebuntur. Ad 2) ex ho denuo id solum infertur jurisdictionem istam Ecclesiasticam, cum exinde n conscientiae contrarium imperari queat, plane illimitatam non esse: si piu quidpiam vult *Anonymus*, id enimvero ipsi nec permittitur, nec ex ejus dicti rite eruitur. Ad 3) Subditi tanquam Christiani et per Baptismum Ecclesian

ingres

ingressi ex systemate Catholico subsunt jurisdictioni ejusdem a Christo ipso concessae: in systemate Protestantico jurisdictionem istam usurparunt Domini Protestantes; ea una cum Jure Reformandi, sub quo comprehenditur, in tabulis Pacis cuilibet statui firmata est; a subditis igitur agnosci debet: quo sensu imperium in Religionem non cadat, centies jam a nostris responsum fuit, eam nimirum persuasione, praedicatione, exemplo implantandam esse, quod minime impedit, vel jurisdictionem illam propriam Ecclesiae ex institutione Christi in omnes Christianos, vel impropriam Dominorum territorialium in Germania ab ipsis Protestantibus invectam. Ad 4) Exercitio subditorum in anno normali, quod ipsis relinquendum est, Jus Reformandi Dominorum territorialium tanquam regulam per exceptionem limitari, et per se evidens est, et summi paciscentes noverunt; hac ratione autem et subditis consulere voluerunt, quod minime in controversiam vocatur, dummodo hoc praetextu Jus Reformandi hodie vix non ad nudum plane nomen redigatur, de quo conquerimur. Ad 5) Nil huc ineptius pertrahitur, atque quod hic ait *Anonymus*, quis enim id negavit unquam? immo vero simile quid intuitu Juris Reformandi obtinere paulo ante insinuatum fuit, cum et hoc per beneficium subditis ex possessione anni normalis quaesitum restrictum esse sua ratione jamjam *Anonymo* permissum fuit. Atque hoc modo responsum est jamjam iis, quae deinde *Anonymus* §. 39. quanquam ex fundamentis subin plane lubricis affert pro demonstranda capacitate subditorum ratione possessionis ejusmodi jurium: quid enim tum? igitur, *quatenus illa exercuerunt*, *aut exercita a se fuisse probare poterunt*, uti dicitur *Art. 5* §. *31.* in hac possessione relinquendi erunt, modo ne intuitu horum quoque sese a Domino territorii nulla amplius ratione dependere velint, quam, ut inquiunt, independentiam HELFERICHII *in Diss de independentia Juris circa sacra Statuum Imperii*, merito rejicimus, neque *Anonymus* ipse adstruit: qua vero nunc ratione id demum consequitur, igitur Dominus territorii Jurisdictionem Ecclesiasticam in ejusmodi subditos exercere nequit, etsi eam possessionem ipsis salvam relinquere velit; hoc enimvero nunquam evincet *Anonymus*.

Atenim si ita est ait 1) porro *Anonymus* §. *45. et 46.* Res Protestantium malo futuras loco, si nil ipsis relinquendum sit, quam quod anno normali possederunt, sique hoc unico beneficio tuti sint: 2) quod Episcopis in instrumento pacis ademptum sit, hoc nullibi Dominis territorii adjectum fuisse: id ipsis concessum fuisse solum, quod in exercitio potestatis Episcopalis nimium fuerit, *was die Bischöffe zu viel gehabt haben.* 3) Annum normalem minime esse unicam, ex qua Protestantes jura sua deducant, normam. 4) *Art. 5.* §. *30.* nil contineri, nisi ut Status in exercitio superioritatis territorialis intuitu Religionis non turbentur. Verum ad 1) adversus Dominum territorii subditos ipsa Pax ex nullo capite tutos reddit, nisi ex possessione anni normalis, quare

nec *Anonymus* plus quidpiam concedere potest: quod enim in subsidium vocar velit jura subditorum *collegialia*, frustra est. cum de hac re Paciscentes nec in ter se tum quippe incognita egerint, nec instrumento Pacis quicquam inseru rint: si vero, uti postea facit, ad pacta P. W. posteriora provocat, tum id spe ciale quid est, hic loci fusius non examinandum. Ad 2) Dominis territoria libus apertis verbis Jus Reformandi concessum fuit, atque stabilitum idque e usitata hactenus praxi; quousque ipsimet Protestantes illud extenderint, aboli ta tot locis Religio Catholica, inducta nova, erepta bona, ordinationes Eccle siasticae, pluraque alia luce clarius probant. Quod de Episcopis hic frustr inquit *Anonymus*, ad jura Majestatica ab his quoque usurpata et Dominis terr torialibus restituta referri videtur; atenim distinctionem illam jurium *Maj statiorum* et *Collegialium* in systemate hodierno *Collegiali* a nobis insuper habe toties jam dictum est. Ad 3) Quod hic dicitur, responsione ad numerum pr mum paulo ante data jam occupatum est. Ad 4) quod refert *Anonymus* sub f nem cit. §. dicitur, sed postquam Jus Reformandi universim Statibus compete re praemissum fuerat: hoc itaque sibi dictum habeat ipse, ne jus istud ex Pro testantium sensu tam sublime insigni sui parte, jurisdictione nimirum Ecclesi stica mutilando, ipse ante omnes Status in hoc exercitio superioritatis suae tu bet, atque ita in verba §. cit. impingat. Axioma illud quondam in ore Prot stantium celeberrimum: *cujus est regio*, *illius est Religio*, hoc sensu falsissimu esse inquit *Anonymus*, quod Princeps intuitu Religionis subditis, quidquid ip placeat, praecipere possit. Non equidem hic disquiro, quid de hac axiom tis hujus interpretatione generatim censendum sit; atenim qui nunc defend *Anonymus* Principum Protestantium facta complura sub tempora Reformationi uti dum eliminata Religione Catholica Protestanticam adoptari modis omnib jusserunt? adeo nimirum pro situ rerum diverso diversus quoque iisdem pla verbis sensus affingitur.

Alia *Anonymi* hic omittere possum, quippe de quibus in Dissertationib pluribus Tomo huic inserendis a variis scriptoribus data opera mentio r currit.

III.

JOANNIS PETRI BANNIZA, U. J. D. &c. DISCURSUS JURIS PUBLICI ABBREVIATUS DE

JURE REFORMANDI

SINGULIS IMPERII CIVITATUM INCOLIS AUT ETIAM MAJORI CIVIUM PARTI NON COMPETENTE.

Wirceb. 1744.

§. I.

Utrum, ſicut Liberis Imperii Civitatibus JUS REFORMANDI indubitato competit ex *Art. V.* §. *29 I. P. W.* ita & ſingulis earundem Incolis, aut ſaltem majori parti Jus & facultas in Religionis mutatione adſcribendum? Aut, annon potius, ſi liberum alterius, quam quæ Anno 1624. in Civitate unice viguit, Religionis exercitium requirant, cogi poſſint, ut ſolum vertant, & ſi forte expelli non poſſint, annon contra tales cives præpotentes actio fractæ, ſeu violatæ Pacis Religioſæ competat? Gravis occaſione verb. *a Magiſtratu & Civibus cit. §pho* inſertorum, orta eſt quæſtio, circa quam non eſt una eademque omnium opinio. Ingreſſus.

§. II.

Ad faciliorem Controverſiæ propoſitæ Intellectum, ponamus ſequentem caſum: Civitas quædam Imperialis in Anno Decretorio 1624. fuit in poſſeſſione liberi exercitii unius Religionis v. g. Catholicæ (idem Judicium eſto de Civitate Figuratur Caſus cum Quæſtione petita.

vitate Imperiali duntaxat Augustanæ Confessioni addicta) successu temporis autem quidam cives præpotentiores non tantum a Religione Catholica transire ad aliam in Legibus Imperii toleratam, sed & liberum hujus noviter ab ipsis assumptæ Religionis exercitium audent prætendere;

QUÆRITUR.

Utrum Civitas in concreto sumpta Civibus hoc concedere debeat, an non potius illos expellere possit, aut actionem tractæ seu violatæ Pacis Religiosæ contra eosdem intentare?

§. III.

Argumenta pro Civibus facientia. Pro Civibus videntur pugnare sequentia Argumenta.

1mum. *Primum:* Tum in Constitutione Pacis Religiosæ §. Nachdem aber. Tum in Instrumento Pacis Westphalicæ siccis verbis sancitur, ne Imperiales Civitates, & in iis habitantes Cives, alter alterum ulla ratione ob Religionem in persona, fama vel bonis turbet: ergo quia ejusmodi Cives beneficio & jure utuntur suo, neque expelli possunt, neque actione fractæ Pacis Religiosæ pulsari.

§. IV.

2dum. *Secundum:* Divi Ferdinandi Romanorum Regis declaratio super promulganda Religionis Constitutione Anno 1555. data, lecta 30 & 31. Augusti idem vult, & Imperialium Civitatum Incolis liberam potestatem tribuit Religionem mutandi, quæ facultas per Pacem Westphalicam magis stabilita est.

§. V.

3tium. *Tertium:* In liberis Imperii Civitatibus longe alia est ratio subjectionis Civium erga Magistratum, quam aliorum subditorum erga suos Principes & Dominos Territoriales, ut licet his liberum Religionis exercitium non pateat, de illis tamen secus sit statuendum. Nimirum in Civitatibus Imperialibus non solus Magistratus, sed insimul etiam Cives Statum Imperii repræsentant & complent, utpote, qui non minus ac Magistratus ipse Sacræ Cæsareæ Majestati & Imperio immediate subjecti, eidemque fidem & obedientiam vovent, jurantque.

§. VI.

4tum. *Quartum:* Senatus totam Civium universitatem repræsentat: hinc licet Cives in actu secundo munera & dignitates senatorias non possideant, attamen in actu primo seu potentia per liberum electionis arbitrium earundem capaces sunt,

funt, conftituuntque Cives extra Senatum potiffimam Civitatis partem, ac omnes, qui officia gerunt, vel Clavum tenent, ex illis eliguntur.

§. VII.

Verum hæc argumenta tanta non funt, ut in hanc Sententiam nos pertrahant; potius ad propofitam Quæftionem *Refpondemus:* Solos Cives & qua tales, citra permiffionem Civitatis diverfam ab anno Decretorio Religionem inducere haud poffe, fed fi illicito aufu id molirentur, neque iis refiftere, illosque expellere Civitas valeret, eidem utique actionem fuper fracta aut violata Pace Religiofa competere. Sequitur opinio noftra.

§. VIII.

Habent juxta citatum in frontifpicio §phum 29. Art. V. Inftr. Pacis Weftphalico-Ofnabrugenfis, liberæ Imperii Civitates, in quibus unica tantum Religio Anno 1624. in ufu fuit, refpectu fubditorum in fuis territoriis idem cum reliquis Statibus Imperii fuperioribus Jus Reformandi; ergo ipfæ quidem Imperiales Civitates Religionem mutare poffunt, non autem finguli earundem Cives; imo illæ ipfæ in Cives, qua fingulos Jure Reformandi utuntur, fecundum ea, quæ de hoc jure, ejusque legitimo ufu generaliter difpofita & conventa funt. Cum ejusdem probationibus.

§. IX.

Dicit fignanter cit. §phus *in quibus unica tantum Religio Anno 1624. in ufu fuit.* Ex quibus verbis patet, Civitates mixtæ, a Civitatibus unius Religionis in eo differre, quod Jus Reformandi his æque, ac Statibus Imperii fuperioribus competens in mixtis Civitatibus locum non inveniat, eoquod in hifce neutri partium alteram de Religionis fuæ exercitio, Ecclefiæ ritibus & Ceremoniis deturbare fas fit, fed Cives pacifice & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis fuæ & bonorum ufum ultro citroque habeant, juxta §. præalleg. cum quo concordat Pax Religiofa d. §. Nachdem aber. Civitatibus mixtis Jus Reformandi non competit.

§. X.

Præterea circa propofitam quæftionem diftinguendum eft inter Regimen Civitatis Ariftocraticum & Democraticum. Enimvero, cum non in omnibus liberis Imperii Civitatibus idem fit ftatus feu forma Reipublicæ, fed aliæ Imperio Ariftocratico regantur, aliæ vero Regimini Democratico fint propriores, pro alio, aliove fingularum habitu, tam ratione Juris Reformandi, quam aliorum cafuum Religionem concernentium idem jus ftatui nequit. Circa Civitates unius Religionis diftinguendum eft.

§. XI.

Quid si populus regnat?

Proinde ubi populus regnat, ibi absque totius Civitatis consensu mutatio Religionis hoc cum effectu institui non potest, ut alterius liberum exercitium fas sit introducere, quod anno 1624. illuc exulaverat. Nam in Regimine Democratico summum arbitrium de Religione statuendi penes multitudinem consistit, cujus suffragiis Magistratus ad omnia publica negotia expedienda opus habet, qui ipse est sub populi Imperio, sine cujus authoritate & jussu nihil recte eorum gerit, quæ ad statum publicum pertinent.

§. XII.

Quid si Senatores?

Ubi vero, prout scilicet in Statu Civitatis Aristocratico, supremum rerum arbitrium omnisque potestas in Magistratum a populo translatum est, vel potius Augustissimus Imperator Regalia ac Superioritatis jura singula Magistratui & Senatoribus contulit, ita ut in iis omnibus administrandis ipsam referant Civitatem, Civibus sola obsequii gloria relicta; ibi etiam liberum Jus Reformandi in potestate Senatus non potest non collocari.

§. XIII.

Concluditur in neutro Statu Civibus Jus Reform. competere.

Quicunque autem fuerit Civitatis Status, Civibus singulis, aut etiam majori ejus parti mutandæ Religionis arbitrium non magis competit, quam aliis Statuum subditis, ideoque illi, qui novam Religionem ita amplexantur, cujus nec publicum, nec privatum exercitium Anno 1624. in Civitate habuerunt, eos ferre posthac Civitas nolit, emigrandi beneficio contenti esse debent, neque ob jus Civitatis quod habent, prætendere possunt, ut tolerentur; hac enim parte Civitatibus idem in singulos Cives jus est, quod reliquis Imperii Statibus superioribus in suos subditos.

§. XIV.

Satisfit Argumentis contrariis.

Ad Argumenta supra in contrarium allata facili negotio respondemus.

R. ad 1mum.

Ad primum: Verum quidem esse, quod tum Constitutio Pacis Religiosæ tum Instrumentum Pacis Westphalico-Osnabrugensis ratione liberarum Imperii Civitatum, earumque Incolarum diserte statuat, ut concordia intuitu Religionis conservetur, Cives pacifice & comiter cohabitent &c. Ast hoc de Religione, quæ respective jam tempore factæ Pacis Religiosæ, vel Anno 1624 in tali Civitate viguit, intelligendum; minime vero in dictis pacificationibus conceditur, ut de futuro aut imposterum Civibus non consulto Magistratu, aut pro ratione Regiminis, Civitate invita, Religionis nondum introductæ liberum exercitium assumere ac introducere liceat.

§. XV

§. XV.

Ad 2dum: Neque procedit talis argumentatio: Civitas Imperialis tanquam imperii Status vigore Pacis cum Religiosæ tum Westphalicæ liberrime potest diversam, in Legibus tamen Imperii fundatam Religionem amplecti, ejusque liberum exercitium instituere, ergo & singuli Cives, tanquam universitatis membra. Non procedit, *inquam*, hæc argumentatio; Civitatis enim illud privilegium est, non singulorum Civium. Unde in ejusdem *Art. V. §. 28. P. W.* (vi cujus liberæ & immediatæ Imperii Nobilitati, omnibusque & singulis ejus membris Jus Reformandi competit) singula quoque membra exprimere necesse fuit. Econtra *§phus sequens 29.* liberis Imperii Civitatibus tribuit Jus Reformandi, de omnibus & singulis earundem membris altum est silentium; atquin vero *Nobilitas & Civitas* sunt nomina collectiva corporis seu universitatis; singulis datum non est, quod corpori vel collegio conceditur. §. a 2dum

§. XVI.

Ad 3tium Argumentum desumptum a diversitate inter subjectionem subditorum Principis, & Civium respectu Magistratus in quadam Civitate Imperiali, *Respondetur:* minime quidem negandum, magnam subesse differentiam; Nam illi nunquam in Principis & Dominorum suorum territorialium, hi sæpe ad Magistratus & Senatorum dignitatem evehuntur: Cives & Senatores ex eodem Civitatis corpore sumuntur, subditi & Principes non itidem: Conveniunt tamen etiam in multis, sic non minus Cives suo Magistratui, quam subditi suo Principi obedire coguntur, tributum, vectigal, & alia munera, seu personalia, seu patrimonialia ea sint, præstare; eadem ergo ratione, si Cives diversæ ab anno Decretorio Religionis exercitium introducere molirentur, Magistratus illis necessitatem emigrandi imponere, aut prohibendo resistere poterit, & si vires forte deficiant, in foro competente coram supremis nimirum Imperii Dicasteriis actionem fractæ Pacis contra ejusmodi temerarios violatores intentare. §. ad 3tium

§. XVII.

Ad *Quartum* Respondetur: Non sequi, quod, quia non solus Magistratus Civitatis liberæ, sed insimul omnes Cives, Statum Imperii repræsentant & complent, ideo etiam singuli Cives Statum Imperii agant. Etsi enim crasse loquendo, universitas nihil aliud sit, quam ipsi homines universitatis, tamen subtilitate & fictione Juris universitas repræsentat unam personam, quæ est aliud quid ab hominibus singulis universitatis. Civitas Imperialis est utique Status Imperii, hic autem honor, hæc prærogativa Universitatis est, non singulorum, ut supra §. XV. satis demonstratum. Quin imo illi ipsi, qui in Senatu §. ad 4tum.

ſunt, ſingulorum perſonas conſiderando, nequidem in Regimine Civitatis Ariſtocratico, uti & Conſul ipſe ſunt Status Imperii, aut Imperatori & Imperio immediate ſubjecti, ſed ordinarium Civitatis judicium recognoſcunt, in cauſis nimirum totam Univerſitatem non tangentibus.

§. XVIII.

Quatenus Senatus religionem mutare poſſit.

Quatenus igitur Senatus liberæ Civitatis totam univerſitatem repræſentat, eſt Status Imperii, & poterit aliam introducere Religionem, ita tamen, ut ſi Civitatis Status, ejusque Adminiſtratio ſit Democratica, Civium quoque conſenſus omnino ſit neceſſarius, & præter horum conſenſum & voluntatem, ſicuti in aliis rebus, ita & in hoc Religionis imprimis negotio, ob maximum ejus momentum & pondus, neque a Senatu, neque a ſingulis Civibus diſponi & mutari quicquam poſſit.

§. XIX.

Civibus nunquam JusReformandi competit.

Nunquam vero poſſunt ſinguli Cives, ſive etiam major illorum pars aliam Religionem introducere; mutatio Religionis, ſeu Jus Reformandi ex communi hactenus in Imperio uſitata praxi cum jure territorii competit, h. e. Superioritatem requirit, quæ penes ſingulos nulla, penes Senatum plerumque, aut totam Univerſitatem omnis eſt.

§. XX.

Concluſio.

Manet itaque verum, diverſam, licet in Imperii Legibus fundatam Religionem a ſingulis Civibus, aut etiam a majore illorum parte non eſſe introducendam, ſed Civitati Imperiali contra Cives quosdam præpotentes alterius Religionis exercitium defacto requirentes, ſi illis aliter reſiſtere nequeat, actionem fractæ Pacis R. & W. jure competere.

T A N T U M.



Animadverſiones Editoris.

Id, quod dicit Auctor de diverſa regiminis forma in Civitatibus Imperii, latius nunc executus eſt MOSER in *Tractatu von der Reichsſtättiſchen Regiments-Verfaſſung 1772.* apud quem proinde de hac re quoad politica plura videri poſſunt: caeterum themati, quod hic demonſtrat Auctor, aſſentiuntur L. B. DE KREITMAYR ad *Cod. civ. Bav. p. 2232.* ubi ait: „Das Exercitium Juris „Re-

„Reformandi hängt bey jenen Stätten, welche nur einerley Religion seynd, „lediglich von der unterschidlichen Regimentsform ab, und stehet hernach „entweder dem Magistrat allein, oder auch der Burgerschafft und dem Aus„schus derselben zu: je nachdem die Regimentsverfassung auf aristocratisch „oder democratischen Fuß gesezt ist:" item BARTHEL *Diss. de jure Reform.* ..*v. Art. 2. §. 8.* MOSERUS ipse quondam *Diss. de Pact. et Privil.* circa *Re*..*igion.* §. 52. ita de hac re scripserat: *Re ad amussim Pacis Westphalicae expensa* ..*rgumento Art. 5. §. 29. 30. et 31. ita statuendum videtur: posse quidem diver*..*ae, ac in anno Decretorio obtinuit, Religionis exercitium introduci: salvo tamen* ..*rioris Religionis libero, eoque publico et illimitato subsidiisque necessariis suffulto* ..*xercitio, quousque vel aliquot saltem familiae eidem adstipulantur: cum singuli in* ..*nstrumento pacis fundatum jus habeant a nemine ipsis invitis auferendum. Solus* ..*ero Magistratus, etsi duae membrorum ipsius tertiae, imo singula membra conspi*..*ant, id juris introducendi aliam Religionem sibi nunquam et nullibi, qualiscunque* ..*lias sit forma regiminis in ejusmodi civitate, arrogare poterit, cum ex ratione jam* ..*icta, tum quod Administratores tantum sint jurium universo corpori competentium,* ..*uibus contra hoc ipsum uti nefas est.* Idem postea MOSERUS im teutschen Staatsrecht *Part. 42. p. 20.* sensa sua mutasse videtur, dum ait: „sofern das Exercitium derer Regalien, oder der Landeshoheit überhaupt entweder bey dem Magistrat allein, oder bey demselben und einem Burger-Ausschuß, oder bey der ganzen Burgerschaft bestehet, in so fern concurriret auch bey dem Jure Reformandi entweder nur der Rath, oder auch der Burger-Ausschuß, oder die gesamte Burgerschaft: cit. autem *Tract.* von der Reichsstättischen Regimentsverfassung, *p. 530.* in praxi unum idemque esse contendit his verbis: „am Ende laust es aber in praxi dennoch auf eines hinaus: indeme schwerlich eine Reichsstatt zu finden seyn wird, in welcher der Magistrat oder innere Rath überhaupt dergleichen wichtige Sachen für sich allein behandlen, und die ganze Stattverfassung in einem der allerbeträchtlichsten Stücke, ohne Zuziehung und Bewilligung der Burgerschaft in Corpore, oder deren Repraesentanten abändern könnte.

De Civitatibus ita dictis paribus (paritätische Reichsstätte) in quibus ni..irum ex dispositione pacis quoad Religionem omnimoda paritas in Magistra..i aliisque officiis observari debet, quales sunt Augusta Vindelicorum Dün..elsbühla, Biberacum, Ravensburgum, ita pronuntiat MOSER in *Tract. cit.* *558.*, quod quamdiu quoad Religionem eadem conditio maneat, nec unam, ..c alteram partem Jure Reformandi uti posse; quodsi integra quaedam pars ..terius Religioni esset accessura, denuo de Jure Reformandi controversiam esse ..on posse: quodsi demum mutata a pluribus civibus Religione is adhuc nume..us superesset, qui integram communitatem efficeret, casum difficilem fore

 quoad

quoad bona Ecclesiastica et officia ejusmodi civitatis, fortassis tamen ejusmodi casum vix extiturum esse.

Id putem permitti posse in ejusmodi civitatibus mixtis, ubi minor etiam Magistratus pars uni tantum Religioni addictus est, majori alterius Religionis suffragiorum numero semper vincente ex Analogia *Art. 5. §. 52. juri eundi in partes* in causis Religioni uni praejudicium afferentibus locum fore: id tamen nimium est, quod inquit HERWARTUS apud MOSER *l. cit. p. 561.* „de „Augusta Vindelicorum: non solum, si ex altera parte omnes Catholici, Evan„gelici omnes ex altera parte stent, sed etiam tum in pendenti rem esse, si non„nulli ex hisce vel illis, vel ex utraque factione quidam, tertiam partem mi„norem faciant: ita ut plane nunquam SCtum fieri debeat, nisi major Senatus „pars ex utriusque Religionis partibus collecta in illud conspiraverit:" fortassis speciem voti ita dicti communis comminisci vult *Herwartus*, qui mihi ad manus non est, ut uberius ejus dicta examinare possim; sed ejusmodi votum nequidem in ipsis Comitiis a Catholicis agnosci passim constat.



IV. FRAN-

IV.

FRANCISCI JOSEPHI DE ALBINI S. R. I. Equitis,

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

ANNO DECRETORIO

M. DC. XXIIII.

OPIFICUM COLLEGIA

NON CONCERNENTE.

Wirceb. 1771.

PRÆFATIO.

Duplicem restitutionis terminum pro diversa restituendorum conditione in Tabulis Pacis Westphalicæ a summis paciscentibus stabilitum fuisse, res est tot scriptis decantata, ut ne recensenda quidem videatur. Summis imperii statibus & immediatis quibuscunque §§phus 2. Articuli Vti pro termino restitutionis in Ecclesiasticis & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, primam diem Januarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti proponit: Mediatis vero & subditis cujuscunque generis §§pho. trigesimo primo ejusdem Articuli Vti quoad Exercitium Religionis & Ecclesiastica quæcunque pars anni supra memorati pro norma præfigitur: quam indisputabilis autem est ex ipsa pacis litera duplicis hujus Termini Existentia, tam incerta videtur hactenus fuisse illorum applicatio: cum pro diversis sæpius circumstantiis unus pro alio indistincte sumeretur, & subditis terminus immediatis destinatus infelici prorsus ratiocinio quam sæpissime applicaretur: addo, a plurimis ad annum & diem decretorium provocatum fuisse; ubi ipsa negotii natura eorum rationem haberi recusabat: ad hoc ultimum Causarum genus profecto Materia Opificum referenda, quam mi-bi

bi his paginis breviter tractandam proposui. §pho 35to Articuli Vti I. P. O. omnes subditi cujuscunque generis & Religionis indistincte ad Opificum Collegia admitti jubentur: dubitatum autem a nonnullis fuit, an hæc Legis dispositio ita generaliter obtineat, ut plane nullus desuper ad statum Anni Normalis respectus habendus sit; crediderunt enim hoc Legis beneficium ad illa tantum Opificum Collegia directum fuisse, in quibus hæc subditorum Religio, qui admitti volunt, Anno Normali tolerata fuerit, de aliis autem idem prædicari non posse. Nos autem breviter probabimus, termino decretorio in hac materia omnino locum non esse: ad majorem rei claritatem totum Tractatum in quatuor Capita dispertiti sumus; primum demonstrat, Civem in genere concipi non posse, cui non competat electio, ad quodnam Opificium aspirare velit. Secundum evincit, Instrumentum Pacis neminem ob Religionem a Collegiis Opificum excludi velle. Tertium sistit rationes illorum, qui Annum Normalem ratione cujusvis Opificii attendendum esse contendunt. Quartum denique refutat rationes prædictas, & concludit, Annum Normalem Opificum Collegiis non convenire. De reliquo autem, cum Thesis, quam hisce tuendam suscepi, aliquoties a talibus etiam Viris, quorum doctrinam summopere veneror, impugnata fuerit, unicum adhuc monendum credidi, omnia nimirum a me hanc in rem allata, seposito omni contradictionis spiritu, pro sola veritate, conscientia unice dictante, conscripta fuisse.

CAPUT I.

Civis concipi nequit, cui non competat electio, cuinam Collegio Opificum se addicere velit.

§. I.

Luxus causa fuit, cur artes & opificia successive excogitarentur.

Nullum certe extitit sæculum, quo omni prorsus arte destitutum fuerit genus humanum; ipsa enim necessitas & utilitas eo adegit homines, ut excogitarent, atque fabricarent ea, sine quibus vita naturaliter duci non poterat. Hinc ait CICERO:* *Omnis natura vult esse conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo, ad hanc rem ajunt artes quoque exquisitas, quæ naturam adjuvarent.*

Equidem nulli primis temporibus erant Opifices, sed quilibet sibi fabricator ea, quæ ad sustentationem necessaria erant, in usum familiæ & suum sibi para-

* Lib. 4. de fin. bon. & mal.

parabat, prout plena hac in re libertas cuilibet Jure Gentium competit.* Attamen non diu permansit in statu illo naturali inquieta mens hominum, necessariis enim non amplius contenta sensim commoditati studere cepit, splendore tandem & luxu de die in diem nimium quantum crescente, Opificum quoque variorum industria ad eam, quam hodie videmus, acuminis laudem penetravit.**

§. II.

Germania tempore Taciti Opificia erant incognita.

Non tamen æquale ubivis fuit artibus fatum: nobis tantum de Germania nostra sermo est. Prisci Germani erant gens bellicosa, nihil, ne privata quidem sine armis agens; quoties bella non inibant, non multum venatibus, plus per otium transigebant, dediti somno, ciboque; fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agebat, delegata domus & penatium & agrorum cura fæminis senibusque; gaudebant præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis sed publice mittebantur; Nullæ illis habitabantur urbes, ne patiebantur quidem inter se junctas sedes, colebant discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placebat. Vicos locabant non connexis & cohærentibus ædificiis; suam quisque domum spatio circumdedit, sive adversus casus ignis remedio, sive inscitia ædificandi: ne cœmentorum quidem apud illos aut tegularum usus erat; materia ad omnia utebantur informi, & citra speciem aut delectationem: Tegumen omnibus sagum, fibula, aut si defuerit, spina consertum: cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agebant: Locupletissimi veste distinguebantur non fluitante; sed stricta, & singulos artus exprimente: Gerebant & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus: nec alius fœminis, quam viris habitus, nisi quod fæminæ sæpius lineis amictibus velarentur. Agri pro numero cultorum ab universis per vices occupabantur, quos mox inter se secundum dignationem partiebantur; facilitatem partiendi camporum spatia præstabant: Ita TACITUS.*** Profecto istis temporibus ideam Opificis, qualem nos habemus, prorsus incognitam fuisse nulla indiget probatione: vixit autem TACITUS tempore TRAJANI Imperatoris, nimirum initio sæculi secundi æræ vulgaris.

§. III.

Innotuere illis, quampri-

Diu adhuc post tempora TACITI conservaverunt antiquum vivendi morem Germani, & quamdiu vicis contenti urbibus carebant, Opificia illis fere

* HUGO GROTIUS Lib. 3. de J. B. & P. Cap. 2. §. 2. num. 2.

** HERM. CONRINGIUS Operum Tom. 1mo p. 507. §. 105.

*** De situ, moribus & populis Germaniæ.

primum civitates exstruere ceperunt, quod seculo Christi decimo potissimum contigit.

incognita aut certe admodum rudia fuisse, ingenue fatendum est.* Ante seculum Christi decimum autem nullas fuisse urbes in Germania magna, ex eo colligere licet, quæ WITICHINDUS Corbejensis de Henrico I. Rege Germaniæ nobis reliquit:** *Henricus Rex, accepta pace ab Ungaris ad novem annos, quanta prudentia vigilaverit in munienda patria, & expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet omnimode non oporteat taceri. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in urbibus habitare fecit, ut cæteris familiaribus suis octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet, servaretque, cæteri vero octo seminarent, & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes Conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari, in quibus exstruendis die noctuque operam dabant. Vilia autem nulla extra urbes erant mœnia.****

Nec mirum videatur cuiquam, a quibusdam historicis jam ante seculum decimum nomen civitatis usurpari, dicebantur enim tunc temporis quædam loca Civitates, quæ vix fuere opidula, aut Burgi tantum, sive arces & Castella; sic & DITMARUS lib. 4. *Walbecum* præfecturæ Wegelingensis locum Helmæstadio vicinum civitatem vocabat, cum tamen notorie pagus esset.* Istis igitur temporibus invaluisse potissimum Mechanicos sive Opifices, non est, cur dubitemus: non tamen exinde credamus, illos statim certas Sodalitates aut Collegia separata habuisse, de his enim nullibi hucusque cogitatum est.**

§. IV.

Hactenus Jus Civitatis Opi-

Dividebantur autem communiter civitates majores, expost Imperiales dictæ*** ante tempora HENRICI V. Imperatoris in cives, & incolas; cives erant

* HERM. CONRINGIUS Op. Tom. I. de Urb. Germ. Th. 1ma §. 78.

** Annal. Lib. I. apud MEIBOMIUM Tom. I. pag. 639.

*** Ad verba: *Vilia autem nulla extra urbes erant mœnia*, notandum, quod Urspergensis Abbas, qui hæc ex WITICHINDO exscripta suo inseruit Chronico, hoc modo legat: Vilia autem aut nulla extra urbem erant munia, quæ verba MEIBOMIUS in Nota ad hunc textum WITICHINDI rectiora putat.

* MEIBOMIUS Script. Rerum German. Tom. 3. de Irminsula Saxonica pag. 29.

** Infert quidem D. DE LUDEWIG in Diss. de Opifice exule in pagis Vol. Diss. 2do ex illis verbis WITICHINDI: *Concilia & omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari*, jam tum temporis Collegia Opificum coaluisse, quo autem fundamento, non video.

*** LEHMANNUS de illis civitatibus in Chronico Spirensi Lib. 4. Cap. 11. pag. 301. dicit, quod fuerint urbes principales in quolibet Comitatu, in quos tunc divisa erat Germania.

erant homines nobiles, qui neque mercaturam, nec quævis alia Opificia exercerent, incolæ vero a civibus despecti & a quibuscunque servitiis etiam militaribus exclusi solo labore manuum & Mechanismo vivebant: donec tandem versus initium sæculi duodecimi HENRICUS V. Imperator cum consilio procerum, deficientibus paulatim civibus ad servitia necessariis, etiam incolis jus civitatis tribueret.* Gaudebant quidem ab illo tempore omnibus civium Juribus Opifices, noluerunt tamen cum illis confundi antiqui cives etiam liberi; chartularii, vel denariales dicti; quapropter alia divisio inventa, qua mediante hi antiqui nobiles, die Adeliche und Geschlechter** isti autem novi cives dicebantur.***

ifices non habuerunt: acceperunt illud versus initium Seculi XII.

§. V.

Non multum crevit tamen exinde plebejorum æstimatio, & quam diu commercia non inciperent magis florere, semper a consortio honoratiorum repellebantur: confirmat hæc OTTO Frisingensis* ad annum 1154. scribens, ubi de Italia ait: *ut etiam ad comprimendos vicinos materia non careant, inferioris conditionis juvenes, vel quoslibet contemptibilium etiam Mechanicarum artium Opifices, quos cæteræ gentes ab honestioribus & liberioribus studiis tanquam pestem propellunt, ad militiæ cingulum, vel Dignitatum gradus assumere non dedignantur.*

Ceperunt autem Commercia solito magis nonnihil in Germania versus finem sæculi duodecimi, majora adhuc sumpserunt incrementa sæculo XIII. ea tamen hucusque admodum rudia fuisse quilibet libenter sibi persuadebit: fuerunt autem majori in dignitate & usu, ex quo cepere commercia maritima, quod in terris Saxonicis eodem adhuc sæculo XIII. contigisse, HERMANNUS CONRINGIUS ** evincit.

Crevit illorum æstimatio crescentibus commerciis.

Successit tandem versus finem hujus sæculi *** famigeratissimum illud fœdus

* LEHMANNUS in Chron. Spir. Lib. 4. Cap. 14. Lit. C. col. 1. pag. 320.

** Hi sunt hodierni patricii. BEYER in Specim. J. Germ. Lib. 1. Cap. 19. Pos. 21. in urbibus mediatis plerisque patriciorum dignitas abolita, in urbibus aliquot immediatis etiamnum supersunt. DE SELCHOW Elem. Jur. Germ. Lib. 1. Cap. 5. Sect. 1. Tit. 4. §. 308.

*** LEHMANN. loco cit. Lit. E. col. 1.

* Lib. 2. Cap. 13. de Gestis FRIDERICI I. Imperatoris.

** Operum Tom. II. pag. 327.

*** Idem Operum Tom. II. pag. 328. & 329.

fœdus mercatorium urbium hanseaticarum *, quod inter alia bona, quæ Germaniæ attulit, etiam illud habet, quod Opificia ad talem perfectionem elevaverit, qualem antea nunquam habuerunt.

§. VI.

Videamus nunc, quando Opifices isti libertati suæ naturali hactenus relicti inceperint certa collegia formare, quibus privativa facultas, hunc vel illum Mechanismum exercendi, competeret.

Ceperunt certa Collegia formare tempore Henrici V. Imperatoris Sæculo nimirum XII.

Quemadmodum autem omnis habitus, qui certa quadam Lege introductus non est, non uno eodemque tempore stabiliri potest, ita & incunabula harum sodalitatum non ubivis æqualia fuisse, sive non uno eodemque anno per omnes Germaniæ Provincias illas invaluisse, nemo dubitabit: nobis igitur generatim sufficiet Epocham, qua primum in aliqua Germaniæ parte innotuere, breviter indagasse. Quando Opifices Jure civitatis donati fuerint, dictum jam supra fuit, contigit illud enim tempore HENRICI V. Imperatoris initio nimirum sæculi duodecimi: an autem idem Imperator novos hos cives statim in certa quædam Collegia diviserit, nullibi expresse scriptum reperitur, nec mirum, hac in re mutos esse Historicos, cum illud omnino in illis desiderandum, quod res tantum publicas & sacras tractent, a popularibus & domesticis fere alieni. ** Certum tamen videtur, ista Collegia pariter tempore dicti Imperatoris adhuc cepisse: refert enim LEHMANNUS in Chronico suo Spirensi: *** In der Stadt Speyer ist die Absönderung der Handwerker und Einsetzung der Zunften zeitlich bey Regierung des ersten Rats im Aristocratischen Stand eingeführt, und die Bürgerschaft von Handwerkern und andern, so mit der Hand ihre Nahrung gewinnen, in 13. Zünften abgetheilet. Invaluerunt ergo Collegia Opificum Spiræ regnante primo Senatu Aristocratico & quidem zeitlich id est circa initium hujus regiminis. Regimen ipsum autem, ut alibi LEHMANNUS * habet, ab HENRICO V. Imperatore primitus constitutum est, & nequidem ducentos annos stetit. ** In aliis autem quam plurimis Germaniæ civitatibus illo tempore idem obtinuisse, exinde colligo, quod per eandem HENRICI

* Nominis illius vera significatio hodie pene ignoratur, superiores Germani vocarunt urbes illas Hanseaticas, die am See Städte, quasi ad mare sint sitæ: sed non omnes urbes hujus fœderis adjacent oris maritimis: alii derivant hoc nomen a vocabulo antiquo Saxonico *Hanse* fœdus significante.

** DE LUDEWIG. in Diss. jam alleg. Dissert. I. Cap. 3. §. 5.

*** Lib. 4. Cap. 14. pag. 320. col. 2. lit. D. & E.

* Speyerische Chronico Lib. 4. Cap. 11. pag. 302. col. 1. Lit. B. & C.

** Idem Lib. 6. Cap. 1. pag. 669. col. 2. Lit. D.

RICI Legem non solum Spiræ, sed & in omnibus aliis Germaniæ urbibus Opifices noviter Jus civitatis obtinuerint, * & ad Exemplum urbis Spirensis statim in illis eadem Regiminis forma introducta fuerit. **

§. VII.

Treveris Sæculo XIII. hæ sodalitates invaluere.

Treveris jam inde a THEODORICI Archiepiscopi tempore ista Collegia tolerata fuisse BROWERUS author est. *** Præfuit THEODORICUS ille Archiepiscopatui ab Anno 1212. usque ad Annum 1242. *

§. VIII.

Primis temporibus ubique seditiones spirabant.

Quam parum autem vigenti tum temporis in urbibus regiminis formæ hæ sodalitates proficuæ fuerint, suo damno inprimis expertæ sunt civitates Imperii; vix enim in illis pedem fixere, cum jam ubivis in consortium regiminis peterent admitti, nihilque omitterent, quod gravissimas seditiones non spiraret; donec tandem ineunte sæculo decimo quarto nulla pene Imperii Civitas superesset, quæ prorsus novam Regiminis formam non induisset. **

§. IX.

Quapropter Sæculo XIII. omnino abolitæ.

Non voluerunt autem diutius hanc insolentiam perferre Imperator & Proceres Imperii; quapropter tandem præsenti malo medelam afferre serio cogitatum fuit; postquam igitur Anno 1231. ab HENRICO Rege Wormatiam Conventus Imperii advocatus esset; in illo acri concertatione defensum, ut ea omnia, quæ in Oppidis aut urbibus procerum potestati subditis, vel sponte coirent hominum cœtus, vel fœdere jungerentur Societates, abolitæ imposterum censerentur & antiquatæ, imo nulli Magistratui, ne Regi quidem, potestatem ullam relinqui Communiones, Constitutiones, colligationes seu conjurationes, quibuscunque tegerentur involucris, instituendi, ordinandique, ni visum ita Dominis esset civitatis, vel oppidi, neque pariter Dominis eandem facultatem tribui, nisi vicissim probetur Regi. *** FRIDERICUS autem Imperator anno sequente 1232.

 Aqui-

* Idem Lib. 4. Cap. 14. pag. 320. col. 1. Lit. E.

** Idem Lib. 4. Cap. 11. pag. 302. col. 1. Lit. B.

*** Annal. Trev. Tom. II. Lib. 16. §. 166.

* BROWERI & MASENII Annal. Trev. Tom. II. Lib. 15. §. 96. & 175.

** LEHMANNUS in Chron. Spir. Lib. 6. Cap. 1.

*** Annal. Trev. Tom. II. Lib. 15. §. 151. pag. 123.

Aquilejam procedens hac super re Diploma dedit in Verbis. * *Revocamus in irritum & cassamus in omni civitate & oppido Alemanniæ communia Consilia, Magistros civium, seu Rectores, vel alios quoslibet officiales, qui ab Universitate civium sine Archiepiscoporum & Episcoporum beneplacito statuuntur, quocunque per diversitatem locorum nomine censeantur: irritamus etiam cujus libet artificii confraternitates seu Societates &c.*

Atque hoc certe Diplomate, Opificum Artificumque Collegia, & quæcunque alia adversus Principum Jurisdictionem a populari statu quæsita munimenta sublata fuerunt, atque detracta.

Maxima erat Opificum licentia tempore magni Interregni. Legibus illos coercuit Sigismundus Imperator Sæculo XV.

§. X.

Non multum profuit autem saluberrima hæc FRIDERICI ordinatio, cum enim paucis post annis magnum Germaniæ Interregnum sequeretur, nemo erat, qui illam Opificiorum compagem, quæ sub specie libertatis naturalis totum Imperium occupaverat, intra metam & fines honestatis publicæ redigeret, & quamvis per electionem RUDOLPHI Habspurgici funestum hoc Germaniæ Interregnum postea extingueretur, excrevit tamen usque adeo Opificum licentia, ut non aliter, nisi iterum publica Lege, coerceri posset: factum illud tandem est a SIGISMUNDO Imperatore, & primo quidem anno 1440. in ejus Reformatione politica cap. IV. & V. ubi habetur: **

Es ist auch zu wissen, daß in den guten Städten, nemlich Reichs-Städten, Zünft sind, die sind nun sehr gewaltig worden, und muß man die Zünft gröblich kaufen. Sie machen Gesätzte unter ihnen, als etwann Städt gethan haben, sie ordnen an viel Städten den Rat, wie viel aus jeglicher Zunft in den Rat süllen geen: diß heist una partialitas, und ist nicht eine rechte Gemeinsamkeit, als ich euch sag.

Es ist auch zu wissen, ein arges in den Städten, und auf dem Lande an viel Enden, daß einer Gewerb hat mehr dann ihm zugehöret. Wölt ihr aber hören, was Kayserliche Recht gebieten, unser Vordern sind nit Narren gewesen. Es sind Handwerk darumb erdacht, daß jederman sein täglich Brod gewinnen soll damit, und soll niemand dem anderen greiffen in sein Handwerk.

Multæ aliæ etiam

Multæ etiam successu temporis ad hunc usque diem adhuc emanarant hac super

* Annal. Trev. Tom. II. Lib. 15. §. 152. pag. 129.

** GOLDASTI Reichs-Satzungen anderer Theil pag. 130. & 131.

super re Leges Imperii,* inter quas præcipue Conclusum de Anno 1731.** referendum; cum vero instituti mei non sit, plura de illis differere, hinc Lectorem meum ad ipsum corpus Recessum desuper remitto.

ad hunc usque diem Ordinationes desuper latæ.

§. XI.

Quid sit Collegium Opificum?

His itaque præmissis breviter dicendum, quisnam hodie verus Collegiorum Opificum sit sensus: est autem nihil aliud, quam societas legitima certorum hominum, artificium aliquod licitum exercentium certis statutis & Legibus firmata:*** fiunt ista statuta & Leges a quocunque superiore,**** cui soli licitum est, commercia & Opificia Jure Gentium libera ad certa loca certasque personas restringere; * finis Collegiorum est utilitas civium, nimirum, ut quilibet determinatum sufficiensque medium habeat, de quo cum suis vivere possit.** Quidquid ergo huic fini contrarium est, a Magistratu licite institui nequit: fluit hinc, neminem simul in duobus Opificum Collegiis admittendum,*** neque Professiones, quæ sua natura differunt, esse confundendas.**** Absurdum est enim, si aliis creditum alius subtrahat, maxime quoniam ita commodis inhiatur alienis, * ideoque tollitur justitia distributiva:** per eandem prorsus rationem certi alicujus Collegii Opificum Numerus ultra vires civitatis vel provinciæ augeri non debet;*** prostant etiam Exempla, quod contra Magistratus hoc puncto conventos in supremis Imperii Dicasteriis processus decreti fuerint.**** Ubi autem talia impedimenta non adsunt, de habilitate recipien-

Finis Collegiorum est utilitas Civium.

* Habet illas secundum ordinem chronologicum FRID. GOTTLIEB. STRUVIUS in Systemate suo Jurisprudentiæ opificiariæ Tom. 1. Lib. 3. Cap. V.

** Senkenbergische Sammlung der Reichs-Abschiede 4ter Theil.

*** FRITSCHII Tract. de Collegiis Opificum Parte 1. Cap. 1. §. 3. num. 6.

**** Reichsschluß de Anno 1731. Beylag sub sign. ⊙ Senkenbergische Sammlung der Reichs-Abschiede 4ter Theil.

* MEVIUS Conf. 63. num. 3.

** Vid. jam alleg. Reformationem politicam SIGISMUNDI Imp. Cap. 5.

*** PHILIPPUS de Collegiis Opificum Th. 43. STRUVIUS Decis. Jur. Opificiarii pag. 202. Th. 31.

**** BEJERI Magister Prudentiæ Juris Opificiarii num. 447.

* Idem num. 547.

** BEJER von der Zünften Zwang num. 298.

*** KNIPSCHILD de Jur. & Priv. Civit. Imp. lib. Cap. 16. num. 99. III. STRAUCH de Jure Collegiorum Opificum §. 126.

**** Ita in Judicio Imperiali Aulico Anno 1739. in Sachen Frankfurt Geschworne des Wein-

In Regula nemo ab ejusmodi Collegiis excludendus.

cipiendorum in tribus Regula generalis hæc est: neminem honeste natum nec vera infamia, vitæque vilitate adeoque proprio vitio Societate honestorum virorum indignum ab admissione debere excludi; dummodo statutum in singulis Collegiis recipiendi ordinem adimpleverit.* Nullum omnino hujus rei dubium esse potest, sicui cæteroquin Jus civitatis denegari nequit; cum hæc prærogativa ipsam civis definitionem ingrediatur; cives enim sunt, qui præter plenum jus commercii civici soli rebus Universitatis utuntur, & privilegiorum urbi competentium participes redduntur.** Consistit autem pars commercii civici in jure Opificiario,*** concipi ergo nequit civis, cui jus Opificiarium non competat: nec dicat quis, ex eo inferendum non esse, civi Jus competere hoc vel illud Opificium eligendi, cum perinde sit, qua arte vivat: non enim idem ad plura simul Opificia aptus esse potest, sed necessario artem, quam unice callet, exercere debet.* *& ideo Opificia in civitatibus in certa Collegia distincta, & singulis sua jura, privilegia & officia attributa sunt, ut quisquis ea, quam*

Opificia sunt pars commercii civici.

Civis exercet artem, quam callet.

Bierbrauer-Handwerks contra den Magistrat und den Gesellen verlohren daselbst. Rescribebatur dem Magistrat zu Frankfurt: Kayserl. Majestät hätten aus dem in dieser Sache an sie gebrachten mit Befremden vernommen, daß Magistratus den ohne dieß überhäuften numerum der Meister bey diesem Handwerk mit einem neuen, nachdem die ledige Stelle allbereit besetzt wäre, und zwar mit einem Fremden, der sich weder mit einer Wittib noch Tochter aus diesem Handwerk verheyrathet, vermehren wollen, auch denselben würklich, ohne die Kayserl. Resolution zu gewärtigen, zur Brauerey zugelassen habe: gleichwie aber in dergleichen Bewillig- und Verordnungen sich geziemet, vornehmlich darauf zu sehen: ob dem Publico hierdurch ein vorzüglicher Nutzen zuwachse? sodann, als solches nicht erfindlich, dem Handwerk nach willkührlich unbilligen Gefallen kein Schade zugezogen werde; da nun sich in dieser Gelegenheit gar kein Nutzen für das Publicum, hingegen merkliches Nachtheil, ja nach und nach erfolgende gänzliche Verderbung dieses Handwerks, offenbar vor Augen leget, auch an deme nicht ist, daß Magistratus an und vor sich einen Statum Imperii ausmache, sondern da ihme die Administration Jurium Superioritatis territorialis & Regalium von Kayserl. Majestät anvertrauet, ihme obliege, vornehmlich solche zum wahren Besten der ihme untergebenen Burgerschaft nach Recht und Billigkeit zu besorgen: als befehlen demnach Kayserl. Majestät besagtem Magistrat, daß er den beklagten Gesellen dem ohnehin hoch übersetzten Handwerke ferner zum Meister nicht aufdringe, ꝛc.

Eodem adhuc anno simile Rescriptum impetrarunt adversus eundem Magistratum Sartores.

Mosers Staats-Recht 42ter Theil pag. 470, 71, 72 & 73.

* Joh. Volk. Bechmann de Jure Tribuum Cap. II. Th. 1. §. 3.

** D. de Selchow in Elementis Juris Germanici pag. 353. §. 320.

*** Idem pag. 366. §. 331.

* Bejer von der Zunften Zwang num. 27.

quam didicit, & profitetur, functione contentus in & ex ea victum quærat, alios non turbet, aut mediis ex sua arte victum quærendi privet, & unumquodque Opificium unius hominis indolem & vires exigit, nec pluribus unus sufficere potest, * multo minus autem penes sola Opificum Collegia stabit, quemnam admittere velint ad Opificia, cum eorundem statuta aut mores privati non sufficiant, ad aliquem lege pro in habili non declaratum inhabilem reddendum. ** Liberum ergo ipsi esse debet, ad quodnam Opificum Collegium aspirare velit.

CAPUT II.

§phus 35. art. V. Instr. Pacis neminem ob Religionem a Collegiis Opificum vult arceri.

§. I.

Agnoverunt summi paciscentes in Tractatibus Pacis Westphalicæ, quam indignum sit inter concives unius ejusdemque Regni, ne dicam certæ provinciæ aut urbis triste Religionis odium foveri: viderunt simul nullibi magis periculosas illas animorum aversiones nutriri, quam penes Opifices, qui, nescio quo, Religionis zelo seducti alios iisdem sacris non addictos cum indignatione despicerent, & a sua Communione penitus vellent esse exclusos: quapropter Mense Novembris Anno 1645. conquesti sunt imprimis Augustanæ Confessionis Status in terminis: *** Die arme Evangelische Unterthanen würden zu keinen Ehren-Amt zugelassen, ingleichen auch den Lehr-Jungen weder Geburts- noch Lehr-Briefe abgefolget. civitates Imperii in notis suis ad Gravamina Dominorum Protestantium addebant: * Die Evangelischen würden auch von den Handwerken zu merklicher Beschimpfung der Evangelischen Glaubensgenossen removiret und verstossen. A. C. Status apponebant suo gravamini hanc notam civitatum his fere verbis: ** Die Evangelische würden von denen Catholischen Landes-Herren an vielen Orthen von ihren herge- Quærebantur A. C. Status in Tractatibus P. W. in territoriis Catholicorum subditos A. C. a Tribubus & Opificum Collegiis arceri.

* Mevius Consilio 63. Num. 1.

** Hillerus de abusibus, qui in Germania nostra in Collegiis Opificum vigent Cap. 3. §. 5. pag. 168. & ibi citati.
G. A. Struvius Juris Opificiarii Decisione 6.

*** Vollständiges Gutachten der Evangelischen Stände zu Osnabruck, was bey vorhabenden Tractaten zu erinneren, inter Gravamina Ecclesiastica Grav. 3tio de Meiern Acta Pacis Westph. Tom. I. pag. 819.

* Idem Tom. II. pag. 107.

** Idem Tom. II. pag. 527. & 528.

Quærebantur pariter Status Catholici, in Civitatibus Imperii ab ejusmodi civium Juribus excludi Catholicos.

brachten Ehren-Stellen, Aemteren, Handwerkern, Handwercker-Recht und Gerechtigkeiten verdrungen. Respondebant status Catholici eodem adhuc anno mense Decembris * idem hucusque ab A. C. Statibus factum, decætero Gravamina quæ deterritoriis Catholicorum speciatim proferrentur, sibi ignota esse: quærebantur etiam de civitatibus Imp. ** in vielen Reichs-Städten, wo zu Zeit des Religions-Friedens die Catholische Religion in Uebung gewesen, seyen die Catholische nunmehr von dem Rath, allen ehrlichen Aemtern, Bedienungen, Burger-Recht und Zünften ausgeschlossen worden.

§. II.

A.C. Status in mediis Compositionis volebant subditos suæ Religionis ubique ad Opificum tribus admitti.

Anno sequente 1646. mense Februarii proponebant A. C. Status quædam media compositionis in puncto Gravaminum: ubi Gravamine 3tio Num. 7. ita habetur.*** Die Evangelische Unterthanen, jetzige und künftige, müssen von ihren Aemteren, Gemeinschaften, Zünften, Erbschaften, Legatis, Pfründen, noch von einziger Gerechtigkeit ausgeschlossen, oder in einige Weege verächtlich gehalten, sondern durchaus denen Catholicis gleich tractiret werden.

Respondebant Catholici: liberum esse Dominis, diversæ Religionis subditis migrationem injungere.

Status Catholici Mense Martio in sua responsione ad media Augustanæ Confessionis Statuum dicebant: * Paci Religiosæ adversari, quod subditis Catholicorum, qui Augustanæ Confessionis sint, liberum esse debeat, in Territoriis Catholicorum manere, penes Territorii Dominum enim esse, subditos a sua Religione dissidentes, aut retinere aut migrationem ipsis injungere: ratione civitatum Imperialium autem repetebant:** Und sollen auch die Catholische Burger, von Burger-Recht, Zünften, ehrlichen Aemteren und Raths-Stellen nicht ausgeschlossen seyn.

Repetebant, quæ de Civitatibus Imperii dicta.

Inhærent suo petito A. C. Status.

Inhærebant suo petito Status Protestantes decima quarta Aprilis in mediis suis ulterioribus cum additamento:*** quod æquale Jus concedere vellent subditis suis Catholicis: petebant insuper mense Junio,**** daß wenn ein Evangelischer in ein Catholisch Land sich setzen wolle, ihm die Belehnung, Burger-Recht und Reception nicht verweigert werden solle. Catholici eodem adhuc

* de Meiern Acta Pacis Westph. Tom. II. pag. 556. & 557.

** Idem ibid. pag. 552.

*** Idem pag. 570.

* de Meiern Acta Pacis Westph. Tom. II. pag. 582.

** Idem ibidem pag. 581.

*** Idem Tom. II. pag. 613.

**** Idem Tom. III. pag. 165. Art. 29. & 30.

adhuc Mense insistebant * arbitrio Dominorum relinquendum esse, an subditum diversæ religionis in territorio suo habere velint, vel non. Augustanæ Confessionis Status vero in ultimis mediis suis Mense Augusto uberius declarabant:** Insgemein aber sollen die Unterthanen, der Religion halber, sie seyen Evangelisch oder Catholisch, keineswegs verächtlich gehalten, ihnen auch die Gemeinschaften, Zünften, Erbschaften, Legata, Spitäler, Siechen-Häuser, Pfründen, Allmosen und andere Jura und Sachen, weniger die Christliche sepultur, noch die freye ungeschätzte Absolgung der ihrigen verstorbenen Leichnam, durchaus nicht verwehret, ihnen auch sonsten gleiches Recht und Schutz administriret und gehalten werden.

Non minus Catholici.

Extendunt suum petitum A. C. Status ad omnia Civium jura.

Cum autem Status Catholici excepto beneficio emigrandi nihil aliud A. C. addictis concedere vellent, hi autem a suo petito recedere nollent, diu nihil agi potuit.

Catholici suæ responsioni insistunt.

§. III.

Præsentabant tandem Plenipotentiarii Cæsarei trigesima Aprilis 1647. projectum latinum,*** quod habebat: *Statuum immediatorum Catholicorum Landsassii, Vasalli, & subditi cujuscunque generis, qui Anno Domini 1624. quacunque anni parte, nullo quidem certo pacto, sed sola conniventia usum & Exercitium Augustanæ Confessionis publicum privatumve habuerunt, retineant id etiam imposterum. . . . Quodsi autem aliqua inter tales immediatos Imperii Status eorumque Status provinciales & subditos supradictos antehac pacta intercessissent & transactiones, & conventiones, atque concessiones, de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo permittendo & conservando inita sunt, hujusmodi pacta, Transactiones, conventiones & Concessiones, quatenus observantiæ dicti Anni 1624. non adversantur, rata ac firma manento, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat. . . . Illi vero Catholicorum subditi Augustanæ Confessioni addicti, ut & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum subditi, qui Anno 1624. nec publicum nec privatum Religionis suæ Exercitium obtinuerunt, quibus ii etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium alio commigrarunt, & facta pace, in patriam redire volunt Religionis causa solum vertere, bona venundare & emigrare nullatenus cogantur, sed patienter tolerentur, ... sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec a mercatorum ac tribuum communione, hæreditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, Eleemosynis, aliisque Juribus & commerciis, multo minus publicis cæmeteriis, honoreque sepulturæ arceantur, nec etiam quicquam pro exhibitione funeris a super-*

Plenipotentiarii Cæsarei præsentant hac super re projectum.

* DE MEIERN Acta Pacis Westph. Tom. 3. pag. 369.

** Idem Tom. 3. pag. 338.

*** DE MEIERN Acta Pacis Westph. Tom. IV. pag. 515. & 516.

ſuperſtitibus exigatur, præter cujusque parochialis Eccleſiæ Jura, pro demortuis pendi ſolita, ſed in his & ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali Juſtitia protectioneque tuti.

§. IV.

A. C. Status huic projecto aliqua addunt.

Auguſtanæ Confeſſionis Status autem monitorum loco ad projectum Cæſareorum de Autonomia ſubditorum exhibuerunt 4ta Maji Legatis Suecicis formulam deſuper a ſe confectam,* quæ in eſſentialibus cum Cæſarea, paucis exceptis, convenit. Sic ubi Cæſarei ponebant: Catholicorum ſubditi, qui Anno 1624. *nullo quidem certo pacto ſed ſola conniventia* uſum & Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis publicum privatumve habuerunt: volebant poni Proteſtantes: ſubditi, qui Anno 1624. *ſive certo pacto & privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola conniventia* publicum Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium vel etiam privatum habuerunt. Ad verba *nec a Mercatorum ac Tribuum communione* &c. arceantur, addebant A. C. Status poſt Verbum *Mercatorum, Opificum, Tribuumve communione.*

§. V.

Poſtquam igitur mutationi a Proteſtantibus taliter propoſitæ Cæſarei facile annuerent, equidem punctus Autonomiæ ſubditorum per formulam vigeſimæ Maji Anni 1647. credebatur deciſus** ſed cum eadem formula in projecto Inſtrumenti pacis per Directorium Moguntinum 3tia Junii Statibus Catholicis publice dictata fuerit,*** & illi huic projecto ſubſcribere recuſarent,* imo adhuc Anno 1648. 24ta Januarii in ultimis ſuis declarationibus in puncto amneſtiæ & Gravaminum a diſpoſitione Pacis Religioſæ ſæpius allegata nullo modo recedere vellent,** hinc Cæſarei a priori projecto ſuo pariter recedentes in Conſequentiam harum declarationum novum ſuum projectum efformabant,*** donec tandem poſt multas diſputationes 8va Martii eodem adhuc Anno in Conferentia apud Suecos habita, punctus iſte de autonomia ſubditorum juxta petita Proteſtantium, & prout in Inſtrumento Pacis reperitur, formatus, transactus, & a paciſcentibus ſubſcriptus eſſet. ****

Formula hæc non placet Catholicis.

Adoptatur tamen.

§. VI.

* DE MEIERN Acta Pacis Weſtph. Tom. IV. pag. 522. & 523.

** DE MEIERN Acta Pacis Weſtph. Tom. IV. pag. 548. & 549.

*** Idem Tom. IV. pag. 571.

* DE MEIERN Acta P. W. pag. 804.

** Idem pag. 928.

*** Idem pag. 962.

**** Idem Tom. 5. pag. 538. 570. & 571.

§. VI.

Ipse autem Textus Instrumenti Pacis huic materiæ destinatus hic est:* *Sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec a Mercatorum, Opificum, aut Tribuum Communione, Hæreditatibus, Legatis, Hospitalibus, Lepresoriis, Eleemosynis aliisve Juribus aut Commerciis, multo minus publicis Cœmeteriis, honoreve Sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris a superstitibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ jura, pro demortuis pendi solita, in his & similibus pari cum Concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti.* Adducitur Textus Instrumenti Pacis.

Fateor equidem nihil fere ambigui aut obscuri in his verbis a me detegi potuisse, cum autem novissimis temporibus ab eruditis quibusdam sensus hujus Legis in dubium vocatus, & pro diversis usibus diversimode explicatus fuerit, juvabit summorum Paciscentium mentem Tractatibus supra expositis convenientem ea tamen, qua decet, modestia paulo accuratius explanare.

§. VII.

Voluerunt igitur summi Paciscentes subditos nullibi ob religionem despicatui haberi, nec a Mercatorum, Opificum, aut Tribuum communione arceri, sed illos pari cum Concivibus jure gaudère, & æquali justitia protectioneque tutos esse. Dubia autem, quæ circa hæc verba adhuc occurrere dicuntur, in eo potissimum consistunt, 1mo, quæ personæ a Mercatorum, Opificum, aut Tribuum communione arceri non debeant? 2do, in quibus locis istæ personæ ad illa Jura necessario admittendæ sint? Dubia, quæ circa verba hujus §phi moventur.

§. VIII.

Ad primum dubium, quod attinet, in eo conveniunt omnes, quotquot hanc materiam hactenus tractarunt, inprimis hunc Textum de Tyronibus Artis aut Opificii & de Boëthis intelligendum esse; explicat ita HENNIGESIUS, ubi ait: ** *Lex illa inprimis opitulatur, qui ex Opificum numero sunt appellatione Sociorum, Gesellen, exercendæ artis suæ causa peregrinantur: illi enim in locis Catholicis a quodam forte Opifice, Meister, conducti fama integra ibi etiam agunt, atque Tribuum & Diversoriorum pari jure cum Sociis Catholicis sunt participes, quin, sicut patrifamilias visum, filium suum in Sacris Protestantium institutum Opifici Catholico locare ad artem discendam, isque eum sive pacta mercede, uti plerumque fit, sive gratis erudiendum receperit, non arbitror, in Magistratus potestate esse, ut conventionem* Prospexit hic paragraphus Opificii Tyronibus & Boëthis.

* §. 35. Art. V. Instr. Pacis. Osn.

** In Meditationibus ad Instr. Pacis ad hunc §phum 35. Art. V. & quidem ad verba. *Nec a Mercatorum, Opificum aut Tribuum Communione.*

tionem illam ob Religionis odium rescindat, atque conductorem jubeat juvenem dimittere. * Huic ergo disquisitioni diutius non immoremur.

§. IX.

Etiam Artis Magistris.

Sed quid de Magistris Artium, von denen Meistern, sentiendum? putant aliqui, hos non indistincte, sive Catholici sive Protestantes sint, admittendos esse ad Opificia: clarius tamen §phus iste in eorum favorem disponere non potuisset: ante omnia autem repetenda hic, quæ supra dicta sunt, nimirum Augustanæ Confessionis Status sæpius admissionem suæ Religionis Consortium ad Opificia in Territoriis Statuum Catholicorum petiisse, Status Catholicos vero diu hoc petitum denegasse hoc solo fundamento, quod Pax Religiosa arbitrio Imperii Statuum reliquerit, an velint subditos diversæ Religionis tolerare, aut eis necessitatem emigrandi injungere: quamprimum autem huic petito annuerent, & Cives diversæ Religionis in suis Territoriis manere volebant, illos etiam quoad Opificia pari cum Concivibus jure habendos esse, non dubitasse; quid autem clarius, quam hæc verba, pari cum Concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti? Dicitur, *cum Concivibus*, supponitur ergo illos esse Cives; Boëthi autem communiter Cives non sunt, non potuerunt igitur per hæc verba præcise intelligi, nisi Magistri. Deinde loquitur Textus de subditis, Boëthi autem ex diversis terrarum provinciis advenientes subditi vere non sunt, nec uspiam pari cum Civibus jure habentur, aut æquali justitia protectioneque tuti sunt. Infallibile autem prorsus argumentum eo desumitur, quod, cum Cæsarei in projecto suo nonnisi verba, nec *a Mercatorum aut Tribuum Communione*, posuerint, A. C. Status expresse verbum *Opificum* adhuc voluerint addi, manifesto sane indicio etiam Opificiorum Magistros hac Conventione inclusos esse, quippe qui per verbum *Opifex* soli proprie denotantur, ** cum alii nonnisi nomine Boëthorum & Tyronum, Gesellen und Lehrjungen, veniant.

§. X.

Admitti debent ad Opificiorum

Superest secunda quæstio, in quibusnam igitur locis nemo a Magisterio ob Religionem arceri debeat? si Textum consultemus, inveniemus *nullibi* quempiam

* Anno 1759. Civis quidam Francofurtensis nomine Scheibel conveniebat cum Magistro quodam murario ejusdem loci de docendo Opificio filium suum Catholicum, non sinebant illud reliqui Murarii, quia puer erat Catholicus; inde querelas movebat pater coram Magistratu, qui tamen quæstionem principalem reliquit indecisam.

** Hillerus de abusibus, qui in Germania nostra in Collegiis Opificum vigent. Cap. 1. §. 2. lin. 6. not. a. Struvius in Systemate Jurisprudentiæ Opificiariæ Tom. 1. pag. 3. Th. 5.

piam arceri posse: videndum igitur, quam late pateat hæc vox nullibi? Colligitur illud ex Paragraphis proxime antecedentibus ʃphis 31, 32, 33, de subditis sermo est, qui Anno 1624. quacunque anni parte publicum aut privatum Religionis Exercitium habuerunt, aut etiam pactis observantiæ dicti Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti non adversantibus sibi contra Dominum prosperexerunt: isti a nemine ulla ratione aut via turbari præcipiuntur. §pho subsequente 34to autem habetur: *Placuit porro, ut illi Catholicorum subditi Augustanæ Confessioni addicti, ut & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum subditi, qui Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto publicum vel etiam privatum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non, qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a Territorii Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur.* Insequitur tandem §pho nostro 35to indistincta & generalis Dispositio omnes illos subditos enumeratos tangens: *Sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec a Mercatorum Opificum aut Tribuum communione arceantur.* Locuti ergo sunt summi Paciscentes in hoc Paragrapho tantum de locis, in quibus cæteroquin reperiuntur subditi diversæ Religionis a Religione Principis, vel de locis ratione Religionis mixtis: & ita quidem, ut perinde esset, sive demum isti subditi Anno Decretorio publicum vel privatum Religionis Exercitium habuerint; sive non; cum hoc tamen discrimine, quod primi necessario omnium Civium Juribus gaudeant, ultimi autem tunc demum & in illa hypothesi patienter tolerentur, & in omnibus pari cum Concivibus jure habeantur, si cæteroquin Emigratio a Domino Territoriali ex mera gratia ipsis injuncta non fuerit: neque enim existimandum est, hoc Paragrapho indirecte omnimodam necessitatem Territorii Dominis impositam tolerandi subditos, qui Anno 1624. Exercitium suæ Religionis non habuerunt, sive Jus Reformandi §pho 30. eodem Art. Vto firmatum Dominis adimi voluisse, de contrario enim sequens statim ʃphus 36. testatur: ubi disponit: *quod si vero subditus, qui nec publicum nec privatum suæ Religionis Exercitium anno 1624. habuit, vel etiam qui post publicatam pacem Religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut a Territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere.* Supponit enim hic Paragraphus Dominum Emigrationem subditis injungere posse: concludendum itaque, omnes subditos, cujuscunque sint generis, ad Opificia & Magisteria admittendos, nihilque prorsus Opificibus cum Religione commune esse. *

Magisteria Opifices diversæ, a dominante, Religionis in iis locis, ubi cæteroquin subditi talis Religionis tolerantur.

Sive tales subditi in Anno Decretorio Religionis Exercitium habuerint, sive non.

* Hillerus de abusibus, qui in Germania nostra in Collegiis Opificum vigent, Cap. 3. §. V. Lit. (d) pag. 170.

CAPUT

CAPUT III.

Poſito, omnes ſubditos absque reſpectu Religionis ad Collegia Opificum admittendos eſſe, diſquiritur, an non reſpectu cujusvis Opificii Annus Normalis attendendus ſit, & ſiſtuntur Rationes pro affirmativa.

§. I.

Quæritur, an Annus Normalis reſpectu cujuslibet Opificum Collegii obſervandus?

Probavimus Capite priori omnes ſubditos, cujuscunque ſint generis, ſive Catholici, ſive Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ſive demum anno normali milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto publicum privatumve ſuæ Religionis Exercitium habuerint, ſive non, in hypotheſi quod, hi ultimi tolerentur, indiſtincte ad Opificia & Magiſterium admittendos eſſe: videndum itaque, annon ſaltem annus normalis certos hac in re limites ponat? ita quidem, ut ad illa tantum Opificiorum Collegia ii cives, qui dominanti Religioni addicti non ſunt, adſpirare poſſint, in quibus ſuæ Religionis conſortes anno 1624. quacunque hujus anni parte admiſſi fuerint, ab aliis autem, in quibus nullus ſuæ Religionis aliqua hujus anni parte fuerit, poſſint excludi? an vero ſufficiat generatim probaſſe, aliqua anni normalis parte ejusdem Religionis cives cujuscunque demum Opificii illic habitaſſe?

§. II.

§phi 2. & 29. politica intuitu Religionis mutata ad ſtatum 1mæ diei Jan. Anni Decretorii reſtituunt.

Argumenta, quæ ad probandam opinionem eorum inſervire debent, qui Anno Normali locum eſſe contendunt, potiſſimum §pho 2. & 29. Inſtrumenti Pacis comprehenduntur. In iis enim, & inprimis quidem §pho 2do habetur: *Terminus a quo Reſtitutionis in Eccleſiaſticis & quæ intuitu eorum in Politicis mutata ſunt, ſit Dies prima Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti: fiat itaque reſtitutio omnium Electorum Principium & Statuum utriusque Religionis (comprehenſa libera Imperii Nobilitate; ut & Communitatibus & Pagis immediatis) plenarie & pure, caſſatis omnibus interim in iſtiusmodi cauſis, latis publicatis & inſtitutis ſententiis, Decretis, Transactionibus, pactis ſeu deditiis, ſeu aliis, & Executionibus, reductione ad ſtatum dicti anni dieique in omnibus facta.*

Dein §. 29no in favorem civitatum Imperii jubetur: liberæ Imperii civitates, prout omnes, atque ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii, non tantum in Pace Religionis & præſenti ejusdem declaratione, ſed & alias ubique indubitate continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum Religio anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto in uſu fuit, tam ratione juris reformandi quam aliorum Caſuum Religionem

gionem concernentium in Territoriis suis respectu subditorum non minus ac intra Muros & suburbia idem cum reliquis Statibus Imperii superioribus jus habeant, adeoque de istis generaliter disposita & conventa de his quoque dicta & intellecta sunto.... ante omnia vero illa Civitates Imperiales, quæ sive uni, sive utrique Religioni addictæ & inter has posteriores, cum primis Augusta Vindelicorum, itemque Dunckelspübla, Biberacum, Ravensburgum & Kauffbaira, ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto propter Religionem vel bona Ecclesiastica ante, vel post Transactionem Passaviensem & insecutam Pacem Religiosam occupata & reformata, vel alias intuitu Religionis in Politicis quocunque modo, sive extra sive judicialiter aggravatæ sunt, in eum Statum, in quo Kalendis Januariis prædicti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti tam in sacris, quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores plenissime reponantur.

§. III.

In primo igitur Textû omnes Status Imperii superiores, comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis immediatis, non solum in Ecclesiasticis, sed & notanter in iis, quæ intuitu Ecclesiasticorum *in Politicis* mutata sunt, ad statum primæ diei Januarii Anni Normalis plenarie & pure reponuntur; in 2do autem liberæ Imperii Civitates Statibus Imperii superioribus exæquantur; & quæ de his generaliter conventa & disposita, de istis pariter intelligi debere, jubetur: dein etiam ratione illarum expresse disponitur: quodsi *intuitu Religionis in Politicis* quocunque modo, sive extra- sive judicialiter aggravatæ fuerint, omnia ad statum dicti anni dieique non tantum in sacris, sed etiam *profanis* reduci debeant. Textibus autem ita expositis, quis illorum applicationem ad Casum præsentem difficilem crederet? nonne omnia, quæ de Politicis intuitu Religionis mutatis disposita sunt, apprime huc quadrare videntur? Equidem receptio in certam quandam Tribum & Opificum Collegium in se spectata nullam cum Religione affinitatem habet, nec Ecclesiastici quid sub se continet: sed persona, quæ admitti vult, in nostro casu Religionem profitetur, ex qua nemo in anno normali in possessione istius Opificum Collegii fuit; subintrat ergo Respectus Religionis, saltem respectu illius, qui deberet recipi, & quamvis regulariter annus & dies Decretorius tantum ad Ecclesiastica & Religionem concernentia, & præsertim ad ipsum Religionis Exercitium vel bona Ecclesiastica directus sit, de quibus etiam in §pho 29no principaliter sermo est, ubi: *quæ propter Religionem, vel bona Ecclesiastica ante vel post Transactionem Passaviensem & insecutam Pacem Religiosam occupata, & reformata:* nihilo minus tamen negari non potest, casum ipsius Religionis, ejusque Exercitii, sive directum plane ad ipsam Religionem respectum, si non realem, personalem tamen hic omnimode intrare, cum indirectus etiam respectus argumen-

Receptio in Tribus est objectum politicum, & ratione Personæ subintrat Respectus Religionis.

Qui Respectus personalis sufficit.

gumento §. 9ni ejusdem Articuli Vti Instrumenti Pacis * jam sufficiens videretur. Accedunt Verba maxime Generalia: propter *Religionem*, & quod magis est, *vel alias intuitu Religionis tam in sacris quam in profanis quocunque modo &c.* quæ omnia hanc Interpretationem maxime probabilem reddunt. In genere autem omnes illos Casus decidisse videntur hi Textus, in quibus ratione Objecti quidem de rebus mere Politicis disputatur, ratione subjecti tamen de Religione Personæ ad Objectum aspirantis quæstio movetur, ideoque tertius quidam, veluti Collegium aut certa Societas, propter possessionem anni normalis Jus contradicendi exercet. Confirmat hæc absque omni restrictione meritissimus alias D. HOFFMANNUS ** ubi docet: *Annum Decretorium etiam ad Politica, si non indistincte omnia, mere & tantum secularia, ea tamen, quæ cum Ecclesiasticis connexa, quæ Religionem directe vel indirecte concernunt, spectare, nec verbis nec animis summorum Paciscentium repugnat;* & alibi: *** *Generatim Annus Decretorius ad omnia ea pariter, ac quidem ad Ecclesiastica quævis spectat politica, quæ intuitu Religionis & Ecclesiasticorum mutata fuerunt, quæque illam vel indirecte saltem concernunt, atque vel personalem vel realem ad illam alunt Respectum, hoc est: ad omnia ea Politica, quæ inter utriusque Religionis Consortes controversa sunt. In determinando igitur vero Anni Decretorii Objecto, non tam ad internam causæ & negotii alicujus, vel Ecclesiasticam vel Politicam indolem, quam potius ad externum & accidentalem magis quam essentialem Personarum earumque Religionis Respectum respiciendum. Quæ si una eademque vel utrinque Catholica, vel utrinque Evangelica, licet hoc casu vel Augustanæ Confessionis, vel Reformatæ, causa, sive nunc Ecclesiastica, sive Politica, ad Annum Decretorium neutiquam referenda erit. Sin vero diversa Catholica & Evangelica, illud omne, quod inter Personas hasce controversum est, verum & genuinum Anni Decretorii Objectum erit, sive nunc Ecclesiasticum sive Politicum.*

§. IV.

Et quamvis in eo omnes conveniant, annum decretorium ad omnia obvia & levissima quævis trahendum non esse, cessare tamen creditur hæc Regula, inprimis, ubi Status Possessionis, quo annus decretorius nititur, omnino certus est, possessio enim est strictæ interpretationis, neque de loco ad locum extendi potest: & ubi quidem de Politicis & civilibus principaliter agitur, aliqualis autem Religionis respectus subintrat. Videtur etiam exemplis demonstrari posse, hunc

* Deciditur hoc §pho, quid pluralitas votorum operari debeat, & habetur: illam in Causis Religionem *sive directe sive indirecte* concernentibus, nequaquam attendendam esse.

** In Disp. de Anno Decretorio, an & quatenus ad Politica spectet, §. 9. p. 28.

*** Disp. alleg. §. 17. pag. 60. & 61.

hunc verborum sensum semper pro norma habitum fuisse. Ita cum Dunckelspühlæ inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos ratione Laniarii, des Fleischhauses, aliquæ differentiæ orirentur, conventum est: * Daß das Fleischhaus die ganze Fasten über zusperren, jedoch mit dieser ausdrücklichen Bedingung, daß nicht allein eine Tafel bis auf den Palmabend, an das Fleischhaus, woran eines jeden Metzgers Namen, der geschlacht hat, angeschrieben und gezeichnet, gehenkt werden, sondern auch einem gesammten Ehrsamen Rath frey stehen solle, sich hierüber zu seiner Zeit zu bereden, und nach erheischender Nothdurft, das Fleischhaus auf- und zusperren zu lassen, wofern man sich aber propter paria vota nicht vergleichen könnte, soll es bey der *Observanz* des 1624. Jahrs und Zusperrung verbleiben.

Politicæ inter utriusque Religionis partes controversa ad statum Anni Normalis restitui probatur Exemplis: & quidem Exemplo Dinckelspühlæ.

Recurritur hic ad annum normalem, qui decidere debet, quando debeat aperiri vel claudi Laniarium, quis autem non videt, hanc rem mere politicam esse? & non aliam ob causam ad annum normalem referri, quam quod inter diversæ Religionis Senatores controverteretur.

§. V.

Item Exemplo Coloniæ & Aquisgrani.

Objectum etiam commerciorum profecto mere politicum est, hoc non obstante, cum Magistratus Coloniensis pro moderatione quanti matricularis instaret, declarabant incidenter in Voto suo communi Status Protestantes **: der Verfall der commercien in der Stadt Cölln ist durch ihr eigen Verschulden unter andern mit daher entstanden, daß sie ihrer Evangelischen Kaufmannschaft und Eingesessenen zu Cölln die fast vom Anfang der *Reformation* und insonderheit *Anno* 1624. gehabte freye Handlung, folglich wider den Westphälischen Friedenschluß sehr einzuschränken und fast zu sperren sich unternommen.

Sic etiam in Lista restituendorum a Suecis extradita inprimis de Aquisgrano distincte habetur: *** So haben die Evangelische Gemeine zu Aachen Anno 1624. nicht allein das privatum Exercitium gehabt, sondern auch ihre sonderliche Prediger gehalten, durch welche sie ihnen privatim die Sacramenta administriren, wie nicht weniger die Copulationes verrichten lassen, auch ihr sonderliches Consistorium gehabt, und in vicinia sich publici Exercitii, wann und so oft sie nur gewollt, gebrauchet; zudem sie auch dazumahl ohne Weigerung, in die Zünfte und Handwerker aufgenommen worden, in welchen

* Knipschild de Civit. Imp. Lib. 3. Cap. 11. pag. 79.

** Mosers Staats-Recht 41. Th. pag. 188.

*** Acta Executionis Tom. 1. pag. 106.

chen allen ihnen aber der Magistrat anitzo Einhalt zu thun und sie also des Frieden-Schlusses nicht geniessen lassen will. Et paulo post in ejus supplemento de Colonia memoratur: * Ingleichen die Evangelische Burgerschaft in der Stadt Cölln, ratione privati Exercitii Religionis, wie es *Anno* 1624. gewesen, wie auch der Zünften und andere in Art. v. §. 12. verf. placuit per totum &c. enthaltenen geist- und weltlichen Gerechtsame zu restituiren, und derselben allen unperturbirten Genuß zu lassen.

Locis hic allegatis expressa Tribuum mentio adjicitur, & dijudicatur Jus, ad illas aspirandi, ex possessione Anno normali habita, nihil ergo obstare videtur, quo minus in nostro etiam Casu, ubi similis quæstio agitatur, ad annum illum decretorium recurrere liceat.

§. VI.

In Voluminibus Gravaminum plura mere Politica contenta.

Plurimæ adhuc dum ratione politicorum in Voluminibus Gravaminum Religionis Protestantium Anno 1720. Francofurti colligi cœptorum, & aliunde occurrunt querelæ, quas jam laudatus D. HOFFMANNUS ** diligenter excerpsit, & quæ potissimum in eo consistunt, quod a Catholicis Senatores & Officiales quicunque in diversis Locis contra Statum anni normalis intrudi vellent, quas Causas perfectam quoad Objecta similitudinem cum Casu nostro substrato habere in aprico est: nullum igitur dubium subest, quominus ea, quæ de his in Relatione celeberrimi cujusdam Cameræ Imperialis Assessoris quondam dicta, etiam hic optimo Jure applicanda veniant; habet ille: ***

Tendit huc Relatio alicujus Assessoris Cameræ.

Hiernächst ob generalitatem dessen so in Art. V. §. 8. Pacis Westphalicæ disponiret, es nicht angehet, loco protestantischer Gerichts-Personen pro mero arbitrio Catholische anzuordenen, wo solches nicht Herkommens, und das Gericht von jeher aus Protestanten bestanden, *quo in Casu* die Besetzung des Gerichts *pro Causa mere politica* nicht zu achten, so vermag Referens nicht dieses factum des v. Hallberg zu billigen, sondern wohl Referens glaubet, daß mittelst Restituirung derer Commissorum in ihre Aemter vor der Hand dieser quærel abgeholfen werden könte. Nec minus ad rem videntur esse, quæ DECKERUS Celsissimi quondam Imperialis Cameræ Judicii advocatus in suis Consultationibus forensibus * nobis suppeditat, ubi ait: *Opificum quoque Tribuumque Communionem Lex largita est. An ut de Opificiis & arte instituantur? ita: An vero,*

Confirmatur per scripta Deckeri.

* Acta Executionis pag. 108.

** In Disput. jam alleg. §. 16. pag. 56.

*** In Observ. Juris univ. 540. L. B. DE CRAMER Tom. 2do pag. 280. in Causa Leiningen-Heydesheim contra Freyherrn von Hallberg.

* Lib. 1. Part. 1. Cap. 42. Num. 7. pag. 230.

vero, ut ubique in Civium numerum cooptentur? ad officia honoraria Tribuum promoveantur? non sane, & ita in facto Causa patronus obtinui.

§. VII.

His itaque fundamentis innititur Opinio eorum, qui anno decretorio in rebus Opificiariis locum esse contendunt, reperiuntur illa potissimum in scriptis, quæ a doctis hujus sententiæ patronis hinc inde emanarunt, & e quibus fideliter desumpta sunt: quam speciosa autem hæc Argumenta prima fronte aliquibus etiam videri possent, me tamen adeo non movent, ut huic sententiæ serio subscriberem: Ne autem nulla prorsus suffultus ratione contrarium asserere videar, capite sequenti, quod proprio Pacis Westphalicæ sensui unice destinavi, brevem illorum refutationem subjungam; qua fortuna autem illud factum fuerit, justo Judicio meorum Lectorum determinandum relinquo. Refutantur Argumenta Capite sequente.

CAPUT IV.

Exponitur sensus §phorum 2. & 29. Articuli Vti Instrumenti Pacis Summorum Paciscentium mentibus conveniens, & refutatur Opinio contraria.

§. I.

Expositus est supra Cap. 2do §phus 35tus Articuli 5ti Instrumenti, Pacis, in quo diserte jubetur, subditos diversæ Religionis a Mercatorum, Opificum, & Tribuum Communione non arcendos, sed pari cum Concivibus jure habendos esse: apparebit unicuique primo intuitu, hunc Textum plane generalem esse; ideoque necessario de omnibus Opificiorum & Tribuum Generibus indistincte intelligi debere: cum nihil magis notum sit, quam quod, ubi Lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus; præsertim si illud contra omnes interpretandi regulas pro Legem dante contra subditum fieri deberet; quod hic eo magis applicari meretur, cum jam probatum existat, civem plane concipi non posse, cui non competat Electio, cuinam Opificum Collegio se addicere velit.* §phus 35tus Articuli Vti generalis est, ergo a privatis non restringendus.

§. II.

Dictum autem fuit Capite præcedente, hoc non obstante, nonnullos reperiri, qui Verba hæc maxime generalia usque eo limitanda esse contendant, ut de

* Capite 1mo hujus Differt.

de iis tantum Tribubus & Opificum Collegiis intelligenda sint, in quibus anno normali de Religione aspirantis aliquis in possessione Magisterii fuerit, de aliis autem Opificiis, de quibus hoc doceri non possit, in hoc Textu cogitatum non fuisse; dictum pariter fuit hanc Restrictionem unice in §pho 2do hujus Articuli Vti fundari, in quo dispositum, quod omnia Ecclesiastica, nec minus politica intuitu Religionis mutata ad Statum primæ diei Januarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti reponi debeant: dicunt enim in Casu nostro subesse politicum, & insimul haberi respectum Religionis, quamvis ergo in §pho nostro trigesimo quinto de Opificibus loquente nulla mentio de anno normali facta fuerit, nihilominus illos sub Regula Generali §phi 2di contineri. Videamus igitur, an non solide demonstrari queat, Opifices sub hoc paragrapho, seu quod idem est, sub dispositione anni normalis comprehensos non esse.

§. III.

Verba hujus §phi secundi initialia hæc sunt: *Terminus a quo restitutionis in Ecclesiasticis & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, sit dies prima Januarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti: fiat itaque Restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis, comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & Communibus & Pagis immediatis.* Recensentur hoc loco omnes illi, quos summi Paciscentes in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, restitui voluerunt, inter illos autem non alios, quam immediatos reperio; concludo itaque, hunc §phum absque omni dubio etiam solis immediatis scriptum esse, & e contrario ad mediatos quoscunque extendi non posse. Quis crederet hanc Conclusionem adeo naturalem contradictores habere? & tamen hi non deficiunt præsertim nostris Temporibus; juvabit igitur rem per se satis claram adhuc clariorem reddere.

§. IV.

In Procemio hujus Articuli 5ti legimus: *cum autem præsenti bello magnam partem Gravamina, quæ inter utriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur; Causam & occasionem dederint, de iis, prout sequitur, conventum est.* Actum igitur hic loci inprimis fuit circa illa tantum gravamina, quæ inter Imperii Status vertebantur, non ergo de illis gravaminibus, quæ inter Territorii Dominos & subditos occurrebant, deinde actum non fuit de omnibus indistincte Gravaminibus, sed de illis tantum, quæ inter utriusque Religionis Electores, Principes, & Status Imperii movebantur. Non ergo huc pertinent differentiæ inter solos Catholicos vel inter solos Augustanæ Confessionis Status ortæ, sed solum illæ, quæ a Statu Catholico contra Statum Augustanæ Confessionis vel vice versa motæ sunt. Eodem modo hoc loco dis-

ferit

ferit doctiffimus HENNIGESIUS * ubi habet: *Praterea etiam illud hoc loco oftenditur, agi hoc Articulo noftro non de omnibus gravaminibus Ecclefiafticis, fed de illis folummodo, qua inter utriusque Religionis Status vertebantur. Nam qua Gravamina inter folos Catholicos & Evangelicos intercedunt, ex alia Lege dirimenda funt:* nec impedit, hoc Prooemio alios immeditos, qui Status Imperii non funt, nominatos non effe, & tamen expoft in Textu idem Jus ac Imperii Statibus ipfis tribui, fupplet enim ratione illorum ipfe Textus, quod in præfamine feu Exordio defuit; ** quod autem de aliis non itidem expreffis dici nequit.

§. V.

Hæc Verba Prooemii excipit immediate §phus 1mus, ubi difponitur: *inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & fingulos fit æqualitas exacta mutuaque, quatenus forma Reipublica, Conftitutionibus Imperii, & præfenti Conventioni conformis eft.* Superfluum effet hic annotare, quod de folis Imperii Statibus, minime vero de mediatis aut fubditis, fermo fit, fufficiet Gloffam jam fæpius laudati Authoris meditationum hic addere: ait ille *** *Statuum itaque hic ratio, habetur, non privatorum, quibus fingulariter cautum eft infra §pho 34. & 35.* Infequitur tandem §phus 2dus, ita habens: *Terminus a quo reftitutionis in Ecclefiafticis, & qua intuitu eorum in politicis mutata funt, fit dies prima Januarii anni millefimi fexcentefimi vigefimi quarti: fiat itaque reftitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis, comprehenfa libera Imperii Nobilitate, ut & communitatibus & pagis immediatis plenarie & pure.* Placuit igitur hoc §pho certum Terminum ftatuere, qui fit index & Regula reftituendorum. Terminus autem ifte eft dies prima Januarii anni millefimi fexcentefimi vigefimi quarti: quid vero evidentius, quam quod hic terminus reftitutionis illis folis indultus fit, de quibus §pho antecedente memoratum eft? certe fola connexitas Paragraphorum illud jam fatis evincit. Ne autem ullum de fubjectis reftitutionis dubium fupereffe poffit, mox additum fuit: *Fiat itaque Reftitutio omnium Electorum &c.* Quibus certe verbis tam clare perfonæ reftituendæ determinatæ fuerunt, ut clarius nil concipi queat. Hac Veritate motus HENNIGESIUS ita fcribit. * *Hinc incipit primum Caput hujus Articuli de reftitutione Statuum utriusque Religionis, comprehenfa libera Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis immediatis. Atque id ipfum ex hoc loco adeo manifeftum videtur, ut mirum fit fuiffe, qui hac de re dubitarint.*

Colligitur illud ex antecedentibus.

§. VI.

* Ad Prooemium Art. Vti in Nota fub Lit. D.

** HENNIGESIUS in Meditat. ad Inftr. Pacis & ad Prooemium fub Lit. E.

*** Ad hunc §phum 2dum Lit. U.

* Ad hunc §phum 2dum Lit. E.

§. VI.

Et ex subsequentibus.

Sequitur §phus 3tius, in quo & reliquis usque ad §phum 13tium ii ve de civitatibus Imperii unice agitur. §pho 14to de Bonis Ecclesiasticis i diatis quibuscunque disponitur, & traduntur illis, qui prima die Januar ni sæpius memorati in eorum possessione fuerint. §pho insequente d quinto usque ad vigesimum quartum reliqua de iisdem Bonis Ecclesiastic mediatis disponuntur. §pho 25to & 26to autem pro prima vice de medi quidem solummodo de Bonis Ecclesiasticis disponitur, quæ pariter ad pr diem Januarii Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti ordinantur: V finem hujus §phi vigesimi sexti & integro §pho vigesimo septimo de Op rationibus habetur: §phus vigesimus octavus liberæ & immediatæ Imperi bilitati idem, quod Statibus Imperii, jus tribuit.

§. VII.

Insequitur recto Ordine §phus vigesimus nonus liberis Imperii civit scriptus. Dispositum ibi: *quod idem cum reliquis Imperii Statibus jus ha ideoque de istis generaliter disposita & conventa, de his quoque dicta & int* censeri debeant: quibus additur: *Ante omnia vero illæ civitates Imperiales ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto propter Religionem vel bona Eccl ca ante vel post Transactionem Passaviensem occupata & reformata, vel alias In Religionis in Politicis quocunque modo, sive extra sive judicialiter aggravat in eum Statum, in quo Kalendis Januarii prædicti anni millesimi sexcentesimi mi quarti tam in sacris quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui S Imperii superiores plenissime reponantur.* Actum hic de liberis Imperii tatibus fuit, eoquod generaliter de omnibus immediatis hoc loco tracta Civitates Imperii autem non tantum immediatis sed ipsis adeo Statibus In annumerandæ essent, non credendum itaque aliquid præcipui hic loci ci bus indultum fuisse, cum id ne supponendum quidem, & contrarium ex Verbis: *Idem cum reliquis Imperii Statibus* (non majus) *jus habeant*, lenter appareat: quapropter nec hic de Gravaminibus inter civitatem ditos, de quibus ultimis hucusque nulla syllaba cogitatum fuit, sermo es terat, sed unice agebatur de Gravaminibus civitati Catholicæ per Aug Confessionis Statum vel vice versa illatis. Profluit illud etiam manife Verbis: *Civitates, quæ propter Religionem vel Bona Ecclesiastica occupata & mata aggravatæ sunt*, ab ipsis enim civibus & subditis Bona Ecclesiastic tatis occupata & reformata dici non possunt.

De Civitatibus Imperii §. 29no actum, quia Statibus Imperii annumerantur.

§. VIII.

Hanc Dispositionem de liberis Imperii civitatibus excipit §phus 3

qui primus de ſubditis & mediatis mentionem facit, dum inchoat: *quantum deinde ad Comites, Barones nobiles, Vaſallos, Civitates, Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates, ſubditos Statibus Imperii immediatis ſive Eccleſiaſticis ſive ſecularibus ſubjectos, pertinet.* Ad Verba *quantum deinde* differit au thor meditationum:* *Nova hic velut Epocha videtur incipere: in duo enim ſumma Capita hic Articulus dividitur. Uno de Cauſa Religionis & Eccleſiaſticorum inter ipſos Status hucuſque tranſactum fuit, altero vero ſtatuitur, quid Domino Territoriali in ſubditos liceat diverſa ſacra amplexos. Itaque cum ait Lex, quantum deinde, adverbio hoc deinde indicatur ordo rerum tractandarum, quomodo paciſcentes jam uno Capite abſoluto tranſitum ſibi ad alterum parant.* Tractatur autem hoc paragrapho de Jure reformandi Imperii Statibus competente, quod inſequente paragrapho trigeſimo primo ita limitatur, ut ſubditi, qui anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto *quacunque anni parte* ſuæ Religionis Exercitium & quævis Eccleſiaſtica habuerunt, illud & illa etiam impoſterum retineant. Duo hic notanda veniunt, inprimis hucuſque toto hoc Articulo, cum de Termino reſtitutionis ſermo eſſet, calendas ſeu primam diem Januarii Anni 1624. poſitam fuiſſe, nunc vero hoc Paragrapho trigeſimo primo, ubi ſubditis proſpectum, quamcumque anni partem Reſtitutioni datam eſſe. Deinde hunc Terminum ratione ſolius Exercitii Religionis & Eccleſiaſticorum ad ſubditos pertinentium poſitum, de Politicis autem ſive Religionis intuitum habeant, ſive non, nequidem cogitatum eſſe: hinc illa neque diem nec annum pro norma habere. §phus trigeſimus ſecundus ſubditos contra Statum dicti anni turbatos aut quocunque modo deſtitutos jubet reſtitui. §phus trigeſimus tertius pacta de publico vel privato Religionis Exercitio inter Territorii Dominos & eorum ſubditos antehac inita in tantum confirmat, in quantum Statui anni normalis non refragantur. §phus trigeſimus quartus de iis ſubditis loquitur, qui nec publicum nec privatum Religionis Exercitium anno normali habuerunt, nec tamen a Territorii Domino migare juſſi fuerunt, hi enim patienter tolerentur.

§pho 3omo & inſequentibus pro prima vice de ſubditis agitur.

§. IX.

Inſequitur tandem §phus noſter trigeſimus quintus, qui omnes omnino ſubditos, ſive demum Catholici ſive Auguſtanæ Confeſſionis fuerint, in omnibus vult exæquari: cum igitur nec hoc paragrapho, nec alio de ſubditis loquente certus aliquis terminus pro norma Status illorum Politici conſtitutus, econtra vero omnes & ſingulos absque diſtinctione pari cum concivibus jure habendos eſſe, ſancitum ſit, hinc concludo, ad nulla politica, ſubditos concernentia, quæcunque demum ſint, annum decretorium directum eſſe.

Jubentur omnes exæquari, quin certus terminus pro norma Status illius Politici conſtitutus ſit.

* Nota a).

§. X.

§phus 35tus etiam de iis subditis, qui anno normali nullum Religionis Exercitium habuerunt, disponit.

Equidem hæc notasse pro rei veritate sufficeret, sed ne videantur ali media deficere, quæ Thesin meam confirmarent, adhuc aliqua superaddam quæ rem plane evidentem reddent. Probatum est capite secundo* §phum tri gesimum ʒtum, qui subditos diversæ Religionis a Mercatorum, Opificum & Tribuum Communione non arceri jubet, de omnibus omnino subditis indistinct loqui; ideoque de iis etiam, qui anno normali nec publicum nec privatum sui Religionis Exercitium habuerunt, ab istis autem certe, ut ad Opificum Colle gia admittantur, ad Statum anni normalis provocari nequit, cum nequidem necessario tolerandi sint: ergo non fieri potest aliter, ut hi ad Mercatorum Opificum & Tribuum Communiones admittantur, nisi dicatur, nullum plan hac in re annum normalem statutum, sed exactam tantum pro quiete public inter subditos quoscunque æqualitatem imperatam esse: alioquin dici debere subditos, qui anno normali, publicum vel privatum Religionis Exercitium ha buerunt, pejoris conditionis esse, quam illi, qui ex mera gratia Principum e esse non jubentur. Siquis autem non obstantibus illis, quæ capite secund dicta sunt, adhuc dubitet, num de iis subditis, qui anno normali nullum Reli gionis Exercitium habuerunt, in Paragrapho nostro trigesimo quinto sermo si poterit ille Paragraphum trigesimum quartum antecedentem & subsequentem trigesimum sextum consulere, in primo in hypothesi, quod tolerentur eorum Conscientiæ prospicitur, Paragrapho nostro trigesimo quinto, circa eorum victum disponitur, & insequente trigesimo sexto, quid faciendum, si Dominu illos exesse jubeat, ordinatur.

Non potest ergo hac in re attendi ad annum normalem.

§. XI.

Repugnat, disposita §. 2di ad subditos extendi, quia terminus primæ Januarii ipsis non convenit.

Repugnat etiam, disposita §pho 2do circa ea, quæ Religionis intuitu i Politicis mutata sunt, ad subditos extendi, in hoc enim Paragrapho circa Eccle siastica, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, pro norma prima die Januarii Anni 1624. ponitur; & paragrapho trigesimo primo, ubi norm subditis statuta, quæcunque anni pars de possessione Ecclesiasticorum discer nere debet: si ergo dicere non velimus, veram Antinomiam in Instrument Pacis reperiri, necessario fatendum est, Paragraphum secundum ad subdito minime spectare: neque dici potest hunc Paragraphum secundum saltem ra tione politicorum, de quibus intuitu subditorum nullibi expresse quid sancitum legitur, subditis pro norma positum fuisse; idem enim terminus Restitutioni respectu Ecclesiasticorum, & respectu eorum, quæ intuitu Ecclesiasticorum in Politicis mutata sunt, præfixus est, & Verba: *in Ecclesiasticis & quæ intui tu eorum in Politicis mutata sunt*, per conjunctionem & ita inter se cohærent u

* §. 10.

ut unum ab alio separari non possit; cum ergo terminus Restitutionis hoc loco Ecclesiasticis destinatus ad subditos applicari non possit, hinc fluit, etiam illa, quæ de Politicis statuta sunt, ad illos referri non posse. Agnovit hanc Veritatem sæpius laudatus HENNIGESIUS dum scribit: * *Electores, Principes & Status Imperii ad Kalendas dicti anni restitui placuit, at subditos eorum diversæ Religionis ex qualibet anni parte; atque hujus distinctionis causa totus fere hic Articulus quintus in duas partes præcipuas dispertitus fuit, ex quibus una de Statibus agit ab hoc §pho usque ad §phum 30. inclusive: altera de subditis a §pho 31. usque ad §phum 44. etiam inclusive. Hanc differentiam si plurimi Commentatores ad Instrumentum Pacis observassent, sane causam non habuissent, cur tantopere roderent ungues in conciliando hoc §pho cum §pho inferiore 31.*

§. XII.

Sed quid diutius Argumentis opus? quando ipsi Tractatus Pacis aperte demonstrant, summos Paciscentes *in Politicis* subditos nequaquam ad certum terminum voluisse restitui. Status Augustanæ Confessionis in sua Declaratione in puncto Gravaminum Legatis Suecicis 27ma Februarii Anno 1647. exhibita ** petebant, omnibus subditis, qui Anno 1624. publicum vel privatum Religionis suæ Exercitium habuerunt, illud quoque imposterum indulgeri, deinde etiam illos non tantum in Ecclesiasticis, sed etiam in Politicis in Statum dicti anni restitui debere: & quidem in Verbis: *destituti quovis modo, item Religionis causa remoti & ejecti, tam Ministri Verbi divini quam scholarum, & subditi, sine ulla Exceptione in pristinum Statum remittantur, iis obtrusi Presbyteri & Religiosi Catholici amoveantur, & omnia in Ecclesiasticis & Politicis in Statum Anni 1624. reducantur, maneantque.* Plenipotentiarii Cæsarei autem in sua responsione sive ultimata declaratione Legatis Suecicis Mense Martio eodem anno exhibita *** hoc Augustanæ Confessionis Statuum petitum Articulo 12. ubi de subditis & mediatis actum, prorsus silentio prætermittebant. Et ejus loco omnia Arbitrio Dominorum relinqui voluerunt, qui tamen erga subditos, qui Anno 1624. Exercitium suæ Religionis habuerunt, ita se benignos & clementes exhibere debeant, ut nemo justam conquerendi causam habeat. Eodem Mense petierunt A. C. Status * in iterata sua Resolutione ad ultimam Cæsareanorum Declarationem Suecis exhibita loco hujus Articuli duodecimi Cæsareanorum suum surrogari, in quo habebantur Verba allata: *destituti quovis modo &c.* Catholici emen-

Ipsi Tractatus Pacis demonstrant, subditos ad certum terminum in Politicis non voluisse restitui.

* In suis Medit. ad §phum secundum hujus Art. Lit. A.

** DE MEIERN Acta Pacis Westph. Tom. 4. pag. 95.

*** Ibidem pag. 123.

* DE MEIERN Acta P. W. Tom. 4. pag. 142.

emendabant eodem adhuc Menſe hunc Articulum duodecimum * & concec bant, quod Vaſalli & ſubditi quoad Exercitium Religionis in Statum, in q Anno 1624. fuerant, reſtituerentur, Eccleſiaſtica autem & Politica iteri omittentes. Auguſtanæ Confeſſionis Status ſimpliciter ſuo petito inſiſtebant; præſentabant quidem Catholici Menſe Aprili novum projectum, in quo tam ſubditis præter Exercitium religionis denuo nihil conceſſum.*** Auguſta Confeſſionis Status autem in ultimata ſua declaratione eodem Menſe exhib ſuo petito ratione Eccleſiaſticorum & Politicorum firmiter inhærebant.**** I hibebant tandem plenipotentiarii Cæſarei 30ma Aprilis formulam in pun Autonomiæ * in qua petito Proteſtantium quoad Eccleſiaſtica plene cedent Politica nullo Verbo tangebant. A. C. Status eandem Conſtitutionem ad Pc tica extendi 5ta Maji ultimato petierunt, ** Catholici autem eodem Menſe lam ad ſola Eccleſiaſtica reſtrinxerunt; *** quam tandem formulam Proteſtan acceptarunt.**** Quis autem ex genuino illo Tractatuum Decurſu non vid terminum Reſtitutionis quoad Politica ſubditis indultum neutiquam fuiſſe? I mini Proteſtantes omnia, ſive Exercitium ipſum Religionis, ſive Eccleſiaſti ſive demum Politica fuerint, ad certum Terminum reſtitui volebant: Cathol econtra omnem omnino Terminum arbitrium Dominorum limitantem reſp bant; quem ad modum autem omnis transactio uno dato, altero retento, p ficitur, ita & hic contigiſſe videmus, ceſſerunt enim Catholici quoad Exer tium Religionis & Eccleſiaſtica, cum Proteſtantes ex ſua parte ratione Politic rum intentioni partis Catholicæ annuerent: his ita perpenſis apparet inſim §phum 2dum ſupra memoratum de ſubditis neutiquam diſpoſuiſſe, alias en hic loci, quid circa Politica ſubditos concernentia obtinere debeat, non a plius diſputari potuiſſet. Concludo itaque Verbis digniſſimi Almæ hujus U verſitatis Profeſſoris Domini ENDRES.* *Terminus Reſtitutionis in Politic quæ intuitu Eccleſiaſticorum vel Religionis mutata ſunt, §pho 2do ſtabilitus ad ſo Status, & ſaltem immediatos utriusque Religionis conſortes diſerte reſtringitur.*

§. XI

* Ibidem pag. 157. in Adj. ſub Lit. B.

** Ibidem pag. 170.

*** DE MEIERN Acta P. W Tom 4. pag. 186.

**** Ibidem pag. 199.

* Ibidem pag. 515. & 516.

** Ibidem pag. 522.

*** Ibid. pag. 542.

**** Ibidem. pag. 548.

* In Diſſert. de ſubditis quondam oppignoratis a communi alias Anni Decretc beneficio penitus excluſis Cap. 2. §. 20. pag. 94.

§. XIII.

Quodnam Politicum ratione Religionis mutatum dicatur.

Ponamus autem contra evidentissimas probationes hactenus allatas §phum um sæpius citatum etiam de Gravaminibus inter Dominos & subditos vertes intelligendum, deinde dictos subditos non tantum in Ecclesiasticis sed & liticis ratione Religionis mutatis ad Statum anni normalis restituendos fuisse: uirendum ergo foret, an admissio in Opificum Collegia ceu tale Politicum bari possit? monendum inprimis, ut Politicum aliquod intuitum Religionis ere dicatur, non sufficere, ut inter Catholicum ex una & Protestantem ex era parte vertatur, alias enim omnia inter ejusmodi partes controversa intum Religionis haberent, & sic inutiliter plane a summis Paciscentibus annus rmalis ad illa tantum politica restrictus esset, *quæ intuitu Religionis mutata* r, cum alia prorsus non existerent: sed ea sola Politica huc pertinent, circa e in Comitiis Imperii ante Pacem Westphalicam specialia gravamina a Grais exhibita, *ideoque & magnam partem Causam & Occasionem belli dederunt.* * quæ, annuente Cæsare & consentientibus Statibus Catholicis ab Augustanæ nfessioni addictis pro talibus, nimirum intuitu Religionis mutatis habita sunt. ujus naturæ autem Quæstionem de admissione subditorum in Tribus non fuis, profecto nemo inficias ibit. Ne autem, hanc Regulam circa Politica novi inventam esse, aliquis credere possit, audiamus sententiam Celeberrimi Caræ Imperialis Assessoris L. Baronis DE CRAMER,** ubi habet: der annus eretorius geht per Instrumentum Pacis Art. V. bloß das Exercitium Religion, und ist kein Regulativ in politicis, als in so fern gedachter Pax Osnaugensis deshalb klare Maaß giebet.....das Entscheidungs-Ziel von 1624. t nur zwey Haupt-Gegenstände, nemlich die Kirchen, Güter und Relions-Freyheit. Pax Osnabrugensis verhängt überhaupt die Herstellung in istlichen und solchen weltlichen Dingen, die derer geistlichen Sachen halber geändert worden. Art. V. §. 2. I. P. Osna. heißt es disertis verbis: Ternus a quo Restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis atata sunt, sit 1. Jan. 1624. fiat itaque Restitutio. &c. Die weltliche Verssungen, Verhältnisse und Gerechtsame sollten also zwischen denen beederigen Religions Theilen nicht überhaupt wie die zwey geistliche Gegenstände f den Fuß gesetzt werden, wie sie in dem Ziel gestanden hatten, sondern otestantes verlangten nur, daß die nach dem 1 Jan. 1624. im Krieg von aiser und Catholicis gemachte Abänderungen, wodurch die Protestanten aln, durch die gesätzmäßige Gleichheit mit denen Catholicis allein waren beänget worden, auf den Stand des 1. Jan. 1624. wiedergebracht würden.

Q 3 Weiter

* Instr. Pacis Art. V. in Procœm.

** In Supplemento Opusculorum pag. 515. in Deductione a se adoptata.

Weiter sind die weltliche Rechten, wobey weder geistliche Personen, noch geistliche Gegenstände unterlauffen, ersagtem Ziel nicht unterworffen worden: wovon der Verlauf bey dem von Meiern Westphälischen Friedens-Handlung tom. 3. pag. 435 & tom. 4. pag. 94. umständlich zu ersehen. Wer also die Herstellung auf das weltliche Ziel des Jahrs 1624. suchet, hat zu erweisen.

1) Daß über das weltliche Object, worauf er klaget, vor dem Westphälischen Friedens-Schluß eine Reichs-tägliche Religions-Beschwerde obgewaltet, und verglichen, oder desfalls ein Reichs-täglicher Vorbehalt geschehen.

2) Daß Er unter denen begriffen seye, zu deren Vortheil etwas verglichen worden.

Quis autem non videt omnia hæc ad Verba §phi 35. *A Mercatorum, Opificum & Tribuum Communione non arceantur*, non magis quadrare, quam ad illa *nullibi despicatui habeantur:* nemo autem profecto de his ultimis verbis annum normalem observandum esse contendet, ut illi tantum non debeant despicatui haberi, qui anno normali despicatui habiti non fuerunt, cœteri vero, qui hanc anni normalis possessionem allegare non possent, ab hoc Legis beneficio exclusi sint.

§. XIV.

Civitatibus Imperii quoad Politica, non magis, quam aliis Imperii Statibus concessum.

Neque credendum (ut supra alia occasione jam monitum est) Imperii civitatibus hic loci per Verba *tam in sacris, quam in profanis* * restituantur præ aliis Imperii Statibus aliquid tributum, sive per Verba *in profanis* omnia indistincte politica intellecta fuisse: contrarium enim statim ipse §phus 29nus, ubi hæc Verba habentur, manifesto demonstrat, ubi legimus: *Civitates, quæ propter Religionem vel bona Ecclesiastica, ante vel post Transactionem Passaviensem & insecutam Pacem Religiosam occupata & reformata vel alias intuitu Religionis in politicis quocunque modo sive extra, sive judicialiter aggravatæ sunt, in eum Statum, in quo Kalendis Januariis prædicti Anni 1624. tam in sacris, quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores plenissime reponantur.* Jubet hic §phus civitates propter Religionem vel bona Ecclesiastica vel alias intuitu Religionis in Politicis aggravatas tam in sacris quam in profanis restitui, nimirum in sacris simpliciter, in profanis vero tum demum, si mutatio intuitu Religionis suscepta, in illis enim fieri debebat reductio, in quibus gravatæ erant, & si Restitutio in profanis simpliciter fieri debuisset, Verba *intuitu Religionis* superflua fuissent. Deinde fluit hæc Interpretatio ex Verbis: *non minus ac reliqui Status Imperii superiores*, hi ultimi enim in illis profanis tantum restituti sunt, quæ

* Art. V. §. 29no Instr. Pacis.

quæ Ecclesiasticorum intuitu mutata fuerunt; * ergo idem de civitatibus Imperii dicendum. Convenit mecum D. MOSER, ubi ait: ** Meines Erachtens ist die Sache ganz klar, und die Worte: *in profanis restituantur* seynd ein correlatum der vorhergehenden: *intuitu Religionis in Politicis aggravata sunt;* woraus sich alles von selbsten erläutert.

§. XV.

In genere autem non melius dignosci potest, quænam politica Religionis intuitu mutata dicantur, quam, si disquiramus, quænam politica in Civitatibus paribus (Augustæ Vindelicorum, Dinckelspühlæ, Biberaci & Ravenspurgi) ad paritatem reducta, & inde concludamus: quæcunque Executores in Civitatibus paribus ad paritatem non reduxerint, ad politica religionem concernentia nullo modo pertinere.*** Voluerunt enim Summi Paciscentes in Civitatibus prædictis, quæ mixtæ alias Religionis sunt, neutram prædominari, hinc omnia, quæ Religionem concernebant; quin imo multa pure politica ad paritatem reducta,**** licebit ergo pariter inverso modo argumentari, quod quæcunque ad paritatem non reducta sint, illa certe pro Religionem concernentibus non habita fuisse. Equidem non me latet, Argumentum a Civitatibus paribus ubique desumi non posse, quando de aliis locis sermo est, cum multa his locis specialiter constituta sint, quæ alibi non obtinent: at hic tantum de sensu politici intuitum Religionis habentis quæstio vertitur, qui sensus ubique unus & idem est. Jam autem si Recessus Executionis harum civitatum consultemus, videbimus inprimis Augustæ vindelicorum, * Ravenspurgi ** & Dinckelspühlæ *** ad Opificum Collegia ne cogitatum quidem fuisse, in Recessu Biberacensi autem expresse haberi **** der sieben Zünften, Zunft und Artickel-Büchlein sollen hinführo observirt, solche aber in dem wenigsten nicht zu Ausschliessung und Nachtheil, ein oder der andren Religions-Verwandten verstanden, gebraucht oder ausgedeutet werden. Apparet igitur in his locis Opificum Collegia ad paritatem

Quæcunque in Civitatibus paribus ad paritatem non reducta, ad Politica respectum Religionis habentia non pertinent.

Opificum Collegia in Civitatibus prædictis ad paritatem non reducta sunt.

* §. 2. Art. V. Instr. Pacis.

** Staats-Rechts 42. Theil pag. 26.

*** Observ. Juris Publ. Germ. de Civitatum Imp. Juribus Eccles. & Politicis pag. 53.

**** Art. V. Instr. Pacis a §pho 3. usque 11. incl.

* KNIPSCHILD de Civit. Imper. Juribus & Priv. Edit. Argent. de Anno 1740. Lib. 3. Cap. 3. pag. 19. & seq.

** Ibidem Lib. 3. Cap. 42. pag. 231. & seq.

*** Ibidem Lib. 3. Cap. 11. pag. 72. & seq.

**** Ibidem Lib. 3. Cap. 4. pag. 37. Col. 1.

tem non reducta fuisse, certo indicio nihil Opificiis cum Religione comr esse. Quamvis ergo in genere verum sit, annum decretorium Statu possesſ niti, possessionem autem strictæ Interpretationis esse, exinde tamen Per vel Causæ anno decretorio non subjectæ, ad illam inconsiderate trahi nor bent: nec suspicari quis debet ex Generalitate verborum vel modo loqu quod eæ Personæ vel res sub illa Legis Dispositione contineantur, quæ int nequeunt, quin absurdæ & aliis claris Legibus contrariæ Conclusiones deducantur. Strictæ autem Interpretationis est Possessio, si instar Except a Regula allegatur: sic Domino Territoriali ex Regula competit Jus refor di, & Exceptiones pro subditis a Statu possessionis in anno normali habita sumuntur, quis non videt in hoc Casu Possessionem subditorum strictissim terpretationis esse?

Si ad certum Opificum Collegium, nonnisi illius Religionis subditi admittuntur, qui anno normali admissi sunt, proprie non restitueretur Dominus, sed Collegium Opificum.

Ponamus autem Augustanæ Confessionis subditum ad Opificum Colleg in quo anno normali nonnisi Catholici essent, vel vice versa non admitt hoc Casu certe non restitueretur Dominus, sed Collegium illud, quod normali nonnisi Catholicum fuit, nullibi autem alicui Societati permissur gitur, annum normalem pro se allegare: Dixi autem proprie Dominum restitui, hic enim nihilominus talem subditum vel Civem e Territorio su cere non potest, & non video profecto, quid periculi Domino imminuisse subditus, qui modo Sartor est, Sutor factus fuisset.

§. XVI.

Nequidem Numerum Civium diversæ Religionis ab anno normali dimetiri voluere summi Paciscentes.

Si in anno normali ratione subditorum in Politicis locus esse potu profecto ad numerum potius Civium a Religione dominante dissidentium, anno normali extabat, quam ad ista Collegia, quæ nequidem ubique co sunt, attendi debuisset, nullas autem reperimus Listas hac super re in E tione Pacis confectas, imo in ipsis nequidem Civitatibus paribus simile factum legitur. In Recessu Executionis Augustano* & Dinckelspühle de Exceptione civium nihil prorsus dispositum est, in Recessibus vero Bi censi*** & Ravensburgensi**** expresse habetur: über dieß ist noch fer vorkommen und gut befunden, daß in Ein- und Aufnehmung neuer Bu kein Unterschied der Religion wegen gehalten, sondern vornehmlich dahi sehen werden solle, damit gemeine Stadt und Burgerschaft mit from

* Knipschild loc. cit. Lib. 3. Cap. 3. pag. 19.

** Ibidem Lib. 3. Cap. 11. pag. 72.

*** Lib. 3. Cap. 4. pag. 38. Col. 1.

**** Lib. 3. Cap. 43. pag. 233. Col. 1.

ehrlichen und unverläumten Leuten, und welche der Leibeigenschaft nicht unterworffen, besetzt und vermehrt werden mögen. Non potuit etiam numerus hic anni normalis exacte retineri, quia descendentibus & Civium filiis Jus Civitatis per nativitatem acquisitum reclamante Jure Naturæ & facto inaudito* adimeretur.

§. XVII.

Accedit constans Imperii Praxis, secundum quam omnes civitatis subditi, sive Catholici sive Protestantes fuerint in iis Locis, ubi mixtim vivunt, indistincte ad omnia Opificum Collegia semper admissi fuerunt: sola hactenus extitit Civitas Francofurtensis, quæ novissimis temporibus, cives suos Catholicos non aliter ad Opificia admittendos esse, contendit, quam si probaverint, in tali Opificum Collegio in anno normali suæ Religionis consortes in possessione Magisterii fuisse. Conquestus est desuper prima vice ante aliquos annos in Augustissimo Camerali Judicio Boëthus quidam nomine *Müller*, quem utpote Catholicum Magistratus ad Collegium Murariorum recipere ideo recusabat, quia anno normali Murarii omnes Augustanæ Confessioni addicti fuerint: agnovit autem facti iniquitatem Augustissima Camera, decrevitque Mandatum *de non contraveniendo Dispositioni Pacis Osnabrugensis, neque implorantem propter professionem Religionis Catholicæ ab edendo artis specimine, & interim operis Boëthorum repellendo, potius sententiam 27. Augusti 1765. latam cassando, & damna data cum Expensis resarciendo.* Ipsa Imperii Praxis hanc Thesin confirmat.

Mirandum autem eo magis tale quid a Magistratu hujus Civitatis tentari, cum Francofurtum notorie civitas democratica sit, in qua cives Catholici partem Status Imperii efficiunt,** ipse Magistratus autem nonnisi officio Administratoris nomine Imperatoris fungatur.***

§. XVIII.

* Hæc sunt verba Legati Hasso-Casselani in Actis Executionis Pacis Westph. tom. 2. pag. 517.

** Die Evangelische Reichsstädte erstatteten in der Cöllnischen Religions-Sache ihr Gutachten dahin: Der Rath halte den Stand im Reich nicht allein, sonderen Rath und Burgerschaft heisse die Stadt. Mithin seye letztere auch ein fürnehmer, ja der gröste Theil des Standes.

Mosers Staats-Recht 41. Theil pag. 163.

*** Ita habet Rescriptum Cæsareum ad Magistratum Francofurtensem de undecima Oct. 1746.

Ihro Kaiserl. Majestät hätten nicht ohne höchsten Mißfallen aus denen des Stadt-Magistrats zu Frankfurt, theils unter voriger Kaiserl. Majestät Regierung, theils bey Allerhöchst-Denenselben übergebenen Exhibitis ersehen, daß der Stadt-Magistrat

§. XVIII.

Refutantur Argumenta affirmantium.

Thesi mea ita exposita, equidem specialem Argumentorum adversantium refutationem necessariam non crederem, cum tamen quædam Exempla Capite 3tio allata, in quibus sensus Paragraphi secundi a mea doctrina omnino diversus receptus esse videri posset, breviter demonstrandum erit, omnia hæc in medium allata Thesi nostræ omnino-conformia esse. Imprimis itaque de Dinckelspühla dicitur, quod, cum ratione Laniarii inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos aliquæ differentiæ ortæ essent, decisio ab anno normali petita fuerit: Claro indicio politica ad Statum anni normalis reducenda esse. Ad solutionem hujus obmoti ante omnia repetendum, Dinkelspühlam unam ex paribus Civitatibus esse; Hinc Argumentum ab illa ad alias non pares indistincte desumi non posse: Propositio enim ista: quodcunque ad paritatem in Civitatibus paribus non est deductum, pro politico Religionem concernente non habendum, non etiam convertibilis est; dici enim non potest: illud ad paritatem reductum, ergo est politicum intuitum Religionis habens; multa enim, ut supra jam dictum, etiam mere politica ad paritatem reducta, de quo ipsum Instrumentum Pacis abunde testatur. * Deinde non quærebatur simpliciter, quando Laniarium aperiendum vel claudendum sit, sed Quæstio erat de tempore quadragesimali, quæ causa aliqualem tamen ad Ecclesiasticam Relationem habere videtur, quod de Materia Opificum profecto dici nequit; accedit Instrumentum Pacis ratione Laniarii prorsus nihil disponere, cum econ-

Inprimis ratione Dinckelspühlæ.

tr

gistrat mit Hindansetzung Kaiserl. Erkänntnüßen aufs neue eine verbottene Vermögen Steuer zu erzwingen, sich unterstanden, dieses ungeziemende Betragen des Stadt Magistrats rühre (wie dessen Exhibita deutlich zeugten) daher, daß sich derselbe ungeachtet er deßwegen von Kaiserl. Majestät schon vormals gewarnet worden, einbildet, als wann ihme die Superioritas territorialis über die Kaiserl. und des Reichs freye Stadt Frankfurt zukomme, die dasige Burgerschaft seine Unterthanen seyen, und er hingegen sich als ein Mitstand des Reichs aufführe, und dererjenigen Vorrechte die Fürsten und Ständen des Reichs zukommen, anmaßen könne; Ihro Kaiserl. Majestät würden zwar Dero und des Reichs Stadt Frankfurt bey ihrer Superioritat territoriali schützen, und dieselbe von niemanden kränken lassen, auch allerdings darauf bedacht seyn, das Ansehen, Authorität und Respect des Magistrats zu handhaben; befehleten hingegen demeselben auch in seinen Gränzen zu bleiben, und sich denen Ständen des Reichs nicht gleich zu achten, sonderen wie er in der That nicht anders ist, als ein Collegium solcher Männer, die Authoritate Cæsarea von der Burgerschaft erwählet worden, nicht Jure proprio zu regieren, sondern als bestellte Administratores dem gemeinen Weesen vorzustehen; er der Magistrat habe sich also darnach zu achten, und mithin die ihme aufgetragene Verwaltung nach alten und neuen Kaiserl. Privilegien, Verordnungen und Erkänntnüßen, als worauf er beeidiget worden, zu führen, und dieselbe in allen Stücken genau zu beobachten.

* Art. V. §. 3. usque 11. incl.

tra subditi in terminis maxime generalibus ad Opificum Communionem jubeantur admitti: sciendum etiam, ea, quæ de Dinckelspühla hic afferuntur, non in ejus Recessu Executionis, sed in simplice quadam Conventione inter Catholicos & A. C. addictos inita contineri; nequaquam ergo hic allegari posse; quamvis negari non possit absque omni necessitate a transigentibus hoc loco ad annum normalem recurri; quod & ipse HILDEBRANDUS * agnoscit, ubi ait: *num Lanianium in civitate utriusque Religionis tempore quadragesimali vel clausum vel apertum esse debeat? aliave non multum involventia solemnis terminus* (annus decretorius) *plane non decernit.*

§. XIX.

Aliud Argumentum a liberis Imperii Civitatibus Aquisgrano & Colonia desumitur: de quibus adducitur, quod A. C. addicti Status pro protestantibus ibi existentibus Receptionem ad Opificia & Tribus ursissent, eoquod anno normali Protestantes his locis ad Opificia & eorum Collegia admissi fuerint: videamus itane se res habeat? Anno 1646. Mense Majo querebantur A. C. addicti Aquisgrani degentes in suo Memoriali ad Status Augustanæ Confessionis, sibi a Catholicis hujus civitatis jam ab anno 1601. non tantum omne Religionis Exercitium sub gravissimis pœnis interdici, sed ad ipsa quoque Opificia quæcunque, eorumque Collegia omnem aditum sibi præclusum esse, petebant desuper præsentibus Pacis Westphalicæ Tractatibus in suum quoque favorem aliquid disponi; ** A. C. Status eorum precibus moti in sua Declaratione finali eodem anno Mense Augusto exhibita volebant, illos restitui ad Statum intermedium annorum 1578. & 1589. *** SALVIUS Legatus Suecicus in suo Projecto ad Statum, quem ante Turbationem habuerunt, illos restitui petebat. * Plenipotentiarius Cæsareus Comes DE TRAUTMANNSDORFF vero de illa Materia nequidem tractare voluit ** cum igitur SALVIUS videret cum Comite DE TRAUTMANNSDORFF agi non posse, & multa hinc inde tentata fuissent, cum VOLLMARO alio Legato Cæsareo colloquium tentabat, in quo Religionis Exercitium saltem in domo quadam suburbii & præterea admissionem ad Opificia urgebat. *** Ast non melius cessit tentamen illud, quamprimum

* In Disp. de Anno Decret. Cap. 1. §. 4. pag. 16. 17.

** DE MEIERN Acta Pac. Westph. Tom. 3. pag. 101. seqq.

*** Ibidem pag. 336.

* Ibidem pag. 426.

** Ibidem Tom. 4. pag. 36. 40. 59.

*** DE MEIERN Acta Pac. Westph. Tom. 4. pag. 133.

VOLLMARO omnem tractationem recusante * cum ergo observarent Domini Protestantes, se nihil hac in re efficere, hinc ulteriorem Instantiam ad proxima Comitia rejecerunt, ** quin Instrumento Pacis desuper aliquid insertum fuerit. Equidem generaliter prospectum erat subditis in Instrumento Pacis, qui publicum vel privatum Religionis Exercitium *sive certo pacto aut privilegio sive longo usu*, *sive sola denique Observantia* anni normalis habuerunt, *** ut etiam illud imposterum retineant, & beneficio subditorum toleratorum cujuscunque generis quoad receptionem in Tribus & Opificum Collegia fruantur: asseruerunt autem Aquisgranenses vocem *observantia* de suis Protestantibus non disposuisse. eoquod isti propter privatum Religionis suæ Exercitium Anno 1624. mulctati fuissent, multum differre autem introductionem absque assensu anni 1624. ab introductione contra expressam prohibitionem Anno 1624. factam; quapropter Pace conclusa Magistratus illos etiam a beneficio anni normalis penitus excludebat. * In ipsa dein Executione Pacis multa ratione hujus Civitatis inter partes agebantur, ** potissimum autem A. C. Statuum petita eo directa erant, ut, pendente controversia de privato Religionis Exercitio, hujus loci Protestantibus Jura Civitatis & admissio ad Tribus & Opificum Collegia non denegarentur. *** quod ipsum etiam Listæ Restitutionum a Suecis insertum est ****. His autem probe perpensis apparet, non ideo Protestantes Aquisgranenses a Collegiis Opificum arceri voluisse, eoquod anno normali ad ista Collegia non recepti fuissent, sed ideo, quia non voluerunt tolerari, illos autem tolerari non voluisse, quia prætenderet Magistratus illos anno normali nullum Religionis Exercitium habuisse.

Quæstio hæc, an A. C. addicti Aquisgranenses Exercitium suæ Religionis habuisse censeantur, in Comitiis decidenda erat: petebant autem A. C. Status eos saltem pendente controversia ad Opificia eorumque Collegia admitti, non ideo, quia anno normali in istis Collegiis fuisse dicerentur, sed ideo, quia, pendente Controversia, illos tolerari voluissent, omnes autem subditi tolerati cujuscunque generis etiam ad Opificum Collegia admittendi essent. Quod de Aquisgrano hucusque dictum est, etiam de Colonia obtinet; cum ipsissimus plane sit Casus. Ultimato tandem quoad hos Tractatus quam maxime observari meretur, a Dominis Protestantibus admissionem non tantum ad illa

* Ibidem pag. 163. 165.
** Tom. 5. pag. 604.
*** Art. V. §. 31. Instr. Pacis.
* DE MEIERN Act. Pac. Westph. Tom. 6. pag. 699.
** Idem Friedens-Exec. Handl. 2ter Th. pag. 224. & 225.
*** Ibidem pag. 516. & seq.
**** Ibidem pag. 176.

Opificum Collegia, in quibus anno normali Protestantes prætensæ fuerunt, generaliter & indistincte ad omnia omnino Opificiorum Collegia, petita se, quod ipsum Thesin meam manifeste comprobat.

§. XX.

Tertium Argumentum e Voluminibus Gravaminum desumitur, in qui- multæ querelæ occurrunt, quod a Catholicis officiales quicunque contra um anni normalis intrusi fuerint; quo etiam tendit Votum allegati Domini ssoris Cameræ, in causa Leiningen Heydesheim contra Freyherrn v. Hall-), inprimis autem pro certo assumendum est, non omnes, qui se gravatos nant, ideo revera gravatos esse: Deinde quanta Disparitas inter Receptio- Officialium & Opificis! Officialis multa in damnum Reipublicæ suscipere est: quis illud de Opifice dicet? ergone potentior evadet, si potius huic, m illi Opificum Collegio annumeratur? deinde etiam in voto allato simpli- r dicitur ob generalitatem Art. Vti §. 8. Dominum non posse, pro puro itrio, loco Officialium Protestantium Catholicos admittere: quando autem mino libertas illa coarctata sit, dictum non fuit; §phus 8vus Articuli Vti um de civitatibus & in specie de Augusta Vindelicorum disponit. Certiora dam de hac Materia, quamvis huc non pertineant, statim infra ex magni inis Authore adducam. Quod tandem allegatum DECKERUM attinet, omnino recte scribit, diversæ Religionis homines non ubique in civium nerum cooptandos esse: obtinet enim illud tantum in iis Locis, in quibus roquin talis Religionis subditi tolerantur.

Argumentum e Voluminibus Gravaminum & Voto alicujus Assessoris Cameræ desumptum.

Explicantur Scripta Deckeri.

§. XXI.

Pro Coronide adducere licebit, quæ hanc in rem more suo solide scripsit berrimus hujatis Universitatis Procancellarius D. BARTHEL Professor s quondam colendissimus, habet ille: * *Quoad Jura mere profana, & nul- nequidem extrinsecum ad Ecclesiam Respectum habentia, haud immerito inter ata & publica distinguitur, atque ad hæc posteriora tolerati ejusmodi non statim les, aut si habiles, non idcirco necessario admittendi in territorio dissentientis gionis æstimantur, cum horum Exercitium atque participationem tolerantia non um mere gratiosa, sed etiam pacto vel Lege inducta non statim involvat: qui ex mera & arbitraria Principis Gratia tanquam reprobatis sectis addicti, toleran- adhuc tamen semper invisi sunt, neque ad Officia publica idem cum aliis Civi- lus habent, cum secundum plurimorum locorum ordinationes ad Magistratus Offi-*

R 3 *cia*

* Opusculorum Tom. 3tio Tract. de Libertate Exercitii Relig. ex Lege Imperii pag. 703. & seq.

cia non admittantur, nisi Religioni in loco dominanti addicti fuerint. . . Qua in re nequidem illi subditi, qui anni normalis possessione tuti sunt, aut Exercitium quoddam vel publicum vel privatum tum habuerunt, prærogativa quadam gaudent, multo minus illi, qui modo post pacem conclusam Religionem mutant, & a Domino dissentientem amplectuntur, quibus adeo illa etiam Officia, quæ ex mera Principis Gratia concessa, & ipsorum administrationi curæque commissa, ad nutum tamen amovibilia gesserunt, adimi eo magis possunt, quod ipsam etiam emigrationem imperare Domini in arbitrio sit positum, I. P. A. V. §. 36. quam in rem observari omnino meretur conclusum commune sessionis Protestantium publicæ die XX. Julii 1646. Monasterii in puncto Gravaminum habitæ in Verbis: Die Zuziehung berührter Evangelischen Unterthanen zu Ehren-Aemtern stehet in jeder Obrigkeit Willkühr, nur das ihnen die Erbschaften, Legata, und andere von der Religion nicht dependirende Jura und Sachen, weniger die Sepultur an ehrlichen, etwa darzu geordneten Orten nicht verwehret, ihnen auch sonsten gleiches Recht und Schutz administriret und gehalten werde. Hingegen soll in beyder Religions-Verwandten Mächten und mero arbitrio stehen, einen neuen und vorhin daselbst nicht nieder gesessenen Evangelischen zum Unterthan anzunehmen oder nicht.

Conf. MEIERN Act. P. W. P. 3. lib. 20. N. 28. N. 3. pag. 253.

Jura dein alia privata quod attinet, sive communia Imperii, sive omnibus Civibus & incolis ex jure ipso communi debita sint, eorundem participatio subditis etiam post Pacem Westph. Religionem mutantibus & ex Pace hac publica tolerari jussis adeo debetur, ut nec iis quoque, qui gratiose duntaxat & Arbitrario Privilegio eandem obtinuerunt, denegari possit. Nec Privilegium enim, multo minus pactum ejusmodi publicum suo debet effectu frustrari, atque prorsus evacuari, qui eo non tantum consistere debet, ne ejiciantur, sed etiam ut tanquam subditi cæterorum subditorum adinstar communi Jure fruantur.

Et concluditur. *Jurium porro communium supradictorum summa quadam quasi Enumeratio continetur in I. P. W. A. V. §. 35.* Exponitur in sequentibus hic paragraphus, & sistitur tandem §. 59. Generalis Conclusio, quam ipsam quoque meam facio. *Atque hæc sunt præcipua illa Jura ex tolerantia subditis trium Religionum in Imperio receptarum consortibus, etiam iis, qui nullum in anno normali Exercitium, vel publicum, vel privatum habuere, debita promanantia, quæ sicuti majoribus Controversiis, contradictionibus, & querelis impugnata quondam fuere, ita etiam specialiori & expressiori Pacis Litera diserte enarrata atque explicata fuere: sub quibus tamen, & quamvis non diserte expressa, comprehendi constat ex generali illa clausula §. 35. A. V. in fine adjecta: in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali Justitia protectioneque tuti.*

Ani-



Animadversiones Editoris.

ausam, quam hic pertractat Auctor ex Protestantibus data opera examina-
: PÜTTER in *seinen auserlesenen Rechtsfällen*, *Tom. 1. Part. 4. Responso*
. et denuo *Tom. 2. Part. 3. Respons. 223*, ubi et hujus Dissertationis men-
em injicit: item KORTHOLT *Diss. de anno decretorio, quatenus in Collegia
um praecipue in libera Imperii Republica Francofurtensi conveniat*, Giesae 1770.,
m recenset SCHOTT *in der unpartheyischen Critick. 3. Band. p. 944.* Ali-
item habet MOSER Tract. *Von der Reichsstättischen Regiments-Verfassung
2. p. 513. seqq.* quem uti et alios confutavit Anonymus *in dem Anhang zu
m IOHANN JACOB von MOSER Abhandlung von der Reichsstättischen Re-
nts-Verfassung und deren zweyten Buch, aus denen Westpfälischen Friedens-
llungen &c. 1773.*

Id in primis inquit PÜTTERUS Civitates mere Protestanticas habendas
eas ex verbis *Art. 5. §. 29.* in quibus anno 1624. *a Magistratu et civibus
l praeter Augustanam confessionem Religionis exercitium introductum non fuit*, ita-
Francofurtum in *sensu juris publici* vel ut ait MOSER *juridico*, urbem mix-
non esse, sed ad summum in sensu *vulgari* et *physico*: in urbibus autem me-
Protestanticis a Catholicis plus praetendi non posse, quam ut praecise relin-
ntur in eo Statu in quo anno 1624. fuerunt. Huic interpretationi obstat
ita dicto schemate (*project.*) Protestantium 1646. apud MEIERN *Tom.
. 334. seqq.* Urbes mixtae dicuntur, quarum cives 1624. diversæ Religio-
ddicti fuerunt, diejenige, in deren Burgerschaft im Entscheidungsziel
yerley Religion gewesen, et a Catholicis eodem anno Novemb. l. cit *p.
. seqq.* Civitas uni Religioni addicta, quae anno 1624. unam tantum Reli-
nem professa est, diejenige, die nur einerley Religion bekennet. Anno
.7. April. l. c. *Tom. 4. p. 169. 185. 198.* rejecta est a Catholicis ea interpre-
o, qua Civitates in puras et mixtas dividerentur, atque posterioribus illae
m accenserentur, quarum tum regimen, tum cives diversae Religioni addi-
essent, deren Regierungen sowohl als Burger, von zweyerley Religion wä-
, quemadmodum ex eorum schemate colligitur. b) *Art. 5. §. 49.* statui-
: *in quibus Civitatibus vero Imperii mixtae Religionis exercitium in usu est, Ca-
licis Episcopis contra cives Augustanae Confessionis nulla sit jurisdictio, at Catholici
a observantiam dicti anni 1624. suo jure experiantur:* i. e. uti apud DE MEIERN
. 5. p. 532. 534 colligitur, etsi jure diœcesano Episcoporum etiam invito
gistratu usi fuissent, unde elucet ex mente paciscentium pro mixtis etiam Ci-
vita-

vitatibus suo sensu habitas fuisse eas, ubi Magistratus alias sacris Protestant nonnisi addictus fuisset. c) Nimium praetenditur, si ad Civitatem mixtam quiritur, ut diversae Religionis exercitium Decreto Magistratus et Civium no 1624. praecise edito introductum sit, cum 1) fortasse hujuscemodi dec exemplum nec pro Religione Catholica nec Protestantica anno 1624. hoc m introducta ostendi possit, atque adeo sensus verborum tam insolitus intuitu cifscentium præsumi nequeat: 2) Religio alicubi introducta etsi ante annum ist nihilominus in tali loco quam verissime introducta dici debet. 3) Exerciti Catholicae Religionis in Civitatibus Imperii restitutum potissimum debetur lebri illi Constitutioni CAROLI V. quam vulgo *Interim* dicunt, quodsi m ejusdem vigore id exercitium a Magistratu Civitatis cujusdam restitutum f atque anno 1624. adhuc perstitit, quis negabit illud atque adeo ab ipso Ma stratu rectissime introductum dici? quare in eo quidem MOSERO adstipul dum est *von der Reichsstättischen Regimentsverfassung p. 518.* non requiri, exercitium Catholicum decreto Magistratus et civium introductum sit, vel tius restitutum; quin tamen propterea illud quoque admitti queat, saltem tale quid factum non fuerit, ejusmodi Civitatem non posse dici mixtam, tanquam pure Protestanticam adhuc esse habendam.

Quodsi enim in conventibus Imperii, uti Comitiis, Circulis &c. h modo considerentur, id alio sensu intelligendum erit, nimirum Votum huj modi Civitatum, quod a Magistratu Protestantico geritur, tanquam Protest ticum spectari posse: aliud est an quoad controversias circa Religionem civ ipsos concernentes eodem modo hae civitates pro mere Protestanticis, aut p tius mixtis sint habendae? Plura vide *in cit. Anhang N. I. §. 1. 2. 8. 21. 2 N. II. not. 7. seqq. N. IX. §. 12.* Inde est, quod PÜTTERUS frustra potissimum urgeat, quodsi Catholici capacitatem in hisce urbibus, uti Franc furti praetendant; Statui Evangelico invito novos cives, opificesque obtrude dos, ad quos tamen recipiendos nemo imperantium invitus vel ex ipso Ju publico universali teneatur: quaestio enim hic est, de Civitate, in qua Cath lici ex beneficio ipso anni normalis jus civium atque civitatis habent, quo quidem ex aliis ad id requisitis nil desit: quemadmodum autem id potius in pingit in principia Juris publici universalis, ut qui aeque civis est atque aliu nihilominus a beneficiis cuique civium aliunde communibus repellatur, ita hic idem dicendum de Catholicis ad jura Civitatis Francofurtensis habilibu quodsi quidem Magistratus clarissime ostendere nequeat, unde ab hoc illo jure civibus communi repelli queant: paritas ab aliis Statibus protestanticis r petita vel intelligitur de iis, in quorum territoriis Catholici ex beneficio an normalis exercitium Religionis habent, atqui de his idem omnino verum eri ibidem eos ob Religionem a communione Mercatorum, tribuum &c. exclu

no

ı posse, quod idem dicendum de Protestantibus sub Principe aut Statu Calico ex anni normalis observantia exercitium Religionis suæ obtinentibus: ea paritas refertur ad Status Protestantes, in quorum ditionibus tale quid holicis ex anno normali circa exercitium Religionis suæ non competit; atqui ı ad casum nostrum haec comparatio minime omnium quadrat. Torquere ro videtur PÜTTERUS hanc vocem: *arceantur in §. 35.* dum quidem quoad ficum *socios*, Gesellen, intelligi eam posse concedit pro eo, ac *non excluur*, quoad ipsos Magistros idem velle, ac (tum nimirum jam recepti) pter Religionem *non removeantur;* profecto nescio qua ratione in Catholico rprete ea vocum captatio perstricta ab eodem fuisset? respondendum fuit berrimo alias Viro, ad id, quod jam *Auctor in Dissertatione nostra* animadit, nimirum citatum §. manifeste loqui de *subditis*, item de *concivibus*, qui nini plerumque ejusmodi opificum sociis nondum magisterio et civitate dos, quippe maxima ex parte peregrinis stationemque suam pro lubitu modo modo illic figentibus convenire non solent.

Denuo multum momenti ponit PÜTTERUS in exemplis Urbium *Aquisensis*, et *Coloniensis*, de quibus jam Auctor *in Diss. C. 4. §. 19.* plura adduquin ea a PÜTTERO enerventur. Ait itaque 1) ab his Civitatibus Calicis excludi Protestantes non solum ab opificiis, sed et ipso jure civitatis; idque etsi Protestantes atque adeo privatum ibidem Religionis exercitium o 1624. habuerint; 3) 1714. in Civitate Coloniensi denuo Protestantibus inlictum fuisse, procuratione mercium pro extraneis, alle *Commissionen* frem Waaren und deren *Speditionen*; quanquam autem idcirco querelam mont coram Camera Imperiali, Magistratum Coloniensem inter alia pro exndo facto suo expressis verbis ad Statum anni normalis provocasse: „Die erordnung des Westphälischen Friedens (Art. 5. §. 35.) daß die A. C. Verndten im Handel und Wandel und anderen Gerechtigkeiten mit den Neıbürgern einerley Recht und Gleichheit geniesen sollten, komme den Evanischen Einwohnern zu Cölln um deswillen nicht zu statten, weil solches ei Theils positis terminis habilibus et qualificatione praevia, andern Theils h so zu verstehen sey, in so weit die A. C. Verwandten dazu anno decreio, 1. Jan. berechtiget gewesen." 4) cumque ob hunc casum dein paria traque Religione Assessorum vota fuissent, 22. Feb. 1716. rem ad Comitia issam fuisse his verbis: „mögen Supplicantens Principalen ihre Nothdurft, sie wollen bey fürwährender Reichsversammlung vor- und anbringen," ı etiam a Comitiis remedium allatum fuerit; recte vero nunc ex his ipsis fainferri, quodsi in his Civitatibus Catholicis filiis civium Protestantium jus tatis et tribuum negatum fuerit, a civitate Protestantica id multo magis de-

negari posse solis incolis, praesertim in iis opificum tribubus, in quibus anno normali Catholici nulli fuerint.

Haec omnia non evincunt, quod PÜTTERUS intendit, id enim ante omnia ipsi evertendum fuerat, quod *Auctor in Diss. l. cit.* ex ipsis circa has controversias Actis eruit, nimirum civitates hasce *Aquisgranensem* et *Coloniensem* constanter prætendisse Exercitio etiam privato Protestantium a se contradictum fuisse anno normali, refractarios poenis coercitos, frustra igitur observantiam pro eo exercitio a Protestantibus praetendi, igitur ne ad tolerandos quidem ejusmodi incolas Magistratum obligari; quare ad 1) elucet, ex quo capite a jure civitatis et tribubus opificum exclusi fuerint: applicari id posset ad territorium, in quo Catholicis observantia ipsa anni normalis circa exercitium Religionis dubia redditur; aliud est de civitate quadam, uti Francofurtensi, in qua extra controversiam exercitium Religionis Catholicae etiam publicum anno normali viguit, atque Catholici itidem sine dubio alias ad jus civium acquirendum habiles sunt. Privatum saltem exercitium, Ad 2) quod Protestantes in nominatis urbibus viguisse praetendunt, ab illis dubium redditur, immo plane negatur, uti jam insinuatum est, atque ex Actis ab Auctore relatis apparet: igitur donec Comitia de eo casu, dum Magistratus exercitio ejusmodi sese opposuit, renitentesque etiam poenis compescuit, an et quatenus observantia ejusmodi subditis patrocinetur, sententiam tulerint, nil plus de rigore praetendere possunt, atque alii omnes, qui anno normali nec publicum nec privatum Religionis suae exercitium habuerunt: tales enimvero Domino territorii invito, utpote quos plane expellere potest, cives obtrudi non posse ultro fatendum est. Ad 3) ex hoc capite Magistratus Coloniensis procurationes mercium extranearum prohibere incolis Protestanticis re necdum decisa a Comitiis potuit. Quodsi anno normali extra controversiam aut publicum aut privatum Religionis suae exercitium habuissent, porro a quibusvis tribubus, mercimoniis &c. excludi non possent, neque hic rite ad annum decretorium provocaretur. Si plus quidpiam dicere voluit Coloniensis Advocatus, id vero genuinoque sensui pacis praejudicium afferre nequaquam potest: neque ex scripto ejusmodi aliquid in praejudicium Religionis cujusdam tanquam rem plane evincens probansque adduci potest. Sane an Protestantes existimabunt victas a sese manus dandas esse, quodsi principia in hujuscemodi scriptis ab illis editis perperam adoptata in eos retorqueantur? Unus exemplo sit HENNIGESIUS, cujus doctrinam de *Simultaneo*, aliasque plures contra se afferri aegre accipiunt. Ad 4) Non potuit igitur non res haec a Camera Imperiali ad Comitia remitti, tum quod Assessores utriusque Religionis in partes ivissent, tum quod jam sub ipsum tempus Executionis indecisum remanserit, an Status anni normalis exercitio Religionis a Magistratu prohibito, poenisque etiam in contumaces decretis nihilominus

sub-

subditis favere queat, quod, ut minimum dicam, dubium juris decidere, in potestate supremi hujus Dicasterii non fuit.

Quod nunc capacitatem Catholicorum in civitate Francofurtensi tum ad opificia, tum ad alia munera concernit, ex factis plane evidentibus tum anno normali antiquioribus, tum etiam recentioribus ostenditur *in cit.* Anhang *N. XII.* Ohnbehörde des Ziels von 1624. in weltlichen Gerechtsamen derer Frankfurter Catholischen.



V.

FRANCISCI ANTONII DÜRR U. J. D.

Juris publici in Univ. Mog. Prof. P. et D. &c.

DISSERTATIO JURIS PUBLICI DE EO, QUOD JUSTUM EST CIRCA JUS REFORMANDI, IN TERRITORIO OPPIGNORATO, CUJUS FACTA EST RELUITIO AD ILLUSTRATIONEM INSTRUMENTI PACIS OSNABRUG. ART. V. §. 27.

Mogunt. 1760.

PRÆFATIO.

Constat inter omnes, quanta Dissidia Religionis intuitu a Temporibus Pacis Westphalicæ Catholicos inter ac Protestantes fuerint enata, & quot hactenus ex utraque Parte audita sint Gravamina, inter innumeras ejusmodi Lites haud postrema fuit illa, quæ variis vicibus intentata fuit circa Jus reformandi exercendum in Territorio oppignorato, cujus facta est Reluitio, adeoque non inutilem Me Operam navaturum esse duxi, si Argumenti hujus Disquisitionem per modum Dissertationis Inauguralis proponerem; cum autem Totum a genuina Articuli V. §. 27. Instrumenti Pacis Interpretatione dependeat, Locum hunc pro Ingenii viribus illustrare conabor, id quod optime Me facturum esse confido, si præmissis in Primo *CAPITE generalibus de eo, quod justum est circa Oppignorationem ac Reluitionem Territoriorum Statuum Imperii Principiis, in CAPITE* Secundo *Historiam prædictæ Legis ex Historia Imperii, Actis publicis, aliisque Monumentis Fide dignis expo-*

onam, in Tertio *vero CAPITE genuinum ejus sensum proponere borem, si autem omnium Desideriis in hocce Argumenti Genere d fecerim satis, saltem Bona scribentis laudanda erit voluntas.*

CAPUT I.

eo, quod justum est circa oppignorationem et reluitionem territoriorum statuum Regni-Germanici in genere?

§. 1.

tatuum Imperii circa Alienationes & Oppignorationes Facultatem ex propria Territoriorum Indole ac Possessionis Jure determinandam esse, extra ne versatur Dubium, hæc enim si sint Allodia,* quod pro Lubitu de iisdem oonere possint Status Imperii, dummodo id in Imperii Detrimentum haud gat, ex Natura fluit bonorum allodialium, neque hic vel Imperatoris,** Statuum provincialium Consensus necessarius erit,*** nisi forte hi Authoatem quandam Consuetudine, Privilegio vel Pacto acquisivissent.****

* Plura talia in Imperio nostro dari deduxerunt B. G. STRUVIUS in Tractatu *de Allodiis Imperii.*

Et SAM. STRYCK *de Jure allodiali Principum Imperii.* Dubium vere sæpius est, an Terra sit allodialis, an feudalis? nec conveniunt Publicistæ, quænam Qualitas in Dubio præsumatur. conf. TREUTLERUS *Vol.* 1. *Cons.* 51.

HENR. COCCEJUS Diss. *de Præsumptione qual. allod. Comitatuum &c.*

CHRIST. THOMASIUS Diss. de *Præsumtione allodialitatis.*

Limburgische *Deduction* in *FABRI* Staats-Canzley *Tom.* 15. *p.* 1. *seq.*

* Unde paradoxum videri posset, quod Carolus IV. Imperator Electoribus in A. B. T. X. concesserit Privilegium acquirendi sine Consensu Imperatoris Allodia. conf. tamen LUDEWIG in *Comment. ad A. Bullam. T.* 1. *p.* 907. & J. F. WINTERI Diss. *de Prærogativa Electorum S. R. I. circa acquirendas absque specifico Imperatoris Consensu Terras Imperii.*

** STRYCK Cit. Diss. *de Jure allodiali Principum J. C. V. N.* 15. *seq.*

HERTIUS *de Superioritate Territ. p.* 327.

*** SCHILTER *Inst. Juris pub. P.* 1. *L.* 2. *T.* 7. §. 1.

WILDVOGEL *de Statibus provinc.* §. 47. *seq.* & 53. *seq.*

STRYCK *L. c. N.* 19. *seq.*

STRUBEN Nebenstunden *X.* Abhandlung von Land-Ständen. §. 19. *P.* II. *p.* 508. *seq.*

§. 2.

Verum cum pleraque fere germanici Imperii Territoria non allodiali feudali Jure censeantur, qualem circa Oppignorationem Feudorum Potestat habeant Imperii Status, ex feudalibus Juribus æstimandum erit: varia aut habemus feudalia Germania Jura, de quorum Applicatione non levis sæp enascitur Difficultas; si ex Jure feudali Longobardico, * vel antiquo Germa co ** decidendi Ratio petenda unice foret, Res esset clarissima, per Utriusq enim hujus Juris Constitutiones generaliter tam integri, quam Partis fe Alienatio ac Oppignoratio Vasallo est inhibita, nisi Consensus illorum, quor interest, ac in specie Domini directi accesserit.

* Prostant LOTHARII II. 2. *feud.* 52. & FRIDERICI I. 2. *feud.* 55. Con tutiones.

Conf. G. A. STRUVII *Syntagma Juris feud. C.* 13. *aph.* 1. *N.* 2.

HORN *Jurisprud. feud. C.* 19. §. 3. *seq.*

** In Jure feud. Alleman. *C.* 26. §. 3. habetur:

Niemand mag sin Leben Versetzen noch Verkauffen one sines Her Hand, daß es Krafft habe. in illust. SENCKENBERGII *Corpore Ju feud. p.* 35. conf. Jus feud. saxon. *Art.* 69. L. c. p. 203.

§. 3.

Quin etiam prædicta Jura in Regula adhuc hodie applicanda sint Feuda regalia Imperii, quandoquidem hæc nullibi excepta novimus, haud dubitandum, in eo etiam unanimis fere est Publicistarum sententia, quod tegrum Feudum regale a Statu Imperii sine Consensu Imperatoris tanquam mini directi alienari vel oppignorari nequeat; recentius etiam Nobis Aliena nis intuitu sistit Exemplum Historia Imperii in cessis a Suecis Electori Han verano Ducatibus Bremensi & Verdensi, ubi ab Initio Carolus VI. Imp. tanqu Dominus directus in hancce Feudorum regalium Alienationem consentire luit, donec accedente ipsius Consensu Res non sine multis Difficultatibus dem finaliter fuerit determinata: id quod ex Analogia Juris ad Oppignora nes integrorum Imperii Feudorum Regalium applicandum erit.

HORN L. c. §. 10.

MOSER *Einleitung zum Reichs-Hofraths-Process. P. IV. C.* 7. §. 2. *seq.*

MATH. STEIN de *Alienatione Feudi immediati Imperii.*

ROTERMUND de *Feudi Oppignoratione non nisi ex Consensu Domini di valida.*

§.

§. 4.

Dum autem quæritur, an status Imperii Partes Feudorum regalium ve-i Urbes, Castra, Oppida, Præfecturas &c. sine Imperatoris tanquam Do-ii directi Consensu accidentibus tamen reliquis saltem requisitis, & si de cæ-) Actus in Præjudicium Imperii non vergat, oppignorare possint? aliter erendum esse existimant plurimi publicistæ, dum volunt jura Feudalia ger-iica Legibus Imperii suffulta secum ferre, quod status & Vasalli Imperii riore eatenus gaudeant Potestate, ac irrequisito etiam Imperatoris tanquam nini directi Consensu Territoriorum suorum Portiones aliis oppignorare sint; innumera etiam Probationis Causa in medium producunt Exempla, * non adhibito Imperatoris Consensu Territoriorum Portiones veluti Castra, tates, Præfecturæ, Dynastiæ &c. sunt oppignoratæ, quin de talium Oppi-rationum Valore vel commissa desuper felonia ulla mota fuerit Quæstio. vix um quenquam dari ajunt Imperii statum sive Ecclesiastici sive profani Ordi-, qui non certas Possessionum Suarum Immediatarum Partes haud requisito uper Imperatoris Consensu oppignorarit vel possideat Terras Pignoris Jure ili Modo sibi obstrictas.

* Frequentissimæ Germaniæ statibus erant semper Oppignorationes Castrorum, Oppidorum, Tractuum Terrarum, ac Territoriorum, Exempla recensent GUNDLING in Diss. *de Jure oppignorati Territorii* §. 86.

POTGIESER in Diss. *de Indole & Natura Pignoris Sect. 2. C. 3.* D. DE MEIERN von der Rechtmäßigkeit des 6ten Zinß-Thalers §. 16. seq.

LUDEWIG in *Reliquiis Manuscriptorum* T. 2. p. 216. T. 1. p. 442. & 532. ex Mille Exemplis, ad quæ provocant, saltem unum proferam illustrius ex Historia patria desumtum, oppignoravit Adolphus Nassov. Elector mog. Friderico sic dicto Victorioso Electori palat. Stradam Montanam Electoratus Moguntini Portionem insignem sine Imperatoris Consensu, Ratione Reluitionis hujus Pignoris expresse prospectum esse ajunt citati Authores in Instrumento Pacis, prout etiam ex infra dicendis fusius patebit, consequenter prædictam oppignorationem ab Imperatore & universo Imperio pro valida reputatam fuisse, si enim nullius fuisset Valoris, ajunt illi, non fuisset expresse concessa reluendi Facultas, ubi enim non valide constitutum fuit Pignus, frustra quæritur de Reluitione: similiter in eodem Instrumento Pacis *Art.* 5. §. 27. præscripta sunt requisita circa Pignoris Reluitionem observanda, ergo pariter, ajunt, supponitur in citato Passu Oppignorationes etiam irrequisito Imperatoris Consensu quondam factas fuisse validas.

§. 5.

Fundamentum Juris hujus statibus Imperii competentis non latere vo-t in superioritate Territoriali, prout putat FRANTZKIUS,* quod refu-it JOH. ANDREAS FROMANN,** sed (præscindendo pariter a Privilegiis Cæsa-

Cæsareis desuper quandoque concessis, quorum varia tamen prostant,*** uti & a Pactis Familiæ Authoritate Imperiali confirmatis ****) illud quærendam esse potius volunt in vetustissima Imperii observantia successive introducta, dum scilicet status Imperii majora Feuda possidentes sæpissime haud requisito desuper Imperatoris Consensu Creditoribus suis in Pecuniæ mutuo acceptæ securitatem certos Terrarum Tractus Pignori dederunt, quin ipsa Obligatio invalida declarata fuerit, nec ipsi etiam Pignoris vinculum in Rebus feud. constituentes Juris sui Ammissione tanquam feloniæ rei multati sint, imo tales Oppignorationes in contradictorio Judicio firmatæ nec ob Imperialis Consensus Defectum revocatæ unquam fuerunt, sed potius in Legibus Imperii fundamentalibus tanquam validæ recognitæ sunt.

* Cujus Responsum exhibet G. A. Struv. *in Synt. J. F. C.* 14. *Aph.* 39.

** In Diss. *de Oppignoratione Feudorum regalium particulari sine Consensu Domini & Moribus permissa* Th. 28.

*** Conf. Limnæus T. 1. *Art.* 5. 7. N. 120.

Itterus *de Feudis Imperii C.* 22.

**** Struv. *cit. Loco C.* 14. *Aph.* 49. N. 1.

§. 6.

Testantur etiam de hac Consuetudine omnes omnino, qui ex professo hoc Argumentum pertractarunt, celeberrimi Publicistæ tam antiqui quam recentiores.*

* Zasius *de Feudis* P. 9. N. 22.

Gylm. *T.* 4. *Symphor. P.* 1. Vot. 3. N. 90. *T.* 1. *relat.* 13. N. 34. seq.

Consil. Marpurg. 35. N. 116. G. A. Struv. *Synt. J. feud. C.* 14. *Aph.* 29. *N.* 5.

Schilter *Exercit.* 45. Th. 68. & *ad Jus feud. allem.* C. 26. §. 4.

Itterus *de Feudis Imperii* C. 23. §. 5.

Stryck. Diss. *de Obligatione feud. Consensu munita*, C. 2. N. 10. seq.

Lyncker *de Libertate Statuum Imperii* S. 3. M. 11. §. 5. p. 77.

Gundling *de Jure Oppignorati Territorii* §. 9.

Joach. Potgieser *de Indole & Natura Pignoris* Sect. 1. C. 3. §. 18.

Et potissimum Joh. Jacob. Moser in denen vermischten Schrifften T. 2. N. 1. §. 19.

Böhmer in Diss. *de hypotheca feud. C.* 1. §. 3.

Schubert in Diss. *de valida Vasalli Alienatione.*

§. 7.

§. 7.

Neque obstare putant quotidianam in supremo Judicio Imperiali aulico receptam Praxin supplicandi pro consensu Imperiali ad alienandum vel hypothecandum feudum,* dictam enim Praxin 1) plerumque intuitu Feudorum minorum obtinere ajunt vel 2) in Casu, ubi Integrum Feudum alienandum aut hypothecandum, vel denique 3tio, Si petatur Consensus Imperatoris circa Oppignorationem partis Territorii, cujus nec desunt Exempla,** non illud fecisse Status volunt ex Necessitate ad validitatem Actus sed melioris securitatis Causa.***

* MOSER Reichs-Hofraths-Process P. 4. C. 7. p. 155. 161.

AUCTOR *Principiorum Processus Jud. Imp. Aul. C. X.* §. 62. p. 101.

PÜTTER in *Introductione in Rem judic. Imp.* p. 543. nov. Edit.

** Prostant. apud MOSERUM L. c. P. 4. *C.* 7. §. 22. seq.

Idem Cautelas suppeditat observandas in ejusmodi Negotiis, im Bedencken von fürsichtiger Anlehnung auf Güther, welche Reichs- oder Land-ständen, im H. R. R. zustehen in vermischten Schriften T. II. N. 1.

*** Constare, ajunt, sæpius præter Necessitatem in aliis etiam Negotiis Consensum Imperatoris seu Confirmationem petitam fuisse & adhuc sæpius peti, veluti in confirmandis statutis, Privilegiis &c.

§. 8.

Quid Juris creditor in Parte Territorii sibi oppignorata acquirat? intricata admodum est quæstio: CHRIST. LUD. KOCH * Per Modum Axiomatis Juris Germanici Statuit, quod quæcunque Jura oppignorans in oppignorato Castro, oppido vel Territorio exercuit vel habiturus est, eadem omnia mediante oppignoratione transeant & competant Creditori tanquam novo Pignoris Domino, supponit enim cit. Author cum plurimis aliis secundum Jura patria, Pignus semper operari Dominium, consequenter Resolutio propositæ Quæstionis maxima ex Parte dependet a Resolutione Quæstionis præjudicialis: an de Jure Germ. oppignoratorum Castrorum vel Territoriorum Dominium transeat in Creditorem, ac tam diu penes ipsum maneat, donec facta fuerit Reluitio? ** Si celebriores circa hanc Quæstionem consulamus Authores, patet illos nullo Modo inter se convenire, sed in diversissimas pro diversis Principiis abire sententias; Dominium ut ut revocabile seu temporarium & omnimodam Pignoris Possessionem cum plenissima fructus percipiendi Facultate Germanorum Jure in Creditorem transferri ea Lege, ut soluto demum Debiti Nexu earum Possessionem & Dominium accipiant Debitores, ex antiquioribus *** & recentiori-

bus **** statuunt plurimi, ex quo Principio varias quoque deducunt sequelas. *****

* In Diss. *de Jure Oppign. Imp. Speciatim in Civitatibus J. occurrentium* §. 5.

** Qualis spectato Jure Romano Pignoris sit Indoles, & quod, manente penes Debitorem Dominio in Creditorem securitatis Gratia transferatur saltem Jus in Re, quodque Creditor invito Domino Jus percipiendi Fructus Pignoris non habeat, si autem volente Domino Pignore utatur, quod Fructus perceptos in sortem vel Usuras imputare debeat, inter omnes constat, verum Cryomenon in eo consistit, an Jus Romanum eatenus in Germania suam inveniat Applicationem, an vero habeamus separatum Jus Patrium Romano contrarium, vi cujus pignus operatur Dominium?

*** ZASIUS Cons. 12. *N.* 11. WESENBEC. *P.* 1. *R.* 2. *N.* 90. & 91.

ARUM. 2. *Decis.* 5. *N.* 79. conf. BESOLD. *Thes. pract.* Voce Pfandschilling.

WEHNER in *Obs. pract.* voce Pfandschafft.

**** JOH. STRAUCH Diss. *de Oppignorat. Imp.*

GUNDLING in Diss. *de Jure oppignorati Territorii* §. 80. & seq. cujus verba sua fecit RUD. CHRISTOPH. HENNE in Diss. *de eo, quod justum est circa Oppignorationem Territorium Germaniæ eorumque Reluitionem* §. 6. seq.

THOMASIUS in Diss. *de Usu practico acuratæ Distinctionis inter Emtionem venditionem cum Pacto de retrovendendo & Contract. pignorat.*

JOH. GOTL. HEINECCIUS *Elem. Juris Germ.* *L.* 2. Tit. 11.

D. de MEIERN von der Rechtmäßigkeit des 6ten Zinß-Thalers §. XI. seq.

L. B. de SENCKENBERG in Diss. de *Reluitione oppignorati Territorii* *C.* 2. §. 9.

JOH. NIC. HERTIUS Diss. *de Superioritate Territoriali* §. 65.

NIC. CHRIST. de LYNCKER Diss. *de Relig. obseq.* §. 11.

BOEHMER Diss. *de Diverso Pignoris & Hypothecæ Jure C.* 2. §. 18.

AYER de *Differentiis Juris Rom. & Germanici circa Pignora.*

JOACHIM de FRICCIUS de *Differentiis Juris Rom. & Germ. circa Pignus in Manus traditum Germ.* Handhabend Pfand.

PÜTTER in *Elementis Juris German.* §. 611. *seq.*

***** Paucis omnes Dominii Effectus, veluti quod Creditor non ex Pacto Antichretico sed Dominii Jure omnes percipiat Fructus, nec illos in sortem imputare teneatur, nec Rationibus reddendis obnoxius sit. conf. POTGIESSER *L. c. sect.* 1. §. 15.

THO-

THOMASIUS *L. c. C.* 2. §. 30.

SENCKENBERG *L. c. C.* §. 10. Item quod possit Rem oppignoratam cum onere alienare, oppignorare, in Feudum dare, vendere, pro Lubitu meliorare &c. quod habeat omnem Jurisdictionem cum omnibus reliquis Juribus Rei oppignoratæ inhærentibus, imo Ipsam superioritatem Territ. &c. de cætero etiam ferat Casum ac Rei Interitum.

§. 9.

Neque tamen omnes Doctores in Thesi admittentes Translationem Domi-, consequenter in potissimo Capite saltem convenientes, quoad Modum ex-andi hoc Dominium concordant, alii enim in ipso Pignoris Negotio semper brari volunt Emtionem Venditionem cum Pacto de retrovendendo, adeo verba Verpfändung, Pfandschilling, Pfandschafften, wiederkauffen, wie-lösung hodie synonima esse contendunt, * alii autem negant adesse Emtio- Venditionem cum Pacto de retrovendendo, variasque assignant Differen- inter Contractum prædictum tanquam origine Romanum & Pignus Germa-am tanquam Negotium particularem suam habens Naturam, ** alii in Jure rm. pariter versatissimi viri hanc Doctrinam Translationis Dominii generalem ant in Dubium, voluntque sæpe quidem Pignus operari Dominium, non ta- semper, *** alii negant unquam transferri Dominium in pignore Germa-, licet concedant, quod præter Romanam Pignoris Possessionem Jus Credi-is ad Dominium revocabile accedat, & Dominio quasi sit analogum; alii de-ue nullum admittentes Jus Germ. unice Juris Romani & Canonici Principia oc Argumento applicari volunt.

Quam sententiam potissimum antiquiores fovent.

* Tales Differentias assignant GUNDLING *L. c.* §. 94. qui cum STRAUCHIO defendit Pignus Germ. convenire maxima ex Parte cum Romanorum Fiducia.

SENCKENBERG *L. c.* §. XI.

THOMASIUS *L. c. C.* 3.

FROMANN *L. c.* Thes. 6.

Conf. STRAUCH *L. c.* §. 33.

** Veluti SCHILTER *Exerc.* 33. §. 4.

KOPP *de Jure Pign. convent.* §. 8.

ESTOR Rechts-Gelehrtheit der Teutschen §. 3991.

RICCIUS in Diss. *de Dominio Pignoris.*

§. 10.

Ut autem in tanto allegatorum celeberrimorum Virorum Dissensu, quorum Laudibus detrahere nullatenus præsumo, pace illorum meam modeste aperiam sententiam: vix propugnari posse credo indistincte pignus in Germania operari Dominium, nec eatenus Argumenta a Fautoribus hujus sententiæ allata me convincunt. * 2do negari haud potest sæpius in creditorem transferri varios Dominii Effectus, ac omnimodam fruendi Facultatem eo scilicet Modo, quo penes oppignorantem fuit, ac concedi Creditori Perceptionem omnium Emolumentorum, sive immediate ex Re ipsa sive Occasione ejus provenientium veluti ex Jurisdictione, venandi jure, aliisque Juribus fructiferis, ex quibus ipse Dominus oppignorans aliquod commodum sperare poterat, denique 3tio) licet non semper, sæpius tamen ipsa superioritas Territorialis simul per Modum Pignoris confertur. ** Quod vero hæc inferant ipsam Dominii vere talis Translationem vix probari poterit, omnia enim hæc Emolumenta ad tempus cedi possunt, quin transferatur præcise Territorii Dominium, nec non Alieno exerceri possunt Jure. 4to) talis Possessor pignoratitius non potest disponere de tali Re sibi oppignorata in Abusum, nec deteriorare illam nec immutare, non potest exscindere sylvas, servitutem imponere Rei oppignoratæ, nec aliis Modis illam onerare, qui omnes tamen sunt Effectus Dominii vere talis, Debitor etiam, prout plerique fere concedunt, adhuc Jus habet vindicandi Territorium oppignoratum in tertium forte a Creditore translatum, ratione cujus varia etiam Præjudicia allegari possent, adeoque concludo in Dubio, ubi non ex Instrumento id clare patet, haud præsumendum esse, quod Dominium in Creditorem sit translatum. 5to) conceduntur sæpius per expressa pacta hæc Emolumenta ac utilitates, prout indubitata ac quotidiana secum fert Imperii observantia, Usurarum loco, ita ut creditor irrevocabiliter ejusmodi Fructus suos faciat, quin desuper ad reddendas Rationes vel fructuum consuetum Usurarum Modum excedentium Restitutionem adigatur, *** vel hoc pro usuraria habeatur Pravitate, **** adeoque eatenus & posito, quod pactum hoc ita expresse fuerit initum, Differentia Dubio procul inter Mores patrios & Antichresin Romanam admittenda erit, Pactum enim hoc, vi cujus Creditori Pignus fructiferum datum cum Facultate tam diu Fructus omnes ex illo percipiendi, donec solutum fuerit Debitum, & quin unquam reddantur rationes desuper, in Germania prius obtinuit quam peregrina Jura innotuerunt, conventio etiam hæc eo magis justificari poterat, cum Juri Naturæ contraria haud sit, nec Limite Usuris tum temporis fuerint præscripti, & sic ex Antiquitate non obstantibus peregrini Juris contrariis Constitutionibus fuit servatum; ***** male autem alii hoc ultimum, quod scilicet pignoris possessor fructus percipiens non teneatur ad rationes reddendas, pro generali venditant regula, nam locum illud tantum habebit, si expressum eatenus pactum fuerit interpositum.

* Ple

* Plerumque unus Ratione Probationis provocat ad Alterum, qui si accedatur, solida Fundamenta deficiunt, Leges enim Germaniæ & Consuetudines universales eatenus nullæ extant, antiquæ autem obsoletæ Leges germ. nihil probant. 2do) vocabula **Wieder Kauff**, **Pfand-Herr** &c. etiam Rem haud conficiunt, extant enim Diplomata, ubi similes Formulæ occurrunt, ex Tenore tamen patet nullum omnino fuisse translatum Dominium.

Conf. FROMANN *L. c. Thes.* 6. neque 3tio) ex Diplomatibus solida desumitur Probatio, in iis enim, ad quæ provocant Doctores, transferuntur plerumque Utilitates Territorii percipiendæ ac Jura Territorialia exercenda, quin vel minimum de translato Dominio occurrat Mentio, & quidem ut unum saltem allegem Exemplum, omnes fere provocant ad oppignoratam a Moguntino Electore Friderico palatino Stratam Montanam, dicuntque translatum ejus fuisse Dominium, verum recte negarunt hoc in Congressu Pacis Electores Moguntini & perlegenti Instrumentum oppignorationis patebit contrarium. Licet de cætero 4to) non negem ex aliquibus Diplomatibus erui Dominii Translationem, verum hæc Pacta specialissima faciunt eo minus Jus universale, quo numerosiora alia extant Diplomata in contrarium, ubi notorie Dominium non fuit translatum, unde nec provocari poterit ad Regulam, quod a potiori desumatur Denominatio.

** Prout Formulæ sonant: **mit allen zugeherden, Herrlichkeiten, Rechten, Freyheiten, und Gewohnheiten, nichts ausgenommen.** amplissima Formula occurrit in Instrumento Oppignorationis Stratæ Montanæ, ubi habetur: **Wir verschreiben in Krafft dieses Briefs die vorgenante Schloß und Städt ... mit allen Dörfern, Zehenden, Weilern und Einwohnern, und Hauß-Leuten, wo sie gesessen seyn, Gemeinden, Gemeinschafften, Vogteyen und sonderlich mit Lors, samt seinen Zugehörungen und allen Kellereyen, gerechten, Landgerichten, Zehnden, Hagen, Mannen, Burgmannen, Lehen Lehenschafften und Lehnungen, aller Geist und Weltlichen Lehen, die unsere Vorfahren zu Lehen gehabt, und Wir und unsere Nachkommen an den Enden zu leihen hatten ungefährlich und allen Herrlichkeiten, Beethen, Steuern, Wälden, Buschen, Felder, Wildbahnen, Fischereyen, Mühlen, Fällen und Unfällen, Zinßen, Korn, Haber und andere Frucht, Gülten, Gelden, Zollen, Geleiten, Fürter mit allen Geboten, setzen und entsetzen, Azungen, Diensten, Frohn-Diensten, Wießgeld, allen bilbe hofen, bilbe gedeen, Ackern, Wiesen, Wein-Garten und Wein-Zinßen, Hünern, Gänsen und Capaunen und allen andern zu und Inngehörungen, Rechten und Freyheiten nichts ausgenommen.**

*** Conf. THOMASIUS L. c. &

KÖNIG in *Selectis Juris Pub. Nov.* P. 6. C. 2. §. 2. p. 14.

**** Non obstante Juris Can. Prohibitione Contractus hic ob Incertitudinem plerumque Fructuum percipiendorum pro licito reputatur. conf. WES. P. 1. C. 8. N. 44.

BERLICH P. 2. Dec. 170. N. 16. seq.

LAUTERBACH Diss. de Antichresi Th. 9.

***** Conf. *Formulæ* MARCULFI apud BALUZIUM T. 2. *Capit.* form. 50. p. 463.

Id quod potissimum commonstrant Exempla saeculi 13. & 14.

Conf. STRAUCH L. c. §. 28.

AUCTOR *Actorum Lindav.* p. 485. 491. seq.

BROWERUS *in Annalibus Trevirensibus* ad A. 1321. ANT. MATHAEI *de Nobil.* L. 2. *C.* 12.

SCHATEN *in Annal. Paderborn.* ad A. 1350. 1355. 1366. 1377. 1391.

§. II.

Quibus praesuppositis ad Quaestionem propositam, quid Juris Creditor in Parte Territorii oppignorata Juris habeat? responderi poterit; Regula scilicet generali id nullatenus definiri posse credo, sed pro Diversitate Pactorum expressorum vel tacitorum variant Creditoris Jura, si enim huic simplex tantum Hypotheca securitatis Gratia sine Extraditione Rei oppignoratae constituta fuerit, praeter nudum Jus in re in pignore consequitur, unde Reditus percepti vel assignati secundum communia Jura in sortem vel Usuras computandi erunt; si vero Territorii Castri vel Oppidi oppignorati Extraditio facta est Creditori, plenius huic Jus concessum esse ex ipsa Negotii Indole patet, quantum vero illud sit *: an omnium Emolumentorum ac Utilitatum Perceptio loco Usurarum sine Obligatione reddendi Rationes concessa fuerit? ** an vero etiam ipsum Dominium interimisticum translatum fuerit? an Jurisdictio saltem? *** an vero simul superioritas Territorialis in suo Ambitu cum omnibus Regalibus sub Pignoris Nexu translata sit? **** ex Oppignorationum Formulis ac verisimili paciscentium Intentione eruendum erit; si vero Facultas Re oppignorata utendi Creditori cum Restitutione fuerit tributa, ***** tunc ex ipsa limitata Concessione Modus utendi Fines accipiet, adeoque ad evitandas omnes in futurum Cavillationes Cautelae loco omnia Creditori in Re oppignorata concedenda Jura sollicite enumeranda erunt expressa addita haud concessorum Exclusione.

* Tales Hypothecae penes Germaniae status sunt frequentissimae, ac scio variis in Principatibus vix superesse Pagum ab Onere Hypothecae liberum.

** Vid. Formula apud STRYCKIUM *de Caut. Contract.* Sect. II. C. 2. §. 34. & in Instrumento oppignor. condito ratione Stratae Montanae supra allegato.

*** Quo Casu Appellationes ab Incolis Terrarum oppignoratarum non ad Debitoris sed Creditoris Tribunal deferuntur, conf. HERTIUS *de Superioritate Territoriali* §. 65.

GUNDLING L. c. §. 100.

POTGIESER L. c. S. 3. *C.* 2. §. 7.

STRAUCH L. c. §. 46.

Cre-

Creditor poenas dictat, publicat Mandata &c.

Conf. KOCH L. c. p. 13. ac percipit omnes Jurisdictionis Fructus, conf. DAN. GRAMITZER Diss. *de Jurisdictionum Fructibus.*

*** Quo Casu subditi Juramentum Fidelitatis præstant, creditorem ut verum Dominum Territorialem venerantur, Magistratibus ab eo constitutis parent, Leges recipiunt, ab eo puniuntur, Privilegia accipiunt, jura, Immunitates & vectigalia solvunt, onera imposita ferunt, Collectas & steuras præstant &c.

**** Exemplum apud HARPRECHT Conf. 30.

Conf. LAUTERBACH in Diss. *de Jure antichres. Th.* 60.

§. 12.

An Creditor Territorii oppignorati Possessor jure reformandi gaudeat? sæpius fuit quæsitum; alii affirmant, negant alii, negantes sequentibus utuntur Argumentis, ac dicunt. 1) Jus reformandi dependere a Jure Territorii, Creditorem autem, qui in Possessione Pignoris est, non esse Dominum Territorii, sed tantum Possessorem ein blosser Pfands-Innhaber, ideoque in §. 27. *Instrumenti Pacis Artic. V.* in Fine illum tantum vocari *priorem Possessorem.* 2) in dicto *Art. 5. §. 44.* Jus Retentionis, quod cum Jure pignoris secundum quid comparatur, Jus reformandi non tribuere, consequenter nec Pignus. 3) ex Jure notum esse, Creditorem non habere facultatem quidquam immutandi in Re sibi oppignorata vel deteriorandi illam quacunque Ratione in Præjudicium Proprietarii. * affirmantes ad illud potissimum provocant Fundamentum, quod in Creditorem cum Territorio transeat Exercitium Juris Territorialis, omniumque regalium, cum Territorio regulariter inhæreat superioritas, & ita quoque in Creditorem transeat hujus vero præcipua Pars sit ordinare Religionem ac reformare. ** 2) quod in Creditorem transeat Dominium quoddam utile, ex quo idem fluat Jus. *** 3) Instrumentum Pacis disponat, quod Dominus directus in Terras antehac oppignoratas & demum ad se reversas suæ Religionis Exercitium publice possit introducere, sic apparere ajunt, Dominum utilem ante aliam Religionem introducere potuisse, & 4) hoc hodie eo probabilius esse, cum Religio Territorium sequatur, & per se constet Res pignoratas uniri Territorio pignorantis, **** 5) etiam accedere volunt Imperii observantiam, dum Creditores de Facto Jus reformandi exercuerunt in Territoriis sibi oppignoratis, veluti Palatinus in Strata Montana ac Civitate Ladenburgensi, Marchio Anspacensis in Civitate Kitzingensi &c.

Cit. FROMANN L. c. Th. 38. ait, quod post Constitutionem publicam ART. V. §. 27. *Instr. Pacis*, quærere supervacaneum sit, cum Vigore dicti §phi nullus plane status sive Romanæ sive Augustanæ Confessioni addictus cogere possit,

possit sibi subjectos, ut inviti Religionem, quam in quacunque Anni 1624. Parte sunt professi, mutent, aut solum propterea vertant, ut ex ipso dicti §phi Contextu liceat concludere ante hanc Constitutionem potuisse Creditores pignoratitios aliam in Re oppignorata Religionem introducere.

* Negant DILLINGENSES *in Compositione Pacis*. C. 6. quos sequuntur ex Protestantibus BESOLDUS *Thes. pract.* Voce Pfandschilling.

KNIPSCHILD *de Jure & Privilegiis Civ. Imp. L.* 4. *C.* 1. *N.* 5. 6. ex Catholicis.

HENNEMANN cit. Diss. *Th.* 32.

** Conf. GUNDLING *de Jure Oppign. Territ.* §. 82.

*** BOEHMER *in Jure Eccles. Protest. Tom. I. T.* 1. §. 52. & 53. *p.* 53.

**** BUCKISCH *in Observat. ad Instrumentum Pacis p.* 197.
GUNDLING *Discours* über den Westphälischen Frieden. *p.* 326.

§. 13.

Verum ut mea aperiam sensa circa hanc etiam Quæstionem, vix probari poterit ex Instrumento Pacis Possessori Pignoris competere Jus reformandi; constat enim de Facto ante Pacem Westphalicam Possessores talium Pignorum sibi arrogasse Jus reformandi, de quo tanquam Re adhuc incognita in Tabulis Oppignorationum Nihil habebatur: in Congressu Pacis W. negabant paciscentes & Domini Pignorum hoc Jus Creditoribus competiisse asserentes, eos non habuisse mutandæ Religionis Potestatem in Territorio, quod non suo sed alieno Nomine possedissent. * Controversia hæc fuit decisa ART. V. §. 27. ac determinatum qualem Potestatem debeant habere reluentes, sive de Jure sive de Facto Possessores pignoratitii priores Jus reformandi exercuerint. 2) Modo potissimum quæritur, quid hodie sit Juris? si Territorium oppignoretur & extradatur Creditori, an Creditor gaudeat Jure reformandi? & non quæritur, quale Jus habuerit Creditor, cui Territorium ante conditam Pacem Westphalicam fuerat oppignoratum? 3) constat Jus reformandi duo continere Capita a) Religionis vigentis in Territorio Abolitionem ac b) Religionis novæ Introductionem; quoad primum Caput vi Instrumenti Pacis est apodicticum, quod Religio, cujus in Anno Normali obtinuit publicum vel privatum Exercitium, aboleri amplius nequeat, adeoque frustra quæritur, an hoc possit Creditor pignoratitius? manet igitur adhuc Quæstio quoad secundum Caput: an gaudeat Creditor Jure reformandi quoad Effectum introducendi simultanei suæ Religionis Exercitii? Quæstio hæc male indistincte affirmatur a supra allegatis Doctoribus, ** sed totum ab eo dependet: si superioritas Territorialis simul fuit translata in Creditorem, quod ex Tenore Instrumenti eruendum erit,

trans-

translatum etiam est Jus reformandi tanquam Pars superioritatis Territorialis, si autem superioritas Territorialis non fuit translata, neque competit Jus reformandi: de cætero optimum erit, si circa hocce Caput, quale Jus debeat habere Creditor, expressa in pactis fiat Determinatio.

* Conf. AUTHOR *Med. ad Inst. Pacis. p.* 421. *seq.*

** Suppositum enim Doctorum, quod semper extradito Creditori Pignore transferatur simul Dominium, & omnis superioritas Territorialis; est longe falsissimum.

§. 14.

Examinatis hactenus oppignorandi Facultate ac Juribus Creditori competentibus superest, ut, quidnam justum sit circa Reluitionem Partis Territorii Constatui oppignoratæ? inquiratur: constat enim ex Actis Pacis Westphalicæ, quot in Congressu ejus status inter quoad hocce Caput enatæ sint Difficultates ac Litigia, quæ nec hodie cessant: nolunt enim Possessores Pignorum restituere Terras antiquis Temporibus pro parva respective Pecuniæ summa oppignoratas, quas hactenus inter proprias quasi Facultates numerarunt, unde varias quærunt Dilationes, Exceptiones, Tricas ac Molimina, Cœlum Terramque movent, ut Debitori sortem offerenti Reluitionem reddant difficilem, si non plane impossibilem; sic notum satis est, quanta cum Contentione Reluitioni Civitatis Möllensis ac appertinentiarum ei annexarum per duo fere sæcula se opposuerit Civitas Lubecensis, dum extrema tentavit, contra universam Cameram Imperialem, raro & temerario admodum Exemplo, Actionem Syndicatus instituere maluit, quam victos dare Manus in Causa, quæ tanti Ipsi erat Cordi.* Ventilatur adhuc hodie in Camera Imperiali petita secunda Restitutione in integrum famosa Controversia inter Ducem Würtenbergensem ac Marchionem Durlacensem Ratione oppignoratarum quondam Præfecturarum Bessigheimensis & Mundelsheimensis; similis Controversia inter Abbatem Fuldensem & Ducem Saxo-Meinungensem Ratione Reluitionis oppignoratarum Præfecturarum Salzungensis ac Leichtenbergensis necdum hodie est decisa. ** Adeoque eo utilior erit præsentis Quæstionis Decisio, quo frequentius illa in Praxi supremorum Imperii Tribunalium movetur;

* Conf. Deductiones & Acta Ratione Præfecturæ Möllensis inter Electorem Hannov. & Civitatem Lubecensem ventilata ac Typis impressa.

Et KOENIGII *Selecta Juris pub. novissima P.* 4. *C.* 3. & Part. seq.

** De similibus Controversiis, quas habet Abbas Fuld. & quidem Ratione Præfecturæ Fischbergensis conf. cit. *Selecta Jurispub. P.* 6. *C.* 2. *p.* 13. *seq.* Ratione Judicii Rumbacensis oppignorati ab Abbate Fuldensi Simoni de Schlitz conf. *Selecta L. c. p.* 59.

§. 15.

Cel. ESTOR * ait Quæstionem esse admodum dubiam; quod de Germanico non procedat Reluitio Territorii oppignorati & ultra Hom Memoriam possessi, tuetur Illustriss. SENCKENBERGIUS, ** quem se tur HENNE, *** & cit. KOCH, **** Argumenta SENCKENBERGII deunt: 1) ait mutatum esse Rei Statum ob introductam recentius post facta pignorationes superioritatem Territorialem plane inæstimabilem 2) esse mutata Rerum Pretia, quæ non possent restitui secundum Statum factæ pignorationis, Lites autem ob salutem Reipublicæ impediendas esse. 3) manos præscripsisse Actionibus omnibus 30. Annis. 4) tam Ligam Pondus Monetæ veteris esse immutata. 5) hodie ob multorum Annorum sum non amplius bene sciri Rei gestæ seriem. 6) novioribus Temporibus ta nova accessisse ob salutem publicam olim incognita, veluti alienandi P bitionem, Collectas &c. verum Argumenta hæc non multum stringunt, bantque Thesin propositam, constat etiam qua Occasione & in quibus Cir stantiis prædictam scripserit Dissertationem celeberr. SENCKENBERG unde potius contraria Sententia, Locum scilicet esse Reluitioni Territori oppignoratorum, quam etiam tuentur suprema Imperii Tribunalia, est fundata.

* In der Rechts-Gelehrtheit der Teutschen P. II. §. 4007.

** In Diss. *de Reluitione oppignorati Territorii* P. 2. §. 20. seq.

*** In Diss. *de eo, quod justum est circa Oppignorationem Territoriorum Ge niæ eorumque Reluitionem* §. 12. & 13.

**** In cit. Diss. C. 1. §. 9.

§. 16.

Si Juris Naturæ Principia in hoc Argumento velimus attendere, nu plane subest Dubium, quin a Creditore Pignus Debitori sortem offeren omnibus volenti satisfacere Conditionibus in Contractu stipulatis sine plu Ambagibus sit extradendum, data enim Fides est servanda, ac Promissior ctæ satisfaciendum. Juris Naturæ Decreta confirmarunt Leges Romanæ quarum Pignus est contractus realis, quo Creditori Res ita traditur in Se tatem Crediti, ut soluto debito eadem in Specie restituatur. * Quodsi i solutum fuerit Debitum, cessat Securitas Creditori necessaria, cessante se tate resolutoque Pignoris Jure Pignus Debitori extradendum erit. ** N huic Juri offerendi Debiti reluendique Pignoris ullo Tempore præscribi p bona enim requiritur Fides, nocetque Rei alienæ Notitia: nec Creditor, Rem Pignoris Jure tenet, Possessionis suæ Titulum, sibi mutare potest,

e

etiam post centum Annorum Decursum tanquam Creditor possidet. *** Hæc Juris Naturæ ac civilis Romani Principia eo certius in Germania respectu Statuum Imperii suam habebunt Applicationem, cum 1) Jus aliquod patrium speciale quoad hocce Caput probari nequeat, jam autem 2) cessante Jure patrio in subsidium semper habet Locum Jus commune, **** imo 3) Leges Imperii Reluitiones ejusmodi clare confirmant, ex quibus allegasse sufficit *Instrumentum Pacis Westphalicæ* ART. V. §. 27. postquam enim Difficultates in Reluitione Territoriorum moveri solitæ satis cognitæ erant statibus, tandem Reluitioni expresse Locus est concessus in verbis: *quæ vero Bona Status Imperii sibi invicem Pignoris Jure ante hominis Memoriam obligaverunt, in iis Reluitioni aliter Locus non detur, nisi Possessorum Exceptiones & Merita Causarum sufficienter examinentur;* addita enim Limitatio ***** confirmat Regulam, nec Intentio fuit Paciscentium in Thesi Reluitionem denegare, sed Mens eorum fuit, ut saltem restituantur Creditoribus Pignora, quæ contra Pacta vel sine Causæ Cognitione sunt ablata. ******* Accedit etiam indubitata observantia Imperii per Præjudicia in supremis Tribunalibus lata satis confirmata, innumera etiam afferri possent eatenus Exempla, si operæ Pretium foret, ac hoc Loco Reluitiones Civitatis Kitzingensis, Stratæ quæ Montanæ allegasse sufficiat.

* §. fin. Inst. *de Pignor.*

** L. 6. *C. de distrah. Pignor.* L. 9. §. 3. *de pign. Actione.*

*** LEYSER *Spec.* 155. *Med.* 9.
J. C. PUFFENDORFF. *Observ. Juris Univ.* T. 2. Obs. 92.

**** Conf. BRUCKNERI Diss. *de Jure Reluitionis contra Creditorem competente in Saxonia Elect.*
STRUV. *in Corpore Jurispub.* p. 507. §. 3. p. 643.

***** Conf. ill. CRAMERI Diss. *de Præsumtione pro Jure Romano contra Mores antiquos Germanorum*, & STRUBEN Neben Stunden *P.* 4. *C.* 32. §. 5.

****** Quo justior hæc est Constitutio in Thesi, ut audiatur Creditor cum suis Exceptionibus, eo magis dolendum in Hypothesi ac Praxi Regula hac abuti solere Status, infinitas enim trahunt Moras in ipso Processu, Impedimenta objiciunt sine Fine, Dilationes cumulant Dilationibus: quot non opponunt circa solam Jurisdictionis Fundationem Exceptiones? dum litigatur: an talis Causa coram Austregis, an vero in supremis Tribunalibus ventilanda sit?

Conf. SENCKENBERGII Diss. sub Tit. *Judex Controversiæ de Reluitione oppignorati Territorii*: quot non conglomerant Remedia contra sententias justissime ad Pignorum Restitutionem condemnantes? Revisiones, Restitutiones, Recursus ad Comitia vix sufficiunt, adeo ut mirandum plane non sit tales Controversias ad plura sæpius protrahi sæcula.

******* Conf. OBRECHT in *Exposit. Art. V. Instrum. P.* ad §. 27. & MEIERI *Acta Pacis Westphalicæ Tomo* 3. p. 360. 429. T. 4. p. 21. 29. 156. 185.

§. 17.

Neque obstant Argumenta a SENCKENBERGIO adducta: Ration primi enim constat ex Historia Imperii, superioritatem Territorialem a Tem poribus Ottonum suas habuisse Origines, successive autem magis stabilitam a ctamque, completam autem fuisse per Pacem Westphalicam,* adeoque vi occurret Casus Pignorationis factæ ante enatam superioritatem Territorialem vel si fingas, quid oberit Debitori ad reluendum suum Pignus jus habenti, quo post factam Oppignorationem enata sit superioritas Territorialis? accessorius enim sequitur Principale & hæc una cum Territorio transibit ad Dominum Transeat etiam *secundo* immutata esse Rerum Pretia, an ideo sua pro sempe Re carebit Debitor? si crevit Rei oppignoratæ Pretium, crevit in Utilitaten Debitoris, nec hoc Conditionem ejus reddit deteriorem, ac impedit Reluitio nem, neque hoc Loco applicari potest illud: quod ob salutem publicam Lite sint impediendæ, non enim est Modus impediendi Lites ad salutem publican conducens, si Jus quæsitum Uni injuste auferam, ac relinquam alteri iniqu Rei detentori. *Tertio* probari nullo Modo poterit, quod Germani Juri re luendi Pignoris præscripserint 30. Annorum spatio, licet enim in Præscriptio nibus Rerum ille Terminus in Usu quondam fuerit,** non tamen obtinebat Ra tione Juris reluendi Pignoris, sed potius obtinebat Adagium: das Versetzen hat keine Verjährung,*** vel si etiam hoc fingas, aliter se hodie Res habe recepto Jure Romano, vi cujus secundum dicta non habet Locum Præscriptio quæ etiam sententia in supremis Tribunalibus est recepta; **** certum de ca tero quidem est *quarto* mutatum esse Pondus & Monetæ ligam, verum cum ho die Nummismatica admodum sit exculta, & acurate sciamus Valorem Num morum antiquorum ***** & hodiernorum, cur impossibilis sit Inventio Propo tionis antiquorum cum hodiernis Nummis, & cur Rei Obscuritatem haud pot rit determinare Iudex pro Bono & æquo? ****** sufficit etiam *quinto* certo co stare Oppignorationem fuisse factam ac superesse Instrumentum, ex quo sort Quantitas, Rerum oppignoratarum Numerus ac Conditiones Contractui addit addisci possint; neque *sexto* ob salutem publicam noviter interea introducta R luitioni ex prædictis jam Fundamentis obstant.

* Conf. HERTIUS *de specialibus R. G. J. Rebus pub. et in* Diss. *de superior tate Territoriali.*

STRUBEN von dem Ursprung der Landes-Hoheit in Teutschland, i denen Neben-Stunden *P.* 4. *C.* 22.

** RICCIUS *de Præscriptione Germ. C.* 13.

POLAC in *syst. Jurisprud. civ. Germ. antiquæ L.* 2. *C.* 5.

*** Conf. PISTORIUS Cent. 6. Parœm. 60. p. 501. seq. & cel. ESTOR Recht Gelehrtheit der Teutschen *P.* 2. §. 4015.

**** Con

*** Conf. GAIL L. 2. Obs. 18. N. 10.

MYNS. *Cent.* 4. *Obs.* 6. *N.* 9.

BRUNNEMANN *Cons.* 130. ubi Exemplum Reluitionis post Annos 400. institutæ.

**** Optima eatenus prostant scripta: 1) THILLEMANNI FRIES Müntz-Spiegel.

2) von BRAUN gründliche Nachricht von dem Müntz-Weesen, ins gemein, insbesondere aber von dem Teutschen Müntz-Weesen. Helmstädt 1741. 8.

3) LUDEWIG Einleitung zum Teutschen Müntz-Weesen mittler Zeit, cum Animadversionibus MOSERI.

4) KOEHLER Nachricht von dem teutschen Müntz-Weesen.

5) JOACHIM Unterricht von dem Müntz-Weesen. Halle 1754. 8.

6) JOH. MATHESII Berg-Postille.

7) SAM. REICHERI Tract. *de Nummis argenteis antiquissimis.*

8) ANONYMI *Academici Etrusci Discursus Ital. de Floreno aureo antiquo illustrato.*

9) ESTOR in denen Anmerckungen über das Staats- und Kirchen-Recht *C.* 38. seq.

10) CRAMERI Nebent-Stunden P. 6. p. 50. seq.

****** LEYSER sp. 155. *Med.* 13.

§. 18.

Verum quid si Pactum Commissorium factæ Territorii Oppignorationi adjectum fuerit? an hæc saltem haud impediet Reluitionem? scimus enim in antiquis Oppignorationum Tabulis, sæpissime Reluitionem variis circumscribi Limitibus addito etiam Pacto Commissorio, Exemplum allegat POTGIESSER L. c. * & Charta memoratu digna occurrit apud LUDEWIGIUM, ** plura exempla collegit CHRISTIAN GOTTLIEB RICCIUS. *** Iustitiam Pacti Commissorii de Jure Naturæ, licet Jure Codicis, Canonico & feudali inhibiti tuentur THOMASIUS, **** GUNDLINGIUS ***** ac LEYSERUS; ****** verum quidquid dicatur, Pactum hoc de Jure Germanico per Leges Imperii & quidem Ordinationem politicam de Anno 1577. Tit. 20. §. 5. generaliter inhibetur, adeoque tanquam nullum nec Reluitioni poterit obstare.

* Sectione 2. C. 3. §. 14.

** *In Reliquiis Manuscriptorum* T. 2. p. 215.

*** In

*** In Problemate Juris Germ. *Num. pactum commissorium circa Pignora i manorum Fora rursus sit invehendum.* §. 5. seq.

**** In cit. Diss. C. 2. §. 25. & 30.

***** *In Jure Nat. et Gent. C.* 23. §. 73.

****** *In Meditationibus ad Pand. spec.* 158. M. 1.

§. 19.

Denique quid circa Meliorationes immodicis sumtibus factas Rel peracta a Creditore restituendas Juris sit? ultimo Loco determinandum Acres plerumque oriuntur Disceptationes, si forte Debitor Rem olim noratam reluere velit, neque enim tum Sortis solum, verum etiam Im rum in Rem oppignoratam factarum Restitutionem solet petere Credit non raro tanta cum Duritie & Iniquitate, ut facile intelligi queat, eum xime agere, ut Debitorem a Reluitione absterreat, vel plane excludat, ait LEYSER. ** GAILIUS *** ait: *potentes Hypothecarii, qui Domini dent sub Pacto de reluendo, Rem hypothecatam novis & pretiosis aedificiis sive rationibus ita exornant & augent, ut sumtuum Magnitudine Dominum Re excludere sicque Proprietatem Dominii retinere satagant.* unde quaeritur: A Meliorationes immodicas Vires forsan Debitoris superantes, & quas hi quam fecisset, teneatur restituere reluens? qui Pignoris semper Don transferri in Creditorem fingunt, ex hocce Dominio inferunt, quod r etiam Sumtibus Creditor Rem oppignoratam auctiorem & meliorem face sit, eosque in Reluitione exigere, nisi Pacto utrumque prohibeatur. *** rum ab hac Sententia non immerito recedit LEYSERUS: ***** Cum in riis ejusmodi privatis, ubi Jus Germanicum haud est apodicticum, ***** tus inter se gaudeant Jure communi, consequenter obtinebit Decisio *Le de pignorat. Actione*, Vi cujus non attenduntur Expensae, licet utiles, si torem nimis gravent, ac semper illud servandum esse temperamentum pitur, ut Debitor non cogatur re oppignorata carere pro Qualitate sum Meliorationes enim faciendae sunt pro Conditione & Facultate Debitoris, probabiliter Debitor faceret ac facere posset, & imputet alias sibi Credi Meliorationes tollere nequeat, quod tales fecerit, ac suae Fraudis vel Ig tiae Poenas luat, licet tamen nec hoc in Casu Aequitas a Judice sit ne da; ****** Adeoque ad evitandas omnes Cavillationes per Modum Caut servit, si expressa addatur Clausula, *in Reluitione nullam Meliorationum ha esse Rationem.* ******* Conf. LEYSER *Spec.* 155. *Med.* 2. & 3.

* De Impensis enim necessariis & de Meliorationibus moderatis bona Fid vix erit Dubium.

Conf. LEYSER *Spec.* 156. *M.* 4.

** *Spec.* 156. *M.* 1.

*** L. 2. *Obs.* 12. in Fine.

**** GUNDLING cit. Diss. *de Jure oppig. Territ.* §. 104.

POTGIESER cit. Diss. *C.* 3. §. 8.

***** *Specimine* 156. *Med.* 1.

****** Supra enim dictum fuit, quatenus procedat Thesis semper in Pignore Germanico transferri Dominium, vel si etiam concedas Dominium fuisse translatum, illud tamen certo Modo restrictum est ac limitatum, & sic non potest omnia illa, quæ alias verus Dominus, consequenter nec facere impensas immodicas.

******* Conf. SCHROEDER in Diss. *de Meliorat. Feud. C.* 6. §. 4.

HENNEMANN in Diss. *de Jure Oppignorat. Antichret. Thesi ultima.*

SCHORCH *in Programmate* Dissertationi ad *T. X. L.* 2. feud. *præmisso.*

PUFFENDORF. *Obs. Juris Univ. T.* 2. *Obs.* 183.

******** Prout addita fuerat in Pacto oppignorationis Stratæ Montanæ ab Electore Mog. Palatino factæ, & sic cessavit in Congressu Pacis opposita Meliorationum Exceptio.

Conf. MEIERI *Acta Pacis Westphalicæ* T. 4. p. 366.

CAPUT SECUNDUM.

Sistens Historiam Paragraphi 27. Art. V. Instrumenti Pacis.

§. 20.

Circa Quæstionem, quid liceat Debitori circa Religionem subditorum in Territorio, cujus facta est Reluitio? Catholicos inter ac Protestantes in Congressu Pacis Westphalicæ acriter fuit disputatum, protestantes contendebant ad Statum Anni 1624. hic etiam attendendum, omniaque eo in Statu relinquenda esse, in sua enim Declaratione Anno 1646. Die 24. Aug. Mediatoribus exhibita, ad Art. 9. ajunt: und werden unter dieser Regel auch die Pfandschafften verstanden, so viel deren die Evangelische, und ihre Vorfahren über Menschen Gedencken in Besitz gehabt und *Ann. 1624. 1ma Jan.* besessen. * Cui sententiæ etiam magna cum contentione inhærebant subsequentibus Temporibus, unde SALVIUS in *Projecto formato* Ratione Gravaminum (super quibus Mense Novemb. prædicti Anni 1646. deliberandum erat, Consultationes vero Teste MEJERO ** abruptæ fuerunt) inter alia posuit: *Bonorum oppignoratonum*

rum Reluitio non fiat, nisi prævia legitima Cognitione super Exceptionibus Possessorum, contra quos si definitive posthac pronuncietur, & sententia lata Vires Rei judicatæ consecuta fuerit, Reluitio quidem Locum habeat, subditis vero illarum Ditionum idem maneat Religionis Exercitium, quo fruebantur A. 1624. nec Ipsis Templa, Scholæ & Reditus ac Pensiones eo pertinentes adimantur. Bona insuper oppignorata, quæ vel absque Causæ Cognitione vel contra Pacta & Privilegia Possessoribus ablata sunt, restituantur Ipsis absque omni Contradictione & Mora.

* Conf. *Med. ad Inst. Pacis spec.* 3. p. 335.

** *In Actis Pacis Westphalicæ T.* 3. p. 425.

*** Meier *L. c. p.* 428. in Fine.

§. 21.

Vi citati *Projecti* etiam a Protestantibus Mense Dec. præfati Anni fuit conclusum: Wann auch ins künfftige einigem solchen Pfands-Innhaber gegen Empfang des Pfand-Schillings abzutretten *definitive* auferlegt und die *Sentenz* Krafft Rechtens erlangen, so sollen die Unterthanen in solchen . . . . zwischen Ständen *contrahirten* Pfandschafften bey dem *Exercitio publico Religionis*, wie sie es 1624. den 1. Jan. gehabt, gelassen, und Ihnen weder an Kirchen, Schuhlen und darzu gehörigen Einkünfften einiger Eintrag zugezogen, auch so etwas dergleichen geschehen, solches in vorigen Stand hinwieder gesetzt werden. * Urgebant hoc Conclusum Protestantes in Conferentia 30. Die Jan. 1647. instituta, verum contradicentibus Catholicis Nihil definitum fuit. ** Instabant iidem in sua Declaratione Puncto Gravaminum Legatis suecicis Die 27. Februarii Ann. 1647. exhibita §. 9. petentes, ut si Restitutio Terræ oppignoratæ subsecuta fuerit *æque ac durante Oppignoratione Subditis neque circa Religionis, quam Anno 1624. professi fuere, Exercitium, nec circa Possessionem & Administrationem Templorum, Scholarum &c. Pensionumque ac Redituum quidquam inferatur Molestiæ, & siquid eorum factum fuerit, redintegretur.* ***

* Meieri *Acta Pacis Westphalicæ* T. 4. p. 22.

** Meier L. c. T. 49.

*** Meier L. c. T. 4. p. 93.

§. 22.

Catholici in sua *Declaratione* exhibita Legatis Suecicis Die 5. Martii 1647. §. 9.* Determinarunt quidem, quid circa Reluitionem Territoriorum oppignoratorum justum esse credant, de eo autem, quid in hoc Casu circa Jus reformandi

mandi observandum sit, plane tacuerunt. Protestantes in Monitis ad §. 9. *Declarationis* Catholicorum denuo urgebant, ut substitueretur ex *Declaratione* Protestantium nuperrima Locus Religionem concernens.** In Congressu Cæsareos Legatos inter ac Protestantes 29. Mart. eodem Anno instituto VOLMARIUS legatus Cæsareus declaravit: nach der *cum Causæ Cognitione* erfolgten Einlösung möchten die *relui*rte Unterthanen das *Exercitium Religionis A. 1624.* zwar behalten, und darbey bleiben, dem Eigenthums Herren aber dabey unverwehrt seyn, seine Religions-Ubung zugleich mit einzuführen.*** Verum non in omnibus placebat Catholicis statibus Declaratio a VOLMARIO Protestantibus facta, unde Catholici in sua 4ta Die Apr. Protestantibus exhibita *Formula Pacis* denuo Punctum Religionem concernens omiserunt.**** Protestantes vero in iterata *Declaratione* Die 4. Apr. Exhibita denuo repetebant prius Monita circa Jus reformandi,***** ac in *Designatione Correctionum* ad Catholicorum Declarationem exhibita a VOLMARIO 10. Apr. legitur additum a Protestantibus: *& quamvis Domino directo liberum esse debeat in hujusmodi Terras oppignoratas ad se reversas sua Religionis Exercitium publice introducere, Incolæ tamen & subditi suam, quam sub priori Possessore hujusmodi Terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deserere non cogantur, sed illius liberum Exercitium Ipsis permittatur.*******

* L. c. p. 122.

** Conf. MEIER L. c. p. 140.

*** *Acta Pacis* L. c. p. 164.

**** L. c. p. 185.

***** L. c. p. 197.

****** L. c. p. 209.

§. 23.

Hanc Formulam adoptarunt Legati Cæsarei in *Formula Pacis* ab Ipsis composita de Gravaminibus Ecclesiasticis Suecicis Legatis exhibita die 14. May. 1647. *Art. 9.** HENNIGES *in Med. ad Instrum. Pacis spec. 3. p. 335.* Laudato Loco paulo ante allegato pergit: *quanquam autem posthac non inveniam Catholicos huic Cæsareanorum Propositioni contradixisse, id tamen factum esse oportet, quia Instrumentum Pacis de hoc Negotio longe aliter statuit, nimirum conjicio Catholicos consensisse quidem, ne subditi diversæ Religionis migrare aut Religionem suam deserere cogantur, sed noluisse sibi Necessitatem imponi tolerandi publici ejus Exercitii, Protestantibus id procul Dubio ægre ferentibus, quos nec Honos nec Conscientia faciles esse sinebat.* Quod suspicatus est HENNIGESIUS ex Verbis Instrumenti Pacis modo plane naturali, illud etiam quomodo evenerit, modo erit deducendum:

prodiit nimirum Tempore paulo ante memorato scriptum sub Tit. *Instrum Pacis a DD. Plenipotentiariis Cæsareis statibus S. R. I. Mense Junio exhibiti Ponde* THEOPHILI GENEROSI GENUINI GERMANI, ubi ad Verba: *rere non cogantur*; annotatum fuit: *derogatur hic Regulæ Territoriali in Grava Religionis Catholicæ, cui, quia Terras oppignoratas sub directis Dominis fuisse dictas, & rursus, si ad eos revertantur, esse addicendas adverterunt Protesta ideo suæ Religionis, quam in ejusmodi Terras nullo Jure introduxerunt, Confe tioni voluerunt consultum.***

* *Acta Pacis* L. c. p. 540.

** MEIER L. c. p. 601.

§. 24.

Ultimum hoc est, quod in Actis Pacis Westphalicæ de hoc Argume memoravit celeberrimus Compilator MEIERUS, ac forsan adhuc multa moranda fuissent, si vel Copia ipsi fuisset, vel noluisset forsan studio omit Acta, quod sæpe fecit, Protestantibus odiosa,* unde prout seriem ulterio Rei ex Actis Fide dignissimis didicimus, illam hoc loco continuare non abs erit: fecit equidem prædictum scriptum non exiguam penes Catholicos Imp sionem, ita ut contra sententiam Protestantium vehementer reclamarint, luerintque sibi imponi Necessitatem tolerandi publicum Religionis Exerciti subditorum Protestantium, ac potissimum mascule se opposuit magni Nom Princeps, ac nunquam intermorituræ in nostra Patria Memoriæ JOHANN PHILIPPUS Elector Moguntinus ac Episcopus Würceburgensis ob Inter Ecclesiarum sibi concreditarum Religionisque inductus Zelo. Ut autem tiones sapientissimi Principis eo magis patescant, ac hæc res suæ Luci restit tur, revocanda erunt paulisper in Memoriam ex historia patria calamitosa Dioecesi Moguntinæ, Civitati nostræ ac Patriæ universæ Tempora sæculi 1 quæ ultimum fere Exitium attulerunt.

* Unde Author Deductionis *pro Deo, Cæsare & Patria* p. 3. monuit edend adhuc esse Tomum supplementorum ad Collectionem Actorum Pacis W phalicæ Meierianam in Detrimentum statuum Catholicorum mutilatam.

§. 25.

Constat equidem inter omnes defuncto Archiepiscopo Moguntino THI DERICO ab ERBACH DIETHERUM ex Familia Comitum Isenburgi Büdingensium in Archiepiscopum & Electorem Moguntinum mediante C promisso electum, ac a Pontifice Pio II. concesso etiam Pallio ab Initio con matum fuisse, ortis vero Dissidiis* Sedem Romanam ipsumque PIUM Po

Pontificem inter ac DIETHERUM, quæ suo loco relinquimus, præsertim cum DIETHERUS ad Pontificem in Persona venire longius detrectaret, ipsi Ao. 1461. a Pontifice prædicto,** consentiente etiam sua ex Parte Imperatore FRIDERICO III. deposito,*** oppositus fuit Adolphus II. ex Familia Comitum Nassoviensium.

* Anceps revera est DIETHERI & ADOLPHI Causa, Pontifex quidem PIUS II. in suis Bullis, Litteris, Commentariisque contra DIETHERUM peroravit pro suæ Exigentia Causæ, DIETHERUM vero exculpant optimæ Notæ coævi scriptores Principesque illi assistentes: illud saltem certum, quod fuerit DIETHERUS Princeps Solio dignissimus, qui devastatam Patriam, quibus potuit Modis, postea restauravit, illamque arce, Academia nec non Commerciis, quæ Adolphi Rigore cessarant Civibus in Exilium missis, denuo instruxit; quodsi etiam DIETHERUS erraverit, non tamen tantum inde Reipublicæ Christianæ & Moguntinæ Damnum accidit, quantum ex ipsa ejus Depositione fuit enatum.

** Sententiam Exauctorationis DIETHERI & Litteras Provisionis PII II. Pontificis ad ADOLPHUM Nassov. exhibet MÜLLERI Reichs-Tags-Theatrum *Friderici V.* P. 4. C. 11. easque inseruit cum aliis Bullis huc spectantibus JOHANNIS HELWIGII Operi *Dissidio Moguntino Tom. 2. Script. Rerum Mogunt.* p. 146. Bullam ejusdem ad Vasallos Mogunt. in eadem Causa sistit GUDENUS *in Cod. diplom. T.* IV. p. 347.

*** Consensus Imperatoris FRIDERICI III. in Depositionem DIETHERI legi potest apud GUDENUM L. c. p. 345. & MÜLLERUM L. c. p. 46.

§. 26.

DIETHERUS vero nolens cedere adversario editis Apologiis,* ac facta nova ad Concilium Appellatione præter alios Comitem palatinum FRIDERICUM a suis *Victoriosum* dictum,** cum quo gesto antea Bello in Amicitiam redierat,*** in Auxilium vocavit, cui vero maxima se Contentione opposuit aliis cum Fœderatis ADOLPHUS: enatum exinde fuit perniciosum illud nostræ Patriæ Bellum, ubi in propria fere Viscera sæviebant Belligerantes Archiepiscopi ac Territorium Moguntinum partim alienatum & oppignoratum, partim Igne ferroque devastatum fuit, ut vix exhaustæ superessent Reliquiæ.****

* MÜLLER Apologiam edidit L. c. ac refert AUTHOR Manuscriptus, quem possidet PRÆSES: Es ließ auch Dieterich von Isenburg einen offenen Brief abgehen, darinnen Er sich seiner Absetzung halben als unrechtmäßig verthädigt, und wurden viele *Exemplaria* gedruckt von dem ersten Buchdrucker zu Maynz Johann Guttenberg und hin und wieder in Städten angeschlagen, und ist des Briefs Innhalt wie folgt rc. geben zu Höchst Dienstag nach Sonntag Lätare *Anno* 1462. Cit. AUTHOR *Manuscriptus* pro-

probabiliter descripsit ex tali Impresso Exemplari, qualia forsan adhuc extabunt in Archivo Elect. & eo rariora sunt, cum spectent ad primos Libros hic Moguntiæ impressos, id quod tanquam ἀνέκδοτον hoc Loco annotandum duxi.

** Ab aliis *malus* dicebatur, conf. KOELERI Reichs-Historie pag. 369.

*** Bellum hoc fuse describitur a JOANNIDE in Notis ad SERARIUM p. 772. *N.* 9. 16. & seq. & HACHENBERGIO a KUCHENBERGERO edito *in vita Friderici Electoris palat. vulgo dicti victoriosi L.* 3.

Conf. GUDENUS *L. c. p.* 339.

**** Conf. HELWICH *L. c.* Sect. 3. §. XI. seq. Sect. 4. & 5. §. 13 seq.

Diplomata huc spectantia exhibet Gudenus *L. c. p.* 348. seq.

§. 27.

Pro servitio hoc equestri præstando ac Defensione in Possessione Archiepiscopatus Moguntini promissa FRIDERICUS Palatinus a DIETHERO petiit 100 millia Florenorum, ac Ærario exhausto DIETHERUS in hisce Angustiis oppignoravit ipsi pro prædicta summa Stratam Montanam,* pulcherrimam Territorii Moguntini Provinciam concessa etiam Possessione ac præstito a subditis Homagio,** reservata tamen sedi Moguntinæ Reluitionis Facultate.***

* Qua ratione sedi Moguntinæ sub SIGEFRIDO III. Archiepiscopo Moguntino incorporatus sit Principatus Stratæ Montanæ ad Abbatiam Laurisheimensem alias spectans ex Diplomatibus recenset HELWICH *in Antiquitatibus Laurisheimensibus sect.* 3. *Tom. III. Script. Rerum Mogunt. p.* 98. calumniosa autem Mendacia sunt, quæ de hoc Argumento refert HACHENBERG *in vita* FRIDERICI *Palatini* L. 4. p. 109. alia Occasione forsan refutanda.

** Instrumentum Oppignorationis factæ a DIETHERO nondum fuit editum, Rem autem describit *Chronicon Manuscriptum*, quo TOLNERUS usus est in Historia palatina. p. 69.

*** Conf. TRITHEMIUS *in Chronico Hirsaug.* ad A. 1461. HELWICH L. c. sect. 3. §. 9.

§. 28.

De ADOLPHO autem triumphavit in Pugna prope Seckenhemium gesta FRIDERICUS Palatinus captis Episcopo Metensi, Marchione Badensi, ac Comite Würtenbergico Adolphi fœderatis,* capta autem postea ab ADOLPHO cum magna Civium strage Civitate Moguntina Dissidium inter prædictos Archi-Episcopos compositum fuit renunciante sub certis Conditionibus Archiepiscopatui DIETHERO.** Inter Conditiones prædictas fuit & illa, ut Adolphus agnosceret Oppignorationem Stratæ Montanæ factam FRIDERICO Palatino, id quod & hic fecit A. 1463. accedente etiam Capituli Metropolitani Moguntini Con-

Consensu, stipulata autem expresse iterum fuit Reluitio;*** Oppignoratio hæc denuo, aucta ad 10 Millia florenorum adhuc sorte, confirmata & extensa aliquo modo fuit sub ALBERTO Brandenburgico Electore Mogunt. A. 1544. qui consensit, ut Elector Palatinus pro Tempore cum duobus Filiis retineat adhuc Pignoris Jure Stratam Montanam, quin fiat Reluitio durante eorum Vita, post Fata autem Illorum libera sit Ecclesiæ Moguntinæ Reluitio.****

* TRITHEMIUS *de Gestis Friderici Victoriosi* ad A. 1461.
HELWICH L. c. sect. 7.
TOLNERUS *in Hist. palat.* p. 225.
HACHENBERG L. c. L. 4.
JOH. PETER KAYSER in dem Schau-Platz der Stadt Heidelberg p. 258.

** Pacis Conditiones refert JOANNIS in Notis ad HELWICHIUM Tom. II. *Script. Rerum Mogunt.* p. 191. & Diplomata varia huc spectantia affert GUDENUS *in Codice Diplomatico Tom. IV.* p. 336. seq.

*** Legi potest Instrumentum cum Reversalibus FRIDERICI Palat. in MEIERI *Actis Pacis Westphalicæ* T. 4. p. 362.

**** Conf. MEIERI *Acta Pacis Westphalicæ* T. 4. p. 360.

§. 29.

Electores Palatini FRIDERICI Successores Stratæ Montanæ Possessores pignoratitii mutatis interea Religionis sacris Exercitium Religionis protestanticæ, sicut in aliis Terris Palatinis, sic & in Terris oppignoratis introduxerunt, & inter illos primus erat FRIDERICUS II dictus a suis sapiens, qui Lutheri Doctrinam recepit ac expulsis ex Monasteriis Monachis ac Monialibus iisque sæcularisatis, Parochis Catholicis substituit novi Evangelii Prædicatores:* continuavit Opus OTTO HENRICUS Elector Palatinus,** ad Finem perduxit sic dictam Reformationem in Palatinatu ac Strata Montana introducta Calvini Doctrina primus ex Linea Simmerana Elector Palatinus FRIDERICUS III.*** sub cujus Auspiciis famosus Catechismus Heidelbergensis, qui adhuc hodie inter præcipuos Calvinistarum Libros symbolicos refertur, & Ratione cujus**** recentius enatæ sunt controversiæ, fuit conditus.

* Conf. PAREUS *in Historia Palatina* L. 6. *Sect.* 1. p. 252.
SLEIDANUS *de Statu Relig.* L. 16. & ex eo THUANUS T. 1. L. 2.
STRUVII Pfälzische Kirchen-Historie p. 32. seq.
LEODII *Annales Friderici II.* L. 13. p. 264.

** PA-

** PAREUS L. c. p. 257.
STRUV. L. c. p. 43.
*** PAREUS L. c. p. 273.
STRUV. L. c. p. 105.
**** PAREUS L. c. p. 264.

§. 30.

Enatum est A. 1618. Bellum tricennale, ubi notorie Elector Palatinus pro Tempore FRIDERICUS V. sic dictus Rex Hyemalis* ab Imperatore FERDINANDO II. declaratus in Bannum, per Copias Cæsareas ac Hispanicas omnibus suis exutus fuit Terris Palatinis, Elector Moguntinus pro Tempore JOANNES SUICARDUS volens redintegrare dilaceratum a longo Tempore Ecclesiæ Moguntinæ Patrimonium Temporis usus Opportunitate Stratam Montanam ab Antecessoribus DIETHERO, ADOLPHO ac ALBERTO Pignoris Jure obstrictam, sibi vero non ita pridem ab Imperatore prævia Causæ Cognitione ac observatis observandis* Pignoris Onere liberatam ac adjudicatam Auctoritate Cæsarea Hispanici Militis Ope recuperavit,** ac non sine magna Electoris Palatini Oppositione cum sede Moguntina univit, moxque Exercitium Religionis Catholicæ instauravit.***

* Facta est Ao. 1621. Renuntiatio modo in Pactis stipulato ac Oblatio solvendæ sortis debitæ, Nemo autem ex Palatinis illam acceptare voluit, dum igitur Cæsarei paulo post has Terras occuparunt cum reliquo Palatinatu, Elector Moguntinus ab Imperatore tanquam detentore Pignoris Extraditionem petiit, satisfactum etiam æquissimo fuit Petito ac facta sufficienti Causæ Cognitione ob exhibita clarissima Documenta per sententiam facta est Adjudicatio, quam secuta fuit Auctoritate Cæsarea Immissio, de cætero Patribus Capucinis id datum Negotii, ut Incolas ad Romano-Catholica adducerent Sacra, qui etiam licet plurimis exantlatis Laboribus tam insignem præstiterunt Operam, ut successive integer ille Tractus non nisi paucissimis exceptis in Ecclesiæ Romanæ Obsequium redierint. Conf. *scriptores Rerum Moguntinensium* T. II. p. 805. & HERODII *Annales Provinciæ Rhenanæ P. P. Capuc.* licet & Franciscani Partem Meritorum eatenus sibi Velint vindicare, prout patet ex eorum scriptis prædictis Annalibus oppositis.

** Conf. CARAFFA *in Germania sacra perturbata* p. 177. HELWICH in *Antiquitatibus Laurisheimensibus*, p. 201. & de *Dissidio* &c. Sectione 3. §. 9.

*** Legi potest Contradictio Electoris Palatini in LONDORPII *Actis publicis* T. 2. L. 6. C. 248. p. 814. seq.

§. 31.

Nobilis hæc Territorii Moguntini Portio varia subiit continuato Bello tricennali Fata, nec exiguas Calamitates, præsertim sub ANSELMO CASIMIRO Archi-

Archiepiſcopo & Electore Moguntino, cum enim Suecorum Rex GUSTAVUS ADOLPHUS reportata apud Lipſiam Victoria tanquam Fulmen Belli Tractum Rhenanum permeavit, in Strata Montana Oppida Arcesque paucis ante Annis a JOANNE SUICARDO vindicatas ſuæ ſubjecit Poteſtati; * Suecis autem adverſa Fortuna ad Nordlingam dimicantibus Cæſarei de Hoſtibus ſuperiores verſuś Rhenum progreſſi Stratam Montanam, licet non ſine exiguo Incolarum Incommodo denuo occuparunt, cujus ex Parte etiam Poſſeſſionem iterum nactus fuit Elector Moguntinus; ** cum poſtea in Congreſſu de pangenda Pace Weſtphalica inſtituto de Reſtitutione Terrarum Palatinarum ageretur vehementius, ac Palatini acrius urgerent Stratæ Montanæ aliarumque Terrarum Pignoris Jure antea poſſeſſarum Reſtitutionem, Elector Moguntinus pro Tempore ANSELMUS CASIMIRUS ſua ex Parte petiit Recognitionem Poſſeſſionis legitimæ, nec non Extraditionem Terrarum ab Hiſpanicis Copiis adhuc poſſeſſarum. ***

* JOANNIS in *Continuatione Serarii* p. 945. N. 20. & allegati ab eo ADELZREITHER, PUFFENDORF. &c.

** JOANNIS L. c. p. 947. in Fine.

*** Vid. Scriptum a Legato Moguntino exhibitum in MEIERI *Actis Pacis Weſtphalicæ* T. 4. p. 359. ſeq.

§. 32.

Mortuo ANSELMO CASIMIRO Electore Moguntino ſucceſſor JOHANNES PHILIPPUS non tam pro ſalute Eccleſiarum ſibi concreditarum quam univerſi ſimul Imperii ſollicitus promovendo Pacificationis Negotio omni intentus ſtudio eo non ſolum ſua retulit Conſilia, ut compreſſis Belli, quod Germaniam tanto Tempore graviſſime afflixerat, Motibus Res ad Pacis Conditiones abduceretur, prout teſtatur non magnus alias Catholicorum Fautor PUFFENDORFIUS, * ſed etiam proſpexit Eccleſiæ Moguntinæ Ratione Stratæ Montanæ, ut ſuperatis Palatinis Oppoſitionibus ** ſequentia Inſtrumento Pacis Oſnabrugenſis *Art.* IV. §. 7. inſerta ſint: *cum autem certæ quædam Præfecturæ Stradæ Montanæ, antiquitus ad Electorem Moguntinenſem pertinentes, Anno demum Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, pro certa Pecuniæ ſumma Palatinis cum Pacto perpetuæ Reluitionis oppignoratæ fuerint, ideo conventum eſt, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinenſem, ejusque in Archiepiſcopatu Moguntinenſi ſucceſſores permaneant, dummodo Pretium Pignorationis ſponte oblatum infra Terminum Executioni concluſæ Pacis præfixum, parata Pecunia exſolvat, cæterisque, ad quæ juxta Tenorem Litterarum Oppignorationis tenetur, ſatis faciat.* ***

* *De Rebus Suecicis.* L. 21. §. 28.

** Argumenta Palatina cum Responsionibus Moguntinis breviter exhibet MEIER *in Actis Pacis Westphalicæ* T. 4. p. 366.

*** Licet Verba satis clara fuerint, plurimas tamen adhuc Difficultates excitarunt Palatini; in *Actis Executionis Pacis Westphalicæ* T. II. p. 266. hæc habentur: der Schwedische *Generalissimus* erhub sich 1/4 *Maji* (1650.) in Begleitung des Hessen Casselischen Gesandten von Krosigck von Nürnberg nach Kitzingen, wohin sich ebenfalls der Churfürst von Maynz aus Würzburg begab um wegen der Berg-Strasse die mit Chur-Pfaltz noch obschwebende *Differentien* abzuthun, welche haubtsächlich darinn bestunden, daß zwar Chur-Pfaltz gesinnet war dem *Instrumento Pacis* gemäß von der Berg-Strasse dasjenige, was *Anno* 1463. daran verpfändet worden war, zuruck zulassen, hingegen was in denen nachgefolgten Jahren noch weiter von der Berg-Strasse gegen noch mehreren Gelder versetzt worden war, das wolte Chur-Pfaltz um deswillen, weil selbige Stück in dem *Instrumento Pacis* nicht Nahmentlich *exprimiret* waren, auch dieselbe gleich vor dem Thor zu Heydelberg lägen, nicht fahren lassen, sondern erbothe sich solche als ein Lehn von Chur-Maynz zu *recognosciren*, hierzu aber wollte sich Chur-Mayntz nicht verstehen, sondern schützte *Identitatem Rationum* vor, und verlangte von Chur-Pfalz wenigstens gleichgültige Güter *Loco æquipollentis.* De Negotio hoc eodem Anno actum fuit in Conventu Francofurtensi, ubi tandem nova conclusa fuit Conventio conf. JOANNIS *in Continuatione Serarii* p. 963. N. 16.

§. 33

Voluit autem JOANNES PHILIPPUS non solum Possessionem legitimam Stratæ Montanæ contra omnes firmare Insultus, sed & aliis prævenire Controversiis ratione Religionis forsan orituris, Jusque reformandi in Terris oppignoratis, quarum facta est Reluitio, stabilire clara Instrumenti Pacis Decisione, cui accessit *secunda* Causa, quæ movit providentissimum Principem scilicet Utilitas Ecclesiæ Würzeburgensis, Civitas enim Kitzingensis, ubi S. Bonifacius jam fundaverat Ss. Virginum Cœnobium, ad novissima usque Tempora conservatum,* ab Episcopo Würceburgensi oppignorata fuit Anno 1443. Marchionibus Brandenburgico-Anspacensibus, hi tanquam Possessores pignoratitii publicum Religionis Protestanticæ Exercitium introduxerunt, Cœnobium quoque prædictum mortua Abbatissa Anno 1544. Sæcularisatum in Emolumentum Marchionum administratum fuit per Præfectos usque ad Tempora Belli tricennalis, ubi A. 1629. Episcopus Würceburgensis pro Tempore Nexu Pignoris per oblationem sortis rescisso præviaque Causæ Cognitione Civitatem memoratam Territorio Ecclesiæ Würceburgensis incorporavit, JOANNES PHILIPPUS in Episcopatu Würceburgensi pariter Successor (qui ex speciali Gratia A. 1647. Protestantibus Kitzingensibus indulserat, ut Exercitio suæ Religionis publico saltem extra Civitatem in Locis vicinis ad Marchionatum Brandenburgicum

gicum ſpectantibus vacarent) ut & Ratione Juris reformandi in hac Civitate exercendi haud novas deberet ſubire Cavillationes, urgebat prædicti Puncti, de quo tantum hactenus diſputatum fuerat ſecundum ſupra expoſita, determinationem, & cum Proteſtantes ſtarent ſemper pro conſervando publico Religionis Exercitio ſubditorum proteſtantium in Territoriis, quorum facta eſt Reluitio, nulla permiſit ratione validiſſimis prolatis Argumentis ** hoc obtrudi onus Dominis Territorialibus, nec ceſſavit, donec de Proteſtantium pertinacia in hoc Puncto triumpharit Catholicorum Conſtantia, additaque fuerit Clauſula, ut de publico ſuæ Religionis Exercitio inter Dominum reluentem & ſubditos tranſigatur, unde in ſubſcripto A. 1648. Die 14ta Martii ab utraque Paciſcentium Parte Articulo Gravaminum Religionis*** formalia occurrunt: *Domino quidem Directo liberum eſſe debet in hujusmodi Terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ Religionis Exercitium publice introducere, Incolæ tamen & ſubditi migrare aut ſuam, quam ſub priori Poſſeſſore hujusmodi Terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deſerere non cogantur, de publico vero ſuæ Religionis Exercitio inter ipſos & reluentem Dominum directum tranſigatur.* quæ retenta ſunt in approbato die 27ma Julii 1648. Inſtrumento Pacis L. c. T. 6. p. 144.

* conf. SERARIUS *in Hiſtoria Moguntina* ex Editione JOANNIDIS pag. 304.

** Argumenta eo redibant, 1) quod Creditor Territorii oppignorati Poſſeſſor intermiſticus invito vero Domino Territoriali non habuerit congruam mutandæ Religionis hactenus Dominantis Poteſtatem, adeoque in eo Statu, quo oppignoratum fuit Debitori, reſtituendum ſit, aut ſaltem huic hoc ipſo competat Jus, ut ad illum Religionis Statum qui ante Oppignorationem viguerat, reducere valeat, nec 2do) Creditor ſuo ſed alieno ſcilicet Domini Debitoris Nomine poſſideat Pignus, adeoque omne in Religione ab ipſo mutatum vitio ſit obnoxium, idque eo manifeſtius, quo firmius eſt Principium: quod Nemo, niſi Territorii Dominus, reformandæ Religionis gaudeat Facultate. 3tio) quod quidem Creditor gaudeat Jure in Re & Pacto antichretico addito omnibus Juribus utilibus ac Fructibus, ſed nullum tamen habeat Dominium, nullam Superioritatem Territorialem Jure proprio exercendam, adeoque nec Jus reformandi nec Facultatem priorem Religionem avitam Domino propriam expellendi introducta nova, ſpoliandi Monachos & Clericos ſuis Bonis, eaque ſibi appropriandi, auferendi Eccleſias &c. adeoque 4to) ad Annum Normalem in hoc Caſu provocari nequeat &c.

*** *In Actis Pacis Weſtphalicæ* T. 5. p. 569.

CAPUT TERTIUM.

De vero ſenſu Paragraphi 27. Artic. V. Inſtrumenti Pacis.

§. 34.

Expoſita hactenus Hiſtoria §phi 27. Art. V. Inſtrumenti Pacis jam quo verus prædictæ Legis ſenſus erit indagandus, ac variæ in Mente Paciſcenti fundatæ Concluſiones exinde erunt deducendæ; ſumma autem Rei in duo c modiſſime reſolvi poteſt Capita, ut prius examinemus, quid Domino Pign facta Reluitione liceat circa Reſtitutionem propriæ Religionis in Territo cujus facta eſt Reluitio, 2do) quouſque procedat Jus reformandi contra ſul tos, qui durante Pignoris Nexu diverſam a Religione alias dominante & Do no directo propria amplexi ſunt Religionem; quoad *primum* Caput determ tur in §pho ſubſtrato liberum eſſe debere Domino reluenti ſuæ Religionis E: citium publice introducere, ex qua Diſpoſitione generali fluit 1) quod In ductio talis procedat in quocunque Ditionis, cujus facta eſt Reluitio, Loco, Domino reluenti videbitur proficuum; id quod 2) etiam procedit, licet il Exercitium Religionis in Anno Normali ibi Locorum inſtitutum non fuiſſet, c ſequenter etiam Monaſteria a Pignoris Poſſeſſoribus ſæculariſata expulſis r tuere poteſt Monachis ac Monialibus vel in alios pro Re nata ac obſervatis ſervandis pios applicare Uſus: * poteſt Eccleſias ædificare novas, vel reſtitu antiquas, poteſt ordinare ſuæ Religionis Miniſtros, Scholas, Academias ſecundum ſuæ Religionis Principia.

* Sic merito Epiſcopus Herbipolenſis ſæculariſatum a Marchionibus Anſpace bus Monaſterium Ss. Virginum Kitzingenſe ac per Præfectos interea adm ſtratum a profanis ſacros in Uſus priſtinos immiſſis poſtliminio illius in I ſeſſionem Monialibus Congreg. S. Urſulæ tranſtulit; ſimili Ratione ſæcular to a FRIDERICO II. Palatino A. 1555. mortuo ultimo præpoſito ord præmonſt. JACOBO ZENTNERO fugatis Monachis Monaſterii Lauriſl menſis in Strata Montana, reditus JOANNES PHILIPPUS Elector Mog tinus cum Conſenſu Pontificis quidem incorporavit Cameræ Archiepiſcop Partem tamen piis aſſignavit uſibus.

§. 35.

Confirmatur igitur in prædicto §pho Jus reformandi quoad Introduc nem Religionis novæ ſeu illius, quæ etiam Anno 1624. in Terris ejuſmodi pignoratis nulla Anni Parte viguit, & ſic quoque confirmatur Regula gener Articuli V. §. 30 ejuſdem Inſtrumenti Pacis ſtabilita, quod membris Imp immediatis cum Jure Territorii ex communi per totum Imperium hactenus

tata Praxi Jus reformandi Exercitium Religionis competat, adeoque in sæpe memorato §pho Quæstionis quoad Dominos Territoriales circa Jus reformandi singularis non est & a Regula generali in Jure Territoriali fundata atque in citato §pho trigesimo stabilita recedens Dispositio, nec Exceptio, cum ex Jure reformandi Territorio cohærente profluat; Exceptionem autem volunt esse Protestantes, qui in Regula Domino Territoriali vi Juris reformandi indistincte negant competere Jus introducendi simultaneum Religionis Exercitium, sed pro Norma ponunt Statum Anni Normalis, ex quo Jus simultanei restringunt, id quod potissimum propugnarunt AUCTORES *Antivindiciarum Statuum Episcopatus Hildesheimensis Evangelicorum* & AUTHOR publicati Ann. 1710. *Tractatus Juris Publici de Statuum J. R. G. Jure reformandi contra vindicias Rittmeierianas*, quos BÖHMERUS & alii dictæ sententiæ adhærentes Protestantes sunt secuti.

§. 36.

Unde nec obstat, quod contra prædicta objecit HENNIGES* hunc disserens in Modum: *si secundum sententiam Catholicorum in Regula ex Jure Territoriali indistincte competat Jus introducendi simultaneum Religionis Exercitium, ad quid opus fuit, ut hac de Re in præsenti §ph. 27. Speciali Placito illud statueretur, cum Lex generalis sufficisset, adeoque Exceptionem*, ait ille, *firmare Regulam in non exceptis, nam si ex speciali Ratione Domino Pignoris liberum est in ejusmodi Terras oppignoratas ad se reversas suæ Religionis Exercitium publice introducere, sane aliis in Locis id ipsum Dominis Territorialibus liberum non erat*; verum Debilitas hujus Argumenti eo magis patet, quo certius constat, Argumentum negativum in Jure nullius plane vel admodum exigui esse Ponderis, non enim sequitur: Domini reluentes habent Jus suam Religionem introducendi in Terris, quarum facta est Reluitio, ergo reliqui Domini Territoriales in suis Territoriis non habent: negatur enim Consequentia, quid enim obstat? ut hisce Jus generaliter jam competens de novo in Casu singulari proposito specialiter ex Abundantia quadam, quæ Instrumento Pacis frequens admodum est, confirmetur? 2do) non satis mirandum, quod prælaudatus Author Dispositionem hujus §phi non ex Jure reformandi & Regula deduxerit, sed specialem contenderit esse Exceptionem, cum alibi tamen pro Libertate introducendi simultaneum profluente ex Jure reformandi steterit, adeoque patet, quod HENNIGES sibi non satis fuerit constans in hac Materia.

* *In Med. ad Instr. Pacis spec.* 3. p. 331.

§. 37.

Quoad *secundum* Caput, quid possit Pignoris Dominus circa Abolitionem Religionis durante Pignoris Nexu a Creditore introductam? cum subditi

vi Dispositionis in §. 27. occurrentis migrare, aut suam, quam sub priore Possessore ejusmodi Terrarum oppignoratarum amplexi sunt, Religionem, deserere non cogantur, sed de publico suæ Religionis Exercitio inter ipsos & reluentem Dominum transigendum sit, peculiarem plane & diversam a Conditione aliorum subditorum in hoc §pho deprehendimus Dispositionem, quæ acuratius hoc Loco examinanda erit:

Et quidem ut in Systemate Rem proponamus, imperterrita stat Catholicorum Sententia in Instrumento Pacis solidissime fundata, quod quilibet Dominus Territorialis in Thesi habeat Jus reformandi, quod quidem respectu Catholicorum non in Advocatia Ecclesiastica,* sed in ipsa respectu omnium tam Catholicorum quam Protestantium fundatur superioritate Territoriali, prout illud clarissima Instrumenti Pacis Verba Art. V. §pho 30. 42. 43. 44. confirmant; Regula itaque generalis est: quicunque gaudet superioritate Territoriali, gaudet quoque reformandi Jure, vi cujus Dominus Territorialis non solum suam novamque Religionem pro lubitu introducere, verum etiam subditos alienæ Religioni addictos observatis tamen præscriptis pro Re nata & in Favorem emigrantium concessis Beneficiis ad emigrandum compellere potest: hujus Regulæ Exceptionem ponit stabilitus in subsequenti §pho 31. Annus decretorius, dum cit. Loco dicitur: *hoc non obstante*, hoc est: non obstante Regula generali in §pho 30. posita, quod quivis Dominus Territorialis gaudeat Jure reformandi, si subditi Anno 1624. habuerunt publicum vel privatum Religionis in Imperio permissæ Exercitium, relinquendi sunt in eo Statu, qui fuerat prædicto Anno, nec tales subditi ad emigrandum compelli possunt, & sic Jus reformandi ex Parte fuit limitatum.

* Prout sentit cel. Barthel in Diss. *de Jure reformandi novo* p. 132.

§. 38.

Cumque recensita hæc Principia fundentur in clarissimis Legum Imperii fundamentalium Verbis, merito a Catholicis contortæ Protestantium & in Fraudem Legum inventæ Interpretationes, dum subverso veri systematis Ordine Exceptio transformatus in Regulam, in scriptis eorum simultanei Introductionem impugnantibus ad Nauseam repetitæ spernuntur, ac ridentur vanæ sine Legibus sententiæ.* Constitutio citati §phi 31. quæ saltem Regula specialis merito dici potest, Art. V. §. 27. respectu Terrarum oppignoratarum, quarum facta est Reluitio, partim fuit retenta, partim limitata, retenta fuit in eo, quod, si tales subditi habuerint publicum vel privatum Religionis Exercitium in Anno Normali, neque emigrare, neque priorem suam Religionem deserere cogantur, limitata autem fuit eatenus, quod etiamsi in Anno Normali subditi Exercitium Religionis

nis habuerint publicum, tamen propterea non sint securi, illisque nihil prosit illius intuitu Possessio Anni Normalis, sed demum inter ipsos ac reluentem Dominum desuper sit transigendum, prout etiam hoc fatetur HENNIGES.** Quod igitur hi subditi migrare non teneantur, in hoc sunt melioris conditionis, quam alii subditi, qui neque publicum neque privatum Exercitium Religionis Anno 1624. habuere, his enim imperari potest, ut emigrent, uti Dispositum §. 36. Instrumenti Pacis Art. V. & in eo, quod Ratione Exercitii Religionis publici Transactioni Locus detur, sunt Conditione deteriores illis, de quibus fit Mentio Art. V. §. 31. Instr. Pacis, qui scilicet habuere publicum vel privatum Religionis Exercitium in Anno Normali. ***

* Scriptores de Jure reformandi & Exercitio Religionis simultaneo recenset HOFMANN *in Bibliotheca Juris publici* pag. 348. Imo etiam varii Protestantes, veluti HENNIGES, SCHMAUSS, AUTHOR des Bedenkens: ob ein Landes-Herr das *Exercitium* seiner *Religion* an dem Ort, wo solches A. 1624. nicht gewesen ꝛc. einzuführen berechtiget ꝛc. Catholicorum sententiæ accedunt.

** *In Medit. ad Instr. Pacis spec.* 3. p. 331.

*** Conf. WEDEKIND in Diss. *de eo, quod justum est ex Instrumento Pacis circa Introductionem Religionis in Imperio R. G. tolleratæ in Territoriis, in quibus Anno Decretorio non viguit* §. 15. & *BOCKEN in Notis ad Blumii Processum Cam.* T. 28. p. 231.

§. 39.

Secundo ex eo, quod citatus §phus 27. sit Exceptio Regulæ specialis §pho 31. Stabilitæ: ex qua alios metimur subditorum publicum & privatum Religionis Exercitium, fluit, quodsi subditi habitantes in Territorio quondam oppignorato non habuerint in Anno Normali publicum vel privatum Religionis Exercitium, tunc neque transigendum sit cum Ipsis de publico Religionis Exercitio, nec teneatur privatum illis relinquere Dominus Territorialis, nec gaudeant tales subditi, Tolerantia, sed si Princeps jubeat, eosque transplantare nolit, * debebunt emigrare, participantes saltem de communibus emigrantium Beneficiis, quidquid in Contrarium sine Argumentis differat HENNIGES Loco cit. p. 336. fusius HENNIGESII sententiam tuetur JOANNES GUILIELMUS HOFFMANN, ** cujus verba hoc Loco inserere non abs Re erit, dum ait: *quamvis Res ita se habeat, ut Statibus Imperii Emigrationem subditis injungendi Potestas omnino competere videatur, sunt tamen Nonnulli, qui quamvis Anno 1624. nec publico nec privato Religionis Exercitio fuerint gavisi, nihilominus tamen inviti pelli nequeunt: huc eos refero, qui in Territorio, quod Status ab immemoriali Tempore invicem sibi oppignorarunt, a Debitoris reluentis Religione dissidere deprehenduntur, de his perspicue Pax Westphalica*: Incolæ tamen & subditi migrare aut

 suam,

suam, quam sub priori Possessore hujusmodi Terrarum oppignoratarum amplexi fuerant Religionem, deserere non cogantur, *atque ita hac Ratione melioris longe Conditionis esse videntur subditi in Territorio oppignorato, quam quidam cateri in aliis Terris, qui nullo Religionis Exercitio, Anno 1624. gavisi Domicilium deserere cogi possunt, ita Illis hoc Commodum per Pacem ideo concessum esse videtur, quia de reliquo sortis sunt deterioris, aliis enim Exercitium, quod Anno 1624. obtinuerant, interverti nullo Colore potest, in oppignorato autem Territorio, quamvis eandem Normam urserint Evangelici, eo tamen Catholici Rem perduxerunt, ut quoad publicum Religionis Exercitium utramque Paginam faciat Principis, cum quo transigere jubentur subditi, Arbitrium, ita Pax:* de publico vero suæ Religionis Exercitio inter ipsos & reluentem Dominum directum transigatur; *hanc, ut diximus, Conditionem duriorem compensavit illa Conscientiæ & in Territorio, quamvis nullum subditis Anno Decretorio fuerit Religionis Exercitium, permanendi Libertas, quæ ut illibata conservaretur, summa profecto flagitabat Æquitas: nam cum ad Creditorem simul cum Pignore transeat Territoriale & ex eo fluens reformandi Jus, durius equidem fuisset reluenti Debitori præter illud publicum Exercitium determinandi & arctioribus Limitibus includendi Arbitrium, plenam quoque ejiciendi subditos concedere Potestatem: hoc primum esto cessantis Emigrationis necessariæ Exemplum.*

* Conf. Ickstatt *de Jure Statuum Imperii expellendi & transplantandi subditos diversam a Territorii Domino Religionem amplectentes.* Cui autem frustra opposuit Engau Programma: *An Cives Religionis Causa emigraturi queant transplantari?*

** In Diss. *de Jure emigrantium ob Religionem.* §. XI.

§. 40.

Verum omnia hæc sunt irrelevantia, §phus enim 27mus in Favorem Dominorum Territorialium Catholicorum positus, prout constat ex Historia Pacis Westphalicæ, non potest detorqueri in eorum odium, de subditis enim, qui in Anno Normali non habuere ullum Religionis Exercitium in Territorio oppignorato, nullatenus in Congressu Pacis Westphalicæ, prout manifeste denuo ex illius Actis patet, fuit disputatum, de hisce enim, quod Emigratio ipsis injungi possit, generalis Dispositio §. 36. Instrumenti Pacis Art. V. jam nota erat, sed de iis tantum Quæstio erat subditis, qui habuere in Anno Normali publicum vel privatum Religionis Exercitium, & hisce nullum volebant ab Initio largiri Catholici Religionis Exercitium urgentes, quod Creditor tanquam Possessor Pignoris mere civilis concedendo alterius Exercitium Religionis non potuerit præjudicare Domino, cum Creditori nullatenus citra Consensum Domini Pignus deteriorare aut in eo aliquid immutare liceat, hinc Possessio talis Exercitii Religionis etiam in Anno Normali penes Creditorem Pignoris habita

tan-

tanquam illegitima & ad Normam §phi 31. Instrumenti Pacis non sufficienter qualificata impugnata est, tandem Controversia decisa fuit, ac Via media placuit, ut ad emigrandum aut mutandam Religionem tales subditi cogi non possint, neque tamen ea etiam Libertate per omnia gaudeant, qua Vi Articuli V. §. 31. alii, qui habuere in Anno Normali publicum Religionis Exercitium, fruantur, adeoque frustra cit. HOFFMANN fingit Religionis Commodum, ubi nullum est, frustra fingit contra Analogiam Instrumenti Pacis Æquitatis ac prætensæ Compensationis Fundamentum.

* Adeoque frustra DECKHERRUS *in Vindiciis ad Blumii Processum Camer.* T. 28. N. 45. quærit: an & quale Tempus habitæ vel possessæ sub priori Creditore Possessore Religionis §. 27. subintelligendum? an sufficiat quocunque Tempore aliam Religionem exercuisse, an ante conclusam Pacem novissimum exigendum, an vero hic quoque Annus 1624. tanquam decisorius requirendus? Quæstio enim est inutilis ac male movetur Dubium, ubi nullum est. Adhuc magis inconcinne respondet, non hic supponi Tempus Anni Normalis, si enim hoc Anno Exercitium Religionis viguisset, ait ille quid hac Lege scilicet §pho 27mo opus fuisset, cum Res jam clara fuerit per §phum 31. sed sufficere, quocunque Tempore subditi fuerint in Exercitio suæ Religionis, licet forte non injuste ultimum etiam Tempus usque ad conclusam Pacem vel saltem Reluitionem intelligendum sit, nec stringit Argumentum pro confirmanda ejus sententia adductum, dum ait: non mediocrem esse Iniquitatem, si subditi de Religione Anno 1624. omnibus Imperii Membris adeo inviolabili Fide servanda exercita, tum demum cum Dispendio pridem defensi Juris pacisci vel transigere deberent;

Absque Dubio enim Tempus anni regulativi inspiciendum, & ad illud Exercitium Religionis continuandum Dominus reluens solummodo tenetur, solutio etiam horum Argumentorum ex Dictis satis fluit, iisque fusius satisfecit BOCKEN L. c. p. 231.

§. 41.

Tertio, Tales subditi non possunt cogi, ut Religionem, quam interea amplexi sunt, deserant, per Coactionem autem hoc Loco intelligitur non absoluta sed talis, quæ alias in Imperio est permissa intuitu subditorum, qui nec publicum nec privatum Religionis Exercitium in Anno Normali habuerunt, scilicet conditionata, ut vel emigrent, vel Religionem suam deserant, & hæc Coactio conditionata inhibita est intuitu talium subditorum nec ad Emigrationem Religionis Causa compelli possunt, & cum hoc in Favorem eorum statutum sit, sequitur, quod non nisi Emigratio talium subditorum voluntaria sit: de cætero non quidem indistincte, sed suppositis supponendis Locum habet, potissimum autem Emigrationi tali voluntariæ accedere debet Consensus Domini Territorialis, hoc enim invito secundum Principia Juris Publici universalis Emigratio a subdito fieri nequit; fuit quidem ex Dominio eminente per Pacem West-

Westphalicam in nostro Imperio derogatum Juri huic Dominorum Territorialium quæsito ac permissa subditis, si lædatur Conscientiæ Libertas, nec habeant publicum vel privatum Religionis suæ Exercitium in Territorio, ubi degunt, Emigratio etiam invitis in Regula Dominis Territorialibus, hæc enim ad Libertatem Conscientiæ conservandam est comparata, quam si Dominus indulgere subditis nolit in Territorio suo, concedat tamen necesse est, ut quærant subditi illam in alieno: verum cessante hac Causa, dum scilicet, prout in Substrato se Res habet, subditi gaudent Religionis sibi propriæ Exercitio vel publico vel privato, in Illos non cadit Domicilii Religionis Causa Mutatio, cessat etiam Emigratio subditorum invito Domino Territoriali suscepta, & manet illibatum Jus huic in subditos quæsitum.

§. 42.

Quarto ex Verbis citati §phi 27. fluit, quod in Regula Debitor & verus Territorii Dominus Exercitium Religionis publicum, quod interim a Creditore ceu Possessore Pignoris introductum est, pleneque in Usu fuerat 1624. tolerare non teneatur, sed justissime illud abrogare possit, donec sequatur Transactio,* Necessitas enim transigendi subditis imposita est in Favorem Dominorum Territorialium & non imperative, prout quidam volunt, Dominis Territorialibus Transactio fuit præcepta, sed saltem Beneficium transigendi subditis relictum fuit, prout ait HENNIGES,** solatio quidem non omnino nullo, sed sane exiguo, cum in ejus Generis Transactionibus non possit non semper subditorum deterior esse Conditio, adeoque clarissimum est subditos ex Possessione nullum habere Jus, sed demum exspectandum esse, an Dominus Territorialis in Transactione aliis forsan oblatis commodis concedere velit, publicum Religionis Exercitium, an vero denegare.*** Si enim teneretur præcise concedere, fuisset Ipsi injunctum in Instrumento Pacis & non tanquam Res dubia exposita Transactioni a Subditis tentandæ, male igitur tuetur BÖHMERUS,**** Quod antequam ita transigatur, subditi in publico Religionis Exercitio, quod A. 1624. habuerunt, relinquendi sint, cum alioquin Transactio omnis illusoria foret, si reluenti permissum esset eis sacra publica interdicere, & quod non transigendum sit de Exercitio Religionis publico, sed de Modo hujus Exercitii, nam irrelevantia horum Argumentorum satis patet ex Dictis: quodsi autem, cum omnes Transactiones earumque Capita meræ sint Voluntatis non Necessitatis, inter talem Dominum reluentem ejusque subditos conveniri non possit, frustra hujus Controversiæ inquiritur Judex, nullus enim adest, nam Judicis licet alias competentis non est Partes ad aliquam Transactionem cogere,***** vel sententiam proferendo dicere, quantum altera alteri largiri, quantum retinere, quantumve remittere in Casu penes Judicem prorsus illiquido debeat; neque Quis

Quis invitus eatenus Compromisso se submittere tenetur, unde Dominus Territorialis recte tam diu denegat publicum Religionis Exercitium talibus subditis, donec arridentes offerantur ineundæ Transactionis Conditiones.******

* HENNEMANN Diss. *de Jure Oppignorationum antichret.* Thes. 22.

** L. c. p. 335.

*** Justissime itaque Elector Moguntinus in Præfecturis Stratæ Montanæ Exercitium Religionis publicum Religionis Protestanticæ, quod ibidem A. 1624. in Usu fuit, ex Introductione Creditoris pignoratitii Electoris Palatini abolevit, & subditi Beneficio §phi 27. cit. contenti esse debebant, quod scilicet non potuerint cogi ad emigrandum, neque ad deserendam Religionem, quam sub priore Possessore Electore Palatino amplexi fuerant.

**** *In Jure Ecclesiastico Protestantium* T. I. Tit. 1. §. 65. p. 64.

***** Conf. BERN. SCHULZ *de amicabili Compositione.*

CHRISTIAN HARPRECHT Diss. *de Judiciali Transactione.*

HEIMBURG Diss. *de Transactione Judiciali invita.*

THOMASIUS Diss. *de amicabili Compositione.*

****** Adeoque Würceburgenses, qui diu se opposuerunt Exercitio Religionis publico ab Incolis Kitzingensibus Protestanticis prætenso, in novissimis vero Pactis largiti illud sunt, plus forsan concesserunt, quam vi Legum Imperii erant obligati, quantum autem de hoc Argumento disputatum fuerit, patet ex Actis publicis. Conf. Allerhand zum theil und nicht allerdings bekanter jedoch *Authoritate publica* leicht zu erforschender Religions-Bedruck, so denen Evangelischen zu Kitzingen von dem Catholischen Clero zugefügt wird in *CORP. GRAV. RELIG.* P. 5. p. 110. N. 118.

Cui opposita Würtzburgische *Refutatio* des *Gravaminis* 118. *Corporis Evangelici in Comitiis.*

§. 43.

Quinto, certum est, quod talibus Subditis denegari nequeat Exercitium suæ Religionis privatum, licet autem sæpius disputatum fuerit, quid ad Exercitium Religionis privatum referendum sit.*

* GUNDLING *in Discursu* über den Westphälischen Frieden ad §. 27. Art. V. p. 327. ait: jedoch hätte billig sollen *determiniret* werden, was *ad privatum Religionis Exercitium* gehöre, dahin sonderlich ein Haus-Prediger und *Informator* zu *referiren*, welches die Catholicken nicht leyden wollen, weswegen die Protestanten sich sehr beklagt, daß man sich *in hoc Passu* nicht besser *prospicirt* habe.

§. 44.

Sexto cum cit. §phus 27. de Bonis inter Status Imperii sibi invicem Pignoris Jure ante Hominis Memoriam obligatis a Debitoribus vero reluendis verba

faciat, quæri posset: an idem Juris sit in Bonis ante Bellum tricennale jam durante oppignoratis? *Resp.* cum adsit Identitas imo Majoritas nis, nam in Statuum Imperii Oppignorationibus inter se factis, quæ licet ante Hominis Memoriam oppignoratæ, soluta sorte Reluitioni sun noxiæ, attamen Dominus facta Reluitione in his suæ Religionis Exercitiu blice quidem introducere potest, Incolæ tamen & Subditi migrare aut sua ligionem, quam sub priori Possessore amplexi fuerant, deserere non cog exinde infertur illa Bona, quæ minori Tempore, quam immemoriali Imperii inter se oppignorarunt, eo magis subjacere Reluitioni & Dominu luentem de Puncto Religionis semper Dispositionem dicti §. 27. præ ocul bere debere.* Argumento huic alia addit DECKHERRUS, dum ait, §phus 27. sit Limitatio §phi 31, qui loquitur generaliter de quibuscunqu ritoriis, consequenter & §phus prædicti restrictivus. 3) probari nequit *ante Hominis Memoriam* Restrictionis & Exclusionis aliorum Bonorum rec oppignoratorum Causa inserta fuisse. 4) ex Connexione §phi 26. cum §h satis patet, quæ Controversiæ (scilicet circa tales Oppignorationes antiqu inserendo Articulo Ansam dederint, unius autem Positio non est Exclusic rius.

* BOGKEN *in Notis ad Blumii Processum Cameralem.* Tit. 28. N. 45.

§. 45.

Male autem Dispositio §phi 27. Occasione verborum *Domini directi* ditur ad Casum, si Feudum Morte Vasalli, Felonia aliave quacunque just tione ad Dominum directum reversum fuerit, hoc enim in Casu generale strumenti Pacis Dispositiones Art. V. §. 31. 34. 35. 36. pro Re nata hab Locum, Verba enim *Domini directi* in latiori ibi posita sunt Significatu, d inter Vasallum & Creditorem Pignus possidentem maxima est Disparitas enim est Dominus utilis, cui Omnia Domini Jura competunt, Hic autem Possessor civilis, qui Domino nullatenus præjudicare potest, itaque in di nulla formari potest Illatio, maxime cum Dispositio §phi 27. supponat C specialem de Bonis oppignoratis, qui nullatenus extendendus.

§. 46.

Ultimo denique adhuc moveri potest Quæstio: utrum Domino Reli Lutheranæ vel sic dictæ Reformatæ addictus in Subditos per Reluitionem reversos idem Juris competat? itemque: an Exercitium suæ Confessionis licum in hac Ditione noviter instituere possit? allegabitur, ait DECKH l. c. utrinque Textus generalis §phi 27. Verum probabilius memoratus §phus 27. ad Protestantes inter se spectatos non pertinet, cum ex H

Pacis Westphalicæ pateat tantum cit. §phum conditum fuisse, dum Quæstio fuit Catholicos inter ac Protestantes; quæ autem inter Protestantes, quocunque Titulo nacti fuerint Territorium, obtinere debeant, dispositum fuit Art VII. scilicet Dominus Territorialis solum privatum in Residentia sua pro se & Domesticis sine Onere Subditorum habere potest Exercitium, nec aliud Jus reformandi aut Exercitium publicum introducere potest nisi cum Subditorum Consensu.

Conf. BUCKISCH *in Observat. ad Instrumentum Pacis.* Art. V. Obs. 60. BÖHMER *in Jure Eccles. Protest.* Tom. I. T. I. §. 79.

T A N T U M.



Animadversiones Editoris.

Ad *Cap. 1. §. 10.* Instrumentum oppignorationis Stratae Montanae, ex quo hic aliqua excerpit Auctor, nunc integrum edidit KREMER in der Geschichte Kurfürsten Friderichs des *I.*, in den Urkunden *N. CXI. p. 319.* eidem plane conformia sunt verba ab Auctore relata, paucis quibusdam, sed nullius momenti mutatis. Unde vero oppignorationes istae in Germania usitatae a labe usurarum vindicari possint, dixi paucis in *Instit. meis Part. 4. §. 39.* Conf. ZECH *De Rigore moderato doctrinae Pontificiae circa usuras, Ingolstad. 1747. Diss. 2. Cap. 1. Sect. 4. a §. 101. seqq.*

Ad Cap. 1. §. 14. Plura exempla ejusmodi oppignorationum, atque actorum recentium circa easdem refert MOSER *Tract.* von der teutschen Reichsstände Landen, Deren Landständen, Unterthanen 2c. 1769. Erstes Buch. 6. Cap. von Pfandschafften, auch widerkäufflichen Landen und Gebieten. §. 33. *seqq.* Controversia, quam hic memorat Auctor, inter Duces Saxovinarienses et Abbatiam nunc Episcopatum Fuldensem circa Praefecturam Fischbergensem transactione finita est 1764. 24. Maii. Casus in materia ab Auctore pertractata propterea notandus, eoquod hic habeatur exemplum, ubi subditis per reluitionem ad Dominum suum reversis circa Religionem plura concessa sunt: ita enim promittit subditis istis Episcopus Fuldensis in declaratione, quae habetur *Tom. 14.* Der Neuen Staatscanzley *p. 381.* „Erklä„ren Wir Uns auf die deßfalls gepflogene Unterhandlung, so viel den Uns „überlassenen Antheil besagten Amts Fischberg betrifft, in Gnaden dahin, „und versprechen sämtlichen darinn wohnenden Evangelischen Unterthanen

„und ihren Nachkommen per modum pacti transactionis hiermit und in Krafft „dieses Briefes, daß Wir dieselbe in bemeldter ihrer Religion und Gottes„dienst mit Reformation oder sonsten, weder directe noch indirecte nicht tur„biren, oder kränken, sondern sie und ihre Nachkommen samt und sonders „bey dem Exercitio publico und privato der Evangelischen Religion bey denen „Kirchen und Schulen, auch Pfarr- und Schulbesoldungen in fixo, wie „auch Juribus Stolae und Accidenzien. ...... ohne alle Hinderung und Ab„bruch beständig lassen, und ihnen samt und sonders deme zugegen über kurz „oder lang nichts zumuthen, noch das solches von denen Unserigen geschehe, „gestatten wollen. Wobey im Fall NB. Wir als Territorial Herr, Unsere „Religion im besagtem Amt exerciren wollten, solches jedoch jezt erwehnten „Unsers Amts Fischbergs Unterthanen jezt zugestandenen Exercitio ihrer Re„ligion cum annexis ohnabbrüchig seyn, und denselben einiger Beytrag oder „Praestation an die Catholische Priesterschafft, Kirchen und Schulgebäude „nicht aufgebürdet, auch in ihren Kirchen und Schulen kein Simultaneum „eingeführt werden soll." Subjungitur dein p. 390. ex ipsa transactione *Extract* aus dem Vergleichungs-*Receß* vom *24. Maii 1764.* den *punctum Religionis* in dem an Fulda überlassenen Antheil betreffend. *Adde, Tom. 13. p. 370.* ubi habentur literae nomine domus Saxo-Isenacensis et Vinariensis hanc transactionem toti Imperio significantes.

Ad ejusdem Cap. §. 15. seqq. De hac controversia circa Praescriptionem contra Oppignorationes saltem hominum memoriam excedenter, id adhuc notari meretur ex MOSERO *l. cit. §. 51.* sensum *Art. 5. §. 27.* ad quem locum etiam provocat Auctor, inde etiam illustrari; quod inter alia occasio hujus textus Instrumento Pacis inserendi fuerit controversia inter Domum Austriacam et Würtembergicam circa Dynastias Achalm, Blaubeuren et Stauffen anno 1370. ab Austria Würtembergicis oppignoratas: atqui sic anno 1648, ubi Pax conclusa fuit, diu jam Praescriptio immemorialis etiam completa fuisset: Domui nihilominus Austriacae *Art. 4. §. 24.* jura in has Dynastias competentia expressis verbis reservantur: *Domus Würtembergica .... restituatur .... in Dynastias Blaubeuren, Achalm, et Stauffen, cum pertinentiis, et sub praetextu pertinentium ad eas occupatis bonis ..... salvis tamen et reservatis Domus Austriacae nec non Würtembergicae in supradictas Dynastias ..... praetensis juribus, actionibus, exceptionibus et remediis atque beneficiis juris quibuscunque;* quae res transactione composita fuit 1692. persoluta Austriae certa pecuniae summa, eaque vicissim juribus suis renuntiante, uti videre est apud eundem MOSER in *Miscellan. Jurid. Histor. Part. 1. p. 35. seqq.* Id adhuc videtur difficultatem facessere quod in cit. *Art. 5. §. 27.* adjicitur, *si sententia reluitioni locum concedat*, ex quo sua sponte consequi videtur, igitur casum esse posse, ubi per sententiam judi-

recte reluitio denegari queat; quinam autem, nisi praecipue, ubi jam nit Præscriptio immemorialis? atenim verbis recitatis sensu quam maxi- prio et naturali jam satisfit, quodsi intelligantur de eo casu, qui utique : facile potest,' dum quis per documenta quædam ostendere judicique acere conatur certa quaedam bona, quae cupit reluere, huic ipsi relui- noxia esse; judici autem fortasse intentio Actoris ex documentis ab eo non satis videtur constare, atque ita jus reluendi denegandum adhuc

Ad ejusdem Cap. §. 25. seqq. Praeter ea, quae hic Auctor allegat pro ce- ie et plane memorabili controversia circa exauctorationem DIETHERI *tini* a Pontifice attentatam, documenta plura insignia nunc extant in ci- ndum KREMERI *Historia Friderici I. Victoriosi* Electoris Palatini, uti amentis subjunctis *N. LXXIII.* Bündniß zwischen Erzbischoff Die- von Mainz und Kurfürsten Friederich *I. 1460.* *N. LXXIV.* niß derer dreien Kurfürsten von Mainz, Pfalz, und Branden- n der Mainzischen Sache des Erzbischoff Diethers *d. d.* Nüremberg onntag *Reminiscere 1461.* Notanda sunt in hoc foedere: „Und ab das das an unser eynen ader mehr ennicherley rede ader teydung qwemen angelange würden es were von unserm heiligen Vater dem Pabst ei- Romeschen Legaten unserm Herrn dem Romeschen Keyser ader von das were damit man uns understeen wolt zu trennen sul- und wollen wir und unser yder in keinerley Vorwort komen sulchs ufnehmen es geschye dann mit unser allen wissen und gu- villen und uns in keynem von einander trennen lassen &c. *N. LXXX.* niß zwischen Erzbischoff *Diether* von Mainz, Kurfürsten Friederich er Pfalz und Grav *Philipp* von Kazenelenbogen entgegen den Erz- off *Adolph* von Mainz d. d. Weinheim auf St. Elisabethen Tag N. LXXXII. Antwort Marggraven *Carls* von Baden an Kurfür- riederich d. d. Dienstag nach dem Sonntag *Reminiscere 1462.* No- unt, quae ibidem inquit de Pragmatica Sanctione a *Diethero* proposita: gemeinen Volck daß ferner nit weiß oder versteet und fürbaser nit fra- wirdet von den verkerten fürgehaben was grosen Unraths von Bebst- und Keiserlichen gewalt erschyne wider denselben von Ysenburg und egegen ime darumbe daz er habe fürgenommen die dinge die er zu ere uz tutscher Natcion dyenen mochten da sy das man ginge in Pragmati- sanccionem die der Christenlist Konig zu Franckerich mit sinen riche wid- n stule zu Rome habe ꝛc. N. LXXXIII." Wieder antwort Kurfürsten richs auf Marggraven Carl von Baden Antwort d. d. Heidelberg m h. Palmtag 1462, ubi *Dietherum* ab accusationibus vindicat: no-

 tanda

tanda sunt, quae ibidem inquit de Statutis Ecclesiae Moguntinae ab *Adolph* *Dietheri* adversario iterato juramento firmatis: „Darzu haben wir vor d „warheit auch geantwort ir bewegen uns aber mit uberflisigen unnotturft „gen Schriben den Dingen ferrer nachzufurschen und hant vermerckt d „uwer Vetter Her Adolff Thumhere zu Menz worden sy da habe er zu einen „male und als er zu Cappittel gelassen ist zum andernmale darnach als Er „bischoff Diethrich selige abegangen ist zum drittenmale Statuta und Gese „des Tumstiffts zu Menz globt und zu den heilgen gesworn das sol under ai „dern inhalte das ir keiner nach dem stiefft steen sol und NB obe ir einem vc „unserm heiligen Vattere dem Babst der stiefft oder ycht wider den stiefft g „ben worde das er das nit annemmen solle das auch alle Dumherren geen B „schoff den sy einmüthig erwelen daby hanthaben sollen." N. LXXXIII. **Weitere Antwort des Marggraven Carls von Baden an Kurfürst Fri derich von der Pfalz** *d. d.* **Baden Freytag nach dem Sonntag** *Exau* *1462*. notanda, quae Electori nimirum ex principiis praeposteris ejus ae oggerit: „und nun in dütscher Nacion und der ganzen Christenheit kunntli „ist, das ir durch solche Missethate sind entwirdigt entsazte und verfluchet un „verdampnet nach lut der Bäbstlichen Bullen und Processe die darüb „usgangen sind ꝛc." Praeter alia dein plura N. XCIII. **Urkunde der pähstlichen Legaten über die Losssprechung vom Bann vor Kurfürst Friedrich** *d. d.* **Worms 13 Merz. 1464.** inter alia conceditur facultas L gatis, Fridericum et adhaerentes, *reabilitandi . . . ad honores dignitates offi beneficia privilegia dispensaciones indulta feuda homagia obediencias civitates terr castra bona et jura omnia spiritualia et temporalia*, et in *Bulla absolutionis d. Romae quarto idus Junii 1464*. inter alia dicitur: et *nihilominus pro potiori c tela omnem indignationem hujusmodi tollentes, teque subditos adherentes et al predictos, ad gratiam et benivolentiam nostram* et *Sedis predicte recipientes a censu et penis predictis auctoritate apostolica predicta de novo absolvimus, interdicta huj modi relaxamus et ad honores, dignitates et famam Civitates, castra, loca, feu et homagia, ac prout per eosdem nuntios reintegrati fuistis, reintegramus et repo mus, interdicta relaxamus* &c. Quantum his formulis ex principiis hodie p sim adoptatis, iisque Sanioribus sit tribuendum, hujus loci non est fusius jicere.

Ad Cap. 3. §. 43. De eo, quod hic Auctor asserit, subditis oppign ratis saltem privatum deberi Religionis suae exercitium, vide Dissertat. sequ tis D. ENDRES de eodem hoc argumento *Cap. 2. §. 9.* ubi id negatur, cont riumque statuitur.



VI J

VI.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES U. J. D.
SS. Can. in Univ. Wirceb. P. et O. &c.

DISSERTATIO JURIS GERMANICO-ECCLESIASTICO PUBLICI
DE

SUBDITIS QUONDAM OPPIGNORATIS

A COMMUNI ALIAS
ANNI DECRETORII BENEFICIO PENITUS EXCLUSIS
AD ILLUSTRANDUM INSTRUMENTI P. W.
ARTIC. V. §. XXVII.

Wirceburgi 1770.

PRÆFATIO.

Illuſtre profectò Thema eſt, quod præſens Diſſertatio, quam publico Eruditorum examini pro Academica libertate ſubmiſſum eo, exbibet, & Inſtrumenti Pacis Oſnabrugenſis Art. V. §vus XXVII. ſubminiſtrat. In paucas tamen anguſtasque baſce pagellas illud conjicere me poſſe confido, anguſtiis ipſemet temporis coarctatus. Neque enim integrum §vi allegati, qua late patet, ambitum exhaurire animus eſt.

Prætermiſſis videlicet iis, quæ ſive ad ipſam *terras inter immediatos Imperii Status invicem oppignoratas* reluendi facultatem *diu diſceptatam, ac demum diſerta Pacis litera, in via tamen Juris, auditis poſſeſſorum exceptionibus, ac per ſententiam judicialem, quæ in rem judicatam tranſierit, diſcuſſis, ſorteque numerata,* conventam; *ſive* ad poteſtatem *debitoris reluentis, quem Dominum directum tabulæ Pacis appellitant,* introducendi libere *propriæ Religionis ſuæ exercitium diſertis verbis expreſſam pertinent;* ad ſolos *duntaxat* ſubditos, *qui ſub priori* pigno-

pignoris possessore, sive creditore suæ Religioni addicto, ejusdem exercitium cum annexis & fundationibus, aut quibuscunque reditibus ac bonis possederant, illud restringo, ut eosdem a favore & beneficio §. XXXI. ejusdem Artic. V. penitus, sive quoad exercitium suæ Religionis a Domino Territoriali reluente diversæ, sive quoad dicta annexa reditus, fundationes & bona exclusos, atque ad solam cum Domino Territoriali transactionem amandatos ostendam.

Hoc in argumento ita versabor, ut primo *Capite nudam Tractatuum seriem atque* Historiam *uno quasi obtutu ob oculos sistam;* alter *asserta Theseos inde* argumenta *colligam, ac* tertio *demum* opposita, *quæ hinc inde sparsim a diversis Doctoribus Protestantibus obmoventur, referam, ac congruis responsionibus, intentioni summorum Paciscentium æque ac literæ Pacis undequaque commensuratis, dissolvam.*

Cum via, quam omni cum modestia terere mihi propositum est aliam planiorem aut luculentiorem, magisque sinceram vix indigitari aut invenire liceat; de servato, quod decet, ac debetur, doctrinalis interpretationis moderamine, indeque contra inviolabilem iteratamque I. W. probibitionem non minus, quam veneranda Augustissimorum Imperatorum Decreta securum me existimo; Tibi vero, B. L, penitus persuasum esse vehementer cupio, amicam me in omnibus veritatem, seposito omni affectu partiumque studio, consectari, plane proinde confidens, eam in nativo nitore suo expositam, omni licet fuco aut prolixis verborum ambagibus nudam, displicere tibi haud posse. Vale.

CAPUT I.

Historica Tractatuum Pacis Osnabrugensis ad Art. V. §. XXVI. pertinentium series.

§. I. *Protestantium in permittenda oppignorationum reluitione difficulta ad facilitandam Religionis conservationem diu protracta.*

§. II. *Prima Protestantium postulata omnimodæ oppignoratorum cum aliis subditis æqualitatis nec responso a Catholicis dignata.*

§. III. *Continuata Cæsareorum renitentia usque ad annum MDCXLII.,*

§. IV. *Per privatam* VOLMARI *opinionem non sublata mense Martio & Aprili ejusdem anni.*

§. V

§. V. *Protestantium saltem quoad communionem Templorum in terris oppignoratis remissio.*

§. VI. *Caesareani, praetermissa Templorum communione, solius alicujus liberi exercitii permissionem a Protestantibus acceptatam obtulerunt.*

§. VII. *Catholici, uti integro puncti gravaminum Projecto, ita & permissioni solius Exercitii a Caesareis projectatae quoad oppignoratos contradixere.*

§. VIII. *Subsecuta totius puncti oppignorationum ad Comitia remissio,*

§. IX. *Diuturniori Catholicorum insistentia retenta,*

§. X. *Non ob causas tantum Politicas, sed quam maxime Religionis intuitu.*

§. XI. *Concluso licet reliquo Gravaminum Articulo, punctus oppignorationum ulteriori disceptationi adhuc relictus.*

§. XII. *Et hic demum ultimato specialiter conclusus coronidem Articulo Gravaminum imposuit.*

§. I.

Historicam Tractatuum Instrumenti P. W. ad §. XXVII. Art. V. spectantium seriem, quantum reperiri a me potuit, *a*) pertexendi exordium ab eo potissimum tempore duco, quo A. C. addicti Status, qui cum Legatis Sueciae

a) Sponte enim fateor, unicum fere, ex quo omnia ad factum pertinentia haurienda existimavi, fontem mihi fuisse ingentia Actorum P. W. publicorum volumina ab Ill. D. JOANNE GODEFRIDO DE MEYERN ingenti labore congesta.

Quippe praeter angustas quasdam ejusdem Pacis historias, nemo alius, quantum nosse mihi licuit, integram Tractationum, Consultationum & Protocollorum seriem exposuit, id quod ex Catholicorum parte haud dubie desiderandum esset: prout AUTHOR Deductionis pro DEO, CAESARE & IMPERIO desideravit fol. 45. & seq. Tomum Supplementorum ad collectionem Actorum P. W. Mejerianam, ut putat, in detrimentum Statuum Catholicorum adhuc mutilatam. Saltem (quod absque accusatione fidei dictum velim) in ipso praesenti themate illa desunt potissima argumenta, quae pro intentione Catholicorum praesertim facere debebant, & ab ipsismet dictae Pacis Interpretibus A. C. addictis magna ex parte sincere afferuntur. Quid? quod ipsemet MEYERUS fatetur Tom. III. Lib. XXI. §. XXXVI. N. I., quo refert die zwischen den Evangelicis und Catholicis noch obschwebende Principal-

ciæ ipsam terras oppignoratas reluendi facultatem liberis ac immediatis Imperii Civitatibus solis concessam, Imperatori vero & Statibus quibuscunque Catholicis diu denegatam voluerant *b*), mitiores tantisper & æquiores effecti in eandem

Differentien in puncto gravaminum. Cum post Articulum Catholicorum VIII. eo ipso loco, ubi ad præsentem materiam deveniendum fuerat (nam plerumque nonum Catholicorum Articulum hactenus occupaverat) sequentia annotat:

Wir müssen hier zu des Lesers Nachricht gedenken, daß von Nro. 22. biß Nro 33. in denen zu Handen gebrachten Manuscriptis die Differenz-Puncten ermangeln Solchen Abgang zu ersetzen, ist zwar kein Fleiß gespart, sondern die Communication dieser Schrift aus vielen Archiven verlanget worden; man hat aber selbige nirgends woher integraliter erlangen können, so, daß sie auch an gar wenig Orten wie in dieser Form anzutreffen ist. Es wird dahero der Abgang etwa in denen künftigen Supplementis annoch ergänzet werden. Unterdessen sind die gegenwärtigen Differenz-Puncten aus denen beeden Schriften, nemlich der Catholicorum weitern und endlichen Compositions-Vorschlägen, welche eben p. 103. seq. zu lesen sind, dann aus der Evangelicorum gemachten Schluß zu Längerich oder Gegen-Erklärung rc. die vorhero pag. 330. seq. stehet, gezogen, daß man also auf allen Fall die Differentias selbst daraus abnehmen kan.

Et in Præfatione sua pag 48. utilitatem Supplementorum ad Acta P. W ipsemet commendat. Porro similem Supplementorum Tomum præsagire jam voluit Joannes Ludolfus Walther Indicis universalis in eadem Autor in sua itidem Præfatione pag. 11.

Ad suspicionem majorem fidei adversus eundem Ill. D. de Meyern impingendam tendit Autor *Emblematum* ita dictorum Meyeri, qui suasu & hortatu Excellentissimi quondam Nuntii Apostolici postea Eminentissimi Cardinalis Dominici Passionei inprimis libellum isto nomine edidit MDCCXXXIX quo supplet, corrigit, ac restituit varia loca, ac potissimum quinquaginta folia, quæ a D. de Meyern in sua, quam curaverat, editione Lipsiensi relationis historicæ Adami Adami truncata, vitiata, ac omissa fuisse, mox dictus Author prævia ejusdem, qua D. de Meyern usus erat, autographi collatione sedula ostendere conatur.

Nec tamen adeo causæ inde nostræ fiducia aliquatenus imminuitur, quin potius augeatur, siquidem vel ex his ipsis abundantia & convincentia veritatis testimonia in Dissertationis successu depromi poterunt, ut nec aliis indigeamus.

b) Confer. Evangelicorum fernere Erklärung in puncto gravaminum de XIX. Juni MDCXLVI. apud Meyern Tom. III. Lib. XX. §. XIV. fol. 163. ibi. Nro 18. von Mediat-Geistlichen Güttern: darunter auch die Pfandschaften verstanden werden, so viel deren die Evangelischen und ihre Vorfahren über Menschen Gedenken im Besitz gehabt, und Anno 1618. noch besessen, gleichwohlen aber solle hiedurch den Reichs-Städten, die vordessen verpfändet worden, an ihrer eigenen Relui tion nichts benommen seyn.

E

eandem his quoque permittendam demum consenserunt. c) Supervacaneum enim prorsus & inane Suecis ac Protestantibus visum fuerat, de subditorum Religione

Et in Sessione Protestantium publica de XVII. Julii MDCXLVI. Monasterii in puncto gravam. habita ad §vum Quæst. proposita:

Ob es nicht bey demjenigen, was die Evangelischen ad Art. XVIII. ratione cassationis aller Particular-Verträgen Litispendenz, und dergleichen, *in specie* aber der Pfandschaften gesetzt, allerdings zu lassen? præeunte Culmbacensi & Onoldino, cujus videlicet Interesse vertebatur, reliqui fere omnes, edicta palam convenientiæ plurium Statuum ratione, (weilen dabey vieler Stände Interesse zu consideriren) eidem adhuc sententiæ firmiter inhæserunt. Apud MEYERN Tom. III. L. XX. §. XXVIII. pag. 237.

Inde & in ohnvorgreiflichen Aufsatz der Herren Evangelischen zu Münster in puncto Gravaminum de mense Julio MDCXLVI.

Articulus VIII. idem fuerat, qui supra XVIII. jam recensitus fuit in Declar. ulteriori de IX. Junii ej. Anni in verbis: Darunter auch die Pfandschaften verstanden werden, so viel die Evangelische und ihre Vorfahren über Menschen Gedenken in Besitz gehabt, und Anno 1621. noch besessen.

Atque demum in der Evangelischen Schluß- zu Längerich oder Gegen-Erklärung in puncto Gravaminum de XVIII. August. MDCXLVI. §. IX. bona hæc oppignorata bonis Ecclesiasticis mediatis die 1. Januarii Anno MDCXXI. a Statibus A. C. addictis possessis prorsus æquiparata fuerunt. Und werden unter dieser Regul auch Pfandschaften verstanden, so viel deren die Evangelischen und ihre Vorfahren über Menschen Gedenken in Besitz gehabt, und Anno 1621. den 1. Jan. noch besessen. Was nun denen Evangelischen Churfürsten und Ständen von solchen Mediat-Stiften, Klösteren, Meisterthum, Balleyen, Commenthureyen, Kirchen, Schulen, Hospitalen, auch insgemein alle dergleichen Mediat-Geistliche, Güter und Einkünften, wie auch Pfandschaften seither Anno 1621. den 1. Januarii unter was Prætext und auf was Maas und Weis es auch geschehen seyn möge, mit oder ohne Procesſ entwehret worden, soll Ihnen ohne Unterschied, Verzug, und Aufenthalt plenarie in vorigen Stand, wie auch die mit abgenommenen Documenta restituiret, und ob sie bereits wieder in possessione wären, daran ferner nicht turbiret, sondern für und für ohne Anspruch ruhig gelassen werden. So viel aber obangeregte Pfandschaften betrift, sollen hierdurch die hiebevor verpfändete Reichsstädt, und andere unmittelbare Communen nicht gemeinet seyn, sondern Ihnen ihre eigene Reluition jederzeit frey stehen. Vid. MEYERN T. III. Lib. XXI. §. IX. fol. 334.

c) Ob augescentem videlicet magis indies Catholicorum super puncto gravaminum offensionem, imo & comminationem demum contigit, ut de temperamento finalis declarationis suæ ipsimet Protestantes cogitarent, ac præcipue Legati Brandenburgico-Culmbacensis & Würtenbergicus suos desuper sensus ederent ad Art. IX. Wegen der Pfandschaften scheinet an diesem Ort inconvenient zu seyn, könte in eventum an einem anderen Ort eingerucft werden.

ligione immaturam ante diem sollicitudinem gerere, ubi creditoribus eidem eum subditis Religioni addictis perpetuam earum terrarum retentionem omni vi-
rium

Catholici vero Contradictionibus ex anteriori Protestantium Antideclaratione collectis N. IV. annumerant propositam a Protestantibus inæqualitatem quoad jus reluendi pignora civitatibus concessum, Imperatori & Catholicis Electoribus aut Statibus denegatum.

Ejusdem vero iniquitatem plenius demonstrare conantur in dem Bedenken vom 19. Sept. 1646. über die von A. C. Verwandten den 24. August denen kaiserl. Legaten zu Osnabruck ausgehändigte Schrift ad IX. Art. Nro. 3., daß das jus reluendi derer hiebevon versetzten Pfandschaften den Catholischen Churfürsten und Ständen allerdings benommen, hingegen aber solches den Reichsstädten und anderen unmittelbaren Communen frey und bevorstehen solle, dasselbe ist denen Rechten und der vernünftigen Billigkeit selbst directe zuwider. Denn daß die Eigenthumsherren auf ihr jus dominii dergestalt renunciren, auch ihr Haab und Documenta aus Händen, und dadurch alles künftigen Beweises sich begeben, dahingegen aber die malæ fidei possessores mit einer wider ihr besser Wissen laufenden præscription cum damno & injuria tertii locupletiret werden sollten, bevorab da alle solche defensiones pignorum ex privatis contractibus bona fide initis, mit nichten aber ex causa belli herrühren, zu geschweigen, daß die Reichsstädte und andere Communitates, denen doch das jus zu reluiren nicht eben dergestalt, wie denen Reichsständen die Wiedereinlösung ihrer Pfandschaften frey und offen stehet, durch diese unbillige inæqualitæt in eine viel bessere Condition, als andere höhere Reichsstände gesetzet, consequenter ihnen ein mehrere Gerechtsame, als sie sonst daher vor nicht gehabt, zueeignet würde, solches stehet mit Recht und Billigkeit nicht zu prætendiren, viel weniger nachzugeben.

Æquivoca primum fuit A. C. addictorum Responsio in unvorgreiflichen Gedanken auf der Herren kaiserlichen Plenipotentiarien zu Osnabruck nomine Catholicorum den Evangelischen Deputirten mündlich angedeutete Erklärung in puncto Gravam. ad IV. Bey juribus reluendi pignora hat es zwar eine bessere Consideration, man hält aber dafür, daß auf diversas rationes jura singularia & privilegia zu sehen; species enim derogat generi. MEYERN Tom. III. Lib. XXI. §. XV. pag. 371.

Distinctior vero altera fuit. Patet ex conclusis in Collegio Principum Protestanticorum Monasterii a x. usque xx. Novemb. MDCXLVI. conceptis, sub XIX. ej. m. & a. ad Art. IX. Daß wegen der Pfandschaften, so mit Pactis und Privilegiis verwahret, denen zuwider selbe nicht können reluiret werden; Wo aber 2. solche Pacta und Privilegia nicht befindlich, bleibe zwar dem Domino die Ablösung vorbehalten, es müßen aber doch 3. die Possessores vorhero mit ihren Exceptionibus gehöret, und was ihnen angehöret, & contra Pacta abgenommen, sine mora restituiret werden; 4. bleibe denen verpfändeten Reichs-Städten Potestas se ipsas reluendi ungewehret, und seye 5. der Vorschlag, daß im Fall der Ablösung die Unterthanen bey ihrem Exercitio Religionis zu lassen, welcher in derer Herren Schwedischen Project enthalten, in Acht zu nehmen. MEYERN Tom. III. pag. 417.

Atque

m contentione obtinere adlaborabant, duplicis proinde adquæstus spe sibi blan-
ntes, integræ videlicet ac perpetuæ pro Statibus Creditoribus pignoratitiis
oprietatis, ac Religionis pro subditis conservationis. Ideo tamen strictius
ipsi Protestantium Statuum primi conatus percensendi fuerunt, quia, quam
atura pignoris, & Juris, æquitatis ac bonæ fidei ratione, tam a seria ipso-
m ultimata intentione alieni fuisse videntur, atque in id solum collimasse, ut
prætensa pignorum retentione cedendo, defatigatos jam diuturna contra-
tione Catholicorum animos facilius quoad punctum Religionis subditorum
nsentientes sibi promittere possent. d)

§. II.

Primum, post conventam prævia cognitione super exceptionibus possesso-
m reluitionem, postulatum SALVII *Projectum* super puncto Gravaminum
priori (*in not. d. sive ult.*) memoratum continebat, quod latissime integrum

Atque in solam hanc pactorum de non reluendo distinctionem demum Cæsarei consenserunt in Conferentia de XVI. Novembr. st. n. inter TRAUTMANSDORFFIUM & SALVIUM habita, prout relatio Legati Brandenburgico-Culmbacensis defectum Protocolli supplens testatur apud MEYERN Tom. III. pag. 424. ad Art. Catholicorum IX. in verbis: Wegen der Pfandschafften und Ablösung derselben hielten sie hart, und könnten den Interessenten bevorab Oesterreich contra Würtemberg nichts begeben, wo aber Pacta de non reluendo vorhanden, dabey hätte es sein billiges Verbleiben, so müsten auch die Reichs-Pfandschafften, so mit Einwilligung des Kaisers und der Reichs-Stände constituiret worden, als mit Eger, in ihrem esse bleiben.

d) Non vanam esse hanc conjecturam ostendit SALVII projectum sive Aufsatz über den Punctum Gravaminum, quod integrum jam promptum paratumque in Conferentiis inde a XVI. Novemb. st. n. per triduum licet frustra habitis protulit quoad punctum Religionis subditorum in terris ejusmodi oppignoratis, ubi primum Cæsareorum in sola pacta de non reluendo consensus ibidem declaratus fuit. Apud MEYERN Tom. III. L. XXI. §. XXXIX. pag. 428.

Eo quoque conducit THUMSHIRNII confessio apud MEYERN Tom. IV. Lib. XXV. §. IX. pag. 50.

Die meisten hätten ihre Pfandschafften so lang besessen, daß dominium & titulus daraus zu præsumiren; auch wisse man, daß die Evangelischen allezeit die Pfandschafften excipiret; nun wolle man zwar itzo darinnen weichen, und die Reluition verstatten; doch daß 1. die Innhabere darüber gehöret, und 2. die Leute bey der Religion gelassen werden.

Et deinde: Dieweilen man aber die Ablösung zulassen wollte, welche sonst allezeit difficultiret worden, so mögten doch die Herren Catholischen auch dieses verstatten; wäre gleichwohl schwer, daß die guten Leute, so theils über 100. Jahr bey der Religion gewesen, propter Reluitionem auch Religionem mutiren sollten.

possessionis in Anno Normali a subditis reluendis habitæ beneficium tam quoad idem Religionis exercitium, quam quoad templa, scholas & reditus ac pensiones comprehendit, ut aliis subditis nunquam oppignoratis penitus æquipararentur. *a*) Ex quo tanta Cæsareanorum & Catholicorum Statuum secuta est indignatio, ut, generatim quoad omnes omnino subditos sub proprio Domino Territoriali anno MDCXXIV. Exercitii cujusdam possessione gavisos Juri reformandi Dominorum Territorialium, Regulæ Territoriali, ac emigrationi adhuc necessariæ insistentes, insperatam hanc novam plus petitionem quoad subditos reluendos nec responso dignam sæpius diutiusque existimarent, *b*) prout ipsi quoque Legati Suecici iterato id animadverterunt in differentiis ad utriusque partis Projectum adnotatis; *c*) atque post has demum Cæsarei præfati

a) Ita enim habet: „Bonorum oppignoratorum reluitio non fiat, nisi prævia legitima cognitione super exceptionibus possessorum, contra quos si definitive posthac pronuntiatur, & sententia lata vires rei judicatæ consecuta fuerit, reluitio quidem locum habeat, subditis vero illarum ditionum idem maneat Religionis exercitium, quo fruebantur anno 1624. nec ipsis templa, scholæ & reditus ac pensiones eo pertinentes adimantur. Bona insuper oppignorata, quæ vel absque causæ cognitione, vel contra pacta & privilegia possessoribus ablata sunt, restituantur ipsis absque omni contradictione & „mora. MEYERN Tom. III. pag. 428.

b) Confer. der Catholischen endliche Erklärung de 21. Novemb. 1646. apud MEYERN Tom. III. Lib. XXI. §. XL. pag. 438. & 39. in verbis:

Sub prämemorata antea indefinita §vi XXVII. locutione eos præcise sub- ıs comprehendi, qui in Anno Decretorio exercitium publicum suæ Religio- habuere, tanto facilius ex his ipsis evincitur. Integra id Tractatuum præ- rum series demonstrat, quamvis §vi Litera nullum diserte tempus definiat. ræ videlicet oppignoratæ a communi sorte aliarum sub proprio Domino Ter- riali existentium intuitu Religionis semper exemptæ & separatim pertracta- fuerunt; & inde §. XXVII. de iis disponens intuitu §vi XXXI. ad reliquos tinentis tanquam exceptio, vel potius totalis antithesis considerabatur. Tra- tium vero est, quod regula & exceptio, vel potius antithesis de eodem sub- to in aliqua tantum diversa circumstantia considerato intelligi debeant. Ra- ıes enim supra recensitæ ostendunt, Territoriali Dominorum Superioritati no possessorum sive creditorum facto non debuisse præjudicium generari, nteresse admodum, ut subditi exercitium Religionis suæ ab ipsis Dominis ɟuam beneficium recognoscere debeant. Inde Cæsareanorum formulæ, post- m remissiores evaserunt, & certum quidem Anni Decretorii terminum sem- a Protestantibus sollicitatum admiserunt, eum tamen solum haud sufficere tenderunt. Nam accedentem eidem quandam Domini Territorialis, tan- ım supremi externorum sacrorum pro subditis Moderatoris, concessionem uirentes, iis tantum subditis exercitium quoddam externum indulgendum ſerunt, qui id a *propriis Dominis* concessum antea obtinuerant *a*). Anno propte-

tio hodie ipsismet Principibus haud favorabilis, sed damnosa potius existime- tur; iidem, asserta sibi iterato per Pacificationem publicam omnimoda quoad subditos nulla Anni Normalis possessione gavisos libertate contenti, suæ ta- men æquanimitati & generoso in subditos amori plurimum indulgere solent. Nec hodie tam duros amplius facile invenire erit, qui magnam eorum multi- tudinem ad emigrandum catervatim urgere velint. Sufficit enim, quod libe- riores, ut textus supra asserit, circa horum subditorum exercitium manus habeant.

ı) Successivos videlicet condescendentiæ Cæsareorum gradus hos fuisse formulæ plures eorundem exhibitæ, & in Cap. priori recensitæ ostendunt. Nam pri- mo, ubi mitiores tantisper evaserunt, sola pacta Dominorum cum subditis ini- ta Paci Religiosæ derogatoria admittebant in der Catholischen endlichen Erklärung oder

propterea Decretorio sensim admisso pacta quoque aut privilegia a Dominis concessa adjungi desiderabant. A pactis vero sive privilegiis, tanquam concessione Dominorum expressa, ad conniventiam demum, veluti concessionem tacitam, declinabant, ut suus ubique Dominis honos, subditorum vero nexus atque respectus servaretur *b*). Hinc quamvis quoad subditos sub *proprio Domino* versatos, in ultimis Tractatuum super *puncto Gravaminum* diebus, solum usum facti, tanquam semper in Dominum redundantem, remittendum censerent, itaque annus MDCXXIV. pro regula speciali retentionis aut restitutionis exercitii subditorum constitutus fuisset, qua eorundem sub propriis Dominis versatorum privatum publicumve exercitium quacunque ratione obtentum metiretur;

oder Declaration in puncto Gravaminum, adjectis verbis antea nunquam admissis: Jedoch wofern dessentwegen vor diesem zwischen Reichsständen und derselben Unterthanen sonderbare Vorkömmniß und Geding wäre aufgerichtet worden, die sollen auch noch fürters unverbrüchlich gehalten werden.

Apud MEYERN Tom. III. pag. 459.

Dein quoad alios subditos nullis pactis stabilitos, aut ex sola Dominorum suorum conniventia, aut etiam invitis iis exercitio aliquo indefinite potitos, temperamenti, discretionis ac moderaminis a Dominis exspectandi spem faciebant: in verbis:

„Interea tamen Status immediati Catholici tam erga eos Landsassios, Vasal-„los & subditos sibi subjectos, qui Anno MDCXXIV. nullo certo pacto, sed „sola conniventia, aut etiam invitis suis Superioribus, usum & exercitium „A. C. habuerunt, quam erga alios, qui nullum usu obtinuerunt, eidem ta-„men Confessioni addicti sunt, ita se benignos & clementes exhibebunt, ut „nemo justam conquerendi causam habere possit, modo Landsassii, Vasalli, „subditi in cæteris officium suum cum debita erga Superiores reverentia dili-„genter adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

Confer. DE MEYERN Tom. IV. Lib. XXV. §. XVI. pag. 123.

b) Anni Norm. terminum sensim non aliter admissum fuisse, quam si pacta & privilegia, vel longus usus, sive sola conniventia Dominorum simul suffragaretur, vel prout ad concessionem quandam Dominorum esset restrictus, testatur formula Cæsareanorum de Gravaminibus Ecclesiasticis Suecicis Legatis exhibita; a Suecis vero rursus Evangelicis extradita die XIV. Maji MDCXLVII. in verbis:

„Hoc tamen non obstante Catholicorum Statuum Landsassii, Vasalli & „subditi cujuscunque generis, qui Anno Domini MDCXXIV. quacunque an-„ni parte sive *certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola conniventia* „publicum A. C. exercitium, vel etiam privatum habuerunt, retineant id „etiam imposterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, „aut exercita fuisse probare poterunt.

Confer. de MEYERN Tom. IV. Lib. XXIX, §. XI. pag. 542. & 548.

tur; c) sub hac tamen regula speciali nunquam comprehendi voluerunt bona pignoris Jure antea obligata, & vel pendente bello pacisve Tractatu a debitore seu Domino pignoris reluita, vel posthac reluenda, sed separatis ea Tractatibus ac deliberationibus constanter subjiciebantur d). In his omnibus Tractatibus semper Catholici obtendebant ex specialibus rationibus quoad bona ista Domino Territoriali, sive debitori reluenti liberum esse debere Religionis arbitrium; Protestantes vero negabant ab initio causam esse, cur in his abeatur ab universali regula habitæ Anno MDCXXIV. possessionis. Post aliquas vero etiam Protestantium remissiones pervicta demum res est a Catholicis in favorem reluentium Dominorum, atque quoad eos subditos, qui sub alieno possessore, sive creditore, diversam ab antiquo, sive naturali & directo suo Domino Religionem amplexati fuerant, nihil aliud Protestantibus cessum fuit, quam quod præter immunitatem ab omni coactione, ac emigrationis necessariæ jussu receperint Catholici, inter reluentem Dominum & subditos diversæ ab hoc Religioni addictos de suo sacrorum exercitio, quantum ad istos attinet, transigi debere, ut vel hac ratione Principi suo, ad quem amandabantur, id totum in acceptis referre cogerentur. Verbo: nihil quoad exercitium Juris haberent, nisi quod posthac a propriis Dominis suis per mera pacta perpetuo valitura obtinerent.

§. VI.

Pronum est ex his colligere, ex possessione Anni Norm. & ante transactionem Domini quoad exercitium publicum nihil his subditis Juris competere, utpote qui ad solam transactionem cum Domino suo ineundam amandantur. Necessitas enim paciscendi his in favorem Dominorum Territorialium imposita fuit, aut potius transigendi beneficium iisdem relinqui voluit, non autem ipsa transactio, ut quidam volunt, Dominis Territorialibus, quibus regula

 Supe-

c) Post acrem illam Catholicorum contradictionem & renitentiam Cæsareanorum facilitati oppositam, de qua Cap. præced. §. VII. egit, formula die XXII. Februarii Anno MDCXLVIII. a Cæsareis oblata, & a Catholicis nonnullis iis adhærentibus Osnabrugæ moratis acceptata & approbata, eandem restrictionem adhucdum retinuit. In verbis:

„Qui publicum A. C. exercitium Anno MDCXXIV. quacunque anni parte „*sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu* A SUIS CATHOLICIS SUPERIO„RIBUS obtentum habuerunt, retineant id etiam imposterum, una cum an„nexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare „poterunt.

Conf. de MEYERN Tom. V. Lib. XXIX. §. VI. Num. III. pag. 506.

d) Testis est clausula: *a suis Catholicis Superioribus obtentum* nuper memorata. Et conf. Cap. præced. §. XI.

Superioritatis Territorialis de cætero salva esse voluit, imperative præcepta a). Quoad hos videlicet subditos illud tandem Catholici aliquatenus obtinuerunt, quod antehac respectu omnium, possessione etiam Anni Norm. gavisorum, secundum normam Pacis Religiosæ, petierant, ut quoad exercitium saltem nihil aliud Juris haberent, nisi quod cujuslibet Superioritatis Territorialis Christiana mansuetudo, libera voluntas & mera gratia indulgere vellet, ea tamen cum limitatione, ut concessa antehac & petita rursus a Catholicis emigrationem inviti subditis imperandi libertas per hunc demum respectu istorum subditorum sub priori possessore Anno MDCXXIV. exercitio potitorum iisdem adempta decernatur. Cum enim §. XXXI. per modum exceptionis a Jure reformandi Dominis generatim competente & in §vo XXX. stabilito regula quædam specialis de subditis nihilominus in possessione sua Anno MDCXXIV. habita aut relinquendis, aut restituendis constituta fuerit; ista regula specialis ad oppignoratos, quorum facta esset, aut fieret posthac reluitio, nunquam ex anteactis extensa, sed unico tantum in puncto retenta, quoad cæteros vero omnes suos articulos inapplicata remansit Retenta scilicet fuit in eo, quod, si tales subditi habuerint publicum vel privatum Religionis exercitium in Anno Norm., neque emigrare, neque priorem suam Religionem deserere cogantur; inapplicata autem remansit eatenus, quod, etiamsi in Anno Norm. exercitium habuerint sive privatum sive publicum, propterea tamen non sint omnino securi, illisque nihil prosit illius anni possessio, sed demum inter ipsos ac reluentem Dominum desuper sit transigendum. Quod igitur hi subditi migrare non teneantur, in hoc sunt melioris conditionis, quam alii subditi, qui neque publicum neque privatum exercitium Religionis anno supradicto habuere; his enim imperari potest, ut juxta dispositionem §vi XXXVI. emigrent In eo vero, quod ratione exercitii Religionis publici transactionem petere & exspectare teneantur, sunt conditione deteriores illis, qui sub proprio antea Domino alterutrum Religionis exercitium dicto anno habuerunt, absque ulla posthac limitatione, sed, prout & quatenus possederunt, necessario relinquendum. Si enim oppignoratis ante transactionem ex ipsa Lege Jus aliquod quæsitum tribui voluisset, nulla fuisset ratio formulam anteriorem a Cæsareis adhuc indeterminate conceptam: *liberum Religionis exercitium permittatur*, tam tenaciter ex parte Catholicorum rejiciendi, nec ex parte Cæsareanorum & Protestantium eandem in hodier-

a) Conf. Cap. I. §. II. in (d) in verbis: „Subditis semper liberum fore cum Domi„no proprietario reluente posthac transigere.„ Sive VOLMARUS apud MEYERN ibidem allegatum:

Stünde hernach jedem frey mit dem Eigenthumsherrn zu capituliren.

Et §. X. in (c)

hodiernam: *de publico Religionis exercitio transigatur*, tam studiose ac sollicite immutandi *b*).

§. VII.

Alterum est, quod prona exinde fluit consequentia, quod neque per ipsam Transactionem a subditis cum Domino ineundam hi ipsi exercitium publicum sibi concedendum, vel posthac relinquendum prætendere queant. Transactionis enim natura & indoles exigit, ut integra cum libertate fiat. Atque siqua ex una parte necessitas saltem conditionata vel disjunctiva se tenere possit, ea certe illam non attingit, in cujus favorem præservari voluit. Publicum Religionis Exercitium ipsum illud objectum denotatur, super quo transactio vel pactum præservatur. Certa proinde lege id subditi sibi debitum vindicare nequeunt. Quis enim est, qui ignoret, Transactionem de re tantummodo dubia aut litigiosa, adeoque, ubi lis nulla est, de re saltem alioquin stricto Jure indebita duntaxat iniri debere. Tota certe ratio præservandæ Transactionis ea fuit, quod Status Catholici nulla necessitate adstricti esse vellent ad tolerandum illud subditorum a se dissentientium exercitium, quod ab alieno Dominio ipsis insciis antehac fuisset permissum. Male profecto exinde sibi consuluissent, si in Transactione publica, sive ipsa Pace Westphalica inter summos Compaciscentes inita a Constatibus Legem quandam de relinquendo necessario dissentientis Religionis exercitio sibi imponi recusassent, & eandem tamen Legem in Transactione privata cum propriis subditis suis pangenda, cum majori Superioritatis suæ indecoro, admittere voluissent. Alias præterea contra apertam summorum Compaciscentium mentem sequeretur, favorabilioris omnino conditionis dicendos esse subditos quondam oppignoratos, quam alios quoscunque possessione Anni Norm. tutos, qui solum privatum Religionis exercitium sub proprio Domino Territoriali tum habuerunt, utpote quibus Lex ipsa publicum indulgeri debere haud imperat, sed eo, quod habuerunt, & possessum a se fuisse probare poterunt, contentos esse jubet, adeo, ut hoc obtento secundum Pacis Westphal. sanctionem nec invitum Dominum deserere queant, nec Jus quoddam aggendi ad publici consecutionem habeant, quo utroque tamen Jure oppignorati subditi, publico quondam gavisi, adversus Dominum suum Territorialem insultare possent.

§. VIII.

An vero ad eos, qui Anno MDCXXIV. privatum tantum habuere exercitium, eodem modo hæc Transactio pertineat? disputari in duplici sensu potest:

 1mo.

b) Conf. Cap. I. §. VI. VII. & XII.
Add. Instrum. P. W. Art. V. §. XXVII.

1mo. *An ad idem Transactionis beneficium hi subditi oppignorati provocare possint adversus Dominum?*

2do. *An nec isto beneficio opus habeant, sed sola possessione tuti sint, ut in privato suo nullatenus impediri possint, nec alium etiam modum a Domino exspectare aut recipere teneantur?*

Supervacanea equidem videri posset utraque quæstio ob casuum vix opinabilem existentiam, aut saltem raritatem. Nam qui sub possessore pignoris propriæ Religioni suæ addicto versati fuerant, certe publicum illius exercitium habuisse supponuntur, cum ab omni prohibitione Principis securi fuerint. Solus forsan casus esse posset, ubi Status aliquis A. C. addictus bona quædam pignoris Jure possedit Catholico Domino existente debitore. In bona illa vel terras creditor ille A. C. addictus publicum suæ Religionis exercitium introduxisset, in quam tamen eandem ditionem irrepsisse interea quoque supponuntur Reformati solius privati exercitii usu illo anno gavisi. Atque his quantum ad 1mam Quæstionis supra positæ sensum attinet, non idem Transactionis beneficium competere, controverti posset ab iis, qui rigori verborum inhærendum autumant, cum Lex nonnisi publici mentionem faciat. Accedit, quod Catholici Compaciscentes difficiliores fuerint in agnoscendo privato subditorum exercitio, atque ideo in formula Instrumenti Pacis a Suecis oblata ejus mentionem studiose deleverint, causati, Protestantes expressa privati mentione forsan introductionem, vel debitam posthac permissionem exercitii hujusmodi in omnibus indistinctim locis intendere; cum facilius ad hoc provocaturos esse subditos cum perpetuo dissensionum & litium periculo non vane timeretur, a quo se eliberare per continuatas aliquot dierum disceptationes contenderunt *a*). Veruntamen quia Catholici demum ejus mentionem in Art. V. §. XXXI. admiserunt *b*), idque tanto facilius, quod ab exercitio publico ad privatum argumentum saltem affirmativum bene procedere existimarint *c*). Argumentum a §. XXXI. ad §. XXVII.

a) Juxta Relation. de XIV. XVI. & XVIII. Februar. Anno MDCXLVIII. apud MEYERN Tom. V. Lib. XXXIX. §. XII. pag. 522. in verbis:

Könnten nicht sehen, auf was die Evangelici darinnen anders zielten, als daß sie etwa aller Orten indistincte solch exercitium privatum einzuführen gedächten, welches aber Catholici tanquam perpetuam dissensionis & litium materiam Ihnen also indistincte in ihren Busen nimmermehr würden einschieben lassen.

b) Conf. MEYERN loc. cit. fol. 528.

Hätten die Kaiserliche sich am ersten herausgelassen: daß quoad materialia sie den vorgestrigen Aufsatz in etlichen Stucken abgeändret, sich überwunden, und in gradu primo auch exercitium privatum, wie es Anno 1624. gewesen, verstattet.

c) Idem MEYERN loc. cit. fol. 522.

Und

XVII. tanto magis nunc vim ſuam obtinet, quod, cum regula ſpecialis i Norm. ſemel conſtituta exercitium tam publicum, quam privatum ex il-poſſeſſione conceſſum compleſtatur, §vus etiam XXVII. qui tanquam an-trica ejus exceptio conſideratur, id non excluſerit, ut rurſus ſpecialis illa re-& exceptio de iisdem terminis habilibus intelligantur. Ubi enim ſemel ſſitate Legis ſe adſtringi paſſi ſunt Catholici ad relinquendum neceſſario ſub-poſſeſſione illius anni gaviſis ſub proprio Domino exercitium privatum cum ibus annexis ſimul poſſeſſis, tanto minus difficiles eſſe debuerunt, ut oppi-rati ſaltem deſuper adhuc cum Domino ſuo tranſigere poſſent, multoque is ab omni emigrationis neceſſariæ juſſu ſecuri perſiſterent.

§. IX.

Quoad alterum vero Quæſtionis ſenſum inverſa fere argumentandi ratio net. Nam ab expreſſione unius ad excluſionem alterius non ſemper proce-argumentum. Ex eo ergo, quod dicitur ſuper publico Religionis exercitio ſigendum eſſe, non ſequitur ſuper privato ne quidem transaſtione opus , aut hoc alioquin deberi. Eadem enim quoad utrumque intrat ratio, nque ſcopus Principum compaciſcentium. Generatim antea quoad omnes litos regulæ Superioritatis Territorialis inſiſtendum putarunt Catholici, nulla Legis neceſſitate ad exercitium vel privatum vel publicum ſubditis edendum adſtriſti eſſe volebant; talia tamen temperamenta a ſe ipſis pro-motu & ſpontaneo ſubditorum amore ſuggerenda, talemque diſcretionem ibendam eſſe, ut ſubditis nullum quoad conſcientiam ipſorum gravamen, a vero iis de proprio Principum beneficio gaudendi materies ſupereſſet. vero quoad ſubditos oppignoratos ex rationibus ſupra allegatis magis in o adhuc reliſta fuit. In favorem ergo Dominorum reluentium, regula ge-li Superioritatis Territorialis munitorum, tranſaſtio præſervata cum fuerit, rivatum quoque exercitium ſubditorum ejus neceſſitas jure optimo pertinere etur, cum æque eidem regulæ, intentioni Paciſcentium, & ſcopo Legis s ſpecialis adverſetur. Unde exempla quædam ad Dominos Territoriales tinentia in ſubditorum favorem non ſunt extendenda. Ita enim ex eo, quod V. §. XLIII. in Territorio controverſo pendente controverſia poſſeſſori An-Norm. idem Jus *quoad exercitium publicum* ſaltem aſſeratur; in iis itidem s, ubi Catholici & A. C. Status ex æquo Jure Superioritatis gaudent, ra-e *publici* ſaltem *exercitii* idem Status manere decernatur, qui fuit anno die-ſupradiſtis; alteri de Territorio controverſo collitiganti, aut alteri Con-do-

Und zwar hätten die Kaiſerlichen davor halten wollen, daß reſpeſtu exercitii privati man ſolches zu ahnden nicht Urſach, weilen es unter dem exercitio publico mitbegriffen.

domino privatum adhuc exercitium salvum relinqui jure merito censetur; quin tamen par loquendi tenor subditis accommodetur. Dominis quippe regula assistit, cui non plus censetur derogatum, quam expressa Lege cautum reperiatur. Subditi vero adversus Dominum etiam quoad privati prætensionem in exceptione versantur. Dum ergo in favorem Dominorum publicum transactioni relinquitur, inferri neutiquam potest, privatum absque transactione deberi, sed interpretatio satis extensiva videtur, si eorum intuitu privatum exercitium non expressum cum publico diserte nominato pari jure censeatur.

§. X.

Præterea verba illa: *de publico Religionis exercitio* id potissimum indicant, quod in anterioribus formulis expressum fuit de eo, quod antea sub priori pignoris possessore suæ Religionis consorte habuerant, atque vel ideo plerumque publicum fuit. Nullatenus vero tendunt ad normam ipsius transactionis Domino Territoriali in ipsa Pace præscribendam. Quid? quod natura transactionis est, ut ejus articuli meræ voluntatis, non necessitatis ex Jure Gentium sint; neque Legis, neque fori, neque Judicis est, utpote qui ad reddendum Jus in invitum constituitur, partes ad aliquam transactionem cogere, vel sententiam, nescio, quam proferendo dicere, quantum alter alteri sponte & amicabiliter transigendo largiri, quantum retinere, quantumve remittere debeat. Imo nec propria transactio dici potest, sed potius Lex ipsa discretioni Principum subditos illos commendavit, ut in casu reluitionis illos quoad conscientiam securos redderent, & quoad externum etiam cultus sui exercitium, utpote quod habuerant, non penitus absque solatio esse finerent. Quale vero, quantum & ubi, penitus tacuit. Nec ipsum etiam privatum propterea subditi in eodem præcise loco, ubi antea habuerunt publicum, ex debito, & ex publicæ Legis sanctione poterunt exigere. Imo transactionis subditis præservatæ nomine nihil aliud intellectum fuisse, quam spontaneam quandam ipsiusmet Principis concessionem per solas preces, aut ob pensatas etiam alias quandoque particulares circumstantias a subditis impetrandam, ipsa formula Catholicorum inde a principio hujus super oppignorationum objecto disceptationis sæpius ingeminata & libertati Superioritatis Territorialis per Pacem Religiosam Statibus stabilitæ semper innixa luculenter ostendit *a*). Publicum enim vel privatum etiam Religionis exercitium habere dicuntur, qui ubicunque certam Ecclesiam, vel ædem saltem privatam specialiter cultui divino destinatam cum interventu Ministri vel publici, vel privati habent, adeo, ut illi sint adscripti, & jus accessus ad eandem habeant. Ita enim exercitium publicum vel privatum consensu ipsorummet summorum Compaciscentium intellectum fuisse, exemplis doceri potest.

a) Vid. Not. 4. & 5. ad Cap. I. §. II.

potest. Eo enim servit, quod SALVIUS ipsemet intuitu terrarum hæreditariarum Domus Austriacæ proposuit *b*), exercitium etiam publicum illud nominans, quod subditis per diversa singulorum circulorum oppida vel urbes dispersis in singulis circulorum Ecclesiis, quas frequentare iis permittebatur, concedi voluit. Neque etiam communitas loci cujusdam, propria licet Ecclesia destituti, & Filialis idcirco dicti, publico Religionis suæ exercitio sub Domino suæ Religioni addicto destituta censetur, quod nullam habeat Ecclesiam in oppido suo constructam, sed parochialem vel propius, vel longius dissitam accedere debeat, dummodo illi tanquam Parochiali suæ adscriptus sit. Nec incongrue eo respexisse præsumendi sunt Catholici Principes, dum studiose formulam illam: *In Templis antehac obtentis* rejecerunt. Nec inverosimiliter Protestantes Status hunc quoque sensum jam præoccupare voluisse præsumuntur, dum in §. XXXI. non simpliciter exercitium publicum vel privatum subditis Anni Normalis possessione gavisis stipulati sunt, sed sollicite adeo reliquas ejusdem circumstantias determinandas duxerunt, ubi, & quatenus una cum annexis, Templis & cæteris fundationibus id possessum fuisse probare poterunt. Eandem interpretandi rationem suo fundamento non destitutam, nec literæ Pacis adversam esse haud obscure fatetur & ipsemet L. B. de ZECH *c*). Cum vero suæ illam convenientiæ non satis faventem inveniat, ad authenticam potius interpretationem provocare vane prorsus contendit; ad quam tamen evitandam, scilicet ad excludendam illam hujus puncti ad futura Comitia remissionem ex ipsa Protestantium Statuum instantia hunc §vum XXVII. confectum fuisse constat. Unde potius ipsemet argumenti vim satis animadvertisse videtur,

b) Conf. MEYERN Tom. IV. Lib. XXXIX. §. V. fol. 598.

Die Autonomie könnte gar wohl, wie auch in Franckreich geschehen, gewilliget werden. Jmgleichen könnte man in jedem Creiß der Erbland denen Evangelischen eine Kirche und publicum exercitium Religionis einraumen. Wobey SALVIUS den Gesandten befragte, was selbiger davon hielte. Dieser antwortete: Wenn die Evangelischen Unterthanen libertatem conscientiæ und in jeden Creiß eine Kirch pro exercitio Religionis publico erhielten, so hätten sie dem Allerhöchsten billig zu danken, man könnte sie auch salva conscientia nicht deseriren..... Welches der SALVIUS wohl aufnahm.

c) In Meditat. de Jure reformandi P. II. Cap. III. §. L. pag. 263. in verbis:

„Ad deserendam Religionem cogi nequeunt, nec ut emigrent, sed tole„rari omnino debent, ipsisque, si non publicum, ad minimum privatum Re„ligionis exercitium relinquendum; *Quibus vero in locis, quibusve in templis* „*Religio exercenda ipsis relinqui* debeat, & quidquid de bonis atque reditibus „Ecclesiasticis, scholis, aliisque Religioni annexis statuendum sit, fateor, „*minus tuto determinari posse, cum interpretationem authenticam hæc omnia* „*exspectent.*

tur, quod quousque subditis, queis semper adversus Dominum mera exc competit, & ideo a pace ipsa onus probandi injungitur, clara Legis Liter assistit, ibi Superioritatis Territorialis regula Dominis in salvo manere deb

§. XI.

Nolim tamen hic nimis durus cuiquam videri, dum pari passu cum l Legis hanc interpretationem meam incedere quilibet facile perspiciet. ipsa enim satis sollicite ea, quæ Principi necessaria esse vult, discernit al quæ ejusdem etiamnum potestati relinquit. Nimirum subditos ad deseren Religionem suam, vel ad emigrandum cogere diserte prohibet. Ingens jai hoc beneficium, quod subditis his oppignoratis, generatim jam antea per cem Religiosam indulta emigrandi, invito licet Domino, libertas salva peri serit, quæ aliis subditis nulla Anni Normalis possessione gavisis sub pro Domino communis est. Majus autem & præcipuum, aut oppignoratis a pignoris nexu solutis proprium est, quod a jussu emigrationis necessariæ munes sint, sive (quod in collisione & comparatione mutua Jurium Domino & subditorum admodum considerabile est) inviti a Domino deseri vicissim possint, quem tamen deserere invitum ipsis integrum relinquitur. Huic e tra necessitati & expulsioni ii sunt suppositi, qui sub proprio Domino nul Religionis suæ exercitium in Anno Norm habuerant, aut postea modo Reli nem mutarant, aut mutaturi erant, ex eo solo capite, quod Religionem D ni amplecti nolint, licet cæteroquin tanquam bonos utilesque Reipublicæ Ci & undequaque Domino morigeros se gerant. Emigratio necessaria jussum mini in invitos supponens, libertati subditorum e diametro contraria digni tur. Quod libertati contrarium est, onus esse nemo ambigit; eliberatio ig ab onere pro beneficio necessario erit reputandum. Quanti porro hoc b ficium æstimandum sit, latere non potest eos, qui norunt diuturnam illan Doctorum a) & summorum Compacifcentium disceptationem b): *An emig*

a) Ex parte Protestantium allegantur plures apud HENR. ANDR. CRAN Pace Relig. & apud CORTREJUM ad Pac. Relig. Art. XI. & præcipue ac ctum ibi Scriptum Authoris des kurtzen Begriffs der Fundamenten, warum die Catholischen zur Ejection ihrer Evangelischen Unterthanen nicht befugt zu erachte.

Ex parte Catholicorum: FRANC. BURCKARD in Autonomia, Freystellung der Religion.

DILLINGENSES in Composit. Pacis.

b) Confer. Bedencken von wegen beyder Seits Unterthanen, welche ihrer Obrigkeit ligion nicht zugethan seynd. Mense April 1646. in denen Gründen der Augspr

per Pacem Religiosam stabilita voluntatis tantum fuerit, an etiam necessitatis, prout posterius per Pacem Westphal. fuit diserte definitum. Incommoda emigrationis necessariæ in Tractatibus Pacis diu multumque ventilata perpendere oportet, ut subditi permanendi libertatem satis ex debito æstimare queant c). Habent proinde beneficium, ad quod adversus Dominum licet invitum ipsi provocare queant. Sed & habet hic Dominus Legem atque Regulam, quam ejus in reformando zelus egredi haud potest. Transactio vero ulterior libertati Superioritatis Territorialis ita favere voluit, ut æquitate quadam, discretioni Domini tamen relicta, temperanda desideretur, cujus ratio medium quendam terminum plerumque suadet. Magnum autem intervallum inter exercitium vel privatum vel publicum cum iisdem Juribus, in eisdem Templis, aut saltem in eodem, quo fuit ante, loco vel oppido, & inter emigrationem necessariam ac totalem omnis prorsus exercitii denegationem interponitur, si nimirum aliquo tantum modo adhuc quidpiam a Domino sponte sua concedatur. Eccur enim alias formula prior a Cæsareis posita: *liberum Religionis exercitium permittatur*, cum omissione verborum: *In Templis antea obtentis* nullam exercitii præcise ante habiti, nec loci quoque identitatem præservans in modernam immutata fuisset? nisi ea ratio subfuisset, quod nec ad permissionem exercitii in determinato Territorii loco per Legem adstricti esse Catholici voluerint, sed potius subditos ad beneficium & favorem Domini amandari, ut ab eo demum impetrarent, quod ipsi secundum circumstantiarum varietatem æquum, & suo erga subditos amori magis congruere, aut aliis ex causis expedire videretur. Unde rursus ingens hos inter subditos sub alieno Domino in Anno Norm. exercitio

schen Confessions-Verwandten. Apud MEYERN Tom. II. Lib. XVI. §. 1. Beylag 7. N. 11. p. 704.

Add. Beylag N. VIII.

Gründliche Antwort auf der alten Religion zugethanenen Stände, Fundamenta der Unterthanen Religions-Freyheit betreffend.

Nro IX.

Fundamenta Catholicorum die Emigration der Unterthanen betreffend.

Nro X.

Fundamenta der Augspurgischen Confessions-Verwandten das Jus emigrandi betreffend.

Nro XI.

Refutatio fundamentorum Romano-Catholicorum das Jus emigrandi betreffend.

c) Strictim ista incommoda persequitur L. B. de ICKSTAD in Differt. de Jure transplantandi subd. Theor. XXIII. §. CXII.

tio aliquo gavisos, & inter alios sub proprio Domino eodem destitutos disc men colligitur; quod nimirum prioribus curam a se gerendam promisisse ce seatur, ut præter tolerantiam necessariam cum libertate devotionis domestic & perpetuam in Territorio permanentiam aliquod saltem exercitium vel pub cum vel privatum in eodem consequi possint; dummodo secundum ipsam trai actionis indolem in ipso ejusdem loco æquitas ita observetur, ut subditi eode ordinarie frui absque nimio incommodo possint; posteriores vero, quam d in Territorio permanere permittuntur, sibi penitus relinquantur, ut, si in vi nia, vel in proprio vel in alieno Territorio, illud invenire possint, ejus fi quentationem permittere quidem teneatur; at ubi tale reperire non est, a alii eosdem sponte in participationem admittere noluerint, nulla ulterior a Pri cipe cura exigi possit.

§. XII.

Neque exemplum deest, quo hactenus dicta ad exercitium Religionis su ditorum in terris oppignoratis pertinentia admodum illustrari queant.

Suppeditant illud quædam Terræ Domus Austriacæ hæreditariæ, Du tus videlicet Silesiæ immediate ad Cameram Regiam spectantes, & Austria i ferior, de quibus Instrumentum P. W. Art. V. §§. XXXIX. & XL. disponui Ab his ad terras oppignoratas comparatio quædam haud inepte deducitur. integris enim Pacis Tractatibus hæc duo Articuli Gravaminum toties hinc in ventilati puncta in postulatis mutuis plurimum inter se affinitatis habuisse c prehenduntur, & æqualiter tanquam species quædam exceptionis a sorte re quorum subditorum considerabantur. Æqualis erat quoad utrumque Catho corum atque Cæsareanorum renitentia, eadem utriusque ad Comitia futur aliumve Imperii conventum remittendi aut differendi desideria, eadem utriu que, post conventum generalis autonomiæ punctum, ulterior adhuc disceptat atque conclusio. Imo ipsa Pacis circa utrumque punctum disponentis Lite maxime inter se affinis intelligitur. De oppignoratis enim terris statuit §v XXVII., *Domino directo liberum esse debet in hujusmodi terras oppignoratas ad reversas suæ Religionis exercitium publice introducere.* De terris Domus Austr cæ hæreditariis, Silesiæ præcipue Ducatibus, qui immediate ad Cameram R giam spectant, disponit §vus XXXIX.: *Quamvis Cæsareæ Majestati Jus ref mandi exercitium Religionis non minus, quam aliis Regibus & Principibus com tat.* . De oppignoratis pergitur: *Incolæ tamen & subditi migrare, aut sua quam sub priori possessore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerar Religionem deserere non cogantur.* De Austriacis econtra: *tamen non quidem pacto: . . . sed ad interventionem Regiæ Majestatis Sueciæ, & in gratiam inter dentium A. C. Statuum permittit, ut ejusmodi Comites, Barones & Nobiles, il*

ru

rumque in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi ob professionem Aug. Confessionis loco aut bonis cedere, aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confessionis exercitium in locis vicinis extra Territorium frequentare &c.; quæ facultas postrema tanquam sequela tolerantiæ, aut concessæ dissentientibus subditis perpetuæ in Territorio permanentiæ considerata fuit. De proprio porro Religionis subditorum exercitio quoad terras oppignoratas conventum legitur: *De publico vero suæ Religionis exercitio inter ipsos & reluentem Dominum Directum transigatur.* Quoad terras econtra Austriacas, cum præter autonomiam sic dictam etiam Legati Sueciæ acerrime exercitium iisdem subditis indulgendum sollicitassent, hoc demum Cæsarei quoque, iisdem Suecis acquiescentibus, se concessisse existimabant, dum tres Ecclesias in usum subditorum in Ducatibus illis commorantium, horum tamen sumptibus, ædificari in locis ad hoc commodis se permissuros spoponderunt in §vo XL.: *Sacra Cæsarea Majestas ulterius pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus A. C. addicti sunt, pro hujus Confessionis exercitio tres Ecclesias propriis eorum sumptibus extra Civitates* SCHWEINIZ. JAUER & GLOGAVIAM *prope mœnia locis ad hoc commodis jussu suæ Majestatis designandis post pacem confectam ædificandis, quamprimum id postulaverint, concessuram.* Sumptus ad exercitium subditorum Austriacorum, atque Templorum constructionem necessarii diserta Pacis Litera his subditis injuncti fuerunt. Quoad oppignoratas terras reliqui Status Catholici sumptus ad introductionem propriæ suæ Religionis exercitii necessarios nunquam in se susceperunt, imo nec assertæ Templorum solorum communioni acquieverunt, omnem subditorum circa sacra conditionem atque œconomiam suæ supremæ dispositioni præservatam, transactione sive pacto posthac determinandam, obtinuerunt. Ecce! tota demum sanctionis circa utrasque terras hactenus inter se comparatas differentia, quod quoad Austriacas jam ipsis Pacis Tabulis transactionis species, aut perpetua quædam Cæsareæ Majestatis concessio, tanquam facilius una aliqua regula determinabilis, inserta fuerit; quoad oppignoratas vero futuris posthac singulorum casuum contingentiis, propter quas omnibus ejusmodi terris, salva Dominorum Territorialium Superioritatis & æquanimitatis insimul erga subditos hos dissentientes conciliatione mutua, unam eandemque decempedam accommodari vix possibile fuerat, adhuc præservari debuerit.

§. XIII.

Cæterum si subditos oppignoratos aliquo saltem privato exercitio a Domino reluente sibi concedendo contentos esse oportet, quocunque in loco, qui Domino reluenti opportunus videbitur, nec subditis nimium difficilis ostendetur, tanto minus justa conquerendi ansa illis suppetet, si publicum in eodem quidem loco, iisdemque Templis, non tamen solitarium, quod antea habuerunt, con-

concedatur, ſed ſubditis quoque quoad Religionem cum Domino conſentientibus, participata Templorum ſumptuumque reliquorum communione, *ſimultaneum*, quod *crudum* ſive *craſſum* nominare aſſolent, ſimul permittatur. An enim Jus quoddam prohibendi aliis ſubditis non oppignoratis poſſeſſione Anni Norm. gaviſis eatenus adverſus Dominum ſuperſit, hujus loci nequaquam eſt diſputare, imo vel ipſi Principes hodie conſulto eodem abſtinere aſſolent. Quoad oppignoratos certe ſubditos Domino reluenti hæc ipſa Pacis Litera luculentiſſime ſuffragatur; dum enim eosdem ad transactionem a Domino exſpectandam ablegat, quis Domino Territoriali interdictum cenſere poterit, quo minus in eadem transactione ſimultaneum hoc crudum ſubditis in Religione ſibi conſentientibus præſervet, aut tanquam præſervatum ſemper poſthac indulgeat. Ac omne deſuper dubium prævertit ſpontanea Statuum Proteſtantium oblatio, dum in Projecto Inſtrumenti Pacis a Suecis oblato *a*) Domino reluenti poteſtatem Religionis ſuæ exercitium *junctim* introducendi aſſerunt. Neque enim *junctim* introducere alium ſignificatum propius denotat, quam communem utrisque partibus Templorum ab una ſubditorum parte antea ſolitarie poſſeſſorum participationem. Atque hanc clarioribus adhucdum verbis ſubſequentibus expreſſerunt, queis eorundem vel diviſionem, vel compoſſeſſionem ſponte propoſuerunt; huic enim ſpontaneæ Proteſtantium oblationi Catholicos in ea, quæ hodie brevius contracta legitur, formula contradicere aut renuntiare voluiſſe, adeo nemo prudens rerum arbiter exiſtimare poterit, ut potius ſuæ, quam pleniſſime antea expoſuerant, intentioni quoad hos ſaltem ſubditos firmiſſime inſiſtentes plenam & omnimodam diſcretionis propriæ libertatem retinere voluerint, nullis ſaltem Legis publicæ limitibus nequidem eatenus coarctatam, ut ſubditos oppignoratos in iisdem locis ad compoſſeſſionem Templorum ab ipſis ſolitarie in Anno Normali poſſeſſorum, aut ad ſimultaneum crudum tot diſſenſionum & turbarum ſæpe fomitem cum Catholicis coadmittere tenerentur.

§. XIV.

Quod vero hactenus de Religionis exercitio, tanquam indebito, dictum fuit, ad ejus quoque annexa pertinere haud eſt dubitandum. Æque parum enim illa ex poſſeſſione Anni Normalis his ſubditis reluitis deberi ex deductis hactenus ſponte ſua conſequitur. Natura videlicet & indoles eorum jam ſufficiens hujus rei argumentum ſuppeditare videtur, qua tanquam mera exercitii Religionis acceſſoria ex ipſo nominis ſui etymo æſtimanda veniunt. Unde quamvis depromptum ex Brocardico illo: *acceſſorium ſequitur ſuum principale* argumentum in politicis atque publicis negotiis non ſemper validum, aut omni

a) Conf. Cap. I. §. V. in Nota ſubjecta.

omni exceptione majus existimetur; hac tamen in re illud contemnendum non esse ipsa sana ratio comprehendit. Quid enim connaturalius, aut rectæ rationi magis consentaneum deduci poterit, quam cum possessio Anni Normalis subditis terrarum oppignoratarum & postea reluitarum quoad exercitium, quod principale est, absolute non suffragetur eisdem quoad annexa, etiam tanquam accessoria, quæ prædicto anno possederunt, eadem possessione magis juvari posse. Ad quid enim institutio Ministerii publici, aut nominatio ad Parochiam quandam, ad quid Templa publica servient, si ad mere privatum subditis indulgendum Princeps transfigens suis ex rationibus inducatur, aut subditos ad vicinum potius suæ Religionis locum & Ecclesiam, vel aliunde Jure Patronatus affectam, vel liberæ Principis collationi obnoxiam ejusdemque Ministrum omnino adscribat, aut penitus privato Ministro contentos esse jubeat. Omnino ergo quantum etiam in his subditis sæpe memoratis superesse debeat ex eadem transactione cum Domino ineunda unice exspectandum esse conficitur.

§. XV.

Veruntamen ne soli rationi & proprio criterio in re ad merum factum & mutuum Compaciscentium placitum pertinente plus justo confidere, aut pertinacius inhærere velle videar; ad ipsam potius utriusque partis compaciscentis mentem sæpius declaratam provoco. Formulæ enim latius in historica Tractatuum serie superius recensitæ, quæ a Protestantibus offerebantur, primum subditos oppignoratos reliquis proprio sub Domino versatis penitus æquiparantes diserte omnia præter exercitium annexa complectebantur, mediæ quoad Templa divisionem vel compossessionem interea cesserunt. Cæsarei econtra post diuturnum silentium solam exercitii permissionem, absque ulla annexorum mentione, sua quidem ex parte projectatam Catholicis persuaderi posse arbitrati fuere, hi vero, ad extremam usque puncti autonomiæ conclusionem, Regulæ Territoriali & soli necessariæ subditorum emigrationis flebili beneficio (licet quoad subditos reliquos ab ea difficulter & ultimato demum recessissent) quoad terras oppignoratas inhærentes ipsi etiam nudo exercitio renitebantur, quod nec simpliciter per Legem Dominis impositam permitti, sed voluntaria duntaxat transactione Dominum inter & subditos stabiliri posse consenserunt. Quis vero Legem clarius concipi petere debuisset, nisi qui tanquam petitores conclusionem hanc suæ petitioni antea latissimæ prorsus difformem deprehenderunt. Sueci igitur tanquam subditorum alienorum, majorem adversus Dominos suos reluentes libertatem postulantium, partibus assistentes, ubi modernæ formulæ demum tacendo acquieverunt, hoc ipso ab amplioribus suis antiquis postulatis recessisse manifeste arguuntur.

§. XVI.

§. XVI.

Multo minus denique silentium Bonorum Ecclesiasticorum sive fundationum ac redituum in §vo XXVII. observatum in favorem subditorum oppignoratorum ita detorqueri potest, quasi illa ex ipsa Anni Norm. possessione & communi §. XXXI. beneficio iisdem debeantur. Eadem formularum hinc inde mutuo disceptatarum inter se collatio idem argumentum instruit. Oblatæ enim ex parte Protestantium horum retentionem diserte exprimebant. Quæ vero ex parte Catholicorum redditæ fuerunt, nec minimo eadem verbo attingebant. Quid? quod argumentum prædictum tanto majorem hic obtinet efficaciam, quod Bonorum Ecclesiasticorum, redituum, hospitalium & fundationum cum expresso Religionis exercitio non æque necessaria sit connexio, quam cæterorum, ut vocari amant, annexorum. Unde si exceptio quædam quoad bona ejusmodi ac reditus tanquam §. XXVII. haud comprehensa statui vellet illam in majorem sane Domini libertatem, subditorum vero dispendium, quam largiorem horum favorem admitti oporteret. Paciscentium enim utrorumque intentio in solo exercitio speciatim exprimendo non alia sane conjecturari potest quam quæ in aliis sæpe locis generatim & diserte manifestata fuisse colligitur. Hæc autem fuit, quod Catholici fere semper majoris sollicitudinis & vix non aviditatis redarguerentur in conservandis Bonis Ecclesiasticis & fundationibus, quam in ipso exercitio alterius Religionis impediendo atque denegando a). E contra vero alii Compaciscentes A. C. addicti solum ubique Religionis zelum, & Christianum, ut ajebant, libertatis conscientiarum tuendæ studium undique deprædicare & ostentare solebant, imo hanc ipsam tanquam rationem suæ quoad hunc §vum insistentiæ primariam asserebant b). Unde cum Protestantes per concessionem pactitii Religionis subditorum exercitii, id quod maximum ipsis videbatur, se obtenturos, Catholici vero per retentionem bonorum id, in quo difficultatem præcipuam repererant, retenturos se viderent; haud vana est conjectura, per disertam solius exercitii transactioni submittendi expressionem non

a) Eo conducit TRAUTMANSDORFFII ipsiusmet tam de Catholicorum Legatorum, quos ad congressum non admisit, intentione ac studiis judicium ac de se ipso confessio apud MEYERN Tom. III. Lib. XVI. §. XXVIII Von denen Catholicis Statibus wollte Trautmansdorff keinen, als nur allein den Chur-Cöllnischen Gesandten D. BUCHSMANN zur Conferenz admittiren, weil er sie, ut erant formalia, kenne, und sie ihme nichts nütze wären, selbige auch um vagirende Mönche, oder ein Kloster zu erhalten, wohl 6. oder 8. Stifter in die Schanze schlügen.

b) Conf. Consessus de XXX. Januarii Anno MDCXLVI. in ædibus D. Comitis a TRAUTMANSDORFF apud MEYERN Tom. IV. Lib. XXV. §. IX pag. 50.

Item supra Cap. I. §. I. Not. ult.

non tantum eandem, sed & majorem quoad bona ejusmodi Ecclesiastica & reditus libertatem Domino Territoriali voluisse præservari.

§. XVII.

Neque negari potest, Bona Ecclesiastica post Transactionem Passaviensem & Pacem Religiosam a Protestantibus occupata maximum bello eidem per P. W. finito fomentum præbuisse, prout historia Edicti restitutorii docet a), ipsimet Belli consortes agnoscunt b), & hodierni etiam Scriptores c) fatentur. Et quamvis Catholici quoad Constatus Imperii, qui bona ejusmodi post Pacem Religiosam occupaverant, armorum vi & quietis publicæ demum restituendæ desiderio, in eorum abdicationem perpetuam demum consentire compulsos se viderent; Quantum tamen quoad mediata in Territoriis Catholicorum sita aliis extraneis Constatibus addicenda difficiles fuerint, nemo ignorat. Minor sane subditorum in his favor adversus proprios Dominos ipsismet Protestantibus videbatur, quibus primario Religionis duntaxat libertatem acquirere negotium suum existimabant. Hi quoad bona plus, quam expresse conventum, sibi vindicare nequeunt, bene memores, quod, quidquid obtinuerunt, mero Principum compaciscentium beneficio sibi obtineri potuisse; neque æqualis cum ipsa Religione & conscientiæ libertate considerationis bona visa fuisse; imo nec alio obtutu ad secundarium objectum Tractatuum Pacis pertinuisse, quam quatenus ad sustentationem exercitii Religionis & Ministrorum, aut opera pietatis destinantur. Præterea Pax W. tanquam nuda Pacis Religiosæ declaratio haberi voluit, & in iis Articulis, ubi communi Partium placito nihil novi conventum fuit, illa unanimi Imperatoris, Electorum, Principum, & Statuum utriusque Religionis consensu ratihabetur, sancteque & inviolabiliter servanda, jubetur. Vi Pacis autem Religiosæ nihil Juris in bona, reditus ac fundationes subditis, sed totum id Dominis ac Statibus assertum fuit. Hi dispensatores eorum erant liberrimi, subditi beneficiis eorum fruebantur, prout quosque Religionis favor com-

a) Emanati a FERDINANDO II. Imper. Viennæ die VI. Martii Anno MDCXXIX. quod refert LEHMANN: Act. P. R. III. pag. 82.

b) Conf. Chur-Sächsische Resolution dem Chur-Brandenburgischen Abgesandten ertheilet, den Statum deren Friedens Tractaten, in specie die Restitution der geistlichen Güter und Autonomiæ betreffend. Apud MEYERN Tom. V. Lib. XXXIX. §. XX. pag. 558.

c) Conf. Eines geheimen Raths Bedenken von der Frag: Ob und wie bey so vielen sowohl in offenen Schriften, als in besonderen Berichten vorkommenden Klagen gegen die Geistlichkeit und derselben Immunitæt ein Lands-Herr im Gewissen schuldig die Hand einzuschlagen.

commendabat. Hinc de Jure, de possessione subditorum in his rebus usque a Pacem W. altum silentium, uti omnis procuratio sacrorum ad Principem spectabat, ita penes eundem erat, quæ templa cuique communitati, quas item pensiones, bona, fundationes, & reditus assignare voluerit. Si nulla esset hujus asserti alia probatio, certe unicum illud satisfaceret, quod subditis ex Pace Religiosa adversus Dominum adversi quidpiam circa sacra jubentem, consequenter & bona ipsorum sacris hactenus impensa propriis applicantem, non aliud fuerit præsidium, quam libertas emigrationis, a qua prohiberi non debebant. Unde etiam Edictum restitutorium supra memoratum quoad subditos nihil aliud continebat, quam nullum illis liberum Religionis exercitium, consequenter nec bona deberi invito Domino Territoriali, qui Jus habet emigrationem jubendi. Subditi oppignorati specialibus ex rationibus terminis Pacis Religiosæ addicebantur, eo excepto, quod emigrandi voluntas servata, necessitas vero remissa, ac porro transactio cum Domino suggesta fuerit. Nihil ergo Juris nec nunc subditis quæsitum ostenditur, quod antecedenter ad spontaneam Principis assignationem suum dicant sibique proprium.

§. XVIII.

Perpensis istis generalibus summorum Compaciscentium ideis, magnam utique vim obtinet ipsa illa formularum a Protestantibus oblatarum rejectio a Catholicis perpetuo facta, ac tota Tractatuum series paucis hic verbis ex Cap. I. denuo in brevem quandam epitomen aut unum veluti pugnum contrahenda, quæ & deductis hactenus §§vis anacephaleoseos loco serviat, & ad præsentem potissimum scopum strictim applicetur. α) Protestantes videlicet ab initio præter exercitium, idque ad normam Anni MDCXXIV., annexa quoque Templa & bona, sive reditus ac fundationes, tanquam omnia vi Legum anteriorum publicarum, ac præcipue Pacis Religiosæ denegata & indebita, tum latissime expressa petiisse, Catholicis nihil omnino annuentibus, imo nec respondentibus, luculenter constat a). β) Ut vero Cæsareanorum & Catholicorum renitentiæ justis omnino rationibus nixæ aliquid tribuere viderentur, quoad Templa sensim communionem quidem Domino Territoriali pro suæ Religionis consortibus cesserunt, bona tamen, reditus & fundationes antea possessa præservantes, ideoque sumptus omnes pro introducendo Religionis exercitio necessarios (excepta sola propriorum Templorum constructione) ipsimet Domino reluenti disertis verbis injungi cupientes b). γ) Hæc vero postulata ac præcipue sumptus præfatos cum constanter rejecerint Cæsarei tanquam regulæ antea stabilitæ adversa, difficulter demum in solam exercitii liberi, sed indeterminati subditorum relui-

torum

a) Conf. Cap. I. §. II. & III. & IV.

b) Ibid. §. V.

torum permissionem, absque Templorum antea obtentorum mentione, adconsentientes; quid aliud intendere potuerunt, quam ut illa bona, reditus ac fundationes alioquin a Fundatoribus quondam Catholicis pia liberalitate in Ecclesias & cultus divini ac Ministrorum sustentationem collata suæ adhuc dispensandi potestati ac eminenti administrationi reservarent, subditis videlicet suæ Religioni addictis communicanda atque addicenda. δ) Neque solorum hoc Catholicorum votum fuit atque desiderium, sed ipsorum quoque A. C. addictorum Statuum consensus eatenus accessit, quod hi alias correctiones faciendo, imo uti supponitur, & conjecturari omnino potest, verba: *In Templis antea obtentis* adjiciendo, reliquum textum & omnium aliorum annexorum, bonorum, redituum denegationem, sumptuum quoque, pro introducendo Domini Religionis exercitio, repudiationem a Cæsareis factam approbaverint, ac soli nudo reluitorum exercitio haud dubie acquieverint c); qua acquiescentia accedente Projectum illud a Cæsareis oblatum veræ conventionis indolem sortitum fuit. ε) Sed tota hæc res, Catholicis huic Cæsareanorum, uti ipsi credebant, facilitati contradicentibus, & nec ipsam exercitii permissionem a Lege stabiliri volentibus in fumum fere ac nihilum rediit. ζ) Cum igitur Cæsarei in novis suis Projectis hanc oppignorationum materiam ad Comitia, aut alium quemque conventum remitti atque differri suaderent, ipsimet Protestantes ad antehac conventa atque a Cæsareis concessa (quo nudum certe exercitium ad summum in Templis antehac obtentis pertinebat) provocarunt. η) Unde Catholicis in Cæsareanorum demum sententiam pertractis utrique parti Projectum prius Trautmansdorffianum Instrumenti Pacis d) pro norma & fundamento prorsus assumere placuit e). Dum igitur Projectum illud ad expressam Suecorum petitionem de omnibus tam bonis, quam annexis una cum exercitio in favorem subditorum oppignoratorum relinquendis conceptam redditum, atque solam liberi exercitii permissionem enuntians pro positiva reliquorum denegatione jure merito habetur; moderna quoque eorundem præteritio in Tabulis Pacis nunc obveniens, in illo tanquam basi fundata, æqualis, imo majoris efficaciæ censeri debebit, eo quod nunc diserta exercitii permissio nequidem immediate a Lege ipsa Dominis positive injungatur, sed subditis tantum transactio ab iisdem impetranda præservetur.

§. XIX.

Cæterum quod ad Jurisdictionem Ecclesiasticam attinet, vere & proprie dictam Episcopalem, sive antiquam, ut ajunt, (nam nova cum Jure Territorii ex

c) Ibid. §. VI.

d) Fuit hoc illud supra Cap. I. §. VI. allegatum.

e) Conf. Cap. I. §. XII.

ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi competens hic extra controversiam ponitur) nihil sane est, quo subditi oppignorati a Domino Catholico reluiti suam ab eadem immunitatem aut eliberationem tueri possint. Constat enim summis Compaciscentibus, non æqualem hac in re visum fuisse subditorum favorem, quam ipsorummet Dominorum A. C. addictorum, qui alienam illam, ut ajebant, Episcoporum in suis Territoriis Jurisdictionem tanquam Statum in Statu aversabantur. Unde dicta Jurisdictio ab initio tantum in Status Protestantes, & consecutive in eorum Territoria ac subditos plene ac sine causarum discrimine suspendenda postulabatur, secus ac in Pace Religiosa eandem in negotiis & causis Augustanam Confessionem, ejusque ritus ac ceremonias, atque Ministrorum constitutionem nullatenus concernentibus diserte præservante factum fuerat. Siquidem cum primum A. C. addicti mense Novemb. MDCXLV. Gravamina sua Ecclesiastica proposuissent, Catholici Jurisdictionem Ecclesiasticam a Protestantibus turbatam conquerentes satis ostendunt, eosdem sibi tantum suisque subditis contra Cleri Catholici Jurisdictionem prospicere voluisse, neque adhucdum de Catholicorum subditis A C. consortibus cogitatum fuisse *a*). At dein quidem illi postulata sua paulo amplius extenderunt, dum unicam hanc conveniendi rationem superesse declararent, ut a Catholicis contra Protestantes, sive hi e Statuum numero, sive privati, vel etiam *Catholicorum subditi* forent, nihil imposterum Jurisdictionis Ecclesiasticæ exerceretur *b*). Veruntamen cum Catholici circa causas quidem matrimoniales paulo remissores facti Ordinariorum Jura strenue vindicarent *c*), eidemque declarationi circa causarum matrimonialium dijudicationem prius editæ inhærentes, in reliquis Archi- & Episcoporum Jura porro urgere non desisterent *d*); ita demum ipsorum A. C. addictorum finalis declaratio eos tantum subditos Domino-

a) Vid. Antwort und Gegenbeschwerden der alten Catholischen Religion zugethanen Churfürsten und Stände auf die von den Augspurgischen Confessions-Verwandten, Fürsten und Ständen am 15. Decemb. zu Osnabruck übergebene Gravamina apud Meyern Tom. II. Lib. XV. §. III. pag. 558 ad Gravamen V.

b) Conf. Media und Vorschläg in puncto Gravaminum, welche Evangelischen Theils aufgesetzet, und den 26. Februarii 1646. dem Kaiserlichen Abgesandten Hrn. Grafen von Lamberg, und Hr. D. Cran durch die Sachsen-Altenburgische, Weymarische, Braunschweig-Lüneburgische und Strasburgische Abgesandten überreichet worden. Ibid. Tom. II. Lib. XV. §. V. pag. 571.

c) Conf. unvorgreifliche Gegen-Vorschläg der Herren Catholischen auf der Herren Augspurgischen Confessions-Verwandten in puncto Gravaminum vermeinte media compositionis apud eund. §. IX. pag. 582. seq. ad V.

d) Conf. der alten Religion zugethanen Stände hauptsächliche Erklärung über die Religions-Gravamina apud eundem D. de Meyern loc. cit. Tom. III. Lib. XX. §. XII. Nro 2. pag. 154.

orum Catholicorum liberari & eximi voluit, quos in Decretorio Anno posſo immunes reddidiſſet, ut cæteros tamen omnes, in cauſis aut fidem aut Reonem haud concernentibus, Tribunali Eccleſiaſtico diſertis verbis ſubeſſe mitteret *e*). Poſſeſſio hæc non ea exercitii tum habiti, ſed immunitatis a e dicta Jurisdictione intelligitur. Cum ergo Jurisdictioni huic illi Catholium ſubditi ſubeſſe permittantur, qui in Anno Normali exercitium Religioſuæ poſſederunt, in eoque perpetuo Legis beneficio defenduntur, multo ius ii, queis dictum exercitium ad novum Principis beneficium poſthac imrandum modo reſtringitur, eandem ſubterfugere poterunt. Id ipſum tannagis quoad Principem reluentem Eccleſiaſticum concludit; cui eadem ratio ad Jurisdictionem ſuam antiquam Epiſcopalem ſuffragatur, quæ circa exerum Religionis modo transactione ſtabiliendum modernam Pacis ſanctionem cit. Sicut enim deterioratio pignoris ab alieno poſſeſſore facta permovit ncipes, ut diverſum plane, quam ſubditi poſſederant, de exercitio ſubdito-

Ff 3 rum

e) Conf. Der Evangeliſchen Schluß zu Lengerich der Gegenerklärung in puncto gravaminum de XVIII. Auguſti MDCXLVI. apud eund. loc. cit. Lib. XXI. §. IX. Nro I. pag. 339. 18. ibi:

Die Geiſtliche jurisdiction ſoll wider die Evangeliſche Churfürſten, und Stände und deroſelben Unterthanen ganz nicht exerciret, gebraucht oder geübt werden, ſondern cum omnibus ſuis ſpeciebus pleniſſime aufgehoben ſeyn; Was aber anlanget der Catholiſchen Evangeliſchen Unterthanen, ſollen ſie zwar in Sachen vor das geiſtliche Gericht gehörend, ſo fern ſie die Religion und Glaubens-Articul nicht concerniren, vor dem Chor-Gericht, wann ſie beklagt werden, zu ſtehen ſchuldig ſeyn, ihnen aber nicht zugemuthet werden, was wieder die Evangeliſche Religion laufet, und alſo ſollens auch die Evangeliſchen mit ihren Catholiſchen Unterthanen halten ꝛc. Exactius porro mentem pacis explicat der Evangelicorum endliche Erklärung in puncto gravaminum nach dem deutſchen Aufſatz de 25. Februarii 1647. apud Eund. Tom. IV. Lib. XXV. §. XIII. n. 2. pag. 107 XVIII. ibi: Die geiſtliche jurisdiction ſoll wider die Evangeliſche Churfürſten und Stände, eingeſchloſſen die freye Reichs-Ritterſchaft und deroſelben Unterthanen, ganz nicht exerciret, gebraucht, oder geübt werden, ſondern cum omnibus ſpeciebus auch wider die mediatos, ſo ſich derſelben allbereits *Anno* 1624 befreyet und ledig gemacht, und *reſpective* noch itzo befreyet ſeyn, pleniſſime aufgehoben ſeyn, dahingegen ſoll denen, Geiſtlichen, ſo in anderen territoriis Zinß, Zehend, und Pfächte zu forderen haben, auf ihr Begehren ſchleunig, und unverzüglich dazu verholfen werden. Was anlanget der Catholiſchen übrige Evangeliſchen Unterthanen ſollen ſie zwar in Sachen vor das geiſtliche Gericht gehörig, ſo fern ſie die Religion und Glaubens Articul nicht concerniren, vor dem Chor-Gericht, wenn ſie beklagt werden, zu erſcheinen ſchuldig ſeyn, ihnen aber nichts zugemuthet werden, das wider die Religion lauffet; und eben alſo ſollen es auch die Evangeliſchen mit ihren Unterthanen halten.

Conf. Ill. D. SUNDERMAHLER, Diſſer. de ſuſpenſa jurisd. Eccleſ. §. XVII. pag. 15. ſeq.

rum statui permitterent; ita eatenus quoque sufficit, ne Dominus naturalis vel directus, ut instrumentum Pacis loquitur, facto alieno hoc etiam libero Jurisdictionis suæ exercitio privetur.

§. XX.

Politica demum ac profana Jura nullum ad Religionem respectum habentia hoc loco ne nominari quidem merentur, ubi de beneficii §vi XXXI. participatione totus hujus Dissertationis scopus præfigitur. Cum eo enim, qui totus ad Religionem & ejus annexa pertinet, nihil commune habere possunt; nec Paciscentium intentio fuit, aut esse potuit, liberum Juris Territorialis in Politicis exercitium Statibus plenissime assertum impedire, aut injecto quasi compede ligare, nec mediatos, sive alienos subditos eatenus in suam protectionem suscipere. Quia tamen nihil tam sancte, tam firmiter, tam luculenter statui potest, quod non privatorum compendiorum cupiditas, litigandi pruritus, renitendi studium & cavillandi temeritas in sinistros, imo alienissimos a mente Legum sensus distorquere, evertere, ac temerare solet; paucis & ista coronidis loco a me attingi prudens quisque ignoscet. Ne ii quidem, qui quoad exercitium possessione Anni Norm. tuti sunt, in Politicis quidpiam Juris præcipui adversus Dominum, si ejus ex gratia illa dependeant, vel adversus alios concives, si eorum electioni, nominationi aut constitutioni illa relicta sint, vindicare sibi possunt, dummodo æquali cæteroquin justitia & protectione defendantur, quæ civibus qua talibus absque intuitu Religionis debetur. In Tractatibus Pacis, quamvis plurima de admissione subditorum a Religione Domini dissentientium ad officia honorifica, aliosque favores a Principis gratia pendentes hinc inde disceptarentur, ipsimet tamen Legati A. C. addicti de propria Principum suorum praxi jam satis convicti, sicut propriam ipsorum libertatem coarctare non audebant, ita ex ipso generali æquitatis principio: *Quod quisque Juris in alium statuerit, eodem ut & ipse utatur*, in votis desuper editis suam satis diffidentiam prodiderant de quadam Legis necessitate Catholicis imponenda *a*); imo in

a) Conf. Sessio Evangelicorum publica Die xx. Julii MDCXLVI. Monasterii hora antem: in puncto gravaminum habita apud MEYERN Tom. III. Libro XX. §. XXVIII. N. 3.

Ubi Legatus Brunsuico - Luneburg. ita ait: Sonsten wäre denen Catholischen nachzugeben, daß sie nicht gezwungen seyn sollen einen Evangelischen ad officia honorifica zu admittiren.

Idem Comites Franconici.

Also wäre auch ratione munerum & dignitatum desto sicherer und billiger nachzugeben, weilen ex parte Evangelicorum die Catholische Bürger und Unterthanen reciproce zu Aemter zu beförderen auf allen Fall sehr schwer hergehen würde.

Simi-

a Concluso demum concepto integram in his libertatem relinquendam esse statuerunt *b*). Unde secundum plurimorum locorum ordinationes sive Catholicis, sive A. C. addictis Principibus pareant, jam constitutum reperitur, ut ad officia publica, Magistratus, aut administrationes non admittantur, nisi qui Religioni in loco dominanti, sive Domini fuerint addicti. Minus gravamini aut querelæ locus esse poterit, ubi nulla prohibitio unius magis, quam alterius Religionis subditos excludens constituta habetur, sed id omne qualitatum ad talia officia necessariarum discussioni per eos, ad quos pertinet, sumendæ relinquitur, ut absque Religionis intuitu quoscunque admitti contingat, qui per vias alias observari solitas cum debitis conditionibus eo provehuntur, aut Principi ipsi pro eorum receptione sistuntur, atque offeruntur. In civitatibus Imperii mixtis specialis ea exceptio inventa fuit *c*), ut ex utraque Religione in Senatum admittendi sint pari numero Senatores, quod utraque Religio in Imperio pari jure frui debeat, & in iis civitatibus æquale dominium adhuc habuerit. Ast in aliis civitatibus mediatis vel municipalibus, in quibus alterutra duntaxat prævalet, vix alii admittuntur, quam qui dominanti addicti sunt *d*). Sicut enim exacta mutuaque æqualitas in Pace Westphalica *e*) constituta, formæ tamen Reipublicæ, & constitutionibus cæteris Imperii conformis æque ac terminus restitutionis in Politicis, quæ intuitu Ecclesiasticorum vel Religionis mutata sunt, ibidem stabilitus *f*) ad solos Status & saltem immediatos utriusque Religionis consortes diserte restringitur; ita etiam æqualitas illa, idemque numerus secundum annum diemque decretorium ratione dignitatum Senatoriarum,

Similiter Lindau conformiret sich mit dem Lüneburgischen Voto und begehret, man mögte es, das Conclusum, also einrichten, daß in den Städten, da beyde Religionen in usu seyn, die ad officia honorifica besagte admission der Evangelischen Bürger propter usum Religionis nicht denegirt werden solle.

b) Itidem Conclusum: Die Zuziehung berührter Evangelischer Unterthanen zu Ehren-Aemtern stehet in jeder Obrigkeit Willkühr. Nur daß ihnen die Erbschaften, Legata und andere von der Religion nicht dependirende Jura und Sachen, weniger die Sepultur an ehrlichen etwa darzu geordneten Orten nicht verwehret, ihnen auch sonsten gleiches Recht und Schutz administriret und gehalten werde. Hingegen soll in beyder Religions-Verwandten Mächten und mero arbitrio stehen, einen neuen, und vorhin daselbst nicht niedergesessenen Evangelischen oder Catholischen zum Unterthanen anzunehmen oder nicht.

c) Instrum. P. W. Art. V. §. III. &. VIII. seqq.

d) Id etiam observat KNIPSCHILD de Jure Civit. Imp. Lib. II. Cap. VII. Nro 131.

e) Art. V. §. 1.

f) Ibidem §. II.

rum, aliorumque munerum publicorum inter utrique Religioni addictos præceptus g) civitatibus ibidem nominatis tantum tanquam Statibus & immediatis asseritur: quem propterea ad alios duntaxat Imperii subditos mediatos & civitatum municipalium cives, aliisque Statibus subjectos a summis Compacifcentibus extendi noluisse, & locus iste tractationis, & Tractatuum præviorum deliberatio superius indigitata evidenter commonstrat. Quamobrem cum HENNIGESIO h) concludere licebit, in aprico esse "quam parum summi Compaciscentes ad merum statum loci (vel maxime in Politicis) respexerint; atque „inde fallere illos, aut immane quantum falli, qui putant, in civitate aliqua „Senatum Anno MDCXXIV. ex utraque Religione compositum necessario eo„dem personarum numero & differentia quoad Religionem restituendum, at„que deinceps perpetuo conservandum esse, si nulla pacta aut statuta adsint, „quorum vi unaquæque Senatus pars in possessione sui numeri fuit, liberis ci„vium votis non alterandi.

CAPUT III.

Argumentorum adversantium recensitio atque dissolutio.

§. I. *Argumentum I,* §. XXVII. *ad solas oppignorationes immemoriales restringit.*

§. II. *Argumentum II. Reluitiones durante bello factas a* §. XXVII. *dispositione quoad Religionem excipere conatur.*

§. III. *Argumentum III. exercitium oppignoratis publicum vindicare contendit.*

§. IV. *Argumentum IV. saltem privatum adstruit.*

§. V. *Argumentum V. exinde annexa deducit.*

§. VI. *Argumentum VI. generalitas* §*vi* XXXI. *instruit.*

§. VII. *Argumentum VII. præsertim clausula:* Cujuscunque generis *confirmat.*

§. VIII. *Argumentum VIII. Ratio generalis solum possessionis factum non titulum attendendi, subministrat.*

§. IX

g) Ibidem §. III.

h) Vid. Medit. ad Instrum. Pacis Cæsareo-Suevicum Specim. IV. §. XXXVI. Lit. c.

[.. *Argumentum IX. ex conjectura Anni Normalis etiam oppignoratis non denegati.*

Argumentum X. a latiori §. XXVII. *ad subditos quoscunque licet Anno Norm. destitutos, extensione deducitur.*

. *Argumentum XI. annexa in* §. XXVII. *non diserte expressa ad regulam* §. XXXI. *generalem reducere attentat.*

[I. *Argumentum XII. similiter bona Ecclesiastica tanquam magis ab exercitio Religionis distincta.*

II. *Argumentum XIII.* §. XXVII. *per posteriorem* XXXI. *derogatum esse prætendit.*

IV. *Argumento XIV. Paritas a participatione* §*vi* XLVIII. *ad participationem* §. XXXI. *quoad oppignorationes deducitur.*

Respondetur ad Argumentum I. Ex diverso ac triplici præcipue scopo §. XXVII. *argumentum a majori ad minus inde desumitur.*

VI. *Ad II. Discrimen quoad reluitiones durante bello factas & alias posthac futuras ad restitutionem, non ad Religionis negotium pertinet.*

VII. *Respondetur ad Argumentum III. cum provocatione ad Caput præcedens & authoritatum inter se collatione ac explicatione.*

VIII. *Ad IV. Privati exercitii cum publico comparatio.*

X. *Ad V. Argum. Annexa sequuntur tantum exercitium privatum ex lege debitum, non transactione posthac impetrandum, nisi per hanc expressa.*

X. *Ad VI. Separatæ cuidam speciei per genus non præjudicatur.*

XI. *Ad VII. Clausulæ:* Subditi cujuscunque generis, *ex Tractatibus Pacis obviatur.*

XII. *Ad VIII. Sola observantia aut possessionis factum ad subditos sub proprio Domino versatos restringitur.*

XIII. *Præfigurata ad evincendam Anni Norm. participationem normæ cujusdam necessitas pro oppignoratis eliditur.*

XIV. *Ad X. Oppositio* §. XXVII. *ad* §. XXXVI. *admittitur, solis tamen subditis Anni Norm. possessione gavisis sub alieno accomodatur.*

XV. & XXVI. *Tam annexis, quam bonis & reditibus silentio præteritis regula obstat.*

§. XXVII. *Ad XIII. Ex prioritate §. XXVII. non infertur ejus derogatio, imo posterioritas temporis eidem asseritur.*

§. XXVIII. *Ad XIV. respondetur remissive, atque concluditur.*

§. I.

Supervacaneum sane videri posset in tanta supradictorum luce & manifesta probationum Theseos hactenus deductarum concordia cum ipsa præmissa facti vel Tractatuum serie Historica tempus operamque ulteriorum contrariorum dissolutione perdere, & multis adhuc verborum ambagibus, non novis rerum argumentis in adstruenda illa laborare velle sententia, quæ & menti & literæ Tabularum Pacis aperte conformis dignoscitur, adeo etiam, ut nemo facile, cui vacuus a partium studio animus est, eidem refragari queat. Ut oppositorum tamen infirmitas tanto luculentius breviusque uno quasi obtutu cuique vel obiter inspicienti illucescat, in brevem illa collectionem *a*) redigere, lucique publicæ dare placuit. Ac primo quidem contenditur, solas illas oppignorationes hoc §vo intelligi, quæ ante hominis memoriam factæ sunt, adeo, ut aliæ omnes citro seriusve factæ nihil diversi Juris a reliquis terris sub proprio Domino perpetuo versatis nanciscantur; uti hanc illationem ex verbis §. XXVII. *ante hominis memoriam* HENNIGESIUS *b*) deducit inquiens: „Reliqua igitur pignora, quæ memoriam hominis non excedunt, sed vel ante bellum civile, aut „eo jam durante constituta sunt, si post pacem a debitore redempta, æstimantur quoad Religionem subditorum per omnia ex statu anni MDCXXIV, „prout de eo lex Artic. V. §. XXXI. disponit.

§. II.

a) Non enim meam esse illorum aut inventionem aut compilationem ingenue fateor, unde de benevolo quoque lectore confido, inordinatam eorum absque ordine & connexione rapsodiam mihi haud imputatum iri, atque alia ex parte tanto minus succenseri desidero, si quorundam fortassis opinione justo curatius aut prolixius hac in re versatus fuisse videar; sed id ceu unius veritatis tuendæ, & ab inanibus quibusque, quas adversarii adferunt, exceptionibus vindicandæ studio factum benigne interpretetur; dum de cœtero id, quoad fieri potuit, præstitisse me existimo, ne in supervacaneis diutius hærens aut in plane levitensibus etiam, quibus contraria sententia innititur, rationibus enarrandis, diluendisque nimiam operam ponens lectoris patientia in re manifesta omnibusque ob oculos posita abusus fuisse jure meritoque argui possim. Quo etiam intuitu unice factum, ut complura alia, quæ pro confutandis eo fortius neotericis legum publicarum interpretamentis quibusque aliis, in medium proferri adhuc poterant, prolixitatis tamen tædio nunc præterita consuetoque omissa voluerim.

b) Medit. ad Inst. P. Art. V. §. sæpe cit. Lit. C.

§. II.

Arguitur secundo: Dispositionem §. XXVII. specialem non ad reluitiones post annum Decretorium quidem, sed durante tamen adhuc bello, sive Bohemico sive Germanico, jam factas pertinere, sed ad futuras tantum, quæ post pacem jam conclusam fuerint perficiendæ. Regula enim est legem omnem futuris tantum normam dare negotiis, neque ad præterita ordinarie respicere. Et quamvis negari nolit, plures esse Pacis Westphalicæ passus, qui, utpote restitutionem vel ex capite amnestiæ, vel ex capite gravaminum vel aliunde concernentes, ad præterita pertinent, atque ad statum anni Decretorii sunt retrotrahendi; expressam tamen hujus §vi Literam statim in principio de solis futuris reluitionibus diserte esse conceptam, utpote de quibus statuat: *Iis* (reluitionibus) *aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum examinentur.* Præterea quamvis non de omnibus ejusmodi bonis, scilicet ante hominis memoriam, a Statibus sibi invicem jure pignoris obligatis, & durante demum bello ab aliquo, debitore nempe reluente, occupatis *simpliciter*, sed de iis tantum, quæ durante eodem, vel absque prævia causæ cognitione, vel non soluta sorte, ab aliquo occupata fuerint, loquatur, atque hæc posteriora statim ac plenarie una cum documentis prioribus possessoribus, creditoribus nempe pignoratitiis, restitui debere decernat; ingens tamen discrimen ex dicto §. XXVII. vult colligi inter reluitiones jam factas, & præsertim durante bello factas, & inter futuras demum, nempe conclusa jamjam pace, in sequentibus temporibus contingentes; quas postremas etiam atque futuras solummodo, non æque priores adjecta dispositio negotium Religionis concernens respiciat. Siquidem dictus §. de sententia reluitioni locum concedente studiose futuri temporis verbis utatur, & sicut de prioribus, sive jam factis disponendo statim & plenarie illas restitui imperet, ita ad novas sive futuras sententiam tanquam conditionem etiamnum desideret, quæ ad reluitionem durante bello tam Germanico, quam Bohemico factam applicari nequeat, tanquam otiosa prorsus & superflua, cum reluitioni jam factæ locum ulteriorem per sententiam concedi haud conveniat. Silentio insuper prætermittitur, quod alioquin per præmissam generalem sanctionem, ex universali & illimitata amnestiæ regula universi & singuli tam in omnes ditiones, quam jura plenarie & in eum statum restituendi sint, quo ante destitutionem gavisi fuerant, illi videlicet omnes, quibus occasione motuum Bohemiæ Germaniæve aliquid præjudicii aut damni, quocunque modo vel prætextu illatum fuit, annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus & litispendentiis *a*), a qua regula absque diserto Juris textu eo minus recedendum foret, quo magis per sanctionem ejusdem §. de reluitio-

 nibus,

a) Art. III. Inst. P. W. §. 1. & 11.

nibus, quæ durante bello vel absque prævia causæ cognitione, vel forte non numerata, factæ fuerint, statim & plenarie restituendis luculenter admodum confirmatur. Cum econtra de reluitionibus, quæ durante quidem bello legitime, h. e. tam prævia causæ cognitione, quam numerata sorte, factæ fuerunt, eædem vel sub generali regula restitutionis relictæ, vel saltem secundum analogiam Art. IV. §. XXIII. & XLIX. ad amicabilis compositionis, revisionis, summariique Juris processus vias amandatæ fuisse videntur, quam in rem HENNIGESII sæpe laudati authoritas allegatur *b*).

§. III.

Tertio præfiguratur, subditis hisce oppignoratis Anni Normalis possessione sub possessore pignoris antea gavisis, postquam nexu pignoris soluto, ad naturalem Dominum suum reversi fuerint, exercitium etiam publicum deberi. Atque id quidem alii cum DECKHERRO *a*) ex ipsa possessione Anni Normalis æque dimetiendum volunt, utpote cujus beneficium his per generalem tantum locutionem subditorum sub priori Domino diversam Religionem, cui reluens non est addictus, amplexorum non comprehensis, non denegatum fuerit ob omissam specialem, quæ necessaria fuisse iis videtur, eorum expressionem. Alii vero cum BOEHMERO *b*) licet non eodem, quo illud subditi ejusmodi possederunt, modo deberi asserant, non penitus tamen denegari posse autumant, adeo ut transactioni non ejus substantia, sed modus duntaxat subjici voluerit.

§. IV.

Arguitur porro de privato saltem exercitio nequidem dubium superesse, quin debeatur; cum expressio publici solius, de quo transactio præservatur, eo ipso privatum sub generali dispositione legis & necessitate relictum fuisse indigitet. Atque eo inclinare videtur HENNIGESIUS *a*), quocum communis

b) In Med. ad Inst. P. W. Art. V. §. sæpe cit. Quodsi bona ejusmodi lit. (d) pag. 717. & seq.

a) In Vindiciis Pac. Relig. Tit. XXVIII. §. XLV.

b) In Differt. prælim. Tom. II. Jur. Eccl. Prot. de Jure circa Libert. Conscientiæ §. XLVIII. pag. 42. & 43.

a) Medit. ad Instr. Pac. Art. V. §. XXVII. pag. 333. Lit. bb. *de privato non contendo* & pag. 337. Lit. gg.

„Quia tantum de publico Religionis exercitio est transigendum, ratio postulat, ut dicamus, *Privatum* ejusmodi subditis, qui ad emigrandum cogi „nequeunt, non negari. Qua in re paulo melioris sint conditionis præ aliis „subditis, qui neque publicum, neque privatum exercitium Religionis Anno „MDCXXIV. habuere; His enim imperari potest, ut emigrent.

nis aliorum Protestantium P. W. Interpretum & Commentatorum sententia conspirat. *b*)

§. V.

Inde ad annexorum retentionem argumentum deducitur, cum ista adeo in §. xxxi. tanquam accessoria ejusdem privati considerentur, & qui annexa prætendunt, non majori probandi onere a lege constringantur, quam ut privatim suam Religionem in Anno Normali se exercuisse ostendant. Unde subditi reluiti, qui utrumque dicto anno possederunt, non debent esse deterioris conditionis iis, qui solum privatum possederant, tanquam alioquin satis gravati a lege, quod introductionem simultanei Religionis Domini a se dissentientis pati teneantur.

§. VI.

Id certe exigere iis videtur generalis §. xxxi. dispositio, quæ nullum inter subditos quondam oppignoratos ad Dominum suum pristinum reversos & alios nunquam oppignoratos discrimen agnoscat, sed potius generatim & indistincte omnes Statuum Catholicorum Landsassios, Vasallos & subditos comprehendat. Quid ? quod

§. VII.

Notatu digna existimatur clausulæ illius ampliativæ adjecto: *Cujuscunque generis*, quæ alias supervacanea omnino fuisset, si summi Compaciscentes aliquod subditorum genus, reluitos videlicet, exceptum voluissent. Inde enim omnes sive Catholici sive A. C. addicti Scriptores & P. W Interpretes §. xxxi. generaliter & indistincte, prout jacet, de omnibus & singulis Catholicorum Statuum ac Dominorum Territorialium subditis Protestantibus intelligunt, reluitos nullatenus excipiunt, ratione annexorum & bonorum Ecclesiasticorum oppignoratos inter & non oppignoratos nullibi distinguunt *a*).

Gg 3 §. VIII.

b) Gundling in Dis. pag. 326.

L. B. de Zech in Medit. de Jure reformandi P. II. C. III. §. L. pag. 263.

Pfaffius in denen Academischen Reden über das Kirchen-Recht P. II. Cap. V. §. XI. pag. 350.

a) Alleg. Bocris in Diss. de onere probandi subditis in Religione a Domino Territorii dissentientibus regulariter incumbente, si jus reformandi ob Annum Normalem cessans & limitatum obtineat, ad illust. §. xxxi. Art. V. I. P. W. O. Bamberg. Anno MDCCXLV. edita.

Rothfischer in Differt, de potestate circa sacra & bona Ecclesiast.

Author

§. VIII.

Ad hæc in subsidium vocatur ratio. Sicut enim generatim nullus qu(subditorum exercitium & annexorum possessionem titulus inquiri voluit, nudum duntaxat possessionis sæpe dicto anno habitæ factum, tanquam t transactionis illius publicæ observantiæque futuræ norma, in omnibus agnit fuit; parum iis obstare videtur, quod contra naturalis Domini, quem Tab Pacis directum dicunt, jus & voluntatem illud introductum fuerit; siquidem lus usus, sive sola denique dicti anni observantia, quocunque demum, sive n lo etiam titulo juris nitatur, attenditur in verbis: „subditi cujuscunque ge „ris, qui sive publicum sive privatum Aug. Confessionis exercitium an „MDCXXIV. quacunque anni parte, sive *certo pacto* aut *privilegio*, sive *lo* „*usu*, sive *sola denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam* „*posterum.*" Quam observantiam posthac perpetuam semper & ubique (Compaciscentes voluerint, eo usque, donec de Religione Christiana vel univ saliter vel inter Status immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter (conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur.

§. IX.

Ex eo porro, quod §. XXVII. nec ullam anni sic dicti Normalis ment nem adjiciat, nec diversum quoddam aliud tempus, pro more alias consue determinet, ad quod istorum subditorum intuitu respici debeat quoad exerc ipsius ulteriorem concessionem transactione moderandam; arguunt, verosi liter eundem anni Normalis terminum & his suffragari, partim ut simultane ipsum in hoc speciali, ut putant, casu §. XXVII. Domino permissum regul quandam habeat, partim etiam ne omni penitus regula destituantur, sec dum quam & transactio regatur, & iidem subditi æstimandi veniant, in ca qui facile conjecturari poterat, transactionis a Domino suo non obtinen quæ alioquin judicialem omnem decisionem effugiat; quem casum omni le publicæ norma destitui voluisse, nemo persuadere sibi possit *a*).

§. X.

Inde a vero non penitus abludere autumant, quod §. XXVII. de iis t tum subditis disponat, qui sub alieno Domino vel creditore pignoris possess

null

Author der Reichs-Constitutions-mäßigen Prüf- und Untersuchung: Ob Hohenlohe-Waldenburgischer Seits in Causa Hohenlohe vorwaltende Catholi Alt- und beständig beybehaltene Gemein-übliche Principia neuerlich und ganz beso seyen? pag. 18. 58. & 67. seqq. in not.

a) HENNIG. in Medit. ad §. XXVII. sæpe cit. Lit. kk.

lum in anno Decretorio aut ulla sive quacunque ejus parte exercitium suæ igionis seu publicum seu privatum habuerint, vel eandem modo post dictum um mutaverint, adeoque tanquam prorsus specialis non tam §vo XXXI., m §vis XXXIV. & XXXVI. ejusd. Artic. V. opponatur ac deroget, qui Caticorum subditos A. C. addictos & vicissim, qui anno MDCXXIV. publicum etiam privatum suæ Religionis exercitium nulla anni parte habuerunt, nec , qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a Territo-Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerari, & ua devotione domestica relinqui jubeat; alter vero §. XXXVI. talibus sub-s vel sponte emigrandi libertatem, vel Domino iisdem emigrationem impedi facultatem afferat, a qua tamen subditi reluiti immunes declarantur a).

§. XI.

a) Hanc in rem allegatur JOH. WILHELM. HOFFMANNUS Differt. de Jure emigrantium propter Religionem, Francof. MDCCXXXII. §. IX. pag. 14. 15. in verbis:

„Quæ quamvis ita se habeant, ut Statibus Imperii emigrationem subditis „injungendi potestas omnino competere videatur; sunt tamen nonnulli, qui, „quamvis Anno MDCXXIV. nec publico nec privato exercitio Religionis fue„rint gavisi, nihilominus tamen inviti pelli nequeunt. Huc eos refero, qui „in territorio, quod Status ab immemoriali tempore invicem sibi oppignora„runt, a debitoris reluentis Religione diffidere deprehenduntur. De his per„spicue Pax Westphalica: Incolæ tamen & subditi MIGRARE, aut suam, „quam sub priore possessore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fue„rant, Religionem, deserere non cogantur. Atque ut hac ratione melioris „longe conditionis esse videntur subditi in territorio oppignorato, quam qui„dem cæteri in aliis terris, qui nullo Religionis exercitio Anno MDCXXIV. „gavisi domicilium deserere cogi possunt; ita illis hoc commodum per Pacem „ideo concessum esse videtur, quia de reliquo sortis longe sunt deterioris. „Aliis enim exercitium, quod Anno MDCXXIV. obtinuerant, interverti nul„lo colore potest; In oppignorato autem territorio, quamvis eandem normam „urserint Evangelici, eo tamen Catholici rem perduxerunt, ut quoad publi„cum Religionis exercitium utramque paginam faciat Principis, cum quo „transigere jubentur subditi, arbitrium. Ita Pax: *De publico vero suæ Re„ligionis exercitio inter ipsos & reluentem Dominum directum transigatur.* „Hanc, ut diximus, duriorem conditionem compensavit illa conscientiæ & „in territorio, quamvis nullum subditis anno decretorio fuerit Religionis ex„ercitium, permanendi libertas, quæ ut illibata conservaretur, summa pro„fecto flagitabat æquitas. Nam cum ad creditorem simul cum pignore transeat „territoriale & ex eo fluens reformandi jus, durius equidem fuisset reluenti „debitori præter illud publicum Exercitium determinandi & arctioribus limi„tibus includendi arbitrium, plenam quoque ejiciendi subditos concedere po„testatem. Hoc primum est cessantis emigrationis necessariæ exemplum.

§. XI.

Supposita vero etiam & admissa §. xxvii. ad §. xxxi. oppositione, si tamen subditis manere annexa opinantur; cum juxta disertum literæ tenorem solo Religionis exercitio, eoque publico, subditorum reluitorum loquatur, eoque tanquam specialis & singularis, atque ab ordinaria Pacis regula, no & analogia, velut imprimis quoad permissionem simultanei, haud parum flectens extendi non debeat ad annexa, quæ subditis quibuscunque non tan publicum, sed & privatum habentibus generatim & indistincte confirmata runt, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare p runt; utpote de quibus altum in §. xxvii. silentium deprehenditur. I enim §. ejusd. analysis paucis ista constituitur, ut præmissis iis, quæ ad rel di facultatem a summis paciscentibus concessam respiciunt, de Religione m circa finem disponere tripliciter incipiat: α) Domino prius ipsi simultanei Religionis introductionem asserendo: β) subditis a Domino reluente dissenti tibus stabilem in territorio permanentiam ab emigrationis jussu immunem buendo; γ) De publico vero Religionis subditorum dissentientium exerc transactionem præservando. Atque dum in his omnibus nulla prorsus Juri Religioni ejusque exercitio alias annexorum in toto hocce §. xxvii. me continetur, inde arguitur, quod in terris oppignoratis ad debitorem reve non obstante, sed potius silente §. xxvii., generali & communi Pacis, at imprimis §vi xxxi., tanquam præcipuæ eorum sedis, dispositioni ann MDCXXIV. eis quoque terminum & normam constituenti etiamnum subj mancant.

§. XII.

Idem argumentum ad bona & Jura quoque Ecclesiastica inflectitur. quidem & de his bonis, reditibus, Juribusque Ecclesiasticis, eorumque j sessione quoad subditos terrarum olim oppignoratarum, nunc vero ad pr num Dominum, Statum scilicet debitorem, reluitione reversarum, nihil i ciale aut §vo xxxi. contrarium constituat, adeoque illius dispositionem qu bona Ecclesiastica cum exercitio Religionis haud connexa, imo in omnibus i Pacis passibus distincta, penitus intactam relinquat Quod enim nulla bo rum mentio in §. xxvii. occurrat, notorium est, & ad evidentiam cuicun vel obiter §vum citatum inspicienti patescit. Bona vero ab exercitio in om bus fere Pacis §§vis distingui, inde dignoscitur, quod plerumque in distin §§. pertractentur a), & distinctum quoque terminum habeant, exercitium q pe quamcunque anni partem, restitutio vero bonorum præcise Kalendas Ja rii. Quid? quod annexa inter & bona Ecclesiastica ingens intercedere di

a) Instrum. P. W. Art. V. §§. XIV. & seqq. Item §. XXV. & seq.

ıen nemo diffitebitur, utpote quæ §vus XXXI. ipsemet distinguat, dum post riora jam pertractata & enumerata in Verbis: *retineant id etiam cum annexis &c.* le posterioribus modo inferius mentionem addit: *nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum, fundationum, Monasteriorum, hospitalium cum omnibus pertinentiis reditibus & accessionibus.* Atque illa (annexa) multo propius, quam hæc (bona) Religionem ejusque exercitium attingunt. Omni enim juris rationi convenire asseritur, exceptionem, qualis sit §. XXVII. a communi alterius §. XXXI. regula devians, stricte accipi, nec ultra diserte expressa extendi. Nam si terminus restitutionis in bonis Ecclesiasticis simpliciter est dies prima Januarii anno MDCXXIV. cassatis omnibus sententiis, transactionibus, pactis, & reductione ad statum dicti anni dieique in omnibus sancita *b*); Item si omnia bona Ecclesiastica, ut & eorum reditus juraque quocunque ea nomine appellata fuerint, quæ August. Conf. addicti Status anno MDCXXIV. Calendis Januarii possederunt, iidem tam diu possidere debent, donec controversiæ Religionis amicabili partium compositione universali definiantur, non attentis ullis exceptionibus, vel aliis quibuscunque prætextibus & rationibus; adeo, ut unicum solumque futuræ observantiæ sit fundamentum habita die prima Januarii possessio, nec Augustanæ Confessioni addicti posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbandi, sed ab omni persecutione Juris perpetuo tuti sint *c*); quid opus fuit de pignoribus aliud statuere? Accedit, quod plerumque subditi ipsi initium fecerint mutandæ Religionis, etiam contra Dominorum voluntatem. Hoc si in re oppignorata factum, cur pejori loco esse debeant præ illis, qui adversus Dominorum suorum Territorialium mandata istam sibi licentiam arrogarunt? Ad hæc non parum obstant, quæ paulo post eodem Artic. V. §. XXXI. de omnibus subditis in universum cujuscunque generis conventa sunt, ut, qui eorum sive publicum sive privatum suæ Religionis exercitium Anno MDCXXIV. sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia habuerunt, id etiam retinere fas eis sit.

§. XIII.

In eodem porro supposito, quod §§vi XXVII. & XXXI. sibi invicem opponi velint, hic tamen tanquam posterior potius priori derogare censendus erit per particulam: *Hoc tamen non obstante &c.* Hæc licet primario proxime & immediate præcedentem §. XXX. & jus Statuum Imperii reformandi generale, ex jure territoriali & superioritatis, nec non communi per totum Imperium hactenus usitata praxi, ibidem assertum limitare velint, secundario tamen etiam, sicut

b) Instr. Pacis Art. V. §. II.

c) Ibid. §. XXV.

ſicut generatim omnia contraria & aliquatenus adverſantia, ita quoque reliquos §§. XXIX. XXVIII. & XXVII. præcedentes coarctare videtur, & eatenus iisdem derogare, in quantum iis, abſtrahendo ſaltem a permiſſo illo præter, imo contra regulam, ſimultaneo, derogari potuit.

§. XIV.

Poſtremum argumentum a §. XLVIII. ejusd. Artic. V. deducitur: Videlicet ſubditi reluiti non obſtante §. XXVII. commune §. mox allegati XLVIII. beneficium participare aſſeruntur, adeo, ut tota Jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus in eos ſuſpenſa intelligatur. Nihil ergo prohibere aſſeritur, quo minus quoque §vo XXXI. ſaltem intuitu annexorum & bonorum Eccleſiaſticorum, quamvis §vus XXVII. ſimultaneum iisdem injungat, frui poſſint? Quam parum enim in iſto §. XLVIII. quædam reluitorum exceptio occurrit; æque parum talis exceptio vel diſtinctio reſpectu §. XXXI. ſtatui poſſe videtur, utpote qui in illo §. XLVIII. vel inde fundatur, quia per hunc omne impedimentum illius, liberi videlicet exercitii, fuit ſublatum a).

§. XV.

Hæc videlicet ſunt, quæ opponi volunt, ſed talia revera, ut ſpecialem ſui reſolutionem haud deſiderent. Econtra vero hæc ipſa a me ſpecialibus ex cauſis ſuſcipienda benevoli lectoris potius veniam expoſcat, ne tædioſa forſan ſæpedictorum repetitione haud evitabili vel ſuæ penetrationi injuriam irrogari vel ſaltem patientiam plus æquo fatigari, ac detineri velle exiſtimet. Præmiſſa enim generali proteſtatione, iteratum aliquoties neotericum illud Proteſtantium Principium, ſimultanei introductionem Dominis reluentibus ita per modum exceptionis permiſſam aſſerens, ut cæteris Statibus denegata cenſeatur, tacendo nullatenus acceptari velle a); reliqua omnia per ipſammet Capitis II. dedu-

a) Conf. Wiesenhauer in denen Grundsätzen des Kirchen-Staatsrechts deren Proteſtirenden P. II. C. IV. Sect. I.

Pfaffius in denen Academiſchen Reden über das Kirchen-Recht P. II. VI. IX. & X.

a) Confutatum id reperitur in Magnif. D. Barthelii Diſſert. de jure reform. Novo Art. II. §. X. XI. XII. & altera de eo, quod circa libertatem exercitii Religionis ex Lege Imperii juſtum eſt, Cap. V. §. XXII. & XXIII. Quoad ſimultaneum crudum ſive craſſum, quamvis nec iſtud in aliis locis ſimpliciter Domino Territoriali interdictum manifeſte oſtendatur, minus tamen invitus ero, quominus in hoc §vo ſpecialem exceptionem admittam: prout in Diſſert. *de Paſtorum Hildeſienſium in confirmanda communi Catholicorum Doctrina circa*

deductionem præoccupata fuisse, suisque viribus jam penitus evacuata confidenter assero. Siquidem singula fere ad singulos ejusdem Capitis §§. reduci brevissime possunt.

Ita videlicet quoad *Argumentum I.* ad §vum quoque I. Capitis præcedentis tuto provocare licet. Siquidem tres sunt scopi præcipui, ad quos integra §vi XXVII. sæpe memorati dispositio collimat.

1mus est *Reluitio oppignorationum permissa, vel facultas easdem reluendi debitoribus asserta.*

2dus *Restitutio nihilominus oppignorationum a debitore durante bello forsan occupatarum priori possessori sive creditori pignoratitio ante omnia & interim facienda.*

3tius *Religionis in iis terris posthac ordinatio sive dispositio.*

Quantum nimirum ad Religionem attinet, nihil certe discriminis fieri voluisse ipsamet ratio & mens Paciscentium satis manifestata ostendit, quæ eadem omnibus æqualiter applicatur, ne alieno videlicet creditorum facto superioritati territoriali debitorum tam ingens crearetur præjudicium. Imo sicut longinquitas temporis, quo subditi oppignorati jam sub priori possessore suæ Religionis exercitio gavisi fuerant, tanquam ratio specialis Protestantium contradictionis allegabatur *b*); ita hac per Pacis dispositionem rejecta argumentum a majori ad minus inde conficitur, quod, cum subditi immemoriali jam tempore oppignorati nullo favore digni haberentur, minus favoris mereantur ii, qui non tanta temporis prærogativa defenderentur. Præterea præcipua ratio verba illa (*ante hominis memoriam*) adjiciendi certe ipsammet facultatem reluendi concernebat *c*), ut non attenta ulla temporis, quo creditores in possessione pignoris fuerint, differentia vel diuturnitate, imo immemorialitate ipsa, quæ deficiente bona fide nullum justum retentionis titulum constituere possit,

circa simultaneum efficacia asserui. Hanc saltem facultatem Domino Territoriali terrarum quondam oppignoratarum intuitu satis luculenter vindicat Dissertationis præsentis Caput præcedens §. X.

b) Conf. ex Cap. I. §. 1. not. ult. THUMSHIRNII discursus apud MEYERN Tom. IV. Lib. XXV. §. IX. pag. 50.

Es wäre gleichwohl schwer, daß die guten Leute, so theils über 100. Jahr bey der Religion gewesen, propter Reluitionem auch Religionem mutiren sollten.

c) Idem ibid. Die meisten hätten ihre Pfandschaften so lang besessen, daß Dominium und Titulus daraus zu præsumiren.

Paulo inferius loc. cit. Theils Pfandschaften wären gleichwohl zu 200. in 300. Jahren in der possessorum Hände gewesen.

possit, eadem concessa fuisse intelligatur. Sicut ergo eatenus argumentum a Majori ad minus ab oppignorationibus immemorialibus ad alias recentiores deducitur, ita idem etiam quoad negotium Religionis paris omnino erit roboris atque firmitatis.

§. XVI.

Similis est responsio ad *Argumentum secundum*, quo discrimen illud ad nauseam usque jactitatum inter reluitiones durante bello factas & alias posthac modo futuras contra apertam summorum Paciscentium mentem ad negotium quoque Religionis iniquissime extenditur. Nihil enim discriminis eatenus fieri voluisse, imo diserte jam tum factas eidem dispositioni subjectas, nec ab ipsis Protestantibus exceptas fuisse ex eodem discursu supra allegato constat *a*), sed totum quantum illud est, ad imperatam solummodo terrarum ejusmodi restitutionem interimisticam pertinet, quæ quoad posthac reluendas (nam in manibus priorum possessorum etiamnum restabant) per rerum naturam locum habere non poterat, sed illæ soli causæ cognitioni ac processui judicialique per sententiam decisioni reservabantur. Quoad jam factas durante bello saltem vel absque causæ cognitione vel absque sortis numeratione, contra iniquam videlicet possessionis turbationem, & quasi spoliationem privato Marte ac violenter aut vi etiam armata factam ante omnia restitutio injuncta fuit. Quæ vero conjunctim cum causæ cognitione & prævia sortis numeratione durante bello factæ sunt, eæ adeo non sunt relictæ sub regula generali restitutionis, ut potius diserte exceptæ intelligantur, quam in rem aperte prorsus consentientem habeo privatam saltem HENNIGESII *b*) opinionem ex adverso perperam allegatam, quam prorsus meam proinde facio, mihique jure optimo vindicare audeo.

§. XVII.

a) Vid. apud MEYERN loc. supra cit. fol. 56. ubi:

LANGENBECK objicit: Die Reluitiones wären mehrentheils *intuitu Religionis* geschehen, damit man desto besser reformiren könnte, und eatenus gehörten sie ja ad gravamina Ecclesiastica. Cui Comes TRAUTMANSDORFFIUS requirit: Warum nicht? uterer meo jure &c. Die Evangelischen möchten in solchen Fällen desgleichens thuen.

b) In Medit. ad Instrum. P. Specim III. Art. V. §. XXVII. fol. 327. lit. d. Econtra si ad hunc nostrum ævum attendimus animum, de pignoribus videtur aliud statuendum; nam hæc demum bona pignoratia restitutioni obnoxia sunt, quæ durante bello absque prævia causæ cognitione vel non soluta sorte ab aliquo sunt occupata. Excipiuntur itaque occupata cum prævia causæ cognitione & soluta sorte: Quia contrarium conditionis, sub qua restitutio imperata est, ab hac obligatione liberat. Hæc tamen dicta sint absque cujusque præjudicio, & salvo rectius sentientium judicio.

§. XVII.

Quantum ad *Argumentum III.* & exercitium publicum ibidem per §. XXVII. non denegatum & præscindendo a transactione subditis debitum attinet, abunde jam satisfecere Capitis prioris §§. IV. V. & VI. Authoritati vero DEKHERRI hic allegati jure merito HENNIGESIUS opponitur, qui ex professo eundem solidis confutat argumentis & responsionibus a), quibus nihil est ultra, quod addendum desideretur, dummodo ea demantur, quæ ad asserendum majorem exercitii privati tanquam ex legi debiti favorem ab eodem interferuntur. BOEHMERI vero doctrina ex eodem §. IV. Capitis præcedentis dijudicanda venit, ex quo satis patet, eum suæ tantum convenientiæ, & Religionis subditorum secum consentientium favori, non veritati velificari, dum ipsa pacis publicæ verba manifeste contorquet. Longissime enim inter se differunt, de exercitio publico, quod habuerunt subditi, transigere, aut de modo tantum illius convenire. Modum sane exercitii, si objectum transactionis intelligat, non invitum sane quemlibet æquum rerum inspectorem inveniet, dummodo exercitium in genere intelligat, & huic generatim sumpto modum illum accomodari sinat, quo ipso hodierna Instrumenti Pacis dispositio ad Projectum illud TRAUTMANSDORFFIANUM pro basi ac fundamento assumptum & clausulam eidem insertam: *Liberum Religionis exercitium permittatur*, tanto propius accedit.

§. XVIII.

Ad *IV. Argumenti* dissolutionem abunde sufficiunt ea, quæ superius Capite præcedenti §. VIII. & IX. dicta fuerunt, ubi illationem a denegatione expressa publici ad permissionem privati nullam esse ostensum fuit. Multo potius ubi Catholici in admittendo privato difficiliores se exhibuerunt, satis intentioni Protestantium Statuum Compaciscentium nunc ceditur, si idem quoque transactionis beneficio relictum esse asseratur, & subditi eo gavisi, æque, ut alii publico potiti, ab emigrationis jussu non tantum immunes admittantur, sed & aliqua spe obtinendi alicujus liberi exercitii secundum æquum & bonum donati a lege statuantur, licet non in eodem loco & modo, quo antea habuerunt, prout §§vi XI. & XII. latius ostendunt; ne alias subditi privato tantum gavisi melioris sint conditionis, & fortius jus habere censeantur, quam ipsimet illi, qui publicum habuerant.

§. XIX.

Inde facile consequentia a privato exercitio ad annexa deducta quoad eos subditos, qui oppignorati fuerant, penitus corruit. Nam privati illius, quod

 eodem

a) Medit. ad Instrum. P. Artic. V. §. XXVII. Lit. bb.

eodem modo, eodemque loco, quo possessum fuerat, relinquendum est, consequens etiam est annexorum retentio, quantum nimirum illa possessa fuisse probari poterit. Siquidem ex solius exercitii privati possessione non sequitur annexa quæcunque etiam deberi, sed ea tantum, quæ possessa fuisse probantur. Cum ergo nulla possessio oppignoratis suffragetur, sed qualecunque suum exercitium a Domino modo posthac obtinere debeant; annexa quoque nulla tanquam sua vindicare poterunt, nisi ea, quæ sponte iisdem Dominus transigens addicere voluerit. Unde omnino subditorum oppignoratorum, qui publico & privato exercitio sub alieno Domino gavisi fuerant, deterior conditio præ iis, qui solum privatum sub proprio obtinuerant, absque omni scrupulo admittitur, tanquam cuicunque evidenter in oculos incidens. Nam priores nullum jus in ipsa lege fundatum habent, quod tamen posterioribus disertis verbis asseritur.

§. XX.

Quid porro efficaciæ tribui velit generalitati §vi XXXI., quæ nullum subditorum discrimen constituat, sane videri non potest. Incivile quippe habetur atque a calumniæ suspicione haud alienum, ex paucis duntaxat verbis aut uno legis passu totam legem dijudicare velle. Vix ulla in jure regula invenitur, quæ non suas etiam exceptiones patiatur; & ubi in eadem lege exceptio firmata est, generalitas verborum alibi posita ex speciali exceptione suam interpretationem sumit. Constat autem ex supradictis generalitatem illam §vi XXXI. in Tractatibus Pacis ad eos subditos tantum pertinuisse, qui exercitium aliquod a propriis Dominis saltem tacite, per solam videlicet observantiam anni Normal. quocunque titulo imo nullo nixam, obtentum possederint. Unde pro substrata tantum materia intelligenda, & ad eam restringenda, nec extra oleas extendenda venit; quia interpretationem extensivam, quæ sola verba absque mente legislatoris captans ultra substratam materiam eadem ampliat, cavillatoriam esse, legalibus Jurisconsultis expeditum habetur. Nunquam enim genus derogat speciei, bene autem species generi; Neque opus est id, quod semel specialiter positum fuit, in aliis generalibus dispositionibus expresse repetere.

§. XXI.

Nec plus roboris habet expressa illa §. XXXI. clausula: *Cujuscunque generis*, quæ tanquam merum glaucoma ad præsentem scopum plane impertinens deprehenditur. Quia reluitio nullam in ratione subjectionis differentiam constituit, aut diversum *subditorum* in ratione nexus sui ad Dominum genus efficit; aut si id efficere obnixe contendatur, certe species una separatim semper pertractata jamque diserte excepta sub generali expressione non amplius comprehendi-

ditur. Intentio ſane compaciſcentium ſatis luculenta eſt, quod ad eos ſubs reſpexerint, qui ſub proprio Domino ſuo naturali verſati & in poſſeſſio. ulterius exercitii fuerint. His duabus qualitatibus vel conditionibus ſimul currentibus, nullam aliam ex quamplurimis ſubditorum differentiis, quæ licet recenſitæ in Tractatibus fuerunt, non tamen a Proteſtantibus agnoſci uerunt, attendendam eſſe ſtatuunt Primam differentiam ſtatuerant Catho-, inter ſubditos communes, & eos, qui Status Provinciales, aut Nobiles diati ſeu Landſaſſii eſſent. Prioribus nudam emigrationem eamque neceſſan, & congruum ejus terminum, poſterioribus vero moderationem talem ad exercitium, ut contra vim querendi anſam non haberent, promiſerunt *a*). ipſi quoque Proteſtantes varias alias ſubditorum differentias adnotarunt *b*). res inſuper aliæ aliunde ſatis notæ ſunt *c*), atque ne undecunque eas conirere opus ſit, ex ipſa aperta P. W. litera alibi animadvertuntur *d*), quas gene-

a) Conf. MEYERN Tom. II. Lib. XV. §. IX.

In unvorgreiflichen Gegen-Vorſchlägen deren Herrn Catholiſchen auf der Herrn Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten in puncto gravaminum eingegebene vermeinte media compoſitionis ad 3tium . . . bleibet billig in deroſelben Willkühr, die Unterthanen, ſo ihrer Religion nicht zugethan, entweder in dero Landſchafften zu behalten, oder aber den Ab- und Auszug anzukünden, und aufzutragen; welchenfalls die Unterthanen ſchuldig, da ſie zu der alten Catholiſchen zu tretten nicht geſinnet, an andere Ort zu ziehen, und ſich allda nieder zu thuen, jedoch mit dieſer Beſcheidenheit, daß bey den angekündigten Emigrationen nicht allzugeringer Termin geſetzet, ſie verkürzet, noch wieder Recht, und Billigkeit beſchweret, ſondern hierinn gehörige Moderation und Temperamenta gebraucht werden ſollen; Betreffend aber die Land-Stände, welche das Exercitium Augſpurgiſcher Confeſſion von Zeit des Religion-Friedens ihrem Vorgeben nach hergebracht, wie auch die Landſeßiſche Ritterſchaft wird deren Lands-Obrigkeit eine ſolche Moderation zu halten wiſſen, damit dieſelbe ſich keiner Vergewaltigung zu beklagen Urſach haben.

b) In Confer. VOLMARUM inter & SALVIUM de XXIX. Martii MDCXLVII. ad Artic. XII. & XV. in adjuncto ſuo ſub Lit. B. in verbis:

„Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vaſallos, Civitates, „Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates, & ſubditos Stati- „bus Imperii immediatis vel pure & ſimpliciter, *vel certis conditionibus & pri-* „*vilegiis ſubjectos pertinet*, qui Anno MDCXXIV. quacunque anni parte &c. „Conf. MEYERN Tom. IV. Lib. XXV. §. XXI. in Adjuncto B. pag. 170.

c) Eo pertinet diſtinctio ſubditorum in im- & mediatos, ſive ſubditorum ſubditos & alios ſolo nexu civilis, alios deſpoticæ ſubjectionis vinculo ligatos, atque homines proprios. De quorum omnium differentiis Scriptores tum publici Juris, tum privati prolixius & accuratius diſſerunt.

d) Nimirum Art. III. §. 1. in verbis:

„Va-

generali hac Clausula: *Cujuscunque generis*, posthac in Pace brevius com hendebant, quin vel cogitatum fuerit, hanc generalitatem ad subditos op noratos semper speciatim pertractatos ullatenus extendere.

§. XXII.

Solum possessionis factum absque Titulo attendendum esse facile conc tur, dummodo ad subditos sub proprio Domino Territoriali versatos secun literam Pacis & intentionem Paciscentium restringatur. Ita restringebant tholici adhuc die XXII. Februarii An. MDCXLVIII., ubi Tractatus super e citio Religionis & autonomiæ *a*) reassumptos ad finem perduci cupiebant, ferentes novum suum Projectum, in eoque concedentes: ut "subditi, „qui publicum A. C. exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte „*certo pacto, aut privilegio, sive longo usu a suis Catholicis superioribus o* „*tum habuerunt*, retineant id etiam imposterum cum annexis, quatenus „dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt &c." Po mum Protestantes obicem antea invenerant in verbo: *Conniventiæ superi* a Catholicis semper adjecto, cui alia: *aut sola denique observantia* substi rant. Ratio hujus substitutionis difficultas probationis, scilicet scientiæ niventis, fuerat. Hac probatione sibi non imposita de cætero acquiesceb & ipsimet sub hac observantia superiorum conniventiam simul compreh causabantur *b*); illam vero clausulam: *A suis superioribus obtentum* nullat morabantur, imo nec eliminatam aut obliteratam cupiebant. Unde satis sequitur utrorumque Paciscentium intentionem eo restrictam fuisse. Id q tanto magis ex ulteriori disceptatione terrarum oppignoratarum post conclu jam integrum Autonomiæ generalis punctum adhuc continuata colligi Nam ipsi Protestantes hanc etiamnum differentiam superesse agnoverunt. U

„*Vasalli*, duorum eminentior digniorque pars Nobiles mediati haber „*Subditi*, quod nomen commune intelligitur, nisi Ministri, Officiales & „rici tanquam nobilior reliquorum pars intelligi velint. *Cives*, qui su „municipiis & oppidis. Denique *incolæ*, quo nomine infimi quique, uti degentes, venire possunt.

a) Vid. Kaiserl. Project. so zur Dictatur gekommen, in puncto Autonomiæ XXII. Febr. MDCXLVIII. apud Meyern Tom. V. Lib. XXXIX. §. pag. 506.

b) Vid. Relat. de XXIV. XXVI. & XXVIII. Febr. Anno MDCXLVIII. Congres apud Meyern Tom. V. Lib. XXXIX. §. XII. Num. III. pag. 523. ibi:

Das Wort Conniventiam hätten die Herren Kaiserliche in ihr erstes Pr nicht gesetzt; die Catholici aber solches vorgeschlagen; und schliesse die Obser die Connivenz ohne das mit ein.

onclufo dein §. XXVII., quo harum terrarum jura prorfus diftincta ftabilita ierunt, non opus amplius fuit in moderno Inftrumento Pacis in formam reacto ea verba: *a fuis Catholicis fuperioribus obtentum*, tanquam nunc fuperflua, lterius adjicere, cum alioquin obfervantia fub proprio Domino Territoriali otenta per intentionem utriusque Partis abunde declaratam fat luculenter ingitata effet.

§. XXIII.

Cavillatorium prorfus Argumentum eft, quod ex omiffa in §. XXVII. mi Nomalis mentione deducitur, quafi is etiam oppignoratis fubditis relini voluerit; cum tamen tota ratio de iis fpecialem §vum conftituendi hæc erit, ne æquali cum aliis jure fruerentur. Id luculenter agnovit HENNIESIUS adverfus DEKHERRUM fuperius jam allegatus *a*), ut nunc jure erito HENNIGESIUM HENNIGESIO opponere mihi liceat *b*), cui & L. B.

a) Meditat. ad Inftrum. Pac. Specim. III. Art. V. §. XXVII. Lit. bb. fol. 333.

„Fruftra quæritur: An & quale tempus receptæ, habitæ vel poffeffæ fub „priori creditore pignoris poffeffore Religionis hic fubintelligendum? an fuf„ficiat quocunque tempore aliam Religionem exercuiffe? an ante conclufam „Pacem noviffimum exigendum, an vero hic quoque Annus MDCXXIV. „tanquam deciforius requirendus? Nam fi nullum tempus fubditis auxilio eft, „quid quærimus, quale eis prodeffe poffit?

b) In Meditat. de Jure reform. P. II. C. III. §. L. pag. 263., ubi duo fingularia quoad terras oppignoratas ftatuit, quorum primum effe ait: *Quod Domino reluenti competat facultas libera fuæ Religionis exercitium introducendi;* quod tamen fecundum propria pacificationum & legum publicarum Imperii aliter admitti & agnofci nequit, nifi fingularitas illa in ipfam *libertatem* tanquam omnino hic illimitatam omnisque prorfus exceptionis a Pace conftitutæ quoad affignationem veterum templorum, redituum ac fundationum permiffam redundet. Alterum fingulare in eo reponit, *quod fubditi quondam oppignorati, qui publicum Religionis exercitium Anno MDCXXIV. habuerunt, de publico Religionis fuæ exercitio nihilominus transfigere debeant cum Domino reluente. In cæteris vero eodem jure cum illis fruantur, qui liberum Religionis fuæ exercitium habuere Anno MDCXXIV.* Per hæc cætera videlicet intelligendo folam immunitatem ab omni coactione ad deferendam Religionem fuam, ftabilem ac perpetuam in Territorio inviti licet Domini perfiftendi libertatem at tolerantiam neceffariam, five ab omni emigrationis neceffariæ juffu fecuritatem, fervato tamen pleno voluntariæ arbitrio, quod, fi ad minimum privatum Religionis exercitium a Domino obtinere nequeant, tanquam ultimum refugium a Lege ipfa ftabilitur. Quoad locum enim, templa, bona, reditus Ecclefiafticos, fcholas, aliaque Religioni annexa nihil certi ac determinati juris iis attribuit. Conf. fupra Cap. II. præc. §. IX. not. *c*.

L. B. DE ZECH adstipulatur. Reliquarum vero rationum adjectarum insubsistentia ex generalibus Juris publici atque P. W. Artic. V. §. XXX. principiis circa jus reformandi aperte dignoscitur. Nec enim superioritas territorialis Statuum Majestatis æmula aliam regulam agnoscit, quam legem ipsam publicam, præcipue Pacem Religiosam, in quantum per posteriorem Westphalicam non est immutata aut limitata. Hæc vero quoad introductionem proprii Religionis exercitii tanquam præcipuum Juris reformandi generatim stabiliti, atque per P. W. denuo expresse confirmati effectum, quam maxime in terris his oppignoratis, nullam omnino limitationem Domino injungit. Quoad effectum vero expellendi oppignoratos, præcipue anni Normalis possessione gavisos, de quibus solis disceptatio fuit, eam duntaxat unicam limitationem eidem præcipit Paci Religiosæ derogantem, ne videlicet his emigrationem necessariam injungere possit. Memoratis econtra subditis beneficium permanendi in territorio adversus invitum etiam Dominum cum devotione domestica definitive adjudicat. Et hæc sola norma est, ad quam ii provocare possint, ut nec ad deserendam Religionem, nec ad emigrandum cogi queant, sed tolerari omnino debeant. Cætera a discretione Domini exspectanda. Hunc si duriorem inveniant, meminisse eos oportet conditionis suæ, se videlicet subditos esse, & nihil in Religione Juris habere posse, quod non vel a lege publica, utrorumque Compaciscentium consensu, obtinuerint, vel ubi lex nulla iis quidpiam addicit, ab ipsomet Domino posthac obtinere possint. Prout agnoscit HENNIGESIUS, solatium hoc non quidem omnino nullum, sed sane exiguum nominans, cum in ejus generis transactionibus non possit non semper subditorum deterior conditio esse *c*). Valet proinde illud: Lex quidem dura, sed tamen ita scripta est; Neque ut, ait idem HENNIGESIUS *d*), consultum est iniquitate rei contra apertam legem disputare, sed æquo animo hæc toleranda sunt, ex quo semel Paciscentibus placuerunt.

§. XXIV.

Decimo Argumento §vum XXVII. ad subditos, qui nullum in anno Norm. exercitium sub priori Creditore tanquam pignoris possessore habuerunt, accommodanti & restringenti plenissime jam in Cap. præced. §vo IV. contradictum, ac per allegatas tam rationes quam authoritates satisfactum, atque posthac §vis V. & VI ejusd. Capitis oppositio §vi XXVII. ad §vum XXXI. in favorem Domini, subditorum vero odium, constituta plenius evicta fuit. Eundem vero & §vo XXXVI. opponi in favorem subditorum oppignoratorum, qui anni Nor-

c) Loco & §. & Lit. supra cit. pag. 335.

d) Idem ibidem pag. 334.

Normalis possessione sub alieno pignoris possessore gavisi fuerant, non negatur, quatenus videlicet ab emigrationis jussu eximuntur a), dummodo & ipsa hæc ad §vum XXXVI. oppositio ad alios subditos anni Norm. possessione sub alieno pignoris detentore destitutos contra mentem Paciscentium non extendatur, utpote quibus plus favendi nulla nec ratio, nec voluntas fuit. Unde frustra fingitur intuitu aliorum Religionis commodum, ubi nullum summis Conpaciscentibus placuisse ostenditur. frustra contra analogiam Instrumenti Pacis, imo ipsam mentem & literam fingitur æquitatis ac prætensæ compensationis fundamentum, iis præsertim in specie nullatenus profuturæ, quibus quidpiam detractum, vel potius minus aliquid emolumenti attributum esse voluit b).

§. XXV.

Silentium porro annexorum in §vo XXVII. observatum adeo subditis non suffragatur, ut potius ex Tractatibus anteactis tanquam denegatio positiva habenda sit, atque directe adversetur; adeoque beneficii loco iis reputandum veniat, quidquid Dominus super exercitio transigendo de his quoque illis remittere voluerit, prout Capitis præcedentis §§vis XIV. & XV. plenius deducitur. Imo potius favor regulæ generalis anterioris, & per P. W. iterato disertis verbis stabilitæ Domino Territoriali adversus subditos quoscunque assistit. Et quamvis eidem per modum exceptionis quoad subditos sub proprio Domino constitutos Catholici tandem latius cum expressione exercitii, annexorum & bonorum derogari permiserint, quoad reliquos regula potius firmata fuit. Exceptio enim tanquam odiosa & stricte interpretanda ultra expressos conventionis terminos ex generalibus Juris rationibus extensionem non patitur ad ea, quæ distin-

a) Add. HENNIGESIUS loc. sæpe cit. Lit. cc. inquiens:

„Sunt duæ velut generales regulæ, quibus paciscentes subditorum con„scientiis prospexere. Una habetur §vo XXXI. *Hoc tamen non obstante*, agit„que de subditis, qui sive publicum sive privatum Religionis exercitium An„no MDCXXIV. habuerunt. Alteram exhibet §vus XXXVI. *Quodsi vero sub„ditus*, qua definitur, quid illis subditis fiat, qui Anno MDCXXIV. nec pu„blicum nec privatum suæ Religionis exercitium habuerunt, vel qui post pu„blicatam Pacem Religionem mutarunt. Illis exercitium suum, prout dicto „anno habuerunt, integrum illibatumque servatur. His beneficium emigra„tionis est datum, si sponte subditus velit, vel Dominus eum tolerare nolue„rit. Neque enim cogere Imperio potest, ut ad sua sacra transeat. Has in„ter duas regulas media quædam hoc loco est singulari exemplo subditorum, „qui etsi habuerint Anno MDCXXIV. publicum suæ Religionis exercitium, „eo tamen uti non possunt, antequam de illo cum Domino reluente transege„rint.

b) Conf. Cap. præced. §. III.

diſtinctas rationes habent, & ſpecialem mentionem merentur. Speciali vero mentione digni ſemper cenſebantur ſubditi oppignorati, adeo, ut diſtinctis ſemper conſultationibus de iis ageretur. Ratio etiam patientiæ Dominorum ſaltem tacitæ, ex ipſa diuturna obſervantia anno Norm. continuata, quaſi per præſumptionem Juris & de Jure nullam probationem in contrarium admittentem, ſtabilitæ, iisdem haudquaquam applicabilis eſt, propter quam ſolam ſummi Paciſcentes a regula Territoriali quoad ſubditos oppignoratos recedere minus injurioſum exiſtimaverant. Unde ſpecialior exceptio quoad ſubditos oppignoratos anguſtioribus terminis circumſcripta, & ad ſolum Religionis exercitium tanquam favorabilius idque indeterminatum coarctata, extenſivam interpretationem ſaltem Dominis Territorialibus invitis non admittit, utpote quorum diſcretioni lex totum committit atque commendat. His omnibus attentis, & conſideratis Tractatibus in Capite primo præmiſſis, multo potius atque congruentius §vus XXVII. non tam exceptio reſpectu §vi XXXI., quam potius totalis ejusdem antitheſis atque oppoſitio cenſendus atque dicendus foret; quæ tamen appellatio perinde mihi eſſe poteſt, ne in logomachiam incidere videar, dummodo ſubſtantia & juris effectus menti Paciſcentium conformis admittatur atque obtineatur.

§. XXVI.

Quoad bona ſubditorum Eccleſiaſtica, ſeu potius reditus, fundationes & acceſſiones quascunque Eccleſiaſticas tuto rurſus ad Cap. præced. §§vos XVI. XVII. & XVIII. provocare licet. Et quamvis neminem latere poſſit, quod omnes §§vi Art. V. §vo XXX. anteriores, ex quibus authoritates ex adverſo allegatæ repetuntur, de ſolis Statibus immediatis diſponant, adeoque etiam diſtinctus ille terminus reſtitutionis bonorum & redituum Eccleſiaſticorum, ſcilicet dies prima Januarii anni MDCXXIV., tantum Status inter ſe, nequaquam vero ſubditos, de quibus in §vo XXX. modo ſermo eſſe incipit, reſpectu Dominorum ſuorum, aut inter ſe etiam concernat a); ſed potius expeditum ſit, eundem eſſe terminum reſpectu ſubditorum pro bonis conſtitutum, qui & reſpectu exercitii obtinet, ubicunque ſubditi mediati in poſſeſſione bonorum ejusmodi ac redituum contra jus reformandi Domini territorialis defendi cupiunt, quod videlicet P. W. Artic V. §vus XXX hac conditione confirmavit, ne tamen hoc prætextu ſubditorum poſſeſſio quacunque anni parte habita ab eodem turbari poſſit b). Κατ' ἄνθρωπον nihilominus diſtinctio ex adverſo adſerta admitti poſſet,

a) Conf. DECKHERR. Vindic. Tit. XXVIII. de Pace Relig. Nro XXXVII. pag. 377.

b) Conf. HENNIGESIUS Med. ad Inſt. Pac. Art. V. §. II. Lit. a. & §. XXVI. „Lit. x. pag. 315.

Add.

ıſſet, tanquam proprio potius ſcopo, quam adverſariorum intentioni profi-
a. Nam cum diſtinctá ab exercitio haberi velint, & diſtincte etiam ac diſerte
Tractatibus Pacis a Proteſtantibus petita, & tamen in Projecto TRAUT-
ıNSDORFFIANO, a dictis Proteſtantibus eatenus non correcto, nec verbo
morata, imo potius, in Pace W. Projecto mox memorato tanquam baſi ſu-
ſtructa, nequidem transactioni diſerte ac nominatim ſubjecta fuerint; multo
em cohærentius poſitiva eorundem denegatio contra ſubditos nulla nec litera
: ratione legis munitos, quam coacta conſervatio, aut neceſſaria reſtitutio
erſus Dominos, generali regula nixos atque tutos, inde concludenda ve-
et.

§. XXVII.

Frivolum prorſus dignoſcitur admiſſa ſemel §vorum XXVII. & XXXI. ad
nvicem oppoſitione ex ſolo poſitionis ordine derogationem prioris per po-
iorem ſtatuere. Principum vero: poſteriorem legem priori derogare, in-
cinne prorſus diverſis ejusdem legis §vis ſimul promulgatis applicatur.
gulam & exceptionem in eadem ſæpe lege contineri haud dubium eſt.
ut §vus XXX. Jus reformandi Statibus ex communi per totum Imperium
tenus uſitata praxi aſſertum confirmans tanquam regula ponitur, cui §vus
ı. exceptionem & limitationem quoad expulſionem ſubditorum anni Norm.
ſeſſione ſub propriis Dominis gaviſorum opponit per verba: *hoc tamen non*
ante, luculenter demonſtratam. Quod vero ultra §vum XXX. immediate
cedentem eadem exceptio ad anteriores non pertineat, inde conficitur,
d ibi novum modo objectum tractari incipiat, ſubditorum videlicet quoad
igionem ſecuritas, cum antea de Statuum Juribus actum fuiſſet. Cum au-
Ii 3 tem

Add. etiam Celeb. in Tubing. Univerſ. Juris Publ. Profeſſ. GODOFR. DAN.
HOFFMANNI Comment. Juris Publ. Eccleſ. de die decretorio Anno MDCCL.
edita §. XLVII. pag. 139. in verbis:

„Negari enim haud poteſt paciſcentibus, in toto Articulo V. uſque ad §vum
„XXXI. nonniſi de immediatis, ipſisque adeo Statibus & Ordinibus regni eo-
„rumque reſtitutione ſermonem eſſe, illosque hoc demum §vo de reſtituen-
„dis quoque mediatis & ſubditis, quorum proxime præcedens §vus XXX. me-
„minerat, agere cæpiſſe, in quo Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli
„& ſubditi A. C. addicti primum fere nominantur, atque ab ipſis Statibus im-
„mediatis bis & ſollicite diſtinguuntur. Non ſolum autem de reſtitutione Re-
„ligionis Evangelicæ quacunque dicti anni parte ſive publice ſive privatim
„exercitæ ibidem agitur, verum inſimul quoque reſtitutio poſſeſſionis omnium
„dicto tempore in poteſtate A. C. addictorum conſtitutorum templorum, fun-
„dationum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, verbo, Bonorum Eccleſiaſtico-
„rum mediatorum cum omnibus pertinentiis, reditibus & acceſſionibus de-
„cernitur,

tem Statuum occasione de subditis oppignoratis incidenter & specialiter in § XXVII. jam agatur, generalis dispositio §vi XXXI. ad eosdem nullatenus pe nere potuit, cum species potius generi derogare soleat. Imo & posteriori sanctionis potius §vo XXVII. ex anteactis Tractatibus asserenda venit, licet or ne positionis nunc præcedat; cum constet, modo post integrum punctum au nomiæ quoad subditos sub propriis Dominis versatos jam conclusum, de pignoratis adhuc disceptatum ac demum conventum fuisse a). Quare pra intentionem Compaciscentium omnino luculentam ipsum quoque principi ex adverso allegatum nostræ potius sententiæ suffragatur.

§. XXVIII.

Quantum denique ad Jurisdictionem Ecclesiasticam attinet, ad so Cap. præced. §vum XVIII. provocare licet, qui hac super re otium hoc l omnino tribuit, atque id unum pro fine commemorandum reliquit, quod XXXI. & XLVIII. plane inter se disparati sint, nec ab uno ad alterum sen Argumentum deduci valeat, multo minus §vus XLVIII. tanquam fundamen §vi XXXI. allegari possit; cum extra controversiam positum noscatur, m Statuum Catholicorum subditos, licet possessione anni Normalis quoad ex tium gavisos, eandem tamen Jurisdictionem Ecclesiasticam antiquam, Episcopalem etiamnum in negotiis A. C., ejusque ritus, ceremonias ac nistrorum constitutionem non concernentibus, agnoscere debere. Quan rem jure merito concluditur, subditos oppignoratos soli Dominorum suo Territorialium discreto arbitrio relictos, nulla in re, ad commune aliis ditis, sub proprio Domino Territoriali versatis, beneficium anni Decret tanquam sibi ex ipsa lege debitum, posse provocare.

T A N T U M.



Animadversiones Editoris.

Ad *Cap.* 2. *§.* 10. Quod hic Auctor inquit de Exercitio Religionis pri ad id nimirum requiri, ut qui eodem gaudent, aut templum aut aedes p tas ad illud destinatas habeant cum interventu Ministri suae Religionis, i pro sacris suis obeundis aut recipiendis jus accessus ad illas aedes habeant, firmatur ex testimoniis celeberrimorum Scriptorum Protestantium collect

a) Conf. Cap. I. §. XI. & XII.

n Grundsätzen von dem offentlichen, privat und Hausgottesdienst bst einiger Erläuterung derselbigen aus offentlichen Staatshandlun- n 1765. Zwentes Cap. von dem Privatgottesdienst: MAJER in dem utschen geistlichen Staatsrecht. 1773. 2. Theil. 1. Cap. von dem Re- gionswesen der teutschen Lande überhaupt. p. 80. illud adhuc restrin- t ad aedes, quae proprie templa non sint, ubi ita inquit: „privat Reli- gionsübung ist diejenige, so in Privathäusern, die keine eigentlichen Kir- chen sind, gehalten wird:" conforme id videtur responsioni, quam dede- nt Protestantes Catholicis instrui cupientibus, quid ergo per exercitium ivatum intelligant, apud DE MEIERN *Tom. 5. p. 823.* „wir verstünden durch dasselbe anders nichts, als daß es in den Privathäusern inskünftige gehalten werden sollte." MOSER *in Tract.* von der Landeshoheit im geistlichen 1773. *4. Buch. 1. Cap. §. 10.* ita pronuntiat, substantiam exer- tii privati apud Protestantes in eo consistere *a*) ut ministro liceat sacra ce- brare, *b*) cantilenas in communi et preces adhibere, atque ita etiam concioni lesse, *c*) hoc item modo coenam sacram distribuere, cui apud Catholicos ait cedere sacrificium Missae. Ad accidentalia refert quod ministro Religionis ermissum sit aliquando etiam extra actus sacros uti vestibus consuetis ejus con- itioni, alias non item: sacra subin celebrari possint januis apertis, quod item ias secus sit: item liceat Baptismum conferre, et Matrimonia benedictione itiare, quod denuo alibi prohibitum sit: uno in loco permissum sit, Mini- rum communitati proprium habere, in alio tantum aliunde extraneum advo- are permittatur: quibus apud Catholicos aliae quoque ceremoniae ritusque ac- edant, circa quae eodem modo discernendum sit: inde exercitium privatum liud denuo *liberum* esse aliud *limitatum* et *restrictum*. Quod exercitium tam ublicum quam privatum quoad ea, quae juxta cujusque Religionis principia substantia Religionis abesse possunt, nunc liberius, nunc restrictius esse pos- it, negari non posse videtur, atque illuc omnino referenda esse verba *Art. 5. §. 31.* ubi dicitur utrumque exercitium subditis relinquendum esse, *quatenus illud exercuerint*, atque eo ipso textus tacite insinuare videtur, illud anno nor- mali nunc majori nunc vero restrictiori quadam ratione quoad actus quosdam Religionis in specie, in usu esse potuisse, neque plus deberi, quam quatenus quoad hos actus, quibus absentibus substantia Religionis salva esse queat, sub- diti in possessione fuerunt, modo ne zelus subin praeposterus aut potius vexan- di alios libido dicta haec ad minutias quasque nullius plane momenti extendat. Exercitium privatum aut multum improprie sumpsit, aut minus recte scripsit Corpus Evangelicorum ita dictum, dum inquit in causa Salisburgensi apud SCHAUROTH *Tom. 3. p. 424.* „dann wenig hingegen sie um das Exercitium „Religionis privatum und Emigration selbsten ausdrücklich anzuhalten nöthig „haben; gestallt sie jenes sich so fort ohne weitere Umschweife bedienen kön- „nen,

„nen, bis der Landesherr, deme es nicht gefällig, diese ihnen ankündiget un „auferleget:" subditis enim anno normali in possessione saltem privati no existentibus nil debetur, neque ab iis, expresse non concedente plus quidpiam Domino territoriali usurpari potest, nisi domesticum toto coelo etiam ex unanimi calculo Protestantium a privato diversum.

Ad eiusdem *Cap. §. 17. not. c.* Das Bedenken eines geheimen Raths von der Frag: ob und wie bey so vielen sowohl in offenen Schrifften, als in besondern Berichten vorkommende Klagen gegen die Geistlichkeit und derselben *Immunit*ät ein Landesherr im Gewissen schuldig die Händ einzuschlagen, quam scriptiunculam hic citat Auctor, ea refutata est, in den vertrauten Briefen zwischen einigen Geistlichen von dem vorgeblichen Verderbniße der Geistlichkeit und derselben Immunität, 2. Bände, neue Auflage 1773.

Ad ejusdem *Cap. §. 20.* Quod hic dicit Auctor ad officia politica non necessario admitti debere alicui Religioni addictos, etsi iis alias ex beneficio anni normalis Religionis suae exercitium competat, intelligi debet salvis iis, quae in Diss. huic Tomo N. IV. inserta *de anno decretorio ad Collegia opificum non pertinente* dicta sunt. Equidem hoc ipsum etiam inter alia PUTTER *in Respons. supra cit. 223. Tom. 2. Part. 3.* urget, ut exinde consequi ipsi videatur, igitur etiam rite a tribu quadam excludi posse certae Religioni addictos cives in Civitatibus Imperii, quodsi in anno normali in ea tribu nulli huic Religioni addicti opifices fuere. Id in primis mirum, tale quid Protestantibus in hac causa ad eo liquidum videri; extare nihilominus tot gravamina ei uni innixa, quod anno normali scabini judiciorum etiam rusticorum usque ad eum, qui vigilias nocturnas in pagis obeat, ipsorum Religioni addicti fuerint, Catholicis nunc a Domino territorii substitutis: quodsi etiam nostris diebus talia videre cupis, adi Neueste Staatsacta *Tom. 2. Cap. 2. Tom. 5. Cap. 3.* Neue Staatscanzley *Tom. 11. Cap. 1. Tom. 15. Cap. 10. Tom 21.* zweyter Abschnitt *p. 267. seqq. Tom. 2. Cap. 15. Tom. 9. Cap. 1. Tom. 11. Cap. 1. Tom. 12. Cap. 5. &c.* Minime dein consequitur, quod vult PÜTTERUS, nam ad ejusmodi officia nemini jus quaesitum est, neque annus normalis ad hujusmodi politica se extendit: civibus passim ad habilitatem in tribubus opificum, unde plerumque se sustentare debent, jus competit, nisi exceptio clarissime doceri queat: id autem ob Religionem ita esse non solum ostendi nequit, sed contrarium potius verbis sat apertis habetur *Art. 5. §. 35. in cit. Diss.* jam satis discussis, examinatisque.



VII. JO-

VII.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES U. J. D. &c.

DISSERTATIO

DE

PACTORUM HILDESIENSIUM

IN CONFIRMANDA

COMMUNI CATHOLICORUM DOCTRINA

CIRCA

SIMULTANEUM EFFICACIA

AD ILLUSTRANDOS I. P. W. ART. V. §. XXXI. ET XXXIII.

Wirceburgi 1765.

PRÆFATIO.

Telam a me cœptam primo velut in stamine paulisper interrumpo, &, dum in præliminaribus ad Studium Canonicum apprime necessariis, ex meo me proposito, versari oportebat, in ipsa Juris Ecclesiastici Germaniæ nostræ Publici abdita progredi non perhorresco, non levitate quidem animi, ut cuiquam videri posset, sed justa quadam, quæ necessaria oppido, jucunda maxime mihi fuit, occasione impulsus.

Prodiit enim, pluribus abhinc mensibus, in lucem publicam eruditissima Magnifici hujus Universitatis Procancellarii & Senioris BARTHELII *Viri mihi æternum venerandi Dissertatio* de eo, quod circa libertatem exercitii Religionis ex Lege Imperii justum est, *quæ tota in eo versatur, ut Simultanei innoxii Catholicæ Religionis in iis locis, ubi in Anno Normali etiam solum A. C. exercitium viguerat, introductionem Domino Territoriali Catholico permissam ex ipsa Pacis Littera, & præviorum Tractatuum histo-*

historia assereret, ingenti propterea applausu a plerisque Eruditis suscepta, & ardenti cum desiderio ab aliis hactenus conquisita.

Aliis vero, uti novitate, ita autboritate Viri Celeberrimi DAVIDIS GEORGII STRUBEN *Statuum Provincialium Hildesiensium A. C quondam Syndici postea Regii & Electoralis Brunsvico-Luneburgensis Con filiarii Justitiæ Intimi, & moderni Cancellariæ Directoris multum praoc cupatis aliquam adhuc speciem probabilitatis in contrarium relinquere ea ar gumenta videbantur, quæ mox Laudatus Autbor* Horarum subsecivarum, vulg Nebenstunden, Part. .. Tract. V.. *ex specialium Pactorum Hildesiensium a rogatione, & Tractatibus desuper ab utraque Summorum Compaciscentiu parte binc inde agitatis adversus communem banc Catbolicorum Doctrina universim, & quatenus ad omnes reliquas Imperii Romano-Germani Provincias pertinet, deducere ingenti cum artificio, parique cum eloque tia & styli suavitate conatus fuit; quorum proinde maturiorem quanda adhuc suscipi discussionem, in supplementum supra laudatæ Dissertationi operæ pretium omnino visum fuerat.*

Hæc enim Argumenta, uti prorsus particularia sunt, ideoque ta quam ex sola Pactorum memoratorum partim confectionis, partim aboliti nis Historia deprompta, particularem quoque ex eadem sui resolutionem r quirunt; ita universalium, quæ ibidem traduntur, principiorum explan tionem & argumentorum ex præcisa Actorum & Tractatuum P. W. Hist ria, quatenus ad ordinationem diversorum in Imperio Sacrorum univers spectant, desumptorum pertractationem, si ad amussim, ut par est bæc tr ctari voluissent, non parum impediissent, aut mole etiam sua Lectoris er diti patientiam obruere debuissent. Separari proinde utraque congruenti visum fuit, mibi vero partialem banc Historiam, & argumentorum in deductorum dissolutionem reservari perbonorificum & jucundum accidi quæ non tantum Episcopatui Hildesiensi patrocinatur, sed ingentem etia Universali Germaniæ nostræ Juri Ecclesiastico, quoad statum diversaru in Imperio receptarum Religionum inter se ordinat, ac definit, illustrati nem affert.

Quam ob causam eandem quidem vicissitudinum Hildesiensium Hist riam, tanquam ad ipsorum argumentorum inde baustorum intellectum pr primis necessariam, breviori tamen stylo contractam, bic fundamenti lo præmittere rursus placuit, quæ ab eodem Viro Celeberrimo cit. loc præm sa fuit; quid? quod paucis tantum reflexionibus exceptis, quibus ad Vindicias, *aut* Anti-Vindicias Hildesienses *quondam editas, quæ quoad banc S multanei controversiam in idem fere recidunt, paulisper digredior, in re*

q

quis tantum Virum de passu ad passum insequi non erubesco, ut nihil tibi, Lector Benevole, supersit, quam argumenta ab alterutro ex relatorum textuum utrinque eorundem tenore deprompta mature ponderare, & , pro utra parte fortius militent, statuere ac dijudicare; penitus tamen mihi persuasum habeo, hæc argumenta inde deducta multo fortiora in rem Catholicam a te deprehensum iri, quam ut illi præjudicium aliquod inde fieri posse, Teutonica Jurisconsulti alias Celeberrimi eloquentia, styli suavitas, & Germanicæ linguæ nitor persuadere tibi valeat.

Quemadmodum & tuo libentissime judicio committo, an non ea undique usus fuerim modestia, quæ Professorem Publicum ab altercandi libidine, imo & omni Apologetico, aut potius refutatorio scribendi genere, tanquam plerumque obscuro, & eruditis auribus oculisque ingrato, quam maxime alienum, quique neutrius Partis Patronum, sed solius veritatis amicum comprobare se cupit, quam optime deceat. Vale.

SUMMARIA.

§. I. *Religio frequens Pactorum materies in Germania.*

II. *Diversa ejusmodi Pactorum divisio, &* Universalium *exempla quædam commemorantur.*

III. *Inter* Particularia *specialem notam mereri videntur Hildesiensia.*

IV. *Bellum Hildesiense, aut diffidatio ita dicta, ex cujus infelici eventu Diœceseos in* majorem *&* minorem *divisio enata.*

V. Majoris *Diœceseos inter* HENRICUM *Juniorem &* ERICUM *Seniorem distributio, & subsequa in utramque partem Reformationis sic dictæ irruptio.*

VI. *Idem fatum &* minor *ob Episcoporum impotentiam subiit.*

VII. *In hacce* minori, *tanquam frequentioribus vicissitudinibus obnoxia, plura Pactorum exempla prostant.*

VIII. Major *Diœcesis per Sententiam Cameralem Episcopo Hildesiensi restituta.*

IX. *Cujus quieta demum possessio per Transactionem ab Imperatore promotam Hildesiensibus firmata fuit.*

X. *Huic adjectum circa Religionem, de quo præcipua nobis est quæstio, Pactum refertur, quod* Recessum Brunsvico-Hildesiensem *merito vocamus.*

XI. *Summorum Paciscentium in Tractatibus Pacis Westphalicæ diversæ circa Pactorum vim generatim Sententiæ, & insecuta demum Pacis ejusdem ad observantiam Anni Normalis ea reducentis sanctio.*

XII. *Hæc generalis Pactorum abrogatio, & ad Anni Normalis observantiam reductio ad Pacta in* minori *Diœcesi inita haud dubie pertinet.*

XIII. *Acrior circa* Recessus Brunsvico-Hildesiensis *abrogationem contradictio, ejusque argumenta in utramque partem recensentur.*

XIV. *Quæ majoribus propterea cautelis roborata fuit.*

XV. *Acquiescentibus quidem Cæsareis, sed reliquis Catholicis eandem abrogationem tantisper limitantibus.*

XVI. *Quorum tamen, & longius adbuc protracta Episcopi Hildesiensis contradictione non attenta, abrogatio eadem demum conclusa fuit.*

XVII. *Quæ ejusdem proprium & juridicum effectum quidem sustulit, historicum tamen & illustratorium salvum reliquit.*

XVIII. *Quem in defendenda communi Catholicorum circa* Simultaneum *Sententia exerit.*

XIX. Simultaneum *duplici sensu hodie spectatum dividitur, ac definitur.*

XX. *De* Crudo *quid sentiendum, exponitur.*

XXI. *In Hildesiensi Episcopatu idem, quod in aliis Imperii terris, locum habere debere, ex sententia* Strubenii *facile consequitur.*

XXII. *Verius autem contrarium ex Actis & specialibus Causis allegatis ostenditur.*

XXIII. *Quæ speciales Causæ prolixius explicantur.*

XXIV. *Unde infirmitas conclusionis ex Episcopatu Hildesiensi ad reliquas Imperii terras derivatæ demonstratur.*

XXV. *Prætermisso Simultaneo* crudo, *ad solum* innoxium *ita dictum præsens Dissertatio convertitur.*

XXVI. *Confectio anteriorum Pactorum Hildesiensium ante Pac. Westph. liberrimam hujus introductionem cum ampliori favore ex Pace Religiosa competiisse, ostendit.*

XXVII. *Id quod multo fortius confectione* Recessus Brunsvico-Hildesiensis *confirmatur.*

XXVIII. *Ex quo Argumentum efficax conficitur, a Pace Religiosa tanquam basi ad Pacem Westph. tanquam ejusdem declaratoriam duntaxat, non abrogatoriam, deductum.*

XXIX. *Abrogationis vero Recessus Hildesiensis petitio & tractatus prævii perpetuam duntaxat retentionem & exercitii & templorum in Anno Normali possessorum undique intentam fuisse, diserte commonstrant.*

XXX. *Idipsum ex addita petitæ abrogationis dicti Recessus ratione, quod nimirum* observantia Anni Normalis instar regulæ haberi debeat, *luculentius evincitur.*

XXXI. & XXXII. *Cujus sensus prolixius, pleniusque declaratur.*

XXXIII. *Mutuæ quoque sequelarum remonstrationes, ubi Catholici huic abolitioni fortius restitere, ac præcipue* ADAMI ADAMI *Reflexiones,*

XXXIV. *Uti & primæ Doctoris* KUNNECKE *Propositiones & concepta ex primo earum profectu lætitia idipsum ostendunt.*

XXXV. *Quo & ejusdem pro memoria postea oblatum, &* ADAMI ADAMI *præcipue Reflexionibus oppositum pertinet.*

XXXVI. *Ulterius natura negotii ipsiusque Recessus abrogati tenor,*

XXXVII. *Uti & effectus, quem abrogationi huic* LAMPADIUS *asseruit, liquido comprobant.*

XXXVIII. *Quibus proprius & usitatus eo tempore hujus vocis:* Simultaneum, *significatus, a moderno largius latiusque accepto diversus, suffragatur,*

XXXIX. *A* LAMPADIO *non obscure quidem, sed præter mentem Catholicorum & Hildesiensium, ad confirmationem tamen hodiernæ eorundem Observantiæ non mediocrem, præallegatus.*

XL. *Existimatæ quædam ex eodem* LAMPADIO *difficultates dissolvuntur.*

XLI. *Ex rebus gestis in Hildesiensi præsertim Episcopatu Pacem conclusam subsecutis & famigerata Capucinorum Causa, datisque desuper* VOLLMARI *litteris, & secundo ejusdem eventu Simultaneum* innoxium *nequaquam prohibitum fuisse colligitur.*

XLII. *Extra terras Hildesienses Simultaneum etiam* crudum *non tam illimitate prohibitum, sed res amicabili partium compositioni pro diversitate circumstantiarum subjicienda videbatur.*

XLIII. *Ex ratione nimirum aequi & boni, atque ut Pax & stabilita per eandem comis utriusque partis diffidentis Cohabitatio conservaretur, Simultanei crudi conditio aestimanda existimabatur.*

XLIV. *Quae ratio Simultaneum innoxium, sive nudam Religionis Domini in loca, a diversae Religionis Subditis Anno Normali habitata cum constructione separaturam Ecclesiarum introductionem nequaquam attingit.*

XLV. *Argumentum ex Litteris Circuli Saxonici inferioris refertur, & dissolvitur.*

XLVI. *Aliis argumentis generatim & remissive respondetur.*

XLVII. *Argumentum ex praefigurato turbarum periculo deductum refertur.*

XLVIII. *Quod tanquam unicum a Doctoribus hodiernis solidioribus, habitualem statum Anni Normalis non admodum probantibus, adoptatum saltem substantiae Simultanei innoxii Catholicae Religionis non obstat.*

XLIX. *Quid? quod nec rituum externorum moderationem stricto jure debitam evincit.*

L. *Adjecta principiorum quorundam irregularium in Anti-Vindiciis Hildesiensibus perperam praesuppositorum epicrisi concluditur.*

§. I.

ligio in ermania

Postquam funestum Religionis diffidium in universas fere, qua late patet, Imperii Romano-Germanici terras invectum Status ab Imperatore, eosdemque inter sese, subditos a Statibus, quin & subditos a subditis, aut cives a civibus, itaque totam Germaniam a se ipsa divisit; ut ipsa illa in Religione dissensio mutuae totius corporis & membrorum inter se unioni, vix non penitus jam dissolutae, posthac non amplius obesset, extremum alias illi exitium allatura; Religio eadem, nulli licet hominum dispositioni & arbitrio ex indole sua subjecta, quoad suos tamen effectus externos Pactorum materies frequentissima evasit. Nec enim aliter dissentientes inter sese animi conciliari, & mutua Religionum Jura ordinari facile poterant, nisi sponte ipsi sua denuo coalescerent, & consensu mutuo ad unam saltem societatem civilem, servandae quieti & tuendae tranquillitati publicae natam, reunirentur, quamvis in sua Deum colendi ratione, & iis, quas diversi diversas sibi persuaserant, salutis aeternae consequendae viis, longissime a sese invicem disjuncti persisterent.

x ratio- specia- Pactis noxia.

§. II.

§. II.

Hac ex ratione Pacta plura circa Religionem *universalia*, sive inter Imperatorem & Status Catholicæ Religioni addictos ex una, Status autem Protestantes ex altera parte, quandoque etiam cum extraneis Potentiis, vel ab Imperio, vel a Statibus inita, quibus quies & tranquillitas publica totius Imperii restitui voluit, fuere profecta. Atque hæc ipsa sunt Pacificationes publicæ Imperii, quarum vix ulla jam inde ab illo Reformationis sic dictæ tempore ad nos usque condi potuit, quæ non aliquam quoque Religionis mentionem faceret, deque illa vel subditis, vel Statibus, prospiceret. Recensentur hæc inter Transactio Passaviensis de Anno MDLII., & insecuta mox Anno MDLV. Pax Religiosa, dein Pax Westphalica, sive Osnabrugensis, quæ fere omnem Sacrorum diversorum in Germania statum aut normam definit, stabilitque. Alterius exemplum præbet Pax Monasteriensis, Religioni Catholicæ in Alsatia & Sundgovia Regi Galliæ concessa securitatem *Art. X. §. 25.* servans. Sicut & postea Rex Galliæ LUDOV. XIV. in Pacis Ryswicensis *Art. IV.* cavit, ut in locis a se restitutis Religio Catholica occupationis tempore invecta in statu, quo factæ restitutionis tempore fuerat, permaneret.

Pacta alia universalia,

§. III.

Sed nec *particularia* desunt, aut defuerunt unquam circa Religionem Pacta, inter Dominos Territoriles singulos, eorumque Status Provinciales aut subditos, quandoque rursum inter tertios, in horum tamen favorem inita. Quamvis enim Sacrorum in Germania ratio universim Pragmaticis illis Imperii Sanctionibus satis sit definita; particulares tamen atque diversas in singulis Territoriis quo minus recipiat determinationes, non prohibuerunt, quibus aut subditi, aut Domini de suis juribus aut libertatibus per illas concessis quidquam remittunt. Atque hæc sicut in ipsa adeo Pace Westphalica speciatim quoad terras cum oppignoratas *Art. V. §. 27.*, & generatim quoad reliquas etiam Imperii terras *Art. eodem V. §. 31.* diserte adhucdum permissa sunt, & præservata, ita ante hanc Pacem conclusam, sive tempore post Pacem Religiosam ad illam usque intermedio frequentissima occurrunt, quæ inter specialem semper notam penes Eruditos omnes mereri visa fuerunt Pacta Hildesiensia. Hæc autem rursum plura sunt, quæ diversæ ejusdem Episcopatus vicissitudines, pleræque rei Catholicæ admodum funestæ, pepererunt: quas ipsas ad meliorem Pactorum illorum notitiam & dijudicationem faciliorem strictim percensere, operæ pretium ducimus, quin & necessarium prorsus existimamus.

Alia particularia,

Pace W. vel anteriora, vel posteriora.

§. IV.

Prima hujus Episcopatus vicissitudo ipsis Reformationis sic dictæ auspiciis coæva

Diffidationis Hildesiensis occasio.

coæva ad Annum MDXIX. reducitur. Gliscebant jam aliquamdiu, ad votum præcipue FRANCISCI I. Galliarum Regis, ad turbas domesticas in interiori Germaniæ parte tum excitandas quam maxime intenti, Episcopum Hildesiensem JOANNEM inter & Duces Brunsvicenses ob dubietatem finium inimicitiæ, a Nobilibus quibusdam, præcipue BURCKARDO DE SALDERN ejusque hæredibus, resuscitatæ, Brunsvicensium, & FRANCISCI Episcopi Mindani eisdem assistentium armis ac viribus auctæ, atque in apertum denique bellum succensæ. Reluitionem enim Præfecturarum quarundam a Nobilibus jure pignoris detentarum cum cogitaret JOANNES, & ex parte obtineret; hanc isti ægerrime ferentes, inito cum Ducibus Brunsvicensibus & Episcopo Mindano fœdere, ad pugnam se accingunt, cujus actualis quoque commissio non diu multumve abfuit. Armorum vero sorte Episcopo favente & cæsis Ducum copiis, iisdemque in captivitatem redactis, CAROLUS V. Imperator ipso pugnæ commissæ die interea electus captivorum inter alia relaxationem sub pœna Banni eidem injunxit, quin etiam adversus reluctantem, tanquam violatæ hac ratione pacis publicæ reum, ejusdem sententiam mox protulit, cujus executionem Ducibus ipsismet, simulque Regi Daniæ CHRISTIANO II. demandavit.

Banni sententia, & executio.

Vid. LUNIG Teutschen Reichs-Archivs *Contin. I.* 3ter Fortsetzung eilfter Absatz vom Stift Hildesheim *pag.* 169.

Idem *in Contin. Spicil. Eccles. pag.* 527., ubi & Patentes ejusdem ad omnes Imperii Status, & aliæ ad Regimentum Imperii Norimbergense datæ referuntur.

His porro uti nihil jucundius ac volupe magis accidere potuit, quam propitiam adeo occasionem ulciscendæ, superiori etiam authoritate, veteris offensæ nancisci, ita & facillimum fuit, Episcopum, omni pene auxilio destitutum, extremas & eas quidem in angustias redigere, ut præter Hildesiam & Præposituram Ecclesiæ Cathedralis, nonnisi tres arces, Payna, Steuerwald, & Marienburg ipsi superessent, reliquum Episcopatum Brunsvicenses occuparent. Unde hæc pars Ducibus parens *Major Diœcesis*, illa Episcopo relicta *Minor* appellari cœpit.

Diœceseos occupatio & divisio.

§. V.

Majoris Diœceseos inter Brunsvicenses partitio

Majorem illam Duces Brunsvicenses ita inter se diviserunt, ut octo Præfecturæ ab HENRICO Juniore Principatui Brunsvico Guelpherbytano, ab ERICO Seniore quatuor Ducatui Calenbergensi incorporarentur, atque unirentur. Uterque Religioni Catholicæ addictus, a LUTHERO vero, ejusque affeclis admodum alienus, sic dictæ Reformationi, aut novitiarum circa sacra opinionum propagationi parum favit. Non obstante tamen HENRICI renitentia, ubi illum Anno MDXLII. ditionibus suis spoliare & exuere Electori Saxonico

sonico JOANNI FRIDERICO & PHILIPPO Hassiæ Landgravio e votis successerat, per totum illum Ducatum, atque octo præfatas Satrapias Hildesienses huic addictas Religio Protestantica, constitutis hunc in finem Ministris A. C. addictis, late propagata, & his quoque postea ab eodem HENRICO juniore Anno MDXLVII. denuo restituto ejectis, tantisper repressa, sub ejusdem tamen filio Duce JULIO A. C. defensore acerrimo resuscitata revixit, & diffusa latius Principatum omnem occupavit. In quatuor vero illas Præfecturas Calenbergensi Ducatui unitas, invito licet Duce ERICO Seniore Calenbergensi, sensim & lentis fere gressibus irrepsit, sub ejusdem vita functi vidua ELISABETHA Brandenburgica longius progressa, sub ERICO Juniore ejus filio, utut ad Religionem Catholicam reverso, secura substitit, & postea sub Duce JULIO Brunsvico-Guelpherbytano superius memorato, qui ERICO Calenbergensi improli successerat, conservata posthac, & ad ipsa usque belli tricennalis tempora imperturbata remansit. & varius circa sacra status.

§. VI.

Minor econtra Diœcesis præter Præposituram Ecclesiæ Cathedralis solas tres Præfecturas supra dictas complectens aliquanto securior ab omni novatione sub pedo Episcopali conquiescere posse ab inito & primo intuitu videri poterat; quin & reapse fuisset, si potentia & nata inde Authoritas id suffulsisset. Episcoporum enim zelus haud deerat, cum nec JOANNES supra memoratus, nec ejusdem Successor VALENTINUS Anno MDXXXVII. electus, cujus in tuenda doctrina Catholica extremos conatus Minoris Diœceseos sic dicta reformatio.

SECKENDORFF *in Hist. Lutheran. Lib. I.* §. 69. & *Lib. III.* §. 121.

commemorat, suas hic partes desiderari patiebantur; dummodo robur, quod extranei comederant, non defecisset. In ipsis enim Episcopi oculis eodem Anno MDXLII., quo *Majoris* Diœceseos HENRICO Duci ereptæ magna pars Saxonis & Hassi armis simul, & LUTHERI Dogmatis cessit, urbs quoque Hildesiensis avitam Religionem deseruit, & secum Satrapiam Peinam sibi oppignoratam ad eadem LUTHERI castra pertraxit; hanc vero utut ab Episcopo FRIDERICO ex domo Holsatica oriundo cum pactis & stipulatis relinquendæ ibidem Religionis Protestanticæ conditionibus pignore liberatam, frater tamen ejusdem ADOLPHUS Dux Holsatiæ rursus pignoris loco una cum alia Præfectura Steuerwald detinuit, &, quæ jam cœpta ibidem fuerat, Reformationem sic dictam perfecit, consummavit, atque latius propagavit, adeo, ut utraque Episcopatus Hildesiensis pars a se ipsa in dogmatis avitæ fidei nunc penitus discreparet.

§. VII.

Pacta quoad minorem Diœcesin inita indicantur.

Minor hæcce pars, uti inopia Episcoporum cogente sæpius in partes discerpta, & pluribus vicissitudinibus obnoxia, ita & plurium Pactorum circa Religionem, vel cum subditis, vel cum aliis vicinis ineundorum, ansam & occasionem dedit. Nulla enim partium, ut diximus, decerptarum restitutio facta fuit, quæ non duris satis circa Augustanam Confessionem ibidem tuendam, ac retinendam conditionibus munita fuerit. Ita nimirum FRIDERICUS Episcopus supra dictus urbi Hildesiensi in reluitione Satrapiæ Peinæ 18000. Imperialibus facta libertatem retinendæ Augustanæ Confessionis tum Civibus Hildesiensibus, tum Satrapiæ prædictæ incolis, tum reliquis subditis stipulari debuit. Non minus ejusdem Successor BURCKARDUS, qui a Duce Holsatico Satrapiam Steuerwald reluit, eodem Pacti genere sese obstrinxit, quod & ejusdem Successor ERNESTUS e Ducibus Bavariæ Anno MDLXXXI. iteravit, atque in publicis Statuum Provincialium Comitiis firmavit; quod ipsum idem Episcopus ERNESTUS intuitu subditorum Satrapiæ Peinæ adscriptorum in ejusdem reluitione Duci Holsatico, editis eam in rem reversalibus litteris, promisit. Atque hisce in Pactis utriusque partis, tam Catholicorum, quam A. C. addictorum, quies & tranquillitas, comis & pacifica cohabitatio ad ipsa usque belli tricennalis initia, imo & fere ad medium usque, satis firmiter innitebatur, ut privatorum quorundam ausibus incompetenter turbata, ipsorummet tamen Principum ac Episcoporum, & sua Jura, & subditorum libertatem semel indultam defendentium, authoritate restitueretur, atque conservaretur. Unde evenit, ut non minus, imo æque in *minori* hac Diœcesi Pactis & voluntate Principum Episcoporum, si non omnino liberali & spontanea, saltem vera & malis majoribus cedente, quam in *majori* Ducum Brunsvicensium præpotentia tum libertas, tum exercitium partim publicum, partim privatum Religionis, quæ ab Augustana Confessione nomen sortitur, vigeret, & ad ipsa usque belli tricennalis tempora persisteret.

§. VIII.

Majoris Diœceseos per sententiam Cameralem restitutio.

Ad *majorem* vero Diœcesin quod attinet, Episcopus ad jus suum, cum arma non amplius sufficerent, confugiendum censuit, & lite interea in Romana primum Curia sub Pontificibus ADRIANO VI. & PAULO III., cujus adeo sententia hac super controversia Anno MDXL. lata recensetur

a LUNIG *in Contin. Spicileg. Eccles.* des Teutschen Reichs*Archivs IV.* Absatz von Hochstiftern *Num. VII.* vom Hochstift Hildesheim *pag.* 531.

uti incompetenter, ita & frustra obmota, ideoque ad Cameram demum Imperialem Spirensem remissa & translata inter durantes etiamnum, imo exasperari

&

diffundi latius modo cœptos belli tricennalis motus insignis ea contigit vicissudo, ut eodem fere tempore, quo famigeratum illud Edictum restitutorium FERDINANDO II. Imperatore prodiit, Anno nimirum MDCXXIX. Die VII. Decembr., sententia a Camera Spirensi contra Brunsvicenses lata (quam ferunt

GASTEL *de Stat. Europ. Cap. XV. Num.* 48.,
Et LUNIG. *Spicilegii Ecclesiastici* des Teutschen Reichs *Archivs Part. II. pag.* 274.)

anaverit, eisque restitutionem Hildesiensium ditionum una cum omnibus pertinentibus, cum fructibus perceptis & percipiendis, damnis & Interesse iperaverit, in vim cujus Elector Coloniensis & Episcopus Hildesiensis FERDINANDUS non tantum possessionem Cæsareis etiam litteris munitam

Conf. LUNIG *loco sup. cit. pag.* 276.

cuperavit, sed & Reformationem, quantum Pacis Religiosæ littera & mens ermiserat, cœpit, & parum attenta Statuum Provincialium Augustanæ Confessioni addictorum per Deputatos contradictione continuavit, felici præterea morum Cæsareorum successu fretus, atque Belli Ducis Cæsarei PAPPENHEMII, urbe ipsa Hildesiensi postea potiti, auxiliis suffultus eo, quod Pax eligiosa singulis Statibus asseruerat, emigrationem dissentientibus in Religione bditis imperandi arbitrio, per ejectionem præcipue Ministrorum verbi, queis astores Catholicos per Episcopum Osnabrugensem surrogabat, ad tollendum idem Religionis, quæ ab Augustana Confessione nomen habet, exercitium terea invectum utebatur, successu tamen, uti varia fuit armorum Cæsareorum & Protestantium fortuna, admodum vario & instabili.

§. IX.

Neque Duces Brunsvico-Luneburgenses hisce Episcopi Hildesiensis coitibus, imo nec ipsi quoque sententiæ Camerali facile acquieverunt, sed impeata, quam FRIDERICUS UDALRICUS quæsiverat, revisione, potius nicabilem sibi viam ineundam existimantes, Goslariæ Anno MDCXLII. transtionem obtulere, atque instituere, Anno proxime insequenti MDCXLIII. unsvici consummatam atque conclusam, quam, inter ipsa protracta atque itantia huc illucque belli & pacis consilia, Cæsar Guelpherbyto potitus pluriam promovit, eoque (cum ipse haberet, quo reluctantes compellere valeret) m facilius redegit, ut Episcopatus in eum fere statum, quo Anno MDXIX. visus fuerat, restitueretur. AUGUSTO enim Juniori Duci, Novo hujus neæ Fundatori, Guelpherbytum reddidit; hic vero cum suo cognato CHRI- (Transactione Brunsvico Hildesiensi demum consummata.)

stiano Ludovico Calenbergæ Duce Hildesiensis Episcopatus ditionem Coloniensi Electori tanquam Præsuli Hildesiensi reddere debuit, quatuor tantum Præfecturis, nempe Coldingen, Luttern am Bahrenberg, Westerhoff, & Dachtmissen jure Feudi receptis.

§. X.

Recessus Brunsvico-Hildesiensis confectio, & tenor.

Hæc demum insignis ea est & felicior cæteris Episcopatus Hildesiensis vicissitudo, quæ præsenti, quod dilucidandum exponitur, Themati præcipue subservit, atque ad lucem eidem afferendam omnino necessario prænotanda venerat, utpote cui illa, de quibus hic quæritur, & Pacis Westph. *Art. V. §. 33.* mentio prorsus singularis inserta conspicitur, transacta debentur. Ipsi enim Transactioni supradictæ de restituenda *majori* sic dicta Diœcesi cum Ducibus initæ alius adjectus fuit Recessus circa Religionis negotium sequentia disponens, *Art. I.* & *Art. V.* „Lassen aus sonderbahrer Begierde und Neigung zu den „heilsamen Frieden Wir der Chur-Fürst und Wir Dom-Probst, Dom-Dechandt „und Capitul Gemein Krafft dieses zu und concediren, daß das Exercitium „publicum Augustanæ Confessionis, wie dieselbige Confession Anno 1530. zu „Augspurg von Chur-Fürsten, Fürsten, Ständten, und Stätten, so sich „der Zeit dazu bekandt, Kayser Carl V. Glorwürdigsten Andenckens übergeben „worden, wie auch dieselbige unter den abgelebten Herrn Herzogen zu „Braunschweig, Lüneburg, Wolffenbüttel- und Calenbergischer Linie im „berührten Stift und bis jetzo im Schwang gangen in demselbigen Stiffte, „die in dem Haupt-Recess für den Adel 70. und die übrige Unterthanen 40. specificirte „Jahre über offentlich an Lehren, Kirchen-Ceremonien, und was „davon dependiret, gebrauchet, und verübet: Auch die Pfarrherrn, Schul- „und Kirchendiener, deroselben Wittiben, und andere geistliche Personen „bey ihrer immunität, Frey- und Gerechtigkeit, in realibus & personalibus „gelassen werden sollen. Et *Art. V.* Als auch Wir der Chur-Fürst darauf „hart und vest bestandten, daß das Exercitium Catholicæ Religionis zugleich „und noch bey wehrenden verwilligten Jahren introduciret, auch nach Absterben „eines oder des anderen Evangelischen ein Catholischer Priester wiederum „angesetzt und bestellet werden sollte; Wir die Herzogen aber in solche „Surrogation nicht gehelen können, als ist durch mühesame Interposition deren „Kayserlichen Herrn Interpositoren endlich dahin vermittlet, und abgeredet, „daß es die vorgedacht verwilligte Zeit und Jahre über, bey dem libero & „publico Exercitio Augustanæ Confessionis sein Verbleiben habe; doch Uns dem „Chur-Fürsten als Bischoffen zu Hildesheim, unseren Successorn und Mitbeschriebenen „das publicum exercitium Catholicæ Religionis darneben überall „in denen abtrettenden Stätten, Flecken und Dörffern solcher Gestallt

„einzu-

„einzuführen freystehen, daß, wofern an einem Orthe zwo Kirchen fürhan-„den, diejenige Kirche denen Evangelischen verbleiben, darin sie bishero ih-„ren Gottes-Dienst verrichtet, die andere aber den Catholischen anzurichten „zugelassen seyn solle; an den übrigen Orthen aber, wo allein eine Kirch, „soll beyden Theilen in derselbigen auf gewisse Zeit und Stundte, wie sie sich „dessen zu vergleichen, ihren GOttes-Dienst (jedoch daß ein Exercitium das „andere nicht verhindere) zu üben unbenommen, sondern in Krafft dieses zu-„gelassen seyn, dero Behuef sowohl denen Catholischen, als Evangelischen „der Beicht- und Predig-Stuhl, Tauffe, Glocke, Schlüssel, Kirch-Hof, „und zu der Sepultur gehörige Orther gemein verbleiben; In denen Clöstern „aber das Exercitium Catholicæ Religionis allein eingeführet, und geübet wer-„den solle. Similia hisce, imo longe majora continet atque præservat *Art. XI.* „Wann obbestimmte Jahre und Zeit vorbey, wollen Wir der Chur-Fürst, „unsere Successores, oder, Sede vacante, ein Dom-Capitul dieses bis dahin „verwilligtes Exercitium Augustanæ Confessionis ferner zu indulgiren nicht ver-„bunden seyn, sondern Uns alsdenn freye Macht und Gewalt fürbehalten, „und reserviret haben, in diesem grösserem Stifft das Exercitium Catholicæ „Religionis einzuführen, denen aber, welche solchem sich nicht bequemen oder „accommodiren wollen, den freyen Abzug, vermöge dieses Accords auch des „Religions-Friedens die Versilberung und Verkauffung ihrer Güter gegen „gewöhnlichen ziemlichen Abtrag der Nachsteueren verstatten zu lassen; es „wäre dann Sach, daß einer oder der andere von Uns dem Chur-Fürsten „oder unseren Successoren ein anderes erhalten würde." Quæ omnia breviore quidem, sed & nervosiore compendio præmonstraverat Recessus ipsemet Principalis ad Politica & restitutionem præcipue pertinens, hunc vero Recessum Religionis tanquam secundarium prævie authorizans & *Art. XVII.* diserte disponens: Zum siebenzehenden, obwohl Wir die Hertzogen gerne gesehen, und an unserem fleißigen Anhalten, Mühewaltung und Sorgfalt nichts erwinden lassen, daß die in dem also genannten Stifft Hildesheim belegene, und in der Restitution mitbegriffene Clöster, Adeliche Landtsassen, Aemter, Stätte, Flecken und Dörffer samt allen deren Eingesessenen bey dem freyen Exercitio publico August. Conf. zu ewigen Zeiten gelassen werden mögten; und aber Wir der Chur-Fürst als Bischoff, und ein Thum-Capitul zu Hildesheim solches gar nicht eingehen können, ja vielmehr die gantze Handlung zerschlagen, und unfruchtbarlich abgehen lassen wollen, so haben wir die Hertzogen auf gepflogene reiffliche Berathschlagung, was nicht zu erheben, oder zu änderen gewesen, es endlich dahin kommen lassen müssen, daß Wir der Chur-Fürst als Bischoff zu Hildesheim und Thum-Capitul, so viel die Religiosos und Clöster betrifft, auf sonderbahre Recommendation der Herrn Hertzogen, und weil ohne das der Scopus dieser gantzen Handlung dahin gerichtet,

richtet, daß ein jeder zu demjenigen, was er in Anno 1519. gehabt (so weit kein anders in diesem Haupt- und Neben-Recess verglichen) restituiret werden solle, uns hiemit dahin erkläret, diejenige Clöster, so Uns Inhalts dieser Transaction eingeräumet werden, mit denen Religiosis besetzen lassen wollen, welche Rechtswegen dahin befugt; denen von Adel aber, so in Unserem Stifft seßhafft und von Zeiten der Fehde unter den Hertzogen zu Braunschweig gewesen, nunmehr aber abgetretten werden, indulgiren und verstatten wir hiemit das liberum & publicum Exercitium Augustanæ Confessionis, wie dieselbe bishero in diesen Fürstenthümen und Landen im Schwange gangen, dieser Gestalt, daß sie selbiges für sich, ihre Weiber, Wittiben, Kinder, Gesinde, Diener, und Haußgenossen gebrauchen mögen, allermänniglich unbehindert von der Zeit, wann die Extraditio des Stiffts geschehen wird, anzurechnen, die nächstfolgende siebenzig Jahr; denen übrigen in Stätten, Flecken und Dörffern wohnhafften Unterthanen, ihren Weibern, Wittiben, Kindern, Haußgesinde, und ihren Nachkommen indulgiren und verstatten Wir gleichfals besagtes liberum & publicum dictæ Augustanæ Confessionis Exercitium die nächstfolgende vierzig Jahr von jezigen Termino Extraditionis anzurechnen, also und dergestalt, daß obgemeldter Adel, und andere Unterthanen in solchem Exercitio weder per directum, weder per obliquum betrübet, bedrengt, oder sonsten in einigerley Weise oder Wege belästiget werden sollen, sondern solches publici Exercitii, wie auch der Kirchen, Schulen, Hospitälern, und aller derselben Gütern, Behausung und Intraden die Zeit über also geniessen, wie sie selbige unter denen abgelebten Herrn Hertzogen von Braunschweig, Wolffenbüttelischer Linie Anno 1625. genossen haben, jedoch dafern dergleichen Güter und Intraden sonsten Uns dem Churfürsten als Bischoffen zu Hildesheim und Unser Clerisey, Stifftern, und Clöstern Zeit wehrender der Herrn Herzogen Einhabung nicht entzogen worden. Damit auch solche Zeit über alles Christlich und ordentlich in Kirchen und Schulen, sowohl in Stätten, als auf dem Lande ergehen möge, hat mann sich darüber eines Neben-Recessus verglichen, welchen nicht weniger unverbrüchlich, als diesen Haupt-Recess nachgegangen werden soll. Dabey gleichwohl Wir der Chur-Fürst als Bischoff und Unsere Mitbeschriebene Uns vorbehalten, mit und neben dem Exercitio benanndter Augspurgischen Confession die Catholische Religion auch innerhalb der bewilligten Jahren in unserem Stifft Hildesheim einzuführen, wie davon im Neben-Recess mit mehreren zu ersehen. Unde hic etiam uterque Recessus inter Pacta Hildesiensia specialem atque præcipuam præ reliquis omnibus considerationem meretur atque exigit; imo per excellentiam, aut Antonomasiam eorum nomine venit, quem nos ad facilitandam explicationem, & majorem a reliquis distinctionem *Recessum Brunsvico-Hildesiensem* jure non immerito appellamus.

§. XI.

§. XI.

Sed quam lubrico ſteterint pede, ante Pacis Oſnabrugenſis concluſionem, P.W.Tractatus & diſpoſitio ad Pacta generatim pertinens.
ta ejusmodi, experientia teſtatur, quam diverſis interpretationibus, quan-
exceptionibus, imo & contradictionibus ac revocationibus obnoxia? Unde
holicorum ad ſecuriorem & maturiorem Pacis reſtitutionem & concluſionem,
ique poſthac conſervationem ſub initium Tractatuum ejusdem Pacis ea mens
rat, ut omnia illa Pacta a Dominis Catholicis quomodocunque & cum qui-
cunque in favorem ſubditorum ſuorum A. C. poſt Pacem Religioſam condita,
ique derogatoria revocarentur, reſtituto Dominis Territorialibus pleno Jure
ormandi, quod quoad utrumque effectum tam *expellendi alienam*, quam *in-
ducendi ſuam Religionem*, in Pace Religioſa iis aſſertum fuerat, & retento
ditis ſolo flebili emigrationis beneficio, cui Pacta illa vel indultam ſaltem
ratam conſcientiæ libertatem & autonomiam ita dictam, aut conceſſum in-
er Religionis diſſentientis vel publicum vel privatum exercitium ſuperaddi-
ant. Ita enim Proteſtantibus, qui in ſuis Gravaminibus atque Poſtulatis
torum cum ſubditis obſervantiam, & Privilegiorum circa Religionem iis
iltorum perpetuitatem urgebant, reſponderunt Catholici: Und obwohl
erſchiedliche Hohe Catholiſche Ständte aus freyen Willen und auf der Un-
hanen eingewendtete Bitte ihnen die Glaubens-Freyheit, auch die of-
liche Religions-Ubung vieler Orthen indulgiret, und geſtattet, in Hoff-
ig, daß ſie dardurch in mehrer Lieb gegen ihre Obrigkeit und beſſeren Ge-
ſam in Politiſchen Sachen würden beweget werden; ſo iſt doch im Gegen-
l vielmehr verſpüret worden, daß ſie dardurch nur Anlaß zu Haß und Ver-
erung genommen, ihren Obrigkeiten allen ſchuldigen Gehorſam verwei-
t, ja wohl um Landt, Leuthe, Standt, Würde, und allem zeitlichen
ohlſeyn zu bringen ſich unterſtanden. . . Welchem allen nach die Aug-
giſche Confeſſions-Verwandte denen Catholiſchen ihren Mitſtändten
aß und Ziel mit Fug nit geben können, die Unterthanen bey ihrer Ab-
tung von der Religion, oder da ſie ſich zu derſelben nicht bequemen wollten,
nög des Hochbetheuerten Religion-Friedens klarer Diſpoſition zu der Emi-
ion anzuweiſen. Propius deinde ad Proteſtantium petita accedentes ſola
Pacta, quæ cum aliis Statibus inita fuerint, ſalva poſthac voluerunt in der
ptſächlichen Erklärung über die Religions-Gravamina menſe Junio
CXLVII.: Es werden auch alle zwiſchen Catholiſcher und Augſpurger
feſſions-Verwandten, Chur-Fürſten und Ständten vor und nach dem
gions-Frieden vorgangene Particular-Verträg, obſchon darin ein Theil
anderen von ſeinen Rechten etwas remittirt hätte, auch res deciſæ von
eſetzter General Regul ausgenommen, und ſelbige Particular-Verträg in
n Kräfften unverrucket, und beſtändig gelaſſen. At Proteſtantes in der
ferne-

ferneren Erklärung in puncto Gravaminum exceptioni huic obviam euntes denda postularunt: Denenjenigen Unterthanen, welchen das publicum E citium Evangelischer Religion vermög der Ferdinandeischen Declaration de 24ten Septembr. 1555. zuständig, oder die sie sonsten per Pacta, Privile oder langen Gebrauch erworben, und hergebracht, soll es nochmahlen g sen, auch alle widrige gemachte Anordnungen, Urtheil, Transactiones, cord, Revers, und dergleichen cassiret, und aufgehoben seyn. Atque ita cta etiam cum subditis in favorem Religionis ejusque exercitii inita salva petierunt adeo, ut posteriora eorundem revocatoria cassarentur, & irrita berentur, scilicet non tam Pactorum fidem & sanctitatem, quam subdito favorem, & Augustanæ præcipue Confessionis securiorem stabilitatem, a conservationem unice attendentes. Et licet Catholici supereminens superior tis territorialis Jus reformandi, & necessariam subditorum emigrationem innixam denuo urgerent; Protestantes tamen, invento semel & statuto q restitutionem bonorum certo termino decretorio, etiam ad hunc Pacta ea reduxerunt. Consensere quoque Cæsarei; at præter exspectationem conti xerunt rursus reliqui Catholici, omissionem integrorum §§vorum 31. 32. & *Art. V. Inst. P. W.* poscentes; veruntamen incassum: cum nihilominus P stantium sententia prævaluerit, quæ Pacta ante Pacem conclusam inita tan illa servari voluit, quæ observantiæ Anni Normalis non essent contraria; o vero Pace conclusa anteriora, quæ eidem adversantur, revocavit, uti di §. 33. decernit, potestatem tamen superius §. 31. assertam relinquens Don & subditis, ut post Pacem promulgatam novis inter se Pactis aliter conve liceret, quæ posteriora ipsi quoque observantiæ supra dictæ prævalere pos & derogare possint.

§. XII.

Pactorum ad minorem Diœcesin pertinentium abrogatio.

Hæc de Pactis generatim in Pace Westph. disposita fuerunt. Atque dem cassationem & revocationem de Pactis anterioribus Hildesiensibus, q *minorem* Diœcesin, occasione diversarum ejusdem vicissitudinum, conditis i ligi, Catholicorum ipsorummet mens atque votum jam pridem, sed alio t prorsus fine expetierat, uti prima eorundem postulatio, qua, sublatis qu cunque Pactis, omnia ad terminos Pacis Religiosæ reduci desideraverant, tur. Non enim poterant non assentiri istorum abolitioni, quia hæc ampl Pace Religiosa favores, exclusa videlicet emigrandi necessitate, ipsum qu Religionis a Domino dissentientis exercitium, aut permanendi saltem stab tem subditis acquisiverant. Alia autem Protestantibus in urgenda eorum tione mens fuit atque intentio, ut videlicet substituta Anni Normalis obs tia, tanquam firmiore ac certiore, nullisque exceptionibus obnoxia deter tione, mutuæ concordiæ, maxime vero subditorum Religioni amplius,

ius & securius esset consultum. Neque Catholici diutius certi hujusce termini constitutioni resistere poterant, sed tandem acquiescere debebant, postquam jam semel illum quoad restitutionem bonorum acceptando approbarant, & Pacis tamdiu jam dilatæ, tantisque votis utrinque expectatæ studiosi protractores dici, aut videri noluerant.

§. XIII.

Acrior circa abrogationem Recessus Brunsvico-Hildesiensis contradictio.

Majoribus vero contradictionibus Catholicorum, Electoris præcipue Coloniensis, qua Episcopi Hildesiensis, impugnabatur proposita a Protestantibus Recessus supra dicti cum Ducibus Brunsvico-Luneburgicis quoad *Majorem* Diœcesin initi abolitio, utpote qui, temporario duntaxat, *XL.* nimirum, vel *LXX.* annorum exercitio subditis relicto, propius ad Pacem Religiosam accesserat, atque cum inter Statum & Statum initus esset, ex ipsorum generali regula superius asserta majorem stabilitatem mereri videbatur, præsertim cum sub alienis Dominis, quales per sententiam Cameræ Spirensis Duces Brunsvico-Luneburgici agniti & declarati fuere, per possessionem Exercitii subditis interea acquisitam eminenti Domini proprietarii & legitimi Juri Reformandi præjudicari tam graviter nequaquam debuerit.

Argumenta Catholicorum

At vero hujus quoque abrogationem, quantum ad Exercitium Religionis attinebat, æque forti contentione per Syndicum suum, Doctorem KUNNECKE, Osnabrugam missum urgebant Protestantes Status Provinciales & subditi, Suecorum & aliorum Augustanæ Confessionis Statuum & Legatorum, omnem exceptionem termino decretorio adversam recusantium, auxilio ac patrocinio freti, eoque & ipsi, sed inverso nixi argumento, quod per Pactum a Tertiis, Ducibus videlicet Brunsvicensibus cum Episcopo, tanquam Domino Territoriali, initum, subditorum Hildesiensium possessioni in Anno MDCXXIV. habitæ præjudicium generari æque non potuerit, vel non debuerit.

Et adversa Protestantium

Imo hujus ipsiusmet Syndici propositio, vel sollicitatio potissimum id effecisse videtur, ut Status Augustanæ Confessioni addicti tanta animorum & virium, ut supra dictum est, contentione generatim Pactorum subditis adversantium abolitioni, eorumque ad terminum decretorium reductioni insisterent, hac generali abolitione ipsum etiam Recessum Brunsvico-Hildesiensem comprehensum censentes.

§. XIV.

Cautelæ Protestantium in concordanda hujus abrogationis.

Et inde quoque fuit, ut inter reliquos exercitio suæ Religionis perpetuo posthac gavisuros etiam Hildesienses nominatim exprimerent. Hos autem cum Catholici in *Projecto suo* omisissent, advertente & monente idipsum SALVIO Legato Suecico, eosdem generali regula sufficienter comprehensos VOLLMARUS respondit. Quia vero expressam hujus præcipue Recessus confirmationem a Pace stabiliendam petiit Elector Coloniensis; ipsi potius generalitate verbo-rum,

rum, & sola illa Regulæ universalis comprehensione non contenti, spec hujus mentionem disertis verbis inseruerunt in finali Declaratione, vulgo licher Erklärung, in Puncto Gravaminum de XXV. Febr. MDCXLVII. „geachtet und ungehindert aller darwider ergangenen Urtheile, Revers „Accorden, Transactionen, und darunter insonderheit des Braunschw „schen Haupt-Recessus, und darüber Anno 1643. zum Nachtheil der S „Hildesheimischen Landschafft und Unterthanen aufgerichteten Religions „cess, und allen anderen vorher und nachgehends der Religion zuwide „und ohne Consens der interessirten erpreßten Pacten, oder sonst aufgerich „Verträge &c." Catholicis econtra renuentibus, & in declaratione ultim sareorum die V. Martii Suecis exhibita

Apud Meiern *Act. P. W. T. IV. p.* 143.

contrariam prorsus formulam inserentibus: *Pacta*, *Transactiones*, *Conventi & permissiones*, *sicut nominatim ea*, *quæ hoc nomine ab Electore Moguntino cum tate Erfordia*, *itemque Coloniensi de Episcopatu Hildesiensi cum Ducibus Brunsv bus pacta sunt*, *rata illa*, *atque firma permanento*, *nec ab iisdem*, *nisi mutuo centium consensu*, *recedere liceat.* Et cum postea tantum Catholici expr hanc mentionem omitterent, id subito animadvertebatur in differentiis media compositionis Protestantium, & media a DD. Cæsareanis prop omissam esse exemplificationem Pacti Coloniensis de Episcopatu Hildesien deque formulæ Protestantium de autonomia subditorum Imperii Suecicis Le exhibita hæc inserebantur: *Non attentis, sed annihilatis omnibus Anni MDCX. Observantiæ*, *utpote quæ vel sola instar regulæ obtineat*, *contrariis latis Sente Reversalibus*, *Pactis*, *quibuscunque Transactionibus*, *& quæ Episcopus Hildesi & Duces Brunsvicenses & Luneburgenses de Religione Statuum & subditorum E patus Hildesiensis nonnullis Pactis Anno MDCXLIII. transegerunt.*

§. XV.

Cæsareanorum acquiescentia.

Catholicorum reliquorum contradictio,

Hæc formula sive Clausula tandem a Cæsareis post diuturnam ac pe cem ipsorummet renitentiam acceptata fuit. Adamo Adami tamen, rium Prælatorum Legato Rei Catholicæ admodum zeloso, mala ex abroga hujusce Recessus Catholicæ Religioni imminentia efficacius remonstrante, tholicis de prodiga Cæsareorum liberalitate conquerentibus, præprimis Electori Coloniensi, cujus potissimum res agebatur, plurimum displicuiss gnoscitur. Festinanter enim ac plane tumultarie magnam partem absque Catholicorum, eorum etiam, quorum specialius intererat, maximam vero tem citra universorum consensum eandem a Cæsareis acceptatam fuisse con

fti funt, & Cæfareanos nimiæ facilitatis, præreptionis & præcipitantiæ non femel infimularunt,

Referente eodem ADAMO ADAMI *Relat. Hift. Cap. XXIV.* §. *XXI.*

Unde Projectum aliud Inftrumenti Pacis a Cæfareis denuo Suecis exhibiti XXIX. Jan. MDCXLVIII.

Apud MEIERN *Tom. IV. pag.* 962.

exhibuerunt hisce verbis conceptum: „Cum autem in Epifcopatibus Magdeburgenfi, *Hildefienfi*, Ofnabrugenfi, Mindano & Halberftadienfi Anno MDCXXIV. „non folum Catholicæ Religionis, fed etiam Auguftanæ Confeffionis exercitium „publicum in ufu fuerit, porro etiam maneat, ita quidem, ut nobilitas & fub„diti Epifcopatus Hildefienfis, non obftante Transactione inter Dominum Epi„fcopum & Duces Luneburgico-Brunfvicenfes inita, qua exercitium Augufta„næ Confeffionis dictæ nobilitati ad LXX., fubditis vero ad XL. duntaxat annos „permittitur, eodem exercitio indefinito tempore gaudere, pariterque in pof„feffione Ecclefiarum, Scholarum, Hofpitalium, eoque pertinentium bono„rum, ædificiorum & proventuum, quemadmodum eadem de iisdem difpo„nit, relinqui debeant, reliquis ibidem contentis in fuo vigore permanentibus." Quibus fane verbis, indulta exercitii fubditorum Proteftantium perpetuitate, in reliquis Receffum vigere voluerunt; adeoque partialem ejus abrogationem duntaxat admiferunt. Et limitatio.

§. XVI.

Finalis abrogationis conclufio.

Quid? quod Elector Colonienfis Legato fuo Cancellario BUSCHMANNO in mandatis diferte dederat, ut alteram Receffus ejusdem partem, quoad Simultaneum attinebat, publica etiam lege expreffe firmari denuo allaboraret.

Vid. MEIERN *Tom. V. pag.* 514.

Cujus propterea oppofitione ipfam etiam Tractatuum continuationem turbatum iri, non parum metuebant Cæfarei. Et reapfe quarta adhuc Mart. Anno MDCXLVIII., paucis videlicet ante plenam puncti Autonomiæ Conclufionem diebus, in eadem fua proteftandi infiftentia perfeveraverat.

Vid. IDEM *ibidem pag.* 535.

Demum vero hac non attenta, relictis tamen expreffe Catholicis novem Monafteriis, quamvis Anno MDCXXIV. a Proteftantibus poffeffa fuiffent, in eam, quæ nunc *Art. V. §. 33.* in fine adjecta legitur, claufulam confenfum fuit, qua Receffus idem Brunfvico Hildefienfis, quoad Exercitium Religionis ibidem de-

 finitum

finitum attinet, (de hoc enim ſolo quæſtio mota occurrit) fuit abrogatus, & reliquorum omnium Pactorum adinſtar ad obſervantiam Anni Normalis, nulla ſpeciali exemptione Hildeſienſibus relicta, revocatus.

§. XVII.

Uſus hodiernus ejusdem Receſſus & abrogationis effectus.

Abolitionis hujus eam eſſe vim lubentes mecum omnes conſentient, quod Receſſus ille, quoad Exercitium Religionis attinet, nullam amplius obligationem ſive effectum Juridicum exerat, nec ulla pars ad eundem tanquam attributorium majoris & amplioris cujusdam Juris eatenus provocare queat, niſi poſſeſſio Anni Normalis ſimul ſuffragetur. Hac autem ſuffragante, tanquam tranſcendentali & univerſali Legis Pragmaticæ favore, ſupervacanea videtur ejusdem Receſſus allegatio. Ceſſante vero effectu Juridico, ſupereſt uſus ejusdem Hiſtoricus. Atque hic in ſcholis non exiguam habet utilitatem, quin & maximam. Multa enim in ſcholis explicari ſolent, quæ in ſe nullum quidem uſum, ad alia tamen in uſu quotidiano maxime controverſa abundantiſſimam afferunt lucem. Ita FRANCISCUS FLORENS de Sexto Decretalium BONIFACII VIII. in Regno Galliæ licet non recepto, in ſcholis tamen explicari ſolito, ex voto ipſiusmet PHILIPPI PULCHRI, utut Antagoniſtæ acerrimi, ne idem in vim Legis reciperetur, luculenter teſtatur. Eodem enim teſte idem Rex in litteris manuſcriptis, quibus multa privilegia Anno MCCCXII. Univerſitati Aurelianenſi conceſſit, provide præcepit: „Non putet igitur aliquis nos „recipere, vel Progenitores noſtros recepiſſe conſuetudines quaslibet, ſive Le„ges ex eo, quod eas in diverſis locis & ſtudiis Regni Univerſi per Scholaſticos „legi ſinantur. Multa namque eruditioni & doctrinæ proficiunt, licet recepta „non fuerint, nec Eccleſia recipit quam plures Canones, qui per deſuetudinem „abierunt, vel ab initio non fuerunt recepti, licet in ſcholis a ſtudioſis propter „eruditionem legantur. Scire namque ſenſus, ritus, & mores hominum di„verſorum, locorum & temporum valde proficit ad cujusque doctrinam." Idem de Lege quoque particulari locum habet, ut, quantumvis ſua ex indole originis ſuæ limites non excedat, ad ipſam tamen juris communis illuſtrationem ſervire plurimum poſſit.

§. XVIII.

Sententiæ Catholicorum non re- ſed ſuffragatur.

Id vero in Legibus publicis, quæ plerumque e ſtatu & conditione rerum & temporum, in quibus conduntur, occaſionem obtinent, ut condantur, maxime neceſſarium eſt, ut genuinus earundem ſenſus detegatur. Atque idipſum eſt, quod Thematis præſentis aſſumptionem & mihi perſuaſit, & apud Lectorem Eruditum atque benevolum juſtificare omnino debebit; dum ex Pactorum Hildeſienſium tum confectione, tum abrogatione eum, qui a Summis Paciſcentibus in condenda Pace Weſtphalica circa punctum Autonomiæ intendebatur,

batur, sensum, easque, secundum quas tam summa Dominorum Territorialium circa Religionem Jura, quam subditorum libertates considerari solebant, conditiones & ideas indagare, atque ex iis, licet antiquatis, vigentem etiamnum Juris Reformandi usum, & ex principiis quoad terras Hildesienses observatis totius Imperii praxin eruere, atque stabilire allaboro. Unde quamvis Pacta ista neutiquam universum Imperium, aut alias extra Hildesiensem Episcopatum Provincias obligarint unquam, nec hodie ipsos quoque subditos & Status Provinciales Hildesienses A. C. addictos eatenus obligent; ad ipsam tamen communem Catholicorum Doctorum de Simultaneo Religionis suæ a Domino Territoriali in locis sibi subjectis, sed dissentienti Religioni addictis, introducendo Doctrinam magis confirmandam & illustrandam plurimum eadem conducere, confidentius assero; tantum abest, ut abrogatio eorundem in Pace conventa & solenni clausula ibidem statuta illi præjudicium quoddam afferre possit.

§. XIX.

Communis autem hodie saltem Catholicorum, alias etiam Protestantium, atque Virorum inter eosdem Illustriorum Pacis Westphalicæ temporibus propinquiorum (Communis antiquioribus, hodie Catholicis propria fere sententia.)

HENNIGES. *Mant. II. ad Specim. IV. Medit. ad Instr. Pac.*

DECKHER *Consult. forens. P. I. Cap. XXXIX. Num. IX. seqq.*

SCHILTER *de Pac. Religios. Cap. IX. in Resolut. Quæst. VIII.*

PFANNER *in Histor. Comit. Anno MDCLIII. & LIV. Lib. VI.* §. *L. LXIX. & seqq.*

circa Simultaneum sententia atque Doctrina hæc est, quæ ejusdem introducendi liberam Domino Territoriali potestatem, salva tamen subditorum a se dissentientium possessione in Anno Normali habita, adjudicat. Hæc ipsa vero sententia Simultaneum diverso in sensu spectatum sollicite distinguit. (Simultanei divisio.) Aliud enim *crudum*, rigidum sive *crassum*, appellatione (quam quidem in se ipsa quoque crudam traducere alii assolent) ad explicationem tamen & explanationem mentis eorundem satis plana atque apta vocari solet; dum Dominus Territorialis adeo in ipsa etiam templa a solis dissentientis Religionis subditis in Anno Normali possessa suam quoque Religionem inducit, imperando, ut diffidentis Religionis subditi alios quoque Concives Religioni Domini addictos in eadem, ad exercendum ibidem statis & determinatis inter se horis cultum suum, coadmittant, salvis tamen de cœtero bonis & reditibus Ecclesiasticis, aliisque emolumentis, quæ cum suo illis exercitio solitarie possessa hodiedum solitarie relinquenda esse facile, iidem Doctores consentient, & est expeditum. Simultaneum vero *innexium* passim hodie dici amat, dum in idem duntaxat oppidum,

 urbem,

urbem, pagum vel locum, in quo Anno Normali omnes Incolæ & cives soli dissidenti a Domino Territoriali Religioni addicti degebant, aliis posthac subditis ad Domini Religionem interea reversis, vel quos recens in eundem locum ipsemet admisit, suæ quoque Religionis Exercitium concedit, vel assignatis iisdem aliis distinctis Ecclesiis a neutra parte in Anno Normali possessis, ubi adsunt, vel erectis etiam, ubi hæ deficiunt, eum in finem novis, in quibus divino cultui publice vacare iis liceat, & reditibus vel e proprio ærario, vel aliunde accersitis, atque e pia fidelium liberalitate subministratis.

§. XX.

Praxis Catholicorum circa Simultaneum crudum.

Priorem illam Simultanei, quod *crudum* appellari vulgo amat, speciem quod attinet; non tam multos sane illa Catholicos hodie sui defensores atque Patronos obtinet. Æquiores enim rerum æstimatores atque arbitri haud eo duntaxat respiciunt, quid salva etiamnum Pacis Westphalicæ, tanquam Legis hac in re fundamentalis, littera in Theoria, vere licet ac solide, defendi atque sustineri, ab adversis quoque contrariarum opinionum argumentis eliberari possit; quam quid usu ipso obtineri expediat. Siquidem non omne id, quod licet, etiam expedit. Quis enim suadeat Domino Territoriali, ut tale quid admittat, ex quo continuam sibi discordiarum & turbarum vix evitabilium materiam succrescere facillime prævidet? Natura & indoles talis Simultanei quotidianam fere occasionem dissidentibus in Religione civibus præbet, qua molestare semet invicem, ipsumque Dominum Territorialem possint: mox præcedentia & exercitii in eadem Ecclesia habendi ordo, mox ejusdem ultra horas, vel mutuo consensu, vel Domini Territorialis jussu stabilitas protractio, modo profanatio sacrorum alterius partis, modo injuria Altaribus, aut Catholicorum imaginibus illata, modo novarum & insolitarum, aut dogmata Protestantibus adversa repræsentantium erectio ab his incusatur: Exinde dissensiones, animorum exacerbationes, turbæ, sæpe etiam clades infaustæ subditorum. Unde quamvis directe etiam apertæ Pacis Westphalicæ litteræ non adversum quidam statuant, nemo tamen prudentum, nisi extrema fere Domini necessitate, aut ineluctabili quasi subditorum eidem consentientium incommodo aliis mediis vix superabili exigente, Dominis id unquam hodie suadere, sive, ut illud inducant, facile Author esse volet.

§. XXI.

Simultaneum crudum quoad terras Hildesien-

Hildesiensi in Principatu, spectata generali Pacis Westphalicæ sanctione, & comprehensa ibidem præcisa Recessus sæpe dicti abolitione, aut clausula §. *XXXIII. Art. V.* inserta, ad quam præsens hæc Dissertatio restringitur, idipsum tenendum esse principium, Protestantes, & inter hos præcipue Vir cele-

:bratiſſimus DAVID GEORGIUS STRUBEN, ſi de Antecedente ſemel venirent, diffiteri haud poterunt, ipſo illo, quo idemmet nunc Simultanei ſi ſive *craſſi* ita dicti univerſalem per omnes Imperii Provincias prohibitio- ı ex abrogatione dicti Receſſus inferre conatur, argumento preſſi. Non n prærogativam aliquam dari voluiſſe Statibus Provincialibus & ſubditis teſtantibus illius Epiſcopatus, Acta teſtari ipſi videntur, ſed parificari taxat aliis ſubditis Proteſtantibus in Imperio eosdem voluiſſe. Statuum vincialium A. C. addictorum, Nobilitatis videlicet, & Civitatum Syndicus erius memoratus, Doctor KUNNECKE Oſnabrugam miſſus, id unum in :s habuit, & mandatis, ne deterioris omnino conditionis fieri hujus Epiſco- us Status & ſubditos præ reliquis omnibus Proteſtantibus pateretur. Ad ıc ſolum effectum Pacta illa eo modo, quo a Dominis Cæſareanis & Domi- Suecis ſublata fuere, ſublata quoque remanere debere, in ſuo, quod ulti- obtulit, Memoriali, ejusdem Cl. STRUBENII ex ſententia, petiit. Hoc poſito, neque petitis ejus & poſtulatis liberaliores Colonienſem Electorem, Cæſareos Plenipotentiarios, aut alios quoscunque Status Catholicos, poſt ı diuturnam renitentiam, & fere luctam dixerim extremam, eſſe voluiſſe, dere aut perſuadere ſibi prudens quiſpiam poterit. Quod igitur juris eſt aliis Imperii terris, idipſum in Hildeſienſibus obtinere, hoc ſaltem argu- nto ad hominem contra eundem Autorem expeditum videtur. Accedit, od, ſi ex iſta ſententia æquiparari aliis Imperii ſubditis Hildeſienſes voluerint, um diverſæ adhuc ſubditorum qualitates diverſum aliquatenus Jus fundantes :erni merito debeant, atque iſta æquiparatio cœteris paribus omnino intelli- da ſit. Novimus enim duplicis generis ſubditos in Pace Weſtphalica diſtin- , quos etiam diverſo exinde Jure gaudere videmus. *Alios* nimirum, qui Anno Normali ſub proprio & legitimo Domino Territoriali verſati, ibique :ro ſuæ Religionis Exercitio fruiti fuerant; *alios* vero, qui ſub alieno Domi- in oppignoratis eo tempore terris commorati publicum ibidem Religionis :rcitium præfato Anno habuerant. De hac poſteriore ſubditorum claſſe non- il diverſum ſancitum legitur in Inſtrumento Pacis, & quidem luculentis nino verbis, quod migrare quidem ob Religionem cogi non poſſint, ſed ta- n & aliis ſubditis ſub proprio Domino Exercitio publico eo Anno gaviſis non ıitus æquiparandi, nec eodem modo, quo ante exercuerunt, prorſus libe- n ſuæ Religionis Exercitium publicum prætendere poſſint. Ad Transactio- n enim cum Domino deſuper ineundam diſerte ablegantur. Et quamvis :rcitium illis ſuum quoad ſubſtantiam relinqui oporteat, circa quale tamen quantum, uti & circa reliqua ejusdem annexa amplior & potiſſimus Domini ecti reluentis reformare cupientis arbitrio locus manifeſte conceditur. His ;o æquiparati ſi fuerint Hildeſienſes ſubditi, non multum difficultatis ſuper- ; videtur, quin Simultaneum etiam crudum Religionis ſuæ in templis eorun- dem

ſes iisdem regulis dimetiendum.

Argumento a fortiori ex ſpecialibus circumſtantiis deſumpto.

dem Dominus Territorialis per Pactum aut præservare, aut tanquam sibi præservatum iis injungere posthac possit. Cum enim alias Simultaneum hoc generatim & ad minimum saltem tanquam objectum amicabilis cujusdam Transactionis consideratum sæpissime fuerit; quoad Transactionem hanc, subditis oppignoratis necessariam, & in Lege ipsa publica præceptam, extra omnem contestationem ac controversiam positum esse, omnino rectissime videtur. Unde est, quod ex hoc etiam *§. XXVII. Art. V. Autor Vindiciarum Hildesiensium* idem Jus stabilire voluerit; cum ex ipsis Actis in Camera Imperiali Spirensi agitatis elucescat.

Conf. *Fasciculus* Etlich in dero hin und wider in und ausserhalb Reichs beruffenen Hildesheimischen Sache abgefaßten Schrifften. *Ibique* Erste gründliche und wahrhafftige *Informatio Juris & facti. Cap. IV. pag.* 99. & 123.,

non infimam causam justificandæ possessionis suæ, aut titulum non postremum Brunsvicensibus fuisse eum, quod in securitatem sumptuum in Executionem sententiæ Banni ab iisdem impensorum, quos ad 2400000. flor. auri computarunt, terras easdem Hildesienses retinuerint. Hujus tamen argumenti vim, (sicut multo magis ejus, quod eodem loco ex Inst. P. W. *Art. V. §. XIII.* & *§. XLIII.* idem laudatus Autor deducere conatus fuit) ponderare ab animo æque meo, quam scopo & instituto hic alienum prorsus existimo. Mihi enim id unum sufficit, quod multo minus forsan consultum ibidem *Simultaneum crudum* videri possit, quam in aliis quibuscunque locis, cum major ibidem tumultuum, querelarum & turbarum materies semper fuerit pertimescenda. Quo ipso moderationem, credo, suam, quam semper præ se tulerunt, satis luculentis manifestant argumentis Catholici, & turbatæ Pacis rei argui a nemine æquo rerum æstimatore poterunt, si quod sibi competere credunt, Jus, ob ipsum tamen Pacis amorem & æquitatis studium quandoque omittant, Jus præcise perfectum, & strictam actionem ex parte subditorum dissidentium non semper exigentes, sed & regulas politicas prudentis Oeconomiæ attendentes, ut id, quod indubitatum videtur, securius obtineant.

§. XXII.

Argumenti Struveniani infirmitas

Argumento tamen paulisper inverso, ut in ea, quam semel cœpimus, Simultanei crudi discussione veluti per digressionem, aut, ut Græce loqui amant, ὡσ ἐν παρόδῳ & hypothetice paulisper continuemus, unum etiamnum commemorare liceat, ex eo, quod in Episcopatu Hildesiensi Simultaneum hoc crudum abrogatum, imo prohibitum, sublato Recessu Brunsvico Hildesiensi, fuisse supponatur, sequelam a speciali hoc Principatu ad omnes reliquas totius Imperii Romano-Germanici Provincias deduci non posse; sed plurimis

is eandem difficultatibus ex ipsa Tractatuum hac super re habitorum histo-, disertam specialemque exceptionem commonstrante, petitis premi. A cie enim ad genus bonam non esse argumentationem, tritum est Philosopho-a; sicut & ab una exceptione ad regulam universalem negativam nunquam ere illationem, sive consequentiam Juris Consulti consentiunt. Argumen-a enim illud, quod subditis Protestantibus, & Statibus Provincialibus Epi-patus Hildesiensis specialis relinqui favor, aut major præ aliis prærogativa icedi noluerit, vereor admodum, ne minus bene cum Actis Pacis Westpha-e publicis & tractatibus præviis cohæreat. Siquidem Rationes speciales non unt ex Actis ipsis, quæ specialem favorem quoad Exercitium Religionis iis-n concedi, persuadere potuissent. Concessa enim fuerunt Episcopo Hilde-isi, ejusque subditis Catholicis, contra regulam illam possessionis Anni De-torii firmissime semel stabilitam, maximi a Protestantibus æstimatam & asi transcendentalem habitam, novem Monasteria, quæ a Ducibus Brunsvi-isibus in Anno Normali, cujus terminus a Catholicis jam acceptatus fuerat, int possessa. Horum retentioni primum, postea divisioni saltem dudum in-erant Protestantes, testante concluso in conferentia eorundem XXIV. Febr. DCXLVIII., ubi concludebatur, dahin zu sehen, daß es ratione Antono-æ bey dem Kayserlichen Auffatz verbleiben möge; die Clöster aber entweder theilen, oder da der Sache auch damit nicht geholffen, die Handlung de-n Suecis pure heimzugeben, und auf sie zu stellen, ob sie denen Evangelicis selbsten 4. 3. 2. oder am Endt nur eines behalten könnten. Ex specialibus Tractatuum Rationibus ostenditur.

Vid. MEIERN. *Tom. V. pag.* 523.

isserunt postmodum Protestantes Monasteria. Sed horum in vicem petitam isse *Simultanei crudi* in Episcopatu Hildesiensi abolitionem, testatur LAM-ADIUS Legatus Brunsvico-Calenbergensis in Relatione sua de II. Mart. DCXLVIII. ibi: Wir haben endlich neben den Königlich-Schwedischen urfür gehalten, man mögte in dem Stifft Hildesheim die Evangelische Re-gion in Sicherung, auch Adel und Unadel in perpetuum der Religion halber Ruhe stellen, und dargegen die abgetrettene 9. Clöster denen Catholischen nderlassen. Die neun von dem Hauß Braunschweig-Lüneburg abgetret-ne Clöster gehörten in den Terminum Anni MDCXXIV., welchen Herr Buschmann selber beliebet hätte, und hätten wir demnach unwiderlegliche rsachen solche neun Clöster für die Evangelische zu behaupten. Wir hätten er unsere Friedfertigkeit zu erweisen selbige neun Clöster auß obgerührten ermino eximiren lassen, damit die Unterthanen im Stifft Hildesheim in iren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten. Quocum COLERI Legati runsvico-Guelpherbytani Relatio die IV. Mart. MDCXLVIII. verbotenus nsentit: Es ist aber denen Herrn Kayserlichen remonstriret, weilen die

Herrn Catholische den Terminum MDCXXIV. selbst vorgeschlagen, und verwilliget hätten, die Clöster aber unter den Terminum nicht gehörten, dann unstreitig wäre, daß die zu derselben Zeit Evangelisch gewesen, daß die Evangelische nicht gehalten wären, dieselbe denen Catholischen zu überlassen. Es hätten aber dieselben um des Friedens willen Jhro Chur-Fürstl. Durchlaucht zu Cölln darinn gratificiren wollen. Paucis: Integrum horum Tractatuum contextum ab ipsomet Cl. STRUBENIO sæpe laudato, *loco citato a pag. 79. usque 89.*, relatum vel obiter perlustrare sufficit, ut convinci quilibet evidentissime possit, specialem super abolitione Recessus sæpe dicti, & conventi in eodem Simultanei crudi Transactionem mutuam iniri voluisse. Cum enim Catholici Hildesiensi Episcopo adstipulantes, & Cancellarius Coloniensis BUSCHMANNUS integre recessum memoratum tum quoad Exercitium Religionis, tum quoad Monasteriorum Catholicis relinquendorum Cessionem disertis verbis in ipsa Pace confirmari, Protestantes econtra, Brunsvicenses, & Status Provinciales Hildesienses a reliquis Statibus Compaciscentibus Augustanæ Confessioni addictis suffulti totaliter eundem abrogari postulassent; illi dein ultra Annos in Recessu determinatos Exercitii Augustanæ Confessionis subditis, Anni Normalis possessione gavisis, posthac relinquendi solam perpetuitatem, hi vero Monasteriorum saltem divisionem, etiam inæqualem, pro medio compositionis adoptassent; finali demum conclusione in Tractatibus saltem præviis eo speciatim conventum fuisse non immerito, nec infundate prætenditur, ut, relicta Catholicis & Episcopo Hildesiensi omnium novem Monasteriorum possessione, & permissa eorundem ad solam Religionem Catholicam ibi exercendam Reformatione, in templis reliquis omnibus in Anno Normali solitario Augustanæ Confessionis Exercitio addictis idem solum posthac obtinere, & Simultaneum per Recessum antea conventum cessare deberet. Quamvis econtra Hildesienses Catholici ad solam clausulam Recessus abrogatoriam *§. 33. Art. V.* adjectam, tanquam ultimatam utriusque partis conventionem, attendentes non improbabiliter adhuc in sua opinione (quam tamen superius dictis & infra dicendis cohærentius meam facere nolim) persisti posse credant, nihil aliud conveniri voluisse, quam ut subditi Aug. Conf. addicti ibidem degentes reliquis in Imperio Protestantibus tantum æquipararentur; adeoque, cum clara Pacis decisio universalis Simultanei etiam crudi liquido prohibitiva hactenus produci necdum potuerit, idem etiam ipsis non in vim Recessus antedicti, utpote abrogati, sed in vim generalis regulæ saltem permissum, utut non omnino consultum esse.

§. XXIII.

uplex ionis naste- ·um or.

Duplicem hæc Monasteriorum cessio effectum habuit; alterum, ut Domui Brunsvicensi secundum §vum *Monasteria quæcunque XXV. Art. V.* Pacis Westphalicæ non restituerentur; alterum, ut Protestantes subditi exercitium Reli-

Religionis suæ, Anno tamen MDCXXIV. ibidem habitum, posthac habere non possent. Quam autem extraordinaria utraque hæc Monasteriorum ex Termino Decretorio exemptio fuerit, scite advertit

HENNIGESIUS *in Medit. ad Instr. Pac. Art. V.* §. *XXXIII.*

his verbis: „*Mirum* sane est, Brunsvicenses Duces ab hac universali Lege se hactenus excludi passos, cum vix ulla alia sit toto Instrumento Pacis, quæ pluribus cautelis & majori circumspectione fuerit condita; imo universaliori definitione omnibus exceptionibus pessulum obdiderit, nequis ejusmodi Monasteria alio titulo vendicare sibi possit, quam sola possessione Anno MDCXXIV. habita, quæ unicum restitutionis & futuræ observantiæ fundamentum esse jubetur, rejectis quibusvis exceptionibus, quocunque nomine poterunt excogitari." Quod autem Vir hic alias æquissimus juxta ac solertissimus rationem, cur Duces Brunsvicenses, rerum suarum alias admodum satagentes & providi, adeo facile a Termini Decretorii præsidio depelli se passi sint, in tardiore §vi *Quæcunque Monasteria XXV. Art. V.* confectione reponendam credat; ego quidem, sit venia verbo, nimiam conjecturandi levitatem non aliter excusare possim, quam Actorum Pacis Westphalicæ necdum eo tempore satis divulgatorum, vel hoc saltem in passu ipsi non communicatorum, defectu. Horum enim si habuisset copiam *a*); indubitatum illi fuisset, non tamen facile, ut ipsi quidem videtur, Duces hac in re cessisse. Præterea *b*) nec eminus ipsi dubium superfuisset, restitutionem bonorum mediatorum & Monasteriorum, secundum Terminum Decretorium diei primæ Januarii Anni MDCXXIV. in *Artic. V.* §. *XXV.* conventum, mutuo consensu dudum ante jam fuisse stabilitam, quam in puncto Autonomiæ conveniretur. Hos ipsos vero §vos XXXI. & XXXIII. cum sequentibus postremos fuisse, qui conficerentur; imo IV. Martii *st. v.*, paucis ante conclusionem Puncti Autonomiæ & gravaminum Ecclesiasticorum diebus, huic clausulæ finali adhuc fuisse contradictum. Denique *c*) ipsos adeo Duces probe conscios ad §vum illum: *Quæcunque Monasteria XXV.* sæpissime provocasse, indeque ineluctabiles, ut ipsis videbantur, contradicendi rationes: unwiderlegliche Ursachen desumpsisse, & nonnisi Pacis accelerandæ studio, justis etiam aliis rationibus ductos, in prædictam Monasteriorum cessionem consensisse. Quo propterea pacto tardiorem §vi *Quæcunque Monasteria XXV.* conclusionem dormitans hic bonus alias Homerus somniare potuerit, videri a vigilantiore Actorum perlustratore profecto nequit. Istud igitur boni Pacis & ejusdem accelerandæ studium, & apicum idcirco Juris præteritio inducere merito poterat Status Catholicos, ut cum abrogatione Recessus Brunsvico-Hildesiensis ipsum quoque Simultaneum crudum antehac vi Pactorum vel introductum, vel stipulatum, & Lege etiam publica aut Pace eadem reliquis Statibus non interdictum, huic tamen Principi Ecclesiastico, speciali ex ratione,

Hennigesii conjectura refellitur.

 adimi

adimi consentirent, quid? quod iteratam sæpius hujus rationis specialis oggestionem, & Acta eadem, & ipsius, qui præsens Tractatibus Sollicitator intererat, Doctoris KUNNECKE propositiones & litteræ testantur.

§. XXIV.

Diversitas inter Hildesiensem Episcopatum & reliquos Principatus hypothetice adnotatur.

Sicuti vero ex hisce ratio specialis Episcopatui Hildesiensi soli propria in aprico constituitur; ita non obscure etiam ex ipsa Tractatuum prævioriorum Historia specialis Paciscentium mens atque intentio colligitur. In condendo §vo XXXI. *Art. V.* universum Imperium concernente, nulla Simultanei mentio expressa, nec in ipsa ejus dispositione, nec in anterioribus desuper Tractatibus apparet; sed consecutive duntaxat, & argumento, ut ajunt, §vi sive Legis inferri ejusdem prohibitio ab Antipatronis assolet. In clausula §. XXXIII. in fine adjecta equidem rursus expressa ejusdem *Simultanei crudi* mentio æque non reperitur, in ipsis autem Tractatibus præviis ejus mentionem frequentissimam occurrere, specialem de eo propositionem, mutuam desuper discussionem susceptam fuisse, in propatulo est. Nam expressus Catholici partialem duntaxat Recessus dicti Cassationem ita petierant, ut sola temporalitate exercitii sublata, ejusque perpetuitate inducta, inter cetera ejusdem Simultaneitas, & templorum, scholarumque &c. Compossessio per Recessum conventa persisteret; hac autem eorum formula rejecta, cum Protestantes totalem Recessus cassationem, & quidem ea intentione palam in Tractatibus manifestata, ut ipsum hoc Simultaneum crudum excluderetur, insererent; quid aliud inde erui poterit, quam specialiter & hoc voluisse abrogari? unde vel hinc haud molestum, aut evictu difficile accideret, exceptionem potius hac in clausula cum suis saltem Tractatibus desuper habitis collata latere, ad alias Imperii terras haud pertrahendam, imo talem omnino, quæ suo sensu Regulam adhuc in oppositum confirmare magis, quam infirmare queat. Qua in re consentientem nobiscum haud dubie habemus Authorem Anonymum scripti, cui titulus: Zufällige Gedancken über das Simultaneum, dum §. XXXVI. & LXIV. Jus Ecclesiasticum Hildesiense non omnino communibus Regulis conforme, sed particularibus Pactis & Conventionibus inniti, indeque ab hoc Principatu ad reliquos argumentum duci haud posse, asserit. Pactorum autem vel Conventionum nomine non ipsum Recessum Brunsvico Hildesiensem sæpe dictum simpliciter & solitarie acceptum, sed eundem tanquam per Instrumentum Pacis, mutuo partium velut inter se transigentium consensu, infirmatum intelligit.

§. XXV.

Praxis Catholi-

Immorari vero hisce omnibus non libet, cum nec Status Imperii Catholicæ Religioni addicti universim eodem jure introducendi *Simultaneum crassum* uti

uti aut velint, aut expedire sibi judicent; nec Hildesienses Episcopi hactenus a longo jam tempore, minus hodie idipsum omnimode & vehementius prætendere videantur. Et licet Antecessores, sed a paucissimis duntaxat quibusdam subditis, eo super capite delati quondam fuerint; quieti tamen subditorum provide consulere, quantum potuere, conati sunt, digni propterea, quibus & subditi in reliquo æquitatis potius, quam stricti debiti rationem habentes, morigeram vicissim exhibeant promptitudinem, similem non minus benevolam æquanimitatem a Domino Territoriali in aliis expectaturi. Si cœmeteriorum quorundam communio offensæ ipsis & incommodo esse videatur; reminiscantur potius, nihil per hanc realitatis ipsis decedere, ac rationes illas, quare Ecclesiarum Communio ipsis tam adversa quieti & tranquillitati mutuæ, adeoque Pacis ipsiusmet sanctioni videatur, maxima ex parte cessare. Multo quippe facilius est mortuos diversæ Religioni, dum in vivis degerent, addictos inter se invicem quiescere, quam vivi coexistere tranquille in eodem templo velint. Et inique certe concivibus Catholicis terra invideretur, quibus Cœlum se precari & vovere asserere solent, atque debent. Idque eo magis, si eandem subditi Augustanæ Confessioni addicti eorum locorum, in quibus soli Catholici in Anno Normali possessione cœmeteriorum privative gavisi fuerant, incolæ similem a Catholicis æquitatem experiantur. Illud, quod *innoxium* vocant, *Simultaneum* quam bene cum hac Recessus prædicti Brunsvico-Hildesiensis abolitione cohæreat, indeque potius firmetur, ostendere modo animus est. De *crudo* neutiquam solliciti, in illo si Lectori Benevolo satisfecerimus, nihil est, quod operæ hujus eo gnaviter collocatæ pœnitudinem in animum mihi inducere possit. Atque hoc tam Episcopo Hildesiensi, quam reliquis Statibus quibuscunque salvum esse debere, ex ipsa illa tam confectionis, quam abolitionis Pactorum Hildesiensium, & hujus quam maxime Recessus Brunsvico-Hildesiensis Historia facile demonstratur.

corum Statuum & præcipue Hildesiensis refertur.

Ad Innoxium Dissertatio convertitur.

§. XXVI.

Ac primum quidem argumentum ipsa Pactorum istorum confectio suppeditat, dum ante Pacem Westphalicam liberum adhuc Jus reformandi vi Pacis Religiosæ, quoad duos saltem effectus, *expellendi* scilicet alienam dissentientem, & suam *introducendi* Dominis Territorialibus salvum fuisse ostendunt, quamvis tertius illius effectus, scilicet *cogendi* & *compellendi* pœnis quibuscunque subditos dissentientes ad deserendam suam, & amplectendam Domini Religionem eadem jam dudum ademptus & sublatus fuerit. Id enim Pactis obtinere modo subditi allaborare debuerant, quod Lege publica illis non debebatur. Et cum ex Pace Religiosa securitatem & immunitatem a pœnis haberent, expulsioni tamen aut emigrationis jussui obnoxii, & omni debito, secundum ejusdem formulam, exercitio destituti per Pacta firmitatem atque permanentiam, & quandoque

Confectio Pactorum in minori Diœcesi Juris reformandi amplitudinem Pacis Religiosæ conformem ostendit.

doque exercendi etiam Religionem suam secundum Augustanæ Confessionis principia, quibus innutriti fuerant, libertatem quacunque occasione propitia, qua Dominum, aut consentiri sibi ipsa temporis necessitate, ac vicinorum armatis precibus coactum, aut lætiore quandoque successu facilius in gratiam subditorum consensurum prævidere poterant, sibi sunt stipulati. Ita, cum BURCHARDUS Episcopus ab ADOLPHO Holsatiæ Duce Præfecturam Steuerwald Anno MDLXIV. reluerer, solam immunitatem a pœnis & coactione subditis dissentientibus stipulatus fuit, omni vero vi & violentiæ in propaganda & introducenda Religione Catholica diserte renunciavit, quamvis Pastores varios ad eandem sponte amplectendam Pastorali zelo, & ingeniosa æque ac innoxia prudentia reduxerit. Ejusdem quoque Successor ERNESTUS Bavariæ Dux eandem securitatis stabilitatem spopondit Anno MDLXXXI. datis reversalibus: Erklären Uns mit dieser Schrifft dahin, daß Wir Unsere Stifft Hildesheimische Landschafft bey der A. C. vermöge deroselben auch bey dem Religions Frieden halten, bey wohl hergebrachten Gerechtigkeiten und Freyheiten nicht allein verbleiben lassen, sondern auch so viel an Uns, dabey gnädiglich schützen, und vertheidigen wollen, quod idem in Reluitione Præfecturæ Peinæ repetiit MDCIII. in verbis: Versicheren und reversiren Wir hiermit, daß unsere Unterthanen des Amts Peina, adelich und unadelich, sowohl in Stätten, als auf dem Lande bey angeregter A. C. vermöge des Passauischen Vertrags und darauf Anno 1555. erfolgten Reichs-Abschieds hinführo unbetrübet verbleiben, und ihnen darinn kein Einsperr- oder Hinderung geschehen solle. Majorem hoc in Pacto favorem contentum fuisse, quam qui sola Pace Religiosa debebatur, facile est conjecturare ex ipsa utriusque verborum inter se collatione, & ex illis consiliis atque votis, quæ Consiliarii de proposito hujus Pacti edocti, Principi de supplica Sacræ Cæsareæ Majestati offerenda, ut Pacti hujus adjecti Cassationem ex plenitudine Potestatis Cæsareæ decernendam obtineret, suggesserunt; cum Pactum hoc Juri contrarium ipsimet asserant, in verbis: Das aufgetrungene widerrechtliche Pactum von Ihro Majestät ex plenitudine potestatis & ex officio cassiret, und wieder aufgehoben werden mögte. Imo inferius *improbum* hoc Pactum appellant In supplica ipsa nomine Principis Episcopi hunc in finem concepta & exhibita, Imperatori posthac offerenda, substantiam Pacti ita explicant: Es hat aber des von Hollstein Liebden solche Transactionem nicht ratificiren wollen, ich und mein Capitul würden dann assecuriren, und verschreiben, daß die Lutherische Religion der A. C. in meiner Statt und Ambt Peina gelassen und behalten werden sollte. Ex quo ita concludunt: Wann aber dieselben (incomplirte Conditiones) nunmehr auch purificiret, denn auch die Verhängnuß *improbi Pacti* mir und meinem Capitul das Christliche Gewissen je mehr und mehr drucket, und bey der Posteritæt hart verweißlich seyn wollte, so bitte ich alles unterthänigsten Fleisses, Euer Kayserl. Majestät

mit wollen vorgesetzte Gelegenheit der Abnöthigung aus Höchst beywohnenden Kayserl. Verstande erwegen, und allergnädigst geruhen, der Chur- und Fürsten Transaction mit nachgefolgten Appendice zu Abtrettung des Hauses gehörig allergnädigst confirmiren, und dahero Ursach schöpffen, den Religions-Punct als mit der That abgedrungen ex plenitudine Cæsareæ Majestatis gäntzlich cassiren und aufheben. Causales equidem tales esse videntur, quæ dicti pacti cassationem, spectato Imperii nostri systemate, neutiquam evincant. Nullum alias pactum publicum circa Religionem securo amplius talo niteretur. Neque constat, revera Supplicam ejusmodi ab Electore & Episcopo ERNESTO tum Imperatori oblatam fuisse. Illud tamen liquido apparet argumento, plus favoris hoc pacto indultum fuisse subditis, quam Pace Religiosa fuisset. Hic ergo omnimoda in securitate & emigrationis exclusione, quæ quandoque, non vero semper Exercitium sibi adjunctum habuit, consistebat. Alias sane Pacem Publicam, Legem Pragmaticam unanimi Imperatoris & Statuum consensu firmatam hæc eadem appellatio Pacti improbi attigisset. Quod asserere in conspectu Cæsareæ Majestatis, Eamque in eandem sententiam pertrahere velle, an absque turpissima temeritatis ac audaciæ nota, quin & Pacis violatione, prudenti cuiquam vel eminus in mentem venire possit, cuivis dijudicandum relinquo. Unde confectio hujus saltem Pacti, moderatissimi licet, in quo vix Exercitii cujusdam mentio, sed sola persistentiæ in Territorio, excluso emigrationis necessariæ metu & periculo, assecuratio, & quidem cum tanto violatarum Imperii & conscientiæ legum scrupulo, appromissa fuit, luce meridiana clarius evincit, vi Pacis Religiosæ adeo liberam Domino territoriali suæ Religionis introductionem fuisse, ut etiam dissentientes expellere potuerit, imo reatum sibi conscientiæ duxerint vel solam emigrationem illis perpetua Lege remittere, ut nihil dicam de ipsa Exercitii publici præsertim concessione, quam adeo ex Pace supra dicta non habuerunt, ut nec Pactis etiam specialibus facile concederetur.

§. XXVII.

Luculentius eandem veritatem ostendit Recessus Brunsvico-Hildesiensis. Neque enim Duces Brunsvicenses adeo ignari esse poterant, ut, quæ Pax Religiosa in favorem subditorum dissentientis a Domino Religionis Lege universali decreverit, ignorarent, neque tam humiles, ut, quæ alioquin debebantur, & ad quæ Episcopus Hildesiensis Jure adigi poterat, post longas demum interpositiones, remonstrationes, & mediationes stipulatu obtinere vellent; neque subditorum, quamvis alienorum, per integrum tamen sæculum & ultra ipsis subjectorum, & suæ Religionis consortum adeo incurii, ut, quod perpetua Lege deberetur, iis ad tempus duntaxat, idque perbreve obtinerent. Consenserunt autem, & quidem post longas & difficiles disceptationes, *(Recessus Brunsvico-Hildesiensis cum Pace Religiosa collatio.)*

ut ait HENNIGESIUS *Med. ad Instr. P. Art. V.* §. *XXXIII. litt. r,*

quin

quin & impetrata efficaci hunc in finem Cæsareorum Interpositorum mediatione consenserunt, ut nobilibus Augustanæ Confessionis ad LXX. Annos, civitatibus vero, pagis & vicis ad XL. duntaxat Annos, a Termino extraditionis computandos, liberum & publicum Religionis suæ Exercitium indulgeretur. Quibus elapsis juxta *Art. XI.* res denuo ad Terminos Pacis Religiosæ rediret, atque beneficio Principis & meræ liberalitati in acceptis referre deberent, siquid ipsis circa Religionem relinqueretur, & nisi ipsi Lares patrios & solum, uti hanc facultatem sibi reservat, vertere cogerentur. Hoc priori illustrius & propinquius argumentum alterum subministrat *Articulus V.* ejusdem Recessus, quo quidem Simultaneum, idque *crudum* Religionis Catholicæ sibi reservaverat Episcopus Elector, sed hoc non contentus, labentibus etiamnum LXX. vel XL. Annis supradictis, morituris interea Ministris Augustanæ Confessionis Catholicos Presbyteros surrogandi facultatem sibi stipulabatur, hac vero intra idem Annorum respective conventorum intervallum denegata, solum Simultaneum & quidem *crudum*, eodem Termino etiamnum currente, a Ducibus jam tum permittebatur, ita, ut eisdem in Ecclesiis, in quibus antehac soli Protestantes divina sua peregerant, etiam Catholicis vacare cultui suo liceret, ubi vero duæ eodem in loco extabant, una Protestantibus per hosce LXX. vel XL. Annos quidem relinqueretur, altera vero, quamvis & ipsa a solis Protestantibus antehac possessa, jam inde ab extraditione solis Catholicis in perpetuum addiceretur. In Monasteria itidem solum Exercitium Catholicum induceretur. Quæ omnia in recensitis hisce Recessus secundarii Religionis §§vis latius explicata jam Recessus primarius ita dictus Haupt-Recess brevioribus quidem, non minus tamen energicis verbis, superius §. X. recitatis, comprehenderat.

§. XXVIII.

Argumentum inde deductum.

Nihil profecto illustrius produci potuit his Pactis Hildesiensibus supra dictis, & ultimo præsertim Recessu Brunsvico-Hildesiensi ad explanandam alteram, quæ a Pace Religiosa ad Westphalicam usque obtinuit, Juris reformandi Epocham. Quid enim clarius hinc (*a*) quoad subditos elucescit, quam hisce tum temporis Lege publica necdum liberum & firmum Religionis suæ Exercitium constitutum, nec, præscindendo a Lege particulari pactis data, debitum fuisse; de Jure, de Possessione subditorum in his altum adhuc fuisse silentium: sed tantum contra persecutionem Dominorum suorum, quoties illos ad mutanda sacra cogere volebant, non aliud fuisse præsidium, quam libertatem emigrationis, a qua prohiberi non potuerint. Dominis vero (*b*) quoad subditorum Religionem tantum vim & coactionem pœnalem interdictam fuisse; quoad suam vero introducendam adhuc liberrimam superfuisse facultatem, ut adeo Simultaneum diversæ Religionis Domino consentientis etiam *crudum*, quod subditi Domino dissentientes in iisdem suis Ecclesiis, in quibus hactenus soli noviti

Reli

ligioni suæ vacaverant, utpote omni in illas Jure ac potestate penes solum Donum existente destituti, admittere deberent, imperare & inducere potuet. Siquidem quibus migratio ob Religionem, simpliciter testante & suffrate Pace Religiosa, testantibus itidem Pactis particularibus, indici poterat; s certe ex Pace nihil Juris & præsidii pro sua libertate & commodis suæ Reionis, pro vindicandis sibi privative templis, cœmeteriis, reditibus, & anris, aut pro excludendo Religionis Domini coëxercitio esse poterat. Quod tem introductionis Religionis Domini in aliis Ecclesiis, & absque præjudicio t detrimento qualicunque subditorum attinet, eam percrebrescente tum per iversum, qua late patet, Imperium, trito illo: *Cujus Regio, illius est & Reio*, extra omne dubium ita positam fuisse constat, ut nec subditi, nec alii Contus in gratiam eorundem in occasionibus etiam maxime opportunis eandem arctare ausi fuerint, aut vel cogitarint. Unde & Pace Westphalica, tanam Religiosæ (quæ basis & fundamentum hujus est, atque *Art. V. §. I.* diur) tantum declaratoria, cum expulsionem seu emigrationem tantum sustuit, & quidem quoad aliquos duntaxat subditos §. XXXI. sustulerit, imo oad alios, scilicet nulla Anni Normalis possessione tutos, & hanc §. XXXVI. erte salvam reliquerit; effectus hic Juris reformandi tertius, sive suam inducendi, salvus omnino & incolumis persistit. Siquidem exceptio quæcune, vel nova limitatio tanquam strictæ interpretationis ultra expressa extendi quit, & Regulam in non expressis salvam relinquere, ac potius confirmare ex ianimi Juris Consultorum omnium sententia debet.

§. XXIX.

Quod autem Pactorum, & dicti præcipue Recessus Brunsvico-Hildesien- *Confectio* illustrat, Jus introducendi Simultaneum *innoxium* Dominis Territorialibus ejusdem *abolitionis* Historia magis demonstrat & confirmat. Hæc im omnis id unum ostendit, totam Protestantium curam in eo semper occupam fuisse, ut, quod subditi habuere, id illis posthac quoque perpetuo relinieretur. Id generatim ipsi, ubi Pactorum Exercitio subditorum faventium nservationem, adversantium vero abolitionem petierunt, speciatim vero, i de hisce Brunsvico-Hildesiensibus sermo fuit, & quidem multo luculentius presserunt, hoc obtento læti, de cæteris Dominorum Juribus, salva sua possione, nec investigatores temerarii, nec scrutatores curiosi. In petita enim nservatione Pactorum subditis faventium, adversantium vero abrogatione ec una eorum fuit intentio, ut nimirum iis subditis, quibus vel per declationem ita dictam Ferdinandeam, vel per pacta aut privilegia, vel per lonm demum usum Exercitium Religionis suæ acquisitum fuerat, perpetuo postac, abrogatis & cassatis omnibus dispositionibus, Transactionibus, & Recessis hujusmodi contrariis relinqueretur.

Abolitio Recessus ad solam retentionem possessionis habitæ pertinet.

Formulæ de abrogatione Pactorum generatim oblatæ.

Conf. Meiern *Act. P. W. Tom. III. pag.* 164. In fernerer Erklärung *in puncto Gravaminum die IX. Julii MDCXLVI.* ibi:

Denenjenigen Unterthanen, welchen das publicum Exercitium Catholicæ Religionis vermöge der Ferdinandeischen Declaration de dato XXIV. Septembr. MDLV. zuständig, oder die sie sonsten per Pacta, Privilegia, oder langen Gebrauch erworben und hergebracht, soll es nochmahls gelassen, auch alle widrige gemachte Anordnungen, Transactiones, Accord, Revers, und dergleichen cassiret, und aufgehoben seyn. Sed Declaratione dein Ferdinandea a Catholicis omnibus ignorata, imo & diserte contradicta atque negata, Pactis quibuscunque refutatis & rejectis, aliud medium minoribus, uti credebatur, contradictionibus obnoxium in Anni MDCXXIV., Decretorii exinde dicti, determinatione adinventum atque suggestum fuit, non alio rursus fine, quam ut subditi eo Anno possessione Exercitii Religionis suæ gavisi perpetuo posthac eodem fruerentur, idque aut retinerent, aut semel destituti recuperarent; uti formulam eo fine propositam exhibet idem

& Anni Decretorii determinatio

Meiern *Act. P. W. Tom. IV. pag.* 26.

Die mittelbahren Grafen, Freyherrn rc. sollen in den Standt, darinnen Sie *Anno MDCXXIV.* gewest, in Politicis & Ecclesiasticis völlig gesetzt, und so wenig der Religion und dessen publici Exercitii, als der Zeit eingehabter Schulen, Kirchen, und derselben Jurium halber, und was davon dependiret, nimmermehr angefochten werden. Ubi illud præcipue notandum venit, quod Annus Decretorius tum adinventus Ferdinandeæ Declarationis, Pactorum & Privilegiorum Exercitio subditorum faventium surrogatum tantummodo fuerit. Sicut ergo Ferdinandea Declaratione, Pactis, & Privilegiis nihil plus ipsimet subditi adversus Dominos aut acquisiverant antea, aut prætendere unquam postea voluerant, quam solam sui in Territoriis Principum a se dissentientium stabilitatem ab emigrationis necessitate liberam, & ad summum Exercitii cujusdam, vel privati, vel publici suæ Religionis retentionem, ita & substituto postea Anno Normali Status Augustanæ Confessioni addicti nihil aliud verbis etiam expressis in eorum favorem exposcere vel cogitabant. Quoad hanc vero specialem Pactorum Hildesiensium abolitionem, summa (qualia ab initio esse solent) illorum petita ad solam suæ possessionis, & Exercitii antea habiti, conservationem & securitatem fuerant directa, ut scilicet, qui adhuc id haberent, perpetuo in eodem conservarentur, qui vero destituti, restituerentur, sibi consulere tantummodo voluere; quid cum sua Religione faceret Dominus, determinare nec cogitarunt, quamdiu nihil ipsis eriperetur, quod possessum fuerat. Idipsum, ubi primum mentio expressa Recessus Hildesiensis inserta fuit, totus contextus docet, in Declaratione Protestantium in puncto Gravaminum Legatis Suecicis de XXVII. Febr. Anno MDCXLVII. exhibita apud

uti & proposita de abolitione hujus Recessus petitio idem confirmat.

Meiern

MEIERN *Tom. IV. pag.* 95. in verbis:

„Comites Barones, Nobiles...., qui Anno MDCXXIV. quacunque Anni parte Exercitio Augustanæ Confessionis gavisi sunt.... *retineant* id etiam imposterum. Nec minus etiam *maneant in possessione* & Dominio templorum..... nec quocunque ulla via turbentur. *Destituti* quovis modo, item Religionis causa remoti & ejecti..... *in pristinum Statum remittantur*.... non attentis sed annihilatis omnibus in contrarium latis sententiis, Pactis, quibuscunque Transactionibus, & imprimis, quæ *Elector Coloniensis* ut Episcopus *Hildesiensis*, & *Duces Brunsvicenses* & *Luneburgenses*, de Religione Statuum & subditorum Episcopatus Hildesiensis nonnullis Pactis Anno MDCXLIII. transegerunt..." Et inferius: omniaque in contrarium statuta omnino aboleantur. In quam formulam cum Cæsareani consensissent, & conclusissent;

Vid. MEIERN *Tom. IV. pag.* 99.

Catholici nec hoc illis salvum relinquentes, omnimodam Recessus conservationem & confirmationem urgebant, ut & in Ecclesiis Protestantium adhuc Simultaneum *crudum* Catholicæ Religionis relinqueretur, imo & elapsis annis respective conventis privativum ac solitarium induceretur. In novis propterea propositionibus, quas Legati, Brunsvico-Calenbergensis LAMPADIUS, & Brunsvico-Guelpherbytanus COLERUS exhibuerunt, testantibus ipsorummet relationibus jam supra §vo XXII. allegatis, rursus non alia eorum intentio eruitur, quam retinendi duntaxat, quod habuerant, non autem competentem Domino Territoriali, quod in suo libet, agendi libertatem coarctandi. Adeo verba omnia ibidem relata retentionem Ecclesiarum habitarum privativam, solamque in iis, quæ possederant, templis permanentiam securam atque perpetuam tam Nobilitati, quam civitatibus & pagis stabiliendam præseferunt. Unde quamvis demum Catholici Status (postquam nimirum Monasteria Hildesiensia in anno decretorio a Protestantibus indubitate possessa iisdem penitus dimissa essent) a priori suo petito paulisper digressi possessionem Exercitii & templorum in anno eodem habitam, subditis Hildesiensibus Augustanæ Confessioni addictis perpetuo relinqui consenserint; quia tamen difficulter adeo, & quidem, non nisi prævia novem Monasteriorum modo dictorum cessione Episcopo Hildesiensi facta, eo permoveri potuerunt, ut in relictionem & retentionem eorum, quæ jam tum habuerant, consentirent; nemo prudens rerum arbiter novum quoddam jus prohibendi, quominus Dominus Territorialis novas pro suæ Religionis asseclis Ecclesias erigeret, vel veteres collapsas derelictas, & vacuas caperet, subditis cedi voluisse, præsumere unquam poterit.

 §. XXX.

§. XXX.

atio abolitionis allegata

Ratio porro, ob quam Recessus Brunsvico-Hildesiensis abrogationem tam acriter vehementerque urgendi Jus sibi esse crediderunt Status Protestantes, id quoque luculenter ostendit, de sola possessionis suæ manutenentia eosdem cogitasse, atque sollicitos fuisse, hac obtenta & retenta contentos. Hæc autem illa ipsa fuit, quæ hodie tam acriter in impugnationem Simultanei etiam innoxii produci quidem assolet, sed quam diverso nunc sensu & intellectu ab eo, quem ipsimet Summi Paciscentes habuisse ex Actis deprehenduntur? Fuit enim hæc: *quod observantia Anni Normalis pro regula esse debeat.* Qualem vero regulam & respectu cujus illam intellexerint, declarat Syndicus KUNNECKE in Memoriali suo, ubi de sola restitutione eorum, quæ per Pacta aliter in præjudicium subditorum determinata fuerant, eandem intelligit, & ideo compossessionem eorundem templorum per Pacta Catholicis concessam denuo abolendam concludit: Gleichwie nun, inquit ibidem, nur berührtes Exercitium Publicum ohne Vorwissen und Belieben der Stiffts-Stände und Unterthanen, und zu verfänglichen Præjudiz derselben ad certum, LXX. & XL. nimirum annorum, tempus a tertiis per prædicta Pacta novissima nicht hat können determiniret und eingeschrenckt werden, also müssen sie auch bey solchem ihrem darinn hergebrachten Exercitio, Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Consistorien, Ceremonien und Ordnungen, wie selbige Anno MDCXXIV. aller Orthen in offentlicher Ubung gewesen, ohne einige Neuerung, und Nebeneinführung der Catholischen Religion gehandhabet, zumahl auch bey denen dazugehörigen Kirchen, Schulen, Clöstern, Hospitalien, und anderen nach Anweisung des Instrumenti Pacis *Art. V. §. VI.* ohne Schmählerung und Abbruch gelassen werden, wo anders die Observanz des MDCXXIV. Jahrs pro regula gehalten, und selbige durch einige Exceptiones von beyderseits Religions-Verwandten nicht evaniret und aufgehoben werden sollte. De sola hic retentione Exercitii subditorum dissentienti a Domino Religioni addictorum, aut restitutione ejusdem non retenti facienda quæstio est, & huic regula præfigitur, recepto illi in materia præscriptionis Brocardico: *quantum possessum, tantum præscriptum*, fere simillima, scilicet tantum retinendum esse a subditis, vel illis restituendum, quantum reapse Anno MDCXXIV. possederunt, non quantum possidere illos Pacta hæc statuerint, aut voluerint. Hæc proinde regula merito specialis dicitur, exceptionem quidem a regula generali Juris reformandi Domino competentis, eamque in Jure ipso & Lege universali expressam fundans, ne cum istius possessionis turbatione, aut detrimento exerceatur; hac tamen salva, adeoque, exceptione non obstante, præter & juxta illam subditorum dissentientium possessionem introducendi Religionem Domini propriam liberum etiamnum arbitrium relinquit. Unde *novationem* quoque & *superinductionem* Catholicæ Religionis Syndi-

ei memorati petitio excludit, sed eam & talem haud dubie, ut cohærenter proposito suo, & sollicitatæ Recessus abrogationi loquatur, quæ & qualis per eundem fuerit conventa, & quæ, uti sequentia verba denotant, vel cum omnimoda jactura, vel saltem cum aliquo detrimento, aut imminutione usus appertinentium templorum, scholarum, Monasteriorum, Hospitalium aliorumque conjuncta, atque ideo nequaquam innoxia esset. Quapropter nec obstat, quod supra memoratus Syndicus KUNNECKE duo hæc, tanquam regulæ illi superius assertæ repugnantia, sedulo distinguat, nimirum *superinductionem* Religionis Catholicæ in verbis: ohne einige Neuerung und Nebeneinführung der Catholischen Religion gehandhabet, dein templorum, scholarum, Monasteriorum, & Hospitalium ab iis possessorum absque detrimento *retentionem* in verbis: zumahlen auch bey denen dazu gehörigen Kirchen, Schulen, Clöstern, Hospitalien, ohne Schmählerung und Abbruch gelassen werden. Adeo, ut per verba posteriora Simultaneum *crudum*, per priora vero etiam *innoxium* ita dictum, tanquam regulæ eidem contrarium, rejicere voluisse videatur. Siquidem hæc omnia rursus conformiter tenori Recessus supra dicti, & quidem ex mente ejusdem Syndici interpretanda veniunt. Hoc vero penitius considerato utraque licet ab eodem Syndico sollicite distincta restitutionem aut retentionem possessionis tum habitæ nequaquam excedunt. Quatuor enim ad Exercitium Religionis pertinentia, si rite discernantur, Recessus sæpius allegatus disposuerat. Ita videlicet durantibus etiamnum LXX. vel XL. Annis ibidem conventis simul introducendum esse Religionis Catholicæ Exercitium voluit, ut (*a*) Monasteria licet a solis Protestantibus antea possessa, & Augustanæ Confessionis Exercitio addicta Catholicis restituerentur, in iisque solum Religionis Catholicæ Exercitium posthac obtineret;

Difficultati ex distinctione Doctoris Kunnecki formula haustæ obviatur.

Conf. Neben-*Recessus* §. V. in fine: In den Clöstern aber das Exercitium Religionis Catholicæ allein eingeführet und geübet werden solle.

dein (*b*) templa quoque ab illis solis possessa, ubi plura essent, inter utrosque dividerentur, & uno tantum Protestantibus relicto, alterum Catholicis assignaretur;

Conf. *idem* §. *V.* Daß, wofern an einem Orth zwo Kirchen vorhanden, diejenige Kirchen denen Evangelischen verbleiben, darinnen sie bishero ihren Gottes-Dienst verrichtet; die andere aber denen Catholischen anzurichten erlaubt seyn solle.

Adhæc (*c*) ubi unum duntaxat templum existeret, ejus saltem usus utrisque communis redderetur:

Conf. *idem* §. *V.* in verbis: An den übrigen Orthen aber, wo allein eine Kirch, soll beyden Theilen in derselbigen ihren GOttes-Dienst zu üben unbenommen, sondern in Kraft dieses zugelassen seyn.

 Deni-

Denique (*d*) ut elapsis hisce annis sola Religio Catholica in tota Majori Diœcesi a Brunsvicensibus tum restituta vigere, Protestantes vero omnes habito antea non tantum Exercitio, sed & templis, scholis, hospitalibus, Monasteriis antehac possessis excidere deberent, imo reluctantes Domini Religionem amplecti ex ipso adeo territorio, divenditis rebus suis, & injuncta illis invitis emigratione necessaria dimitti possent.

Conf. §. *XI.* in verbis: Wann obbestimmte Jahre und Zeit vorbey, wollen Wir der Churfürst, unsere Successores, oder Sede vacante ein Thum-Capitul dieses bis dahin verwilligtes Exercitium Augustanæ Confessionis ferner zu indulgiren nicht gebunden seyn, sondern ꝛc.

Huic igitur Recessui & omnibus ejusdem effectibus contradicere volens Syndicus KUNNECKE per priora verba: Ohne Neben-Einführung ꝛc. id, quod minus existimabatur, Simultaneum crudum Religionis Catholicæ exercitium, id est, in easdem Ecclesias a Protestantibus antea possessas, iisque relictas, ubi una tantum fuerat, introductum aboleri petiit. Per posteriora vero verba: Zumahlen auch bey denen dazu gehörigen Kirchen ꝛc. reliquorum effectuum abrogationem denotavit, ut nimirum templa omnia a Protestantibus possessa, quamvis plura uno in loco existerent, iisdem restituenda essent, neque vel unicum illis contra possessionem tum habitam eripi, & Catholicis pro suo Exercitio assignari posset. Multo magis vero Monasteria similiter a solis Protestantibus tum possessa restitui, & Catholicæ Religionis Exercitio inde eliminato illud Augustanæ Confessionis denuo reduci deberet. Denique vel maxime ut subditi in Anno Normali suo Exercitio gavisi ab omni Emigrationis periculo immunes, elapsis etiam annis conventis, perpetuo non tantum in Territorio, sed etiam in templis, & Exercitio habito persisterent. Hæc vero omnia luculentissime denotant, tam ex propositionibus Syndici, quam ex declarata ipsorummet Protestantium mente, regulam ante dictam respectu memorati Recessus ita intellectam fuisse, ut quid & quantum retinendum posthac a Protestantibus subditis, aut quid restituendum ipsis esset, ex possessione in dicto Anno habita, non autem ex tenore Recessus controversi desumi debeat. Reapse vero hos omnes effectus nequidem obtinuit, sed uti Catholicis novem Monasteria cum reditibus, & solitario Religionis Catholicæ Exercitio contra possessionem Anni Normalis concessa fuisse, Protestantibus vero, conformiter eidem possessioni, perpetuitatem sui Exercitii & templorum omnium reliquorum, quamvis plurium uno in loco existentium, retentionem sublata quacunque Annorum determinatione assertam fuisse certum est; ita quoad primum, sive *superinductionem* Catholici Exercitii in iisdem Ecclesiis Protestantium in potestate relictis, quamvis petitiones in Tractatibus expositæ liquido constent, ipsa tamen decisio communi demum consensu secuta, non æque luculenter, & energice petitionibus hisce correspondet; multo

to minus ad non petita & non expressa, sive Statum quendam mere habitualem vel verbo respicit.

§. XXXI.

Exceptiones Regulæ assertæ contrariæ Pacta intelliguntur.

Dein Regula dicitur respectu exceptionum, quæ illi opponi possent. Exceptionis autem nomine non venit Jus reformandi plenissime Dominis assertum, & ante Pacem tam Religiosam, quam Westphalicam competens, omnemque ex prærogativa & superioritate Statuum, & ex ipsa anteriore per totum Imperium hactenus usitata praxi pro se præsumptionem habens, sed ea, quæ in quæstione fuerant, Pacta possessioni in Anno Normali habitæ adversantia intelligi dignoscuntur. Unde & Simultaneum innoxium vi ejusdem Juris reformandi inductum, eo ipso, quod secundum indolem suam omnia, quæ a Protestantibus possessa fuerunt, Exercitium nimirum Religionis, templa, scholas, atque annexa salva relinquat, nequaquam inter exceptiones, multo minus inter eas, per quas regula illa eo, quo a Paciscentibus proponebatur, sensu destruatur, & evertatur, computandum venit, aut computari ab iisdem voluit. Quam in rem præclare commentatur

HENNIGESIUS *in Medit. ad Instrum. Pac. Art. V.* §. *XXXIII. lit. h:*

„Additur, quod hæc observantia *instar regulæ* obtineat, sed id procul dubio „ex superioribus sic est explicandum, ut sensu affirmativo intelligatur, quate„nus observatum id facto hominum est, non vero sensu negativo, ut pro ob„servantia etiam habeatur, quod dicto Anno observatum non fuit, ad hunc „effectum, ne observari deinceps diversum, aut fieri unquam fas sit. Fac „enim extare aliquod Pactum, inter Dominum & subditos, quo his concedi„tur usus ad suæ Religionis Exercitium omnium illo loco templorum, subditos „autem Anno vigesimo quarto certa tantum templa in potestate habuisse; alia „ab omni cultu divino jacuisse vacua; num observantiæ id erit, ut posthac per„petuo vacent? non crediderim. Id certum ex superioribus, subditos sibi „vindicare non posse, quæ in potestate sua non habuerunt." Hucusque HENNIGESIUS. Quod autem de Ecclesiarum tum vacantium assignatione, tanquam regulæ ibidem assertæ nequaquam adversante, censet, cur de novarum constructione non sit asserendum?

§. XXXII.

Ulterior ratio hujus regulæ in Pace stabilitæ.

Præterea hujus ipsiusmet regulæ ita constitutæ ulterior ratio idipsum confirmat ab eodem Syndico in suo *Promemoria* allegata *Num. V.* in verbis: daß aber der widrigen Pactorum außdrückliche Cassation §. XII. respective begehrt, und mit Vorwissen deren Interessenten gesucht, und gesetzet worden, ist geschehen, künfftige schädliche Disputen zu verhüten, und sonderlich ungleiche Gedan-

Gedancken zu benehmen, ob liesse sich die daselbst gemachte, und von Catholischer Obrigkeit Evangelischen, und vice versa gesessenen Unterthanen redende Regul und Religions-Pacta auf gegenwärtigen Fall darum nicht appliciren, weil der grössere Stifft, wie eben gemeldet in Anno MDCXXIV. nicht unter Catholischer, sondern Evangelischer Obrigkeit gewesen. Cui apprime quoque consentiunt Legati Suecici

apud Meiern *Act. P. W. Tom. V. pag.* 535.

Es seye derjenige Recess, welcher Anno 1643. wegen des Stiffts Hildesheim mit dem Hause Braunschweig und Luneburg errichtet worden, um deswillen, weil solcher contra observantiam Anni 1624. lauffe, nahmentlich cassiret und aufgehoben worden, ohneracht sich der Chur-Cöllnische Gesandte aufs äusserste dargegen gesetzet habe. Denn von dieser Regul und norma observantiæ Anni 1624. dörffte mann kein haarbreit weichen, wenn mann nicht neue Dispur, Zanck, und Unruhe anstifften wollen. Quod ipsum rursus id unum determinat, quid & quantum subditis dissentientis Religionis necessario, tanquam ab iis possessum, relinqui, & in quid & quantum ipsi restitui debeant, salvo de cætero Domino Territoriali omni eo, quod eorum possessioni non repugnat. Ob dubietatem Pactorum subditorum Exercitio mox faventium, mox adversantium, ob frequentissimas eorundem immutationes & revocationes, ob plurimas exceptiones partim a subditis, partim a Dominis cum fundata sæpe ratione illis oppositas, Possessio eorundem, non facultas Domino Territoriali de reliquo competens, alia & una quadam regula ad evitandas innumeras lites alioquin exinde secuturas determinanda fuit. Quæ omnia insimul ostendunt, non statum præcise Religionis unius vel alterius, sed Statum subditorum uni vel alteri addictorum fuisse, quem una quadam regula determinari voluerint, & quo retento Paci prædictæ plenissime esset satisfactum. Ubi & illud haud incongrue advertitur, observantiæ nomine hic loci Statum quendam habitualem Anni MDCXXIV. neutiquam intelligi, sed respectu Pactorum observantiam hic dici. Cum enim istis Pactis innumeræ opponi exceptiones solerent, quæ vel eorundem valorem impugnarent, vel sensum in controversiam vocarent; sicut alias in civilibus etiam optima Pactorum & Privilegiorum interpres dicitur diuturna, & longi temporis a Lege præscripti, aut immemorialis observantia, ita, cum etiam observantia ipsa, pro vario tempore & varia, vel Catholicorum, vel Protestantium, fortuna & præpotentia diversa & varia fuerit, regula constituitur, ut eo modo Pacta etiam observanda posthac sint, vel non sint, quo & quatenus Anno supra dicto observata, vel non observata fuerunt, aut fuisse probari poterunt. Nihil porro ut commemorem, hoc vocabulum *Observantia* voci: *Conniventia* aliis anterioribus in Tractatibus & Projectis sive Formulis hinc inde communicatis & exhibitis antea positæ, serius demum, & quidem non alio e[illegible]

fine

fine, quam ad probationem exercitii & illius, quod dicto anno dissidentes subditi habuerant, magis facilitandam, ad illam vero scientiæ Domini, quam conniventia supponere & requirere videbatur, declinandam, minime autem ad inducendam status cujusdam mere habitualis locorum posthac non amplius mutabilis perpetuitatem substitutum fuisse; adeoque idipsum per *Observantiam*, quod antea per *Conniventiam*, quoad substantiam intentum fuisse. Id enim omne suo pro scopo & instituto luculentius & prolixius exposuit Magnifici D. BARTHELII Dissertatio superius laudata, *de eo, quod circa Libertatem Exercitii Religionis ex Lege Imperii Justum est*, Cap. IV. §. XXIII. & XXIV.

Conf. etiam Ill. DE MEIERN *Act. P. W. Tom. V. pag.* 532.

§. XXXIII.

Nutasse quandoque hanc Recessus Brunsvico-Hildesiensis abolitionem, quamvis a Cæsareis jam acceptatam, ex præmissa superius Historia patescit. Catholicorum vero omnium contradictio insecuta adeo Cæsareanorum Projecto restitit, ut ipsa etiam authoritatis Cæsareæ interpositione suffulciretur. Hoc autem intermedio tempore utraque pars sua, quæ sibi suffragari crediderat, Jura, & illas, quæ ex talium Pactorum abrogatione aut convalidatione secuturæ essent, sequelas alterutri Religioni perniciosas graphice descripsit. Ex parte Catholicorum ADAMUS ADAMI plurium Prælatorum Legatus, & Religionis Catholicæ zelo admodum succensus Memoriali suo XI. Junii Legatis Cæsareis exhibito reflexiones quasdam, *Eventual*-Bedencken, appellatas adjunxit, quæ omnes solam restitutionem contra Pacti & Recessus tenorem a Catholicis faciendam Religioni Catholicæ perniciosam ostendunt; introductionem vero novam Exercitii Religionis in aliis Ecclesiis vel recens erectis, vel in potestate subditorum Protestantium nunquam constitutis nec verbo attingit tanquam simili cuidam periculo subjiciendam. Nec enim intelligi poterat jactura templorum, quam exinde præsagit, de noviter erectis, qualia utique erigi non solebant ante Pacem Westph., ante quam in iisdem Ecclesiis Catholicos a Protestantibus subditis admitti, vi Pacis Religiosæ Domini Territoriales imperare, imo suas illis eripere, salva Pace eadem mox dicta, Pactis specialibus non existentibus, poterant; Neque in Principatu Hildesiensi, tanquam Ducibus Brunsvico-Luneburgensibus adhuc subjecto, recens erigi ab Episcopo potuerant, vel voluerant. Sicut & de sola restitutione Monasteriorum per eundem Recessum Episcopatui Hildesiensi reincorporatorum conqueritur, his autem relictis Religionem quoque Catholicam ibidem reintroductam, quamvis maxima pars subditorum in Territorio Hildesiensi jam in Anno Normali Protestantium castra secuta fuisset, salvam fore, nec unquam dubitavit.

Ulteriores remonstrationes mutuæ.

præsertim Reverendissimi Domini Adami reflexione

§. XXXIV.

Syndici Kunneeke primae propositiones & litterae,

Nec dubitavit quoque de hoc Syndicus Statuum Augustanæ Confession: Provincialium KUNNECKE in suis, queis ab initio Mandata Statuum Provincialium Augustanæ Confessioni addictorum tanquam Principalium suorum protulit, propositionibus jam superius relatis, oblatisque formulis, ubi id solun egit, ut in Hildesiensi Diœcesi non ipsa Religio universim, sed subditi in sua Religione, quam professi fuerant, & secundum statum, quem ex possessione Anni Normalis vel haberent vel recuperaturi essent, posthac permanerent, & destituti restituerentur; non ut, quid Dominus posthac in sua parte ageret, Jus quoddam contradicendi subditis in sua præscise possessione non turbatis assereretur. Unde cum primum securitatis hujusce exercitii perpetuo & solitarie sui in Ecclesiis habendi subditis suæ Religionis consortibus propior spes affulgeret tanta ejusdem, testibus ipsiusmet litteris XII Maji Anno MDCXLVII. datis fuit lætitia, ut semetipsum capere vix posset; quid? quod ut omnem Catholicorum contradictionem posthac excitandam securius præverteret, arctissimum non tantum commendavit secretum, sed & hunc favorem sibi tam acceptum Catholicis econtra tam odiosum credidit, ut aliquot etiam Præfecturarum Brunsvicensibus relinquendarum cessione eundem redimere potius debuisse ipsi viderentur. Verba ejusdem adeo sunt energica, ut cum integro suo tenore

ex STRUBENII *cit. P. II. Tract. VI. §. VI.*

huc transferenda non immerito videantur. Wie ich zuletzt, inquit ibidem, das Wort gehöret, daß die Clausula concernens, nemlich, daß die Pacta inter Episcopum & Duces Brunsvicenses inita sollten specifice cassiret, und des Stifts Stände und Unterthanen bey der *Religion Augustanæ Confessionis* gelassen werden, daß ich gleichsam für Freuden geweinet; und wenn mir gleich einer viel tausend Thaler verehret hätte, nicht so angenehm gewesen wäre. Nun ist noch übrig daß ich erstlich sehe, wie es möge ins Teutsche gebracht, und nicht noch zuletz etwas möge darunter versaumet werden. Es wollen sich aber Euer Hochedl Gestr. und die Landschaft keiner sonderbaren Freude gegen die Catholische vermercken lassen, auch beyleibe im Geringsten hierüber mit niemand, als mi Hochvertrauten etwas reden. Dann ich bin versichert, daß es unser Canzler und Canzler Buschmann vor eine unmögliche Sach gehalten, daß dieses dergestalt, wie GOtt Lob geschehen, per expressum sollte aufgehoben werden können. Sie sollten lieber zwey Aemter, ja mehr vom Stift wieder weggeben, dann mit Willen dieses eingeraumet haben. Adeo nimirum subditi Augustanæ Confessioni addicti nunc notam illam Æsopi de echino, quem Latini hericium vocant, & vulpe fabulam ludere attentant, eoquod, cum post diuturnas altercationes, cœdes & clades, tractationes, petitiones & disceptationes

nes in Pace Westph. eorundem Exercitium in Territoriis Principum Catholicorum demum cum effectu securitatis perpetuæ aliquatenus & quoad certam subditorum classem admissum fuit, id eo nunc extendere cum manifesta sanctionum publicarum contorsione conentur, ut Catholicam & Domini Religionem in eadem tantum loca, non templa, reverti cupientem expellere, aut potius Dominum Territorialem ipsum pro sua libertate eandem introducere volentem prohibere audeant. Id, quod manibus tenuerant, eripi anxie timebant, relinqui mirifice lætabantur; nunc ad ulteriora & inaudita adversus Dominos ipsosmet temere easdem extendere non dubitant.

§. XXXV.

Ejus *Pro memoria* Adami reflexionibus oppositum.

Multo magis vero inde ea Syndici mens atque intentio colligitur, quod in suo ita dicto *Pro memoria* ADAMI ADAMI reflexionibus, ubi abolitio Recessus supra dicti (uti mox superiore §vo XXXIII. memoravimus) vacillare rursus videbatur, opposito de eo tantum Simultaneo conqueratur, quod *crudum* alias dicitur, & verius quoddam subditorum incommodum, sive molestiam ipsi facto illorum possessionis, ut saltem eidem videbatur, aliquatenus contrarium involvit: atque hoc per Pacem Religiosam alias certissime Domino liberum ubi excipi & tolli desiderat, alterum ex ipsa Juris reformandi Dominis per illam asserti, nec in Pace Westphalica adempti, sed nova duntaxat & unica limitatione, quæ expresso §. XXXI. ejusdem textu probari potest, coarctati consequitur. Solum vero illud & quidem ad summum in Principatu saltem Hildesiensi aboleri memoratus Syndicus voluit. Sicut enim de solo hoc disseruit ADAMUS ADAMI in Eventual-Bedencken *Num. III.* inquiens: das *Simultaneum Exercitium Religionis*, welches NB. vermög der Braunschweigischen Tractaten an allen Orthen des Stiffts hätte sollen eingeführet werden, würde verhindert und abgeschaffet. Ita idipsum quoque intelligit Syndicus KUNNECKE mox dictus in Remonstratione Plenipotentiariis Suecicis exhibita *Num. IV.* in verbis: REMANERET *quoque* (si videlicet Recessus Brunsvico-Hildesiensis, sola temporalitate Exercitii subditorum sublata, quoad reliqua in vigore suo relinqueretur) OBTRUSUM ILLUD (per eundem Recessum) SIMULTANEUM *Catholicæ & Augustanæ Confessionis Exercitium in illis* LOCIS *ac* TEMPLIS, *ubi antea non fuit usitatum.* Siquidem nomine Simultanei *in locis ac templis* hoc unum venire potuit, cum loca non generalia, sed specialia, ut templa, Monasteria, Hospitalia, Collegia &c. intellexerit; imo & de locis generalibus, urbibus, oppidis & pagis intelligendo, conjunctiva tamen sive copulativa ejusdem locutio per particulas *in locis ac templis* expressa ad sui verificationem utrumque requirit. Simultaneum enim innoxium, quod hodie passim ita vocari solet, introductionem Religionis in iisdem tantum locis generalibus, urbibus, oppidis

 deno-

denotat, & in eo a Simultaneo crudo sese contra distinguit, quod hoc ejusdem introductionem in iisdem locis specialibus, sive templis, simul & copulative importet.

§. XXXVI.

Natura & indoles totius negotii & Recessus. Natura praeterea totius negotii & indoles Recessus Brunsvico-Hildesiensis luculentissime suffragatur. Ut enim statuere possimus, quid post abolitionem Recessus cesset, & interdictum posthac censeatur, omnino necesse est praenosse, quid in Recessu ipso fuerit conventum. Hoc enim ex integro Tractatuum desuper habitorum decursu colligitur, nihil aliud in quaestione tum fuisse, quam quod in Recessu saepefato expressis verbis fuerat conventum. Certum quippe est, quod Catholici petierint praecisam retentionem illius, quod ex Recessu praedicto iis stabilitum fuerat. Æque vero planum perspectum, & omnino indubitatum est, Protestantes Status & subditos Hildesienses nihil etiam aliud in controversiam & contentionem vocasse, quam id solum, quod in Recessu praedicto Duces Brunsvicenses Principi & Episcopo Catholico jam vi Pacis Religiosae aliunde quidem antehac debitum, sed ex superabundanti etiam per modum pacti concesserant, aut illius restitutionem petiisse, quod subditis de possessione sua sub Ducibus Brunsvicensibus habita per eundem Recessum decesserat. Ita enim hanc & petitionis Catholicorum, & contradictionis Protestantium summam refert Syndicus KUNNECKE in litteris de XXVIII. Julii Anno MDCXLVII. datis, daß zwar Catholici die 70. und respective 40. Jahren wohl cassiren lassen, aber das Simultaneum behalten wollten. Retineri porro ex pacto & reservari, aut remanere tantum poterat, quod per pactum antea concessum, aut potius stabilitum comperitur. Verba autem pacti non aliqua tantum solitarie & separatim sumpta, sed cum toto suo contextu (siquidem incivile est, ex paucis duntaxat voculis, omisso reliquo tenore, judicare velle) conjuncta Simultaneum crudum expresse denotant: propterea quod non simplicem introductionem Religionis Catholicae Episcopo asserant, sed talem, quae in civitatibus, oppidis & pagis usum Ecclesiarum, Confessionalium, Cathedrarum, fontis Baptismalis, campanarum, clavium, Coemeteriorum, quae soli Augustanae Confessionis cives & rustici subditi antea habuerant, communem pro diverso tamen tempore redderet, immo Monasteria, expulso prorsus statim Protestantismo, solius Catholicae Religionis Exercitio patefaceret in verbis: doch Uns dem Chur-Fürsten, als Bischoffen zu Hildesheim, unsern Successoren und Mitbeschriebenen das publicum Exercitium Catholicae Religionis daneben überall in denen abtrettenden Städten, Flecken und Dörffern solcher Gestalt einzuführen freystehen, daß, wofern an einem Orth zwo Kirchen vorhanden, diejenige Kirche denen Evangelischen verbleiben, darinn sie bishero ihren GOttes-Dienst verrichtet, die andere aber den Catholischen an-

zurich

richten zugelassen seyn solle; an den übrigen Orthen aber, wo allein eine irch, soll beyden Theilen in derselben auf gewisse Zeit und Stundte, wie sich dessen zu vergleichen, ihren GOttes-Dienst (iedoch daß ein Exercim das andere nicht verhindere) zu üben unbenommen, sondern in Krafft ses zugelassen seyn, dero Behuef sowohl denen Catholischen, als Evangehen der Beicht- und Predigt-Stuhl, Taufe, Glocke, Schlüssel, Kirchff, und zu der Sepultur gehörige Oerther gemein verbleiben. Neque aliter am præsumi ratio ipsa patitur, dum Elector FERDINANDUS tum tempotransigens de introducenda in separatis Ecclesiis de novo exstruendis Religiosua nec rationabiliter cogitare potuit, aut voluit, pro paucissimis quippe tholicis, & exiguo XL. vel LXX. annorum tempore inutiles & superfluæ orsus expensæ ejusmodi fuissent, utpote quibus elapsis, & veniente idcirco iigrationis per Recessum conventæ termino, templa Protestantium privativo itholicorum usui inservire poterant, & vigore ejusdem debebant. Cum itae tantum illud Simultaneum Statuum Provincialium Augustanæ Confessionis udicus postularit abrogari, quod Catholicis per dictum Recessum fuerat conntum, & ex Pacto *retineri* petitum, solum Simultaneum *crudum* abolitum e, recte omnino concluditur; Simultaneum vero innoxium ita dictum uti in ecessu prædicto non fuerat conventum, imo nec speciali conventione indiguet, eodem abrogato nec poterit dici abrogatum.

§. XXXVII.

Accedit hisce omnibus effectus, quem huic abolitioni Recessus per Sumos Paciscentes utrinque semel conclusæ iidemmet, qui huic negotio omnem am ante operam navaverant, Legati attribuerant, qui revera talis est, qui multaneum quidem crudum aliquatenus, nequaquam vero innoxium tangere tuit Hunc autem LAMPADIUS Legatus Brunsvico-Calenbergensis in Reione sua II Martii MDCXLVIII. ad Principem missa eum esse asserit, ut, moris nunc Catholicis a concessa illis per Recessum Ecclesiarum communione, bditi Augustanæ Confessionis soli *in suis Ecclesiis* securo in perpetuum Religios suæ exercitio absque ullo ejusdem impedimento, damit die Unterthanen Stifft Hildesheim in ihren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten, gaure posthac possint. Hunc quoque solum effectum supposuisse Syndim Doctorem KUNNECKE recitatæ jam superius §. XXXIV. ejusdem literæ LIBORIUM de VRISBERG datæ, & conceptæ ex sola etiam abolitionis ecessus sæpe dicti spe lætitiæ vere immensæ testes luculentissimæ abunde indint, quibus & aliæ ejusdem ad eundem XXX. Junii Anno MDCXLVII. datæ ffragantur, ubi de *retentione* exercitii securus de restitutione duntaxat Monaxiorum anxie timet in verbis: vor 2. Tagen habe Euer Hochedel-Gestr. auch Effectus a Legatis Brunsvicensibus assertus.

 geschrie-

geschrieben, daß ich sonderlich der Clöster wegen in grossen Sorgen stünde... aber da sorge ich GOtt Lob nicht mehr vor, daß die löbliche Landschaft der *Religion* halber zu ewigen Zeiten versicheret seye. Hic igitur effectus, sive ipsa hæc subditorum in suis separatisque Ecclesiis perpetua exercitii retentio cum per simplicem introductionem Religionis in eodem pago vel oppido nullum patiatur detrimentum; quis inde unquam concludere poterit, Dominum impediri voluisse, quominus salva & imperturbata eorum possessione, suam quoque Religionem in alias saltem ejus loci Ecclesias recens erectas, & nunquam Protestantibus addictas inducere possit?

§. XXXVIII.

Diversus propriSimultanei significatus.

Porro non leve quoque pondus enarratis hisce omnibus argumentis communior eo tempore, & magis propria hodiedum loquendi consuetudo suppeditat. Communior enim eo saltem tempore loquendi usus fuisse dignoscitur, quo Simultanei nomine solum crudum ita nunc dictum significari & intelligi solebat, cui & propriæ soli hæc appellatio ex etymologia nominis sui propius & strictius convenire videtur. Communi huic appellationi inhæsit arctius Legatus Brunsvico-Guelpherbytanus COLERUS in Relatione sua de IV. Martii MDCXLVIII. ad Ducem AUGUSTUM inquiens: Es hätten die Catholische im Stifft Hildesheim innerhalb der Statt an 5. Orthen (septem dicit prælaudatus LAMPADIUS) und ausserhalb ausser anderen Catholischen Kirchen in diesen 9. Clöstern das Exercitium Religionis, und bedürfften deßwegen des Simultanei nicht. Ubi notanter animadvertendum occurrit, quodsi in eodem etiam loco, in diversis tamen Ecclesiis dummodo talibus, quæ in Anno Normali Protestantibus addictæ non fuerint, in Catholischen Kirchen, sive ante, sive post Pacem aut annum Decretorium a Catholicis erectis Catholici subditi suum cultum exerceant, non Simultaneum, sed simpliciter exercitium vocetur, atque ideo indistinctim permittatur, imo nec dubium desuper moveatur. Simultaneum vero illud solum dicit, quod nos cum addito: *crudum* appellamus, sive quod in Ecclesias a solis Protestantibus jam in Anno Normali possessas superinduceretur, atque hoc saltem indigere negat Catholicos, und bedürfften derowegen des Simultanei nicht. Eadem accuratior loquendi Methodus ipsismet Summis Paciscentibus etiam aliis in Tractatibus Pacis, ac præsertim statim post eandem usitata fuit & familiaris, ut nunquam introductionem Exercitii publici Religionis Domino consentientis in loco a dissentientibus habitato Simultanei nomine indigitarent. Hac enim Simultanei formula in Tractatibus Pacis Summi Paciscentes nunquam usi fuerunt, ubicunque liberam Dominorum Territorialium suam Religionem introducendi facultatem tanquam extra omnem controversiam positam, & certissime præsuppositam enuntiarunt in *Conferentia* Længericæ instituta,

tata, & secuta ibidem unanimi Protestantium omnium deputatorum consensu declaratione sub tit. der Evangelischen Schluß zu Längerich, oder Gegenerklärung in puncto gravaminum Monasterii die XVIII. August. ejusdem Anni, Plenipotentiariis Cæsareis, ac insequenti die Electoralibus Saxonicis & Brandenburgicis exhibita fuit, id quod Osnabrugæ jam XIV. August. Legatis Cæsareis & Suecicis factum fuerat, cujus *Art. XV.* tanquam certissimum Jus introducendi Exercitium publicum suæ Religionis, & nulli prorsus contradictioni jam inde ab initio subjectum sincere agnoscunt, & candide confitentur in verbis: Wann nun hierüber seinen Catholischen oder Evangelischen Unterthanen ein oder ander Theil das publicum Exercitium Religionis verstatten will, stehet ein solches in alle Weeg frey und bevor.

Vid. CORTREJ. *Observ. ad Pacem Relig. pag.* 372.
Conf. MEIERN *Act. Pacis Westphal. Part. III. Lib. XXI. §. IX. pag.* 338.

Similem prorsus loquendi modum retinuit etiam Plenipotentiarius Suecicus SALVIUS in projecto suo Mense Novembri MDCXLVI. exhibito, quo rursus eandem Simultanei innoxii, abusive hodie ita dici soliti, facultatem communiori tum phrasi introductionem Exercitii simpliciter compellat, sed luculentissime etiam confitetur in verbis: "Quominus autem tam Catholici, quam „Evangelici Magistratus Ecclesiastici æque, ac Politici suis subditis *tam Evan-„gelicæ, quam Catholicæ* Religionis Exercitium publicum *pro arbitrio* concedere „possint, *nullis* Legibus aut Juramentis prohibeantur."

Vid. CORTREJ. *Observat. ad Pacem Religios. pag.* 385.
Add. itidem MEIERN Part. cit. III. Lib. *XXI. §. XXXIX. pag.* 431.

In ipso vero Pacis Instrumento eundem loquendi usum retentum fuisse *Articuli V. §.* 27. de terris oppignoratis statuens apertissime testatur, cui & *Articulus VII.* ad solos Protestantes inter se, sive ad Augustanæ Confessioni addictos & sic dictos Reformatos pertinens, arctioresque nonnihil Juris reformandi limites constituens consentit, ubi nunquam interdicta Domino suæ Religionis introductio Simultanei nomine venit, sed tantum Exercitii publici concessio simpliciter dicitur, præsertim ejusd. *Articuli V. §. 2.* in verbis: *Si vero aliqua communitas eveniente mutationis casu Domini sui Religionem amplexa, petierit suo sumptu* EXERCITIUM, *cui Princeps vel Dominus addictus est, liberum esto, sine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere a Successoribus non auferendum.* Post Pacem vero conclusam multo luculentius illud præcipue ex controversiæ Palatino-Neoburgicæ aut Solisbacensis agitatione prolixius inferius recensenda elucescit, dum Legati ibidem deliberantes sæpissime Simultanei nomine templorum eorumdem, imo & redituum, atque bonorum communionem denotant, ab eoque exstructionem

ctionem novarum, sive separatarum Ecclesiarum, ac simplicem Exercitii p
lici Religionis Domino Territoriali consentientis introductionem, quæ Sim
tanei innoxii & latius impropriеque ita dicti sensu hodie intelligitur, lucul
tissime, ut infra patebit, distinguunt. Hanc appellandi consuetudinem eiu
num sequitur

BOEHMERUS *Jur. Eccles. Prot. Lib. I. Tit. I. §. LXXVII.*

ubi Simultanei nomine compossessionem templorum Catholicis concessam in
ligit, sed illud, quod Simultaneum innoxium hodie compellare passim am
simplicem introductionem Religionis Catholicæ vocitat. Reliquos omnes in re,
ipsis consuetis Tractatuum Pacis loquendi formulis indubitata, supervacan
ut taceam, quorum ingens forsan Catalogus contexi posset, si solis vocibus r
gis, quam rebus inhærendum existimarem.

§. XXXIX.

Latior Lampadii sensus Thesi nostræ innoxius.

Utrumque vero, non diffiteor, Simultaneum dicere videri posset uni
Legatus alter Brunsvico-Calenbergensis LAMPADIUS, sed & utrumque a
invicem sedulo distinguit. Unum enim abolitum dicit, alterum obtinere
tius supponit. Wegen des Stiffts Hildesheim, und zumalen, daß dar
das simultaneum Exercitium aufgehoben werden solle, hat es über die ma
grosse Difficultäten abgeben. Has difficultates autem addit a Protestanti
evitatas fuisse supradicta exemptione Monasteriorum ex termino Anni MDCXX
eo fine, ut Protestantes in suis Ecclesiis sine turbatione permanerent. E
Simultanei crudi abrogationem, quod infra etiam alio nomine vocat: *Bu
manns Simultaneum*, id est, illud, quod BUSCHMANNUS tam acriter de
derat. Aliud autem Simultaneum, nimirum ad declinandas nonnihil Cath
corum & BUSCHMANNI præcipue Contradictiones in latiori sensu, & a m
te Catholicorum tum exposita alieno acceptum, quod nos innoxium vocam
non tolli aut aboleri, nec prohiberi ipsemet fatetur. Auch würde das Simultane
im Stifft Hildesheim nicht aufgehoben, sondern die wenige Catholische Un
thanen, so etwa in dem Stifft Hildesheim vorhanden seyn mögten, könn
ihr Exercitium in den abgetrettenen Clöstern überflüßig haben. Dazu wä
in der Statt Hildesheim noch 7. Catholische Stiffter, auch wären in
kleineren Stifft noch unterschiedliche Catholische Kirchen, darinn die Cat
lische jederweilen ihr Exercitium behalten hätten, und wären also mehr
chen in dem Stifft Hildesheim, als die Catholische zu ihrem Exercitio
nöthen hätten. Ex hac diversa loquendi ratione satis intelligitur, tum Sir
taneum in communiori & frequentiori sensu solum Crudum appellatum fu
hoc igitur solum, & quidem non inverosimiliter ex rationibus specialibus

Episcopatui Hildesiensi propriis, secundum mentem saltem in præviis tractatibus, licet disertis ipsius Pacis verbis non æque, luculenter expressam abrogari duntaxat voluisse. Aliud innoxium nec dubitationi, nec ulli difficultati obnoxium Protestantibus ipsismet visum fuisse, haud vane vel inde conjicitur, cum abdicatis semel Monasteriis, eorumque redituum & bonorum & ædificiorum templorumque restitutione decreta, circa exercitium Religionis Catholicæ ibidem introducendum nec litteram unquam opposuerint, quamvis in anno Normali solum A. C. exercitium ibidem viguisset, & haud dubie multa eorum in locis ab Augustanæ Confessionis hominibus habitatis & Religionis suæ ab Episcopo tanquam Domino Territoriali recuperante dissentientis exercitio publico jam tum in distincta etiam Ecclesia gavisis, vel tali per restitutionem ejusmodi destitutis, & postea eodem ex liberalitate & beneficio Principis Episcopi denuo donatis sita reperirentur.

§. XL.

Neque obstat, ex ejusdem LAMPADII sententia ad has præcise Ecclesias jam tum Catholicis relictas & addictas Exercitium hoc restrictum & coarctatum videri. Siquidem restrictive & taxative non loquitur, nisi eam restrictionem intelligas, quæ in cæteris templis jam tum existentibus & per abrogationem Pactorum ex possessione in anno Normali habita solis Protestantibus addictis id denegatum voluerit. Cæterum dum in templis jam tum erectis & Catholicis relictis id concessum sit, in noviter erigendis certe non denegat, imo ejusdem rationis paritate permissum multo potius agnoscit. Quanquam agnitione ejusdem opus non fuerit in re, quæ alioquin ex superioritate Territoriali & communi per totum Imperium hactenus usitata praxi per Pacem ipsammet Religiosam firmata, & per posteriorem Westphalicam non contradicta, imo in primis statim Tractatibus extra dubitationem posita & Statibus Catholicis æque, ac A. C. addictis diserte per modum principii generalis aperte præsupposita, omnem pro se præsumptionem habuit,

Alteri e Lampadi difficulta ti respon detur.

Conf. §. *præcedens XXXVIII.*

adeoque ad sui permanentiam & perpetuitatem, non agnitionem aut concessionem novam, sive permissionem expressam desideravit, sed ad sui revocationem vel inde speciali mentione indiguisset. Unde & argumentum ex silentio Catholicorum deductum tanquam mere negativum suam infirmitatem satis prodit, dum nimirum ad assertam a LAMPADIO templorum Catholicorum tunc existentium sufficientiam de sperando majori quondam eorundem subditorum Catholicam Religionem in aliis præcipue locis amplexurorum numero nihil prorsus opposuerint, aut de solis sumptibus ad constructionem novarum Ecclesiarum necessariis rem duntaxat agi, non replicaverint. Frigidum quippe hoc fuisset sola-

solatium, quod suis sumptibus novas erigere Ecclesias integrum illis posthac relinqueretur. Nam & sumptus ejusmodi Dominis Territorialibus, ad quos totum Religionis subditorum arbitrium alias pertinuerat, & quibus totum, quod habebant subditi, exercitium in acceptis referre debebant, in gratiam subditorum a se dissentientium suscipere difficile, & suæ, cui addictos se quique profitebantur, Religioni in sequela sua perniciosum satis fuerat, ut propterea & ob hanc ipsam difficultatem Religioni tanquam inter homines constitutæ, adeoque mediis & subsidiis temporalibus, secundariis licet, omnino tamen necessariis, indigenti admodum præjudiciosam, Simultanei crudi abrogationi merito omni virium conatu resisterent, & quidem eandem suam resistentiam post abdicatos jam reditus Parochiarum, tanquam a destinatis ad fabricam Ecclesiarum reditibus plane distinctos, eo fortius continuarent, ut illis amissis jam unum onus, competentiæ nimirum Pastoralis ex suo subministrandæ sibi incumbere, eos præterea sive Catholicos sive Protestantes vel Decimatores vel Patronos vel Communitates, quibus Ecclesiarum constructio pro diversitate circumstantiarum convenit, duplici onere gravari non posse videntes, hoc saltem conservato communi Ecclesiarum licet in potestate & Dominio Protestantium subditorum secundum possessionem anni Normalis relictarum usu subterfugere & a se amoliri possent. Unde & de sumptibus hisce propter majorem numerum Catholicorum subditorum aliquando sperandum necessariis futuris exceptionem facere supervacaneum fuerat; cum hæc ipsa liberalitatis ex suo subditis præstandæ libertas extra contradictionem posita fuerit, ejusdem vero necessitas abrogationis Simultanei crudi, quale in Recessu intelligebatur, necessaria sequela fuerit, atque ita cum Catholicis renitentia sua ad extremum usque, & a Legato Coloniensi BUSCHMANNO fere ad Tractatuum Pacis circa punctum Autonomiæ jamjam fini suo propinquantium irritationem protracta quoad hoc simultaneum Exercitium succurrere & proficere non amplius potuerit, etiam nullum amplius remedium superesse, afferri, aut sperari inde posse dignoscebatur, si accessuram sibi sumptuum in novorum templorum constructione collocandorum necessitatem rursus opponere perrexissent. Verbo: quæ dicta & mutuis hinc inde Tractatibus demum conclusa reapse fuerunt, regulam atque normam posthac constituunt, non quæ dici ulterius secundum cujusque privati nunc commentantis Critirion potuissent. Tacite sane Summorum Principum, præsertim ubi cum subditis iisdem res agitur, & ipsorum in manu negotium positum est, non derogari solere aut posse, tritum est & expeditum. Accedit, quod Status Provinciales Augustanæ Confessioni addicti, quoad insertionem Clausulæ §. 33. superadditæ, & de cætero reliquorum Dominorum subditi quoad §. 31. & huncce 33. adversus Dominos Territoriales, antiqua hactenus per universum Imperium usitata praxi, & Pace anteriore Religiosa tutos novam sibi legem expetierint.

tierint. Iis ergo id, quod tacuerunt, nocere, aut quod expressis verbis in lege concessum non fuit, denegatum videri ac remanere debebit.

§. XLI.

Si demum subsecutas virorum, qui Paci ipsimet condendæ interfuerant, de eadem Summorum Paciscentium mente magis instructorum interpretationes mox post pacem conclusam in publicam quoque lucem editas consulamus; luce meridiana clarius conficitur, de solo Simultaneo crudo in abrogatione Recessus Brunsvico-Hildesiensis sermonem fuisse, innoxium vero, vel nudam Exercitii publici Religionis Domino consentientis introductionem, intactam semper & in terminis antiquis Pacis Religiosæ relictam permansisse. VOLLMARUS idem ipse Legatus Cæsareus, cujus opera post sufficientem facti informationem ex ADAMO ADAMI, & ex Syndico Statuum Augustanæ Confessionis Provincialium Hildesiensium KUNNECKE, itemque ex Legatis Brunsvicensibus haustam hæc ipsa Clausula Cassatoria inserta fuit, Vollmarus de hac re sententia adversus Hildesienses declarata.

Conf. LAMPADII *Relatio de II. Martii MDCXLVIII. ex* STRUBEN. *Tract. cit.* §. *VII. pag.* 85. *&* 86.

hanc illorum mentem in litteris ad Patrem Vicarium Conventus Capuccinorum Hildesiensium occasione famigeratæ illius cum Magistratu Civico Controversiæ VI. Junii MDCXLIX. datis, atque

a RITTMEJERO *in Vindiciis Juris reformandi pag.* 12.

relatis luculenter explicat, generali hoc principio ibidem ipsi etiam Episcopo Hildesiensi, ad quem Pactorum abrogatio spectaverat, applicato: *Potuit igitur*, inquit, *D. Episcopus Hildesiensis tum Jure Episcopali proprio, tum Jure Principis immediati ex constitutionibus Imperii in fundo privatim ad se spectante intra civitatem (Hildesiam) novam pro Religione Catholica exstruere Ecclesiam, & quoscunque Religiosos ad celebranda ibidem divina officia inducere, modo non derogaret exercitio ad Magistratum civicum spectanti.* Ingentis sane ponderis hæc est explanatio, quæ Legatorum ipsorummet Brunsvicensium in petenda abrogatione Recessus intentionem suis in verbis etiam hactenus abunde manifestatam liquidissime ad oculum demonstrat. Unius quidem partis sententia est, sed viri de mente Protestantium in petenda & extendenda subditorum Autonomia maxime instructi, & cujus opera in persuadenda Catholicis clausulæ abrogatoriæ insertione iidem, ad concitatam usque penes Catholicos plerosque nimiæ in Protestantes propensionis aut facilitatis suspicionem, potissimum usi fuerant, sententia per litteras publicas orbi universo & ipsismet iis, quibuscum paulo ante in condenda Pace sub fide publica tractaverat, Legatis certissime exhibendas manifestata, adeoque

que ab omni partialitatis nonnisi frivole somniandæ ac temere ab AUTORE ANTIVINDICIAR. HILDESIENSIUM PAG. *m.* 91. *Lit. F.* objectæ suspicione quam remotissima, & quidem ab iisdem, qui interfuerant, adversæ partis Legatis, vel in ipsis Pacis Tractatibus, vel post Pacem jam conclusam in actuali hujus controversiæ agitatione eatenus non contradicta. Non quidem in ipsis Pacis Tractatibus: Nam iidem ipsi Legati Brunsvico-Luneburgenses in conferentia Længericæ instituta præsentes interfuerant, in qua (uti supra §. Dissertationis hujus XXXVIII. retulimus) introductio Exercitii publici Religionis propriæ Domino Territoriali cuicunque extra omnem controversiam posita, & tanquam certissima præsupposita agnoscebatur. Perperam enim & incohærenter Legatorum COLERI & LAMPADII exposita hactenus sententia tanquam contradictoria subsequis VOLLMARI litteris mox recitatis opponi & præhaberi vellet; cum totam illam Simultaneum duntaxat crudum, sive communionem templorum in Episcopatu Hildesiensi attigisse hucusque demonstratum sit; hæ vero nudam Religionis Catholicæ in eadem oppida introductionem, salva subditorum dissentientium possessione, Domino Territoriali integram, in Tractatibus Pacis nunquam vel ullo verbo contradictam, Episcopo Hildesiensi asserant, sive potius assertam & relictam in Pace supponant atque justificent. Deinde nec post Pacem conclusam, & occasione hujusmet controversiæ: Idemmet enim COLERUS, qui ipse tanquam Legatus Brunsvico-Guelpherbytanus Tractatibus interfuerat, in sua, quam XIII. April. MDCXLIX. Principali suo eadem super controversia Capucinorum transmisit, Relatione, saltem Protestantium post Pacem jam conclusam petita ac desideria recenset, suam vero opinionem nequaquam prodit, utpote quam Protestantium petitis contrariam coram Principe suo itidem Augustanæ Confessionis sacris simul & Hildesiensium civium partibus nimium addicto declarare prudenter nonnihil tardaverit. Imo nec omnes in eo Protestantes concordes esse, sed plerosque saltem advertit, nullam, qua se tuerentur, Pacis litteram referens, magnam vero virium & contentionem, & conspirationem haud vane præsagiens. Quin & non paucos e Protestantium ipsorummet Statuum numero eandem veritatem a VOLLMARO assertam, & a Catholicis pro liquidissima habitam agnovisse testatur

[...] Protestantibus [...]n contradicta.

PFANNERUS *in Historia Comit. Ratisbon.* §. *L. pag.* 835. & 840.

ut nihil prorsus de exitu ejusdem causæ Capuccinorum Hildesiensium ex votis Catholicorum subsecuto commemoremus, quem suum ad Scopum opportunius latiusque refert *Dissertatio* superius laudata *de Libertate Exercitii Religionis*. Nemini enim dubium superesse existimo, quin plus roboris habere debeat solennis restitutio Cappuccinorum post plenam causæ cognitionem Magistratu Hildesiensi ipsomet in litteris ad Serenissimum Electorem qua Episcopum Hildesiensen

Eventu improta.

sen XI. Febr. MDCLVI. datis deprecante, & culpam omnem in Executores Circuli Inferioris Saxonici frivole conjiciente, demum VI. April. MDCLVI. facta, quam nuda ejusdem causæ in lista restituendorum ad solam unius partis petitionem per Suecos facta relatio, & decreta duntaxat commissio, de qua

MEIERN *Act. Pac. Execut. Tom. I. pag.* 104. 577. & 752.

Facilius quippe iniqua ab una parte plus vice simplici petita fuisse experientia testatur, quam talia judiciali authoritate post plenam causæ cognitionem decreta, & utriusque partis acquiescentia posthac acceptata & admissa fuisse præsumi possit.

§. XLII.

Hæc ipsa demum temporum Pacem conclusam proxime insecutorum commemoratio etiam extra Episcopatum Hildesiensem oculos paulisper, & fugitive saltem conjicere nos admonet, ubi *Acta executionis Norimbergensis Pac. Westph.* apud Causa Palatino-Neoburgica

MEIERN *Tom. II. Lib. XI.* §. *XI. & seqq.*

Controversiam Palatino Neoburgicam nobis exhibent. In hisce enim (a) Legati Cæsarei: VOLLMARUS & CRANIUS Simultaneum crudum tanquam rem saltem dubiam usque ad futura Comitia admittendum esse, pro primo statim temperamento suadere nulli prorsus dubitabant.

Conf. *Idem loc. cit. fol.* 579. & *fol.* 587.

b) Protestantes econtra Legati nihil aliud prorsus, quam solam insistentiam in *facto possessionis Anno MDCXXIV. habita* unquam exposcere ausi fuerunt. *Fol.* 588. in verbis: Wenn aber das Hauptwerck auf einen Reichs-Tag sollte verschoben werden, so verblieben sie billig bey dem Facto Possessionis, und darauf fundirten Executions-Recess bis zu fernerer Entscheidung. c) THUMSHIRNIUS tamen Legatus Saxo-Altenburgicus, rei Protestanticæ zelo in universis Pacis Tractatibus celeberrimus, a superiore Cæsareorum propositione quoad terras Solisbacenses & Neoburgicas non admodum alienum sese usque ab initio commonstravit. *Fol. eodem* 588. Weil die Herrn Kayserlichen Gesandten auf guten Weeg seyn, vermeinte ich, man sollte sich der Occasion gebrauchen, mit Zuziehung der Herrn Kayserlichen das Collegium Deputatorum auf gewisse Media sich vergleichen, und denenselben gemäß in der Sache decretiren. Immassen Herr Vollmar selbst solchen Weeg vorgeschlagen..... Es wären über dieß allbereit solche *Media* ins Mittel kommen, daß man gar leicht zu einem Schluß gereichen könnte, dadurch denn auch den ar-

men Leuthen in den Aemtern Hilpolstein, Heydeck, und Allersberg geholffen würde. Sed *d*) cum Legatus Bambergensis Simultaneum etiam crudum, quale tunc temporis hoc nomine intelligebatur, sive in eadem cum Protestantibus Ecclesia Catholicis subditis concedendi liberam Domino Territoriali potestatem indiscriminatim & necessario ex debito a subditis dissentientibus recognoscendam assereret, in verbis: die Evangelische behielten ja die Kirche, wenn gleich das Simultaneum Exercitium eingeführet würde, und geschehe dardurch nichts wider das Instrumentum Pacis, denn darinn stündte, daß den Evangelischen die Kirche, so sie Anno MDCXXIV. gehabt, sollten gelassen werden, das stünde aber nit dabey, daß darum nit die Catholische das Simultaneum Exercitium darinne haben sollten. Legati autem Saxo-Altenburgicus THUMSHIRNIUS, & Brunsvico-Guelpherbytanus *e*) interpretationem hanc Instrumenti Pacis altioris duntaxat indaginis &, sua saltem ex opinione, menti & sensui Pacis Westphalicæ non penitus conformem appellabant;

Conf. *fol.* 599. & 600.

Porro *f*) Simultaneo quidem crudo, quod in Ecclesiis Parochialibus Weidensi & Solisbacensi petierant Catholici, aliquatenus quoad posteriorem saltem diutius renitentes, Capellas tamen iisdem in locis sitas, & a Protestantibus in Anno Normali possessas, adeoque cum aliquali Protestantium subditorum detrimento, sponte tamen sua, &, ut ajebant, indebitas assignari patiebantur. Præterea *g*) Simultaneum in diversis Ecclesiis, maxime a Protestantibus in Anno Normali non possessis Catholicis concessum ex se turbarum & dissensionum non esse inductivum fatebantur in verbis: Hier aber wollte Fabrick, da man ihm doch auch die Capell nicht schuldig, damit nicht zufrieden seyn, sondern mit Gewalt in die Statt-Kirchen. Er müste sich vielleicht befahren, daß es sonst keine Gelegenheit zu zancken geben mögte. Adhæc *h*) & ipsi & reliqui Protestantium Statuum Legati Simultaneum adeo crudum in Territorio saltem controverso transactionis, & amicabilis compositionis objectum ob suam dubietatem existimabant. *i*) Alii etiam Legati novarum Ecclesiarum erectionem in Domini non tantum arbitrio positam, & nulli difficultati obnoxiam, imo tanquam æquitati maxime consentaneam, subditis quoque Catholicis sub Domino dissentiente degentibus in iis saltem circumstantiis non denegandam esse fatebantur, referente VOLLMARO: Er wüste sich zu erinneren, daß die Chur- und Fürstliche Sächsische Gesandten zu Münster bey ihm gewest, und selbst für billig befunden, daß denen Catholischen zu Weiden eine Capellen zu bauen mögte vergönnet werden. Legati autem Saxo-Altenburgicus, & Brunsvico-Guelpherbytanus: Zu Erbauung einer Kirche hätten Ihre Fürstliche Gnaden auch allbereits Ihren Consens gegeben; es mögte auch endlich dieses simultanei Exercitii (crudi) wegen wohl von Uns können ein Vergleich getroffen wer-

:den, wenn man præsupponirte, daß wegen der Pfarr-Kirch zu Sulzbach ro Fürstlichen Gnaden ferner nichts zugemuthet würde. Denn sollte dieß)t seyn, so könnten und wollten Wir auch zu den Weidenischen simultaneo :rcitio Uns nicht verstehen. Zu Sulzbach selbst wären ihnen (denen Ca- lischen) zwey Capellen angebotten, da doch der Catholischen so wenig da ten, daß sie sich auch mit einer Capell behelffen könnten. Daß nun die :uburgische damit nicht ersättiget wären, sondern immer mehr und mehr)en wollten, daß lieffe wider alle Billigkeit und Raison. Interjectis dein bis superius notatis additur: Es hätte fast das Ansehen, ob wollte man ro Fürstl. Gnaden (zu Sulzbach) schlimmer tractiren, als die Dorff- :uern im Stifft Osnabrück, bey welcher Handlung, wo zwey Kirchen ge- st, man die Kirchen allzeit getheilet, und denen wenigsten die kleinste ge-)en. Atque hinc est, quod, ubicunque novarum Ecclesiarum constructio)posita fuit, nec ullum eadem contradictorem unquam ex Protestantibus in- ıerit. Imo, quod majus est, non tantum in Dominorum arbitrio existima- ur, sed & ipsismet subditis a Dominis in Religione dissentientibus non dene- ıdam esse creditum fuit, dummodo ipsi propriis suis sumptibus eam suscipere uerint; quæ propositio nullam prorsus difficultatem, aut vel contradictio- umbram ullibi passa, imo potius hæc ipsa novarum Ecclesiarum propriis nptibus constructio in tali saltem Territorio excursioni subditorum ad publi- n suæ Religionis Exercitium in vicinia frequentandum, subditis sub Domino sentiente degentibus nulla Anni Normalis possessione tutis indiscriminatim rmissæ, æquiparata legitur, & æque parum prohibita, aut Paci adversa a :ANIO, & cæteris Legatis existimabatur fol. 591. in verbis: Wo so viel tholische oder Evangelische wären, daß die übrigen nicht einen Drittel auß- gen, sollten dieselben übrigen entweder eine Kirche auf ihre Unkosten ıen, oder in viciniam gehen.

Conf. *etiam fol.* 600.

ıod ipsum Legati quoque August: Confessioni addicti Saxo-Vinariensis, & xo-Altenburgicus THUMSHIRNIUS agnoverunt, expressoque consensu ceptarunt fol. 606. in verbis: So wäre auch Anno 1624. nicht in einer ein- ıen Kirche das Catholische Exercitium gewest, derhalben sich die außwär-) eingepfarrten gar nicht beschwehren könnten, noch deshalben die Decem rück halten, daß es mit denen Kirchen Vermöge des Instrumenti Pacis in rigen Stand käme; wolten sie ein Catholisch Exercitium haben, mögten sie lber Kirchen bauen, oder in Vicinia das Exercitium suchen. His autem rinque propositis, regulis etiam, secundum quas Exercitia Simultanea in di- rsis aliis locis, imo redituum quoque divisiones essent ordinandæ, constitu- ı, ipsum amicabilis compositionis projectum conficiebatur.

§. XLIII.

§. XLIII.

Aequitatis ratio quoad Simultaneum crudum habenda.

Ex æquo & bono igitur Simultaneum crudum ita dictum dijudicandum tum temporis, & post Pacem conclusam videbatur non Cæsareis tantum, sed & reliquis Protestantium Statuum Legatis. Neque hoc ipsum etiam adeo illis abominabile, & Paci ac tranquillitati tam perniciosum existimabatur, quin pluribus in locis, sicut & in Episcopatu Osnabrugensi, induci, aut Ecclesias etiam a solis Protestantibus possessas, ubi plures fuerant, Catholicis assignari paterentur, alibi easdem utrisque communes facerent. Indigna quædam æmulatio, ex petitione Simultanei crudi præfracta nimis, & ad contentiones usque exasperata, atque post assignatas jam alias Ecclesias ad usum Catholicorum necessarias & sufficientes, ad certam & determinatam directa elucens potius fuerat, quæ eorum maxime animos offendere videbatur, quando, aliis & distinctis Ecclesiis subministratis, earundem Ecclesiarum a Protestantibus in Anno Normali possessarum communionem Catholici subditi pertinacius poscebant. Tali æmulationi & zelotypiæ indulgendum non esse, Legati Statuum crediderunt, ipsa potius generali ratione moti, quod Pax modo restituta pacificam & comem subditorum, utut intellectu & Religione inter se divisorum, cohabitationem in Imperio maxime desideraret, cui nihil magis repugnat, quam nimia ejusmodi Jurium suorum, alias etiam competentium, ad apices extensio, & orta ex mero vincendi studio aut ambitione & ostentatione templorum magnificentiorum, non tamen debitorum contentio; sicut econtra nihil magis conducit, quam regulæ illius æquitatis aureæ: *Quod mihi non nocet, & alteri prodest &c.* exacta in omnibus consectatio. Atque hæc æmulatio cum vitium commune esse soleat rudi & incultæ plebi, cæco præsertim Religionis æstu sufflaminatæ, non immerito certis in circumstantiis prudentiori Legatorum, virorum bono publico natorum, quos extra affectus privatos positos esse convenit, judicio atque consilio viis congruentioribus sopiri & voluit, & potuit.

§. XLIV.

Ad Simultaneum innoxium non æque pertinens.

Hæc autem ratio certe ad Simultaneum innoxium non æque pertinet. In hoc quippe æmulationis incusatio eos potius tangit, qui suæ erga Dominum Territorialem reverentiæ obliti, & immemores id omne, quod hac in re habent, ex Statuum beneficio profectum esse, non contenti suo, quod habuerunt, & indiminutum retinent, ex mera irrationabili invidia, & præfigurato tantum imaginario incommodo aliis concivibus suis in Religione cum Domino consentientibus reale illud, & maxime necessarium solatium eripere, & præpedire omni conatu allaborant, ne & ipsi pro suis mentis ideis ad salutem æternam unice necessariæ, quam credunt, Deum colendi rationi vacare possint. In re enim, quæ ad Domini pertinet arbitrium, in subditorum vero nullatenus cedit detri-

detrimentum, aut Juris cujusdam præhabiti diminutionem, contradictores se exhibere, aut Domini liberalitati limites ponere, quodnam aliud sit inhumanitatis genus, videri profecto nequit. Tolerabilis in Domino renitentia ejusmodi erga subditos a se dissentientes esse potest, qui Jure suo agit, & quod suis in manibus positum est, aliis subditis concedit, aliis vero ex solo arbitrio suo denegat. Cessante justa denegationis ejusmodi causa, avaritia hæc, & illiberalitas existimari poterit. Sed quod alieno ex beneficio pendet, eo, cujus est dispensare e suo, promptum se paratumque exhibente, impedire velle, invidiæ est, & sic non tantum Legi Christianæ, civilitati, morigeratæ charitati, sed & humanitatis rationi repugnat, & in abjecto, popularique duntaxat animo quandoque connivendum & tolerandum, nunquam vero auxilio, vel consilio, minus authoritate adjuvandum, aut suffulciendum.

§. XLV.

Mirari propterea animum subit, quod & ipsi Status quidam, eorumque Legati indignis ejusmodi subditorum æmulationibus condescendere, imo indulgere quandoque plus justo voluerint, eaque de re litteras dare, uti eæ sunt, quæ a Circulo Saxonico Inferiore ad Electorem Coloniensem MAXIMILIANUM HENRICUM, qua Episcopum Hildesiensem, de abrogando Simultaneo, eoque innoxio ita dicto, & de destruendis ædificiis ad eundem finem exstructis datæ fuerunt, *Argumentum ex litteris Circuli Saxonici inferioris dissolvitur.*

Conf. *Cel.* STRUBEN. *loc. cit. pag.* 110. *&* 111.

omni tamen effectu vacuæ, adeoque & sua se inanitate luculenter destruentes. Neque tam petita unius vel alterius partis ac desideria, quam illud, quo petant, fundamentum attendendum est; & non quid uni vel alteri parti per Leges publicas firmari, vel firmandum fuisse, post pacem jam conclusam pro re sua convenientius nunc videatur, sed quid reapse in eadem mutuo consensu sit conventum, pro norma haberi debet. Verum & hic quoque eventum in subsidium vocari, & petitionibus ejusmodi suum conjungi effectum omnino convenit, quid nimirum aut in deputationibus authoritate Imperii constitutis, aut in commissionibus eam in rem a Majestate Cæsarea delegatis post plenam causæ cognitionem, & utriusque partis informationem conclusum atque decretum, vel quid ab ipsis partibus, post primi æstus impatientium quietis plerumque hominum, aut litium æque, ac auri amantium Rabbulistarum suggestionibus sufflaminati defervescentiam, re maturius expensa, justius, & tam publicis Imperii Legibus, quam necessariis comis cohabitationis rationibus conformius agnitum fuerit, in considerationem simul adducendum jure merito videtur. Atque hæc indubie communi Catholicorum sententiæ, de permissa Dominis Territorialibus suæ Religionis introductione, & nova Exercitii publici concessione innoxia, magis,

gis, imo unice suffragantur. Præcipue vero subsecuta posthac ejusdem rei s ries supradictam subditorum Hildesiensium plus petitionem litteris circuli Sax nici Inferioris mox allegatis suffultam apertissime corrigit. Ubi primum eni supra laudatus Serenissimus Elector, MAXIMILIANUS HENRICUS, qu Princeps & Episcopus Hildesiensis Statibus Provincialibus Augustanæ Confe sionis ad gravamina ipsorum Ecclesiastica die XXIII. Junii Anno MDCLXXX & quidem ad Gravamen VIII. & IX. declarationem de manutenendo firmite facto possessionis ab iis in anno Normali habitæ die XI. Julii ejusdem anni i scriptis reddidisset, sibi tamen ibidem introducendi Simultanei innoxii, sive n vas Ecclesias, Monasteria, Collegia, & scholas in usum Catholicæ Religioni construendi, iisque publicum Religionis exercitium concedendi liberam facu tatem vi Superioritatis territorialis ex Pace Westphalica debitam, & nullo u quam tempore a se abdicandam asseruisset in verbis: Seiner Churfürst Durchl. seynd zwar geneigt ihre Unterthanen der A. C. bey dem, so Ihne im Instrumento Pacis in puncto Exercitii Religionis zugeeignet, zu handhaben noch sie dagegen beschweren, sondern dabey ungekränckt und ruhig zu lasse daß aber ohne dessen Abbruch Ihro Churfürstl. Durchlaucht nicht sollte z Behuef der Catholischen Unterthanen als Lands-Fürst und in vim Superiori tatis territorialis befugt seyn, die freye Ubung des Catholischen Glaubens i Ihren Stifft einzuführen, und zu verstatten, daß zu dem Ende Kirchen un Clöster aufgerichtet würden, dasselbe wissen Sie auß sicheren Ihro beywoh nenden erheblichen Ursachen gar nicht nachzugeben; allermassen auch in punct Religionis andere des Römischen Reichs Chur- und Fürsten in ihren Landen sic solchen Landes-Fürst- und Obrigkeitlichen Rechtens würcklich gebrauchet und wollen dahero Ihro Chur-Fürstliche Durchlaucht gegen ihro löbliche Ri terschafft und Stätte sich gnädigst versehen, sie werden selbst unterthänigst e kennen können, daß für keine Beschwernuß, noch dem Instrumento Paci widriges Verfahren auszudeuten, was wegen Haltung der Proceßionen, Do minicaner-Ordens-Personen, und ihres Kirchbauens, und darinn übende Catholischen Religion angebracht worden rc. würden unterdessen doch nich weniger die Versorgung thuen, damit durch sothanes Exercitium Religionis Ca tholicæ denen A. C. Verwandten keine rechtmäßige Ursach anwachsen mög sich der Hinder- oder Verstöhrung ihrer Religion zu beklagen. Adeo hac Sere nissimi declaratione (utpote quam Instrumento Pacis omnino conformem, qui & usitata hactenus per totum Imperium praxi firmatam, & stabilitam ipsime subditi, & Status Provinciales Augustanæ Confessioni addicti probe perspexe rant) omnis illorum contradictio eo tempore sopita fuit, & evanuit, ut sepul turas duntaxat Catholicorum & Conciones funebres in Ecclesiis communitatun Augustanæ Confessioni addictarum haberi solitas abrogari quidem peterent, in noxium autem Simultaneum quod attinet, ad ipsam quoque sumptuum pro Con

stru

ſtructione novarum Eccleſiarum neceſſariorum ex ærario publico & communi Statuum Provincialium Auguſtanæ Confeſſionis coadminiſtrationi aliquatenus ſubjecto aut commiſſo, ſubminiſtrationem in favorem Exercitii publici Catholicæ Religionis, citra omnem vim & violentiam ſub XIV. & XVI. Septembr. ejusdem anni promptos ſe paratosque offerrent. Quidquid demum poſtea rurſus non tam juſtitia cauſæ, quam vicinorum potentia freti, & ab inquietis hominibus concitati denuo contra propriam declarationem ſemel Principi datam tanquam a ſe ipſis alieni, & tam fidei datæ, quam convictionis ſuæ anterioris immemores in occaſionibus quibusdam ſibi magis propitiis unquam attentare auſi fuerint. His igitur attentis, quid virium aut roboris in præmemoratis Circuli Saxonici litteris reponi nunc adverſus Catholicos poſſit, cuique æquo rerum æſtimatori dijudicandum relinquo.

§. XLVI.

In cæte objectio nibus Si multanc diverſi tas, ſul ſtantia, modus ſeparan tur.

Præterea plures quoque ejusmodi contradictiones reperire eſt, quæ tamen, ſi recte diſcutiantur, non ipſum Simultaneum innoxium impugnant, ſed ſolum crudum ſive craſſum ita dictum, ex ratione prædicta ſæpius, atque aliquando fundatioribus ejusmodi gravaminibus, & querelis obnoxium. Aut ſi innoxium quoque attingant, non ipſam tamen ejusdem ſubſtantiam, ſed modum duntaxat & circumſtantias poſſeſſioni ſubditorum adverſas reſpiciunt. Et quamvis quandoque Mandata S. C., aut alia ejusmodi decreta illas ſubſecuta fuerint, ita tamen ipſa illa querelarum Capita inter ſe permixta fuere, ut pro uno quodam determinato argumentum inde certum ac firmum hauriri nequeat. His enim ſolertius perluſtratis circumſtantias tales facile erit deprehendere, quæ violatam realem eorundem poſſeſſionem in Anno Normali quoad Eccleſiaſtica, ſive quoad exercitium aut ejus annexa habitam, vel quoad Politica ex ipſorum ſaltem narratione præſeferunt, ut talia mandata ſecundum Stylum Cameræ Imperialis, aut Summorum Imperii Dicaſteriorum non potuerint non emanare, uti ipſum illud Mandatum in puncto des vorhabenden neuen Capellen Baues zu Weſtfeld in Sachen Hildesheimiſcher Landt-Stände Auguſtanæ Confeſſionis contra Hildesheim und Conſorten de Anno MDCXCVI., plurimis ejusmodi circumſtantiis gravidum, exemplo eſſe poterit. Atque ipſa prævia narratio aut ſupplicatio ſatis oſtendit, quid Supremum Imperii Dicaſterium ad id decernendum permoverit, cum fundum novæ Capellæ deſtinatum in Dominio privato & proprietate totius Communitatis pagi Weſtfeld fuiſſe, non obſcure enarraſſent. Hunc enim cum cedi a ſubditis Auguſtanæ Confeſſioni addictis Princeps per Perill. Dominum DE BEISSEL Eccleſiæ Cathedralis Canonicum petiiſſet, nec tamen obtinuiſſet; inædificare Capellam invitis illis perrexit.

 Conſ.

Conf. Facti facies oder wahrhaffter Bericht und vorläuffige Gegen-Remonstration in denen Beylagen Litt. LLL. Instrumentum publicum super actu: der wider den zu Westfeldt auf der Gemeind-Anger vorhabenden Capellen-Bauw, und dazu ab- und ausgestochenen Platz, und bereits angefangenen Mauren-Bauw, bey Ihro Hochwürden den Herrn von Beissel zu Westfeldt geschehenen Protestation, Contradiction und Reservation.

Id quod absque violatione Jurium illorum aliqua utique fieri haud potuit: cum per ædificationem Capellæ Catholicæ fundus illæ ex Dominio & proprietate Communitatis Augustanæ Confessioni addictæ eximeretur, & Juris publici efficeretur. Unde eo ipso omnino innoxia ejus constructio dici haud potuit. Accedit, quod alioquin mandata ejusmodi ad præviam unius tantum partis informationem emanare solita exceptiones sub- & obreptionis, si sine clausula fuerint, contra se patiantur, si vero cum clausula, in nudam ac simplicem citationem ad comparitionem partis modo degenerent, adeoque a rei judicatæ viribus longissime adhuc distare passim dignoscantur. Denique omnia illa argumenta, quibus Simultaneum innoxium impetere & impugnare solent, non ex diserta Pacis litera, multo minus ex propria illa sede §§. 30. & 31. ubi de Jure reformandi Statuum & exercitio subditorum sanctio continetur, mutuata, sed aliunde ex aliis ejusdem §§vis eo prorsus impertinentibus exsculpta, & hunc ad finem contorta reperiuntur, ut præter assertum, necdum autem probatum, minus probandum unquam, statum habitualem anni sic dicti Decretorii, cætera mera sint ratiocinia, Logicalia sophismata, & contortæ ex proprio privatorum cerebro natæ interpretationes, ac potissimum longius petitæ illationes, quibus autem omnibus in sæpe laudata Dissertatione Magnifici Domini BARTHELII *de eo, quod circa libertatem Exercitii Religionis ex Lege Imperii justum est*, generatim & abunde fuit satisfactum.

§. XLVII.

gu- tum urbu peri- re- tur.

Unum, quod opponunt offensionum & turbarum in locis mixtis ex nimia exteriorum rituum, & Ceremoniarum exercitio publico Religionis Catholicæ annexarum multitudine oriri solitarum periculum, est sane ejusmodi, quod non tam Catholicis cultum suum exercentibus, quam præconcepto aliorum subditorum adversantium livori adscribendum veniat, qui ipse Catholicos potius cum Domino Territoriali in Religione consentientes suo in exercitio turbat, quam iste horum cultus externus illorum Exercitium in templis, & intra solos eorum parietes, juxta ipsorummet principia, magis conclusum turbare queat. Certe in subditos hic potius diversæ Religionis a Domino dissentientis quadrat patientia, ubi lex ipsis non subvenit, quam ut, ob irrationationabiles eorum æmulationes Dominus perpetuo Jure suo, quod Superioritatis Territorialis quasi Cimelion habitum semper fuit, cum gravi suo & aliorum Concivium ac Subditorum

torum sibi consentientium reali incommodo abstinere debeat. Illis econtra pro vero, quamvis per legem nunc firmato, beneficio reputandum est liberum Religionis suæ Exercitium una cum annexis secundum factum possessionis in Anno Decretorio firmatum tenere; nec habent, cur adeo delicati sint, probe memores, quod per & post Pacem Westphal. in hoc longe melioris conditionis effecti sint, quam sui Antecessores ex sola Pace Religiosa fuerint, quibus nihil firmum circa Religionis Exercitium & annexa, nihil Juris in templa & reditus, sed horum, omnium usus ad breve tantum tempus sæpe precarius extitit. Ad hæc Subditorum sane non est, quietis & tranquillitatis publicæ arbitros sese constituere, cujus cura, cognitio, custodia & vindicta soli superioritati territoriali aut Magistratui adgnata semper agnoscitur. Statuum autem, imo & Regum potentissimorum tam Catholicorum, quam Augustanæ Confessioni addictorum exempla pene multa prostant, qui introductionem Exercitii publici Religionis Catholicæ in suis ditionibus, Regnis, & urbibus adeo principalibus facto suo proprio comprobarunt, quin ullum ex cohabitatione utriusque Religionis subditorum periculum sibi metuerint. Sed & alia exempla non desunt, quæ non tantum Principes Augustanæ Confessioni addictos, sed etiam Catholicos in locis soli Religioni Catholicæ in Anno Normali addictis publicum Augustanæ Confessionis Exercitium liberaliter superinduxisse doceant; Quid? quod aliorum omnium instar vel ipse Principatus Hildesiensis plura loca, & nominatim aliqua ex ipsis illis novem Monasteriis per Transactionem supra dictam anteriorem, & subsequam Pacem Westphalicam restitutis exhibet, in quibus præter Religionem Catholicam solam tum temporis ibidem receptam etiam Augustanæ Confessionis Exercitium pedetentim in Ecclesiis & Capellis recens erectis simul introductum esse constat. Comis propterea cohabitationis regulis nihil æquius, nihil conforme magis & connaturalius cogitari aut expectari potest, quam ut Protestantes subditi a Catholicis nihil adversi suspicentur, cum Catholici, licet tot exemplis jam deterriti a Protestantibus, alienis persæpe iisque unitis viribus suffultis & fretis, fundatam reapse magis tubarum suspicionem ad attentandam usque adversus Dominos Territoriales eorum exclusionem prævalere nunquam patiantur.

§. XLVIII.

Hoc tamen unum esse argumentum constat, quo firmius inniti videntur hodierni Doctores Protestantes, qui saltem novitiis illis principiis per Protestantium Statuum Legatos usurpata authoritate normæ instar præscriptis (quamvis minus concludenter illa cum Pacis littera & Paciscentium mente ex prævii Tractatibus admodum clare relucente cohærere videant) omnino & aperte contradicere verentur, aut nolunt. Ita BOEHMERUS, & ANTI-VINDICIARUM HILDESIENSIUM AUTHOR ab eodem citatus, Edicto quidem Cor- Novitium esse, & substantiæ Simultanei non repugnare ostenditur.

 poris,

poris, ita dicti, Evangelicorum paulo anterior, unius tamen partis Advo tus, nec non CRAMERUS, quos aliorum omnium instar allegare suffici sentiunt, suamque mentem explicant. Ille quidem

Jur. Eccles. Prot. univers. Lib. I. Tit. I. §. LXXVI.

censet, a Domino Territoriali Augustanæ Confessioni addicto posse concedi i troductionem exercitii Protestantibus subditis in loco Catholico, & ubi Cath lici soli in Anno Normali id habuerunt; non autem vicissim, a Domino Cath lico in locis a solis Protestantibus tum inhabitatis: Et dum regulam sibi æqua tatis objicit, cui certe per statum habitualem illius præcise anni, utroque casu eundem, respondere nequit, ita argumentum dissolvit: "Æqualitas se „vanda est, salvo Statu Religionis anni decretorii, & ubi nulla manifesta r „tionis disparitas occurrit, quæ hoc in casu tamen evidentissime per se & „natura Sacrorum publicorum Pontificiorum fluit, adeoque ad abusus ex pri „cipiis Pontificiis referri nequit. Huc etiam tendit Auctor Antivindic. Hild „*pag. 89.* ubi ita:" Es weiset die Natur der Evangelischen Religion in diese Stücke gantz deutlich rationem disparitatis, und daß eben aus dieser Ursa die Evangelische Reichs-Ständte nichts wider das Instrumentum Pacis han len. Denn anfänglich bleiben die Catholische Unterthanen solcher Gestalt b dem freyen Besitz ihrer Kirchen, hernach bleiben sie auch bey dem freyen Exe citio ihrer Religion, und ihrer Gewissens-Freyheit, und dörffen sich ni befahren, daß die Evangelischen sie zu Ceremonien und Ritibus, die ihrem G wissen zuwider wären, anstrengen werden, indeme die Evangelischen entw der keine, oder doch nicht so viele Bilder haben, keine Processiones, zu den sie andere Glaubens-Genossene nach denen Principiis Ihrer Religion, zu n thigen Ursach hätten, anstellen, auch nicht mehr Feyertäge begehen, als Catholischen, und also nicht Ursache haben, der Catholischen Arbeith solchen Tagen für eine Profanation zu halten. Idem est argumentum

CRAMERI *Observat. CCCCXIX. §. LXXXVI. & §. LXXXVIII.*

ubi quoad Exercitium publicum in solennibus limitatum ipsemet difficultat non reperit: "Jam vero, inquit, coëxercitio Catholicæ Religionis, etsi sump „bus propriis superinducto, vel in iisdem templis, vel diversis, vel novi „ædificatis, vel desolatis reparatis, propter dictæ Religionis apparatum „ternum, qui Protestantibus superstitiosus videtur, in specie Procession „Deportationes Venerabilis ad ægrotos, imagines Sanctorum ubivis locor „positas, Exercitium Religionis Protestantium, maxime in iisdem templis t „batur, teste experientia, etsi a libidine serpendi Cleri Pontificii abstrahere „limus. Neutra vero Religionum Protestantium alterius exercitio præjudi

„

el impedimento eſt. Minime ergo Catholicis Simultaneum in locis, in quibus in Annis Normalibus haud obtinuit, utique autem Proteſtantibus inter se introducere licet.

Et §. *LXXXVIII.*

Quemadmodum prohibitio Simultanei de libero & univerſali Catholicæ Religionis Exercitio accipienda per deducta; ita Princeps Evangelicus ſubditis Catholicis Exercitium Religionis eo modo, quoad ſolennia, limitatum concedere poteſt, ne in præjudicium Religionis Proteſtantium vergat; cum econtrario Princeps Catholicus Proteſtantibus Coëxercitium Religionis illimitatum concedere poſſit." Ignoſcendum profecto mihi credo, planeque confido, ſi novitium hoc argumentum eſſe, & ab antiquiorum non tantum Doctorum Augustanæ Confeſſioni addictorum in Inſtrumentum Pacis commentantium, ſed Statuum ac Legatorum compaciſcentium mente tum habita prorſus alienum dixero. Qualem enim turbationem tum temporis Status & Legati intellexerint, ex coævis rurſus Pactis Hildeſienſibus, ac ipſo præcipue Receſſu Brunſvico-Hildesienſi principali ſuperius Diſſertationis hujus §. X. adjecto non obſcure colligitur. Creditum enim reapſe fuit, nec directe nec indirecte aut per obliquum subditorum diſſentientium turbationem quandam fieri, ſi in ſuo exercitio ipſi relinquantur, quidquid demum cum ſua Religione Dominus fecerit, eamque praeterea in eadem loca, imo in easdem Eccleſias ſuperinduxerit. Illud incommodum ex communione Eccleſiarum ſubditis accedens nihili tum habitum est, eo tempore, quo durante adhuc bello, & meditata, imo deliberari jam coepta Pace, maxime experti fuerant, & intelligere debuerant, quales turbas per Pacem mox ſanciendam ex Imperio abeſſe voluerint. Et quamvis hic Receſſus ex ſupra dictis poſtea abrogatus ſit, ea ipſa tamen abrogationis ratio non moleſtia ſubditorum diſſentientium qualiscunque, ſed poſſeſſio in Anno Normali habita, tanquam regula generalis in Pace ſemel ſtabilita, extitit. Imo cum Duces Brunſvicenſes per modum veræ transactionis tam rigide illi ſuæ poſſeſſioni Monaſteriorum in Anno Normali certiſſime habitæ non inſtitiſſent, merito obtinere poterant, ut & Epiſcopus Hildeſienſis aliquid ſubditis ultra poſſeſſionem habitam indulgeret, & Simultaneum propterea crudum ſaltem dimitteret. Id tamen inde evictum manet, quia nec Hildeſienſes, nec Brunſvicenſes contradictoria in Pacto quodam publico aſſerere voluerint, Simultaneum, maxime innoxium, nec directe nec indirecte poſſeſſionem Exercitii ſubditorum turbare aut impedire, imo Chriſtiane & ordinate in talibus templis a diverſæ Religionis conſortibus frequentatis, multo magis ergo in locis tantum ab utraque parte habitatis, omnia fieri poſſe. Hunc enim in finem Receſſum ipſum Religionis confectum fuiſſe aperte aſſerunt. Quanquam quid opus eſt ad anteriorem Pace concluſa Statuum opinionem provocare? cum ſuam de hoc argumento

to ſententiam in ipſis Pacis Tractatibus luculentiſſime manifeſtarint, & inſuper habito, imo nec cogitato panico ejusmodi diſſenſionum inter ſubditos diſſidentes metuendarum, utpote compluribus aliis mediis evitabilium, metu non tantum ſimpliciter introductionem Exercitii publici Religionis ſuæ Domino Territoriali permiſſam aſſeruerint, ſed vel maxime Catholicam & ſuam ita dictam Evangelicam integre quoad hoc æquiparatas voluerint, æque facilem atque a turbarum periculo æque remotam utriusque introductionem diſerte profeſſi.

Conf. ſup. §. XXXVIII.

Quo etiam illa omnia pertinent, quæ in cauſa Palatino-Neoburgica & Solisbacenſi hinc inde agitata ſup. §. XLII. recenſentur. Denique ſi huc demum tota Proteſtantium & ſubditorum & Doctorum querela recidat, in ſalvo res eſt, ſaltem Doctrinam Catholicorum de Simultaneo ita dicto innoxio Religionis in locis, in quibus Anno Normali etiam uſitata non fuerat, introducendo quoad ſubſtantiam ſuam Paci Weſtph. non adeo adverſam eſſe, neque tantam in Statu præciſe habituali Anni Normalis vim reponi poſſe; ſed ex ſequelis duntaxat ejusdem repugnantiam peti, quæ tamen ſequelæ, uti ad modum tantummodo pertinent, ita variis etiam limitationibus, cautelis, & diverſis mediis tolli omnino poſſunt, ac provida Principis æquanimis ſuum cuique tribuentis authoritate efficaciſſime præverti.

§. XLIX.

Incommoda imaginaria & vera, atque hæc etiam per ſe talia, & alia ex accidenti tantum & quandoque ſecutura diſtinguuntur.

At enim inter ipſa illa, quæ ſubditis diſſentientibus adverſa videntur, & quæ reapſe ſunt, ex ſupradictis omnino diſtinguendum venit, atque unde qualiscunque quietis aut tranquillitatis mutuæ commotio originem ſuam habeat, utra pars Autor potius ſit, eſt reſpiciendum. Illa enim, quæ reapſe & per ſe quietæ poſſeſſioni ſubditorum diſſentientium habitæ adverſantur, quæque hanc turbant, & impediunt, aut detracta quadam parte tum habita diminuunt, adeo a Principe ipſo admitti nequeunt, ut potius ſubditos quoscunque ſibi in Religione conſentientes talia attentantes, tanquam cuſtos & vindex Legum publicarum mutuæque Pacis per illas reſtitutæ (ideo enim gladium portat in vindictam malorum & refractariorum) punire pro reatus dignitate debeat. Quæ vero tantum ex accidenti & præter ſinceram Domini ſuam Religionem introducentis intentionem, & quandoque duntaxat, non ſemper, & e longinquo conſequuntur, ipſosmet ſubditos a Domino diſſentientes plerumque Autores habent, & in horum potius præconcepto livore, ac irrationabili paſſione originem ſuam inveniunt, ideoque Principi, cujus Majeſtati malitiis hominum & quidem ſubditorum indulgere nequaquam convenit, remoram in uſu Juris ſui inter reliqua præcipui objicere nequeunt. Anſam autem ſi indagamus, eam certe, quod Catholici quidam concives in Territorio Domini vel eidem cum ipſis, vel etiam diver-

diverſæ, ut quandoque contingit, Religioni addicti ſecundum principia Religionis ſuæ publice cultui divino vacare permittantur, tanquam quietis Imperii turbativam a nulla Legis publicæ littera prohiberi oſtenditur. Nec unquam ſubditi a Catholica Religione diſſidentes tam delicati in ægre ferenda & invidenda aliis concivibus innocua quadam Exercitii Religionis ſuæ ſocietate futuri fuiſſent, niſi aliorum potentiorum & extraneorum viribus foveri & ſuſtentari ſeſe perſentirent, aut toties jam perſenſiſſent. Et hanc potius turbarum plerarumque, & infelicium concitationum ſubditorum adverſus Dominos proprios ſæpe nec rogatos anſam primariam eſſe, experientia teſtatur. Quapropter hanc eandem graviſſime in Imperio prohibitam diſerta Pacis Weſtph. littera docet Art. V. §. 30. luculenter ſtatuens, "ut, *cum majoris concordiæ* inter Status conſervandæ „cauſa dudum *cautum fuerit*, quod nemo *alienos ſubditos* ad ſuam Religionem „pertrahere, eave (Religionis) cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipe„re, *illisve ulla ratione patrocinari debeat*, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus obſervari oporteat." Illæ vero, quæ de ſe indifferentia ſunt, nihilque aliis concivibus detrahunt, turbativa quietis & comis cohabitationis in Imperio neceſſariæ dici non poſſunt, quamvis Proteſtantes ſubditi cæco ſæpe, ut vulgus amat, impetu & putativo Religionis zelo ducti ex ſua forſan indole quietis impatiente Catholicos ſubditos cum Domino in Religione conſentientes præpediendi vexandique ſibi occaſionem ſumant, aut Catholici etiam juſtos quandoque limites a Domino poſitos transgredi audeant. Juri Territoriali Jus Reformandi, adeoque ſuam ſaltem Religionem univerſalibus Imperii Legibus, uti ſupponitur, & qualis indubie eſt Catholica, receptam introducendi tanquam præcipua ejusdem pars ex antiqua Imperii Praxi per Pacem Religioſam aſſerta, ac per poſteriorem Weſtphalicam firmata cohæret, & ſicut Statibus Proteſtantibus indiſcriminatim hodiedum aſſeritur, ita Catholicis æquali cum iis jure fruentibus non erit denegandum. Cui autem jus aſſiſtit, ei uſu ejusdem cum gravi ſuo incommodo propterea interdici fas non eſt, quod alii ſua ex malitia accepti inde ſcandali, aut prævaricandi contra quietem & tranquillitatem mutuam occaſionem ſibi ſumant. Alias nulla profecto Lex, licet ad bonum commune maxime utilis, imo neceſſaria, ita juſta inveniri amplius poſſet, cum nulla fere ferri queat, quæ non aliquibus etiam ſubditis incommodum qualecunque ex accidente inferat, imo magnæ eorundem parti in prævaricandi occaſionem & periculum ſæpiſſime evadat. Ejusmodi certe ſunt ritus illi externi Religioni Catholicæ multum connexi, aut admodum ſaltem familiares, uti Proceſſiones, Venerabilis vel in ſolenni pompa, vel ad ægrotos publicæ deportationes, imaginum expoſitiones &c. Quæ omnes tanquam mutæ & innoxiæ neminem turbant aut impediunt, quominus templi proprii intra parietes absque his foras fieri ſolitis cultui Dei pro ſuis mentis ideis vacare queant. His ſi ſcandalizentur, qui aliter ſentiunt, ſemetipſos potius livoris & æmu-

æmulationis reos arguunt, dum quod suum est, tenentes, & indiminutum re tinentes, quod Dominus in suo facit, destruere ausu temerario conantur, in memores videlicet, ea ipsa, quæ nunc habent, ex solo Statuum juxta superi dicta beneficio obtineri, iisque in acceptis deberi. Unde si de debito & Ju stricto sermo sit, nihil est, quod subditis suum, uti supponitur, retinentibu adversus Dominum eatenus etiam suffragetur: Neque enim ex particulari leg Osnabrugensibus, in Episcopatu mixto, & quidem alternativæ subjecto, circ processiones tanquam partem quandam Exercitii Catholicæ Religionis public non ultra observantiam anni Normalis extendendas expresse conventa univers lis quædam prohibitio, aut ab unico actu ad totum complexum Jurium Exe citio publico Religionis annexorum, aut ad hanc etiam unicam ejus partem, re spectu aliorum Episcopatuum non mixtorum, argumentum inferri conveni Quamvis enim hæc Exercitii Catholici publici pars, utut diversæ Religionis d & per se neutiquam turbativa, delicatiori Religionariorum Osnabrugensium indoli & genio molestior aut infensior aliquando acciderit, aut apparuerit, ide que in memorato Episcopatu ob speciales ejusdem circumstantias per special quoque pactum posterius aliqua moderatione limitari voluerit, non idcirc eadem necessitas reliquos Status constringit. Ex regulis autem meræ pruder tiæ Catholici ipsimet non abnuent, pro certis circumstantiis ad salvandum e sentiale & substantiale Religionis exercitium, & ut una ex parte omnis etiam fr vola litigationis, livoris, & imprudentis licet æmulationis ac zelotypiæ remot quæque occasio subtrahatur, ex altera vero parte subditi Catholici quietius tranquillius cum Protestantibus cohabitare sinantur, Dominis Catholicis Exe citium suæ Religionis in loca a magna subditorum dissentientium alioqui mor gerorum multitudine inhabitata recens introducere volentibus expedire, quo in accidentalibus hisce sæpe superfluis, & nimia sua multitudine in diminutio nem potius, quam augmentum veræ & solidæ devotionis vergentibus, non ad modum abundare velint, sed potius, ubi subditi dissentientes morigeros se atque debita cum reverentia supplices exhibent, non autem dictatores se gerun omissis summi Juris sui apicibus Regulas prudentis œconomiæ magis, quam l guleicos rigores attendentes generosa quadam liberalitate quidpiam remittan in aliis tam politicis, quam Ecclesiasticis promptiores etiam illos experturi.

§. L.

Conclusio cum modesta maximarum irregularium Auctoris An-

Ex hisce omnibus igitur planissima consequi videtur conclusio, argumen ex Pactis Hildesiensibus hactenus deprompta tam aperte communi Catholicoru Doctorum, & receptiori quondam inter ipsosmet Protestantes Doctrinæ de i troductione ita dicti Simultanei innoxii suffragari, ut ex horum solorum ta confectionis, quam abolitionis Historia illa potius demonstrari posse videatu tam infirma ex adverso sunt, quæ contra eandem inde extorqueri voluerur

A

Alia porro, quæ extra hæc Pacta generaliter & passim alias obmoveri solent, ti-Vindiciarum Epicrisi. & in Antivindiciis Hildesiensibus quoad hunc Simultanei ita dicti Articulum in diversis locis dispersa occurrunt, majus quoddam pondus hisce non addidisse, simul est evictum, & insuper commonstratum, Actorum & Tractatuum Pacis fidem publicam, declaratam satis Statuum utrorumque compaciscentium mentem, Pacis Religiosæ et Westphalicæ residuam in non mutatis consensionem, specialium Pactorum Historiam, subsequam postea Imperii observantiam, Deputationum, atque Commissionum Cæsarearum, Judiciorumque decisiones, Doctorum interpretationes in hanc dudum sententiam conspirasse, quæ sane majoris momenti prudenti cuique rerum arbitro videri debent, quam cavillatoria, & ex impropriis plerumque sedibus mutuata, extorta potius dixerim, argumenta contrariæ sententiæ, quæ demum hisce omnibus pressa aliam eluctandi rimam invenire non potest, quam ut enarratas hasce omnis rectæ Legum publicarum interpretationis bases, in qualibet Republica rite ordinata firmissimas, loco suo dimovere conetur, & spreta omni regula arbitrarium, in quam pro sua quisque convenientia partem voluerit, Leges contorquendi pruritum sequi in omnibus possit; uti in has omnes anomalias exorbitantes primus veluti hoc nostro in Sæculo præivit idem §. superiore jam notatus AUTOR *Antivindiciarum Hildesiensium*, qui folio earundem m. LXXXIII. & seqq. doctrinalem non tantum interpretationem, sed & extrajudicialem Imperii observantiam, imo praxin etiam judicialem ex variis & pluribus sententiis uniformibus hac super controversia plene cognita editis, atque post rem judicatam executioni sua datis firmatam apertissime rejicere non perhorrescit, & hanc rejectionem tanquam principium necessario præsupponendum statuit. Quid firmius Doctorum Religione licet, quam præsens controversia concernit, dissentientium, in eandem tamen sententiam concedentium, eorum præcipue, qui ipsismet Paciscentibus Statibus & Legatis magis coævi, rei gestæ propiores, atque Pacis conclusæ optime gnari noscuntur, communiori consensu, præsertim dum illius, qua hodie quidam non tamen omnes, a suis antecessoribus recesserint, occasionis origo, & natales undique constant, atque manifestant, non tam veritatis melius agnitæ amore, quam authoritatis, utut indebitæ, Legatorum ita dictum corpus Evangelicum constituentium metu reverentiali abreptos & inductos nunc aliter sentire? Hoc vero attento, multo majus ii Doctores Recentiores August. Conf. addicti pondus afferunt, qui nihilominus solius veritatis amorem suo in dictum corpus obsequio & gratificandi aliis consortibus suis studio præhabendum rati, vel in suis, quas viva voce tradiderunt, prælectionibus, uti de celebratissimo Göttingensium Juris publ. Antecessore JOAN. JACOBO SCHMAUSIO certis rumoribus fertur, vel in scriptis etiam publicæ luci datis, uti de Cl. JOAN. JACOBO MOSERO (qui sub Autore Anonymo deren zufälligen Gedancken vom Simultaneo latere voluit) penes Eruditos constat, communi antea memo-

ratæ Catholicorum Doctrinæ diserte nostris etiam temporibus adstipulati fuerunt.

Conf. Cel. Dürr *Disquisitio de eo*, quod justum est circa Jus reform. in Territorio oppignorato Cap. III. §. XXXVIII. in Not.

Quid dein observantia Imperii efficacius, si non tantum Catholicos Status, sed & Protestantes adeo eandem sententiam in suis etiam Territoriis usu suo acceptarunt, sibique regulam & normam agendi crediderunt; eo ipso facto suo & Catholicorum praxin justificantes, utpote quos eadem Territoriali superioritate, ex qua id ipsi agunt, indeque æquali etiam Jure frui norunt. Quid denique Judiciali observantia illustrius? dum rursus in omnibus ejusmodi Deputationibus atque Commissionibus & Catholici, & Augustanæ Confessioni addicti Status aut Legati, tanquam Commissarii, in supremis vero Imperii Dicasteriis utriusque Religionis Assessores, & Consiliarii adhiberi assolent, indeque nihil magis iteratum utriusque partis compaciscentis consensum ostendere poterit, quam resolutiones ejusmodi ex prævia mutua consultatione, rationum ab utraque parte expositarum discussione, utriusque partis consensione toties conclusæ, & ad suum quoque effectum deductæ, paucis propterea Mandatis vel cum vel sine clausula ex adverso jactari solitis longissime præhabendæ. Hæc omnia vero eo demum tendere videri, non immerito dolent & ingemiscunt Catholici, ut nimirum rejectis hisce regulis, rejectis rebus semel transactis & fide publica firmatis, dubium quoddam novum excitatum videatur, cujus decisio non aliter, nisi Comitiali authoritate expectari valeat; quam ipsam tamen Status Augustanæ Confessioni addicti itione sua in partes, alias familiari, impedire & evitare se posse autument, eo inde effectu ex votis demum secuturo, quod Territorialis Superioritas Statuum Imperii Catholicorum infra ipsos adeo subditos deprimatur, atque inauditis unquam alias in Imperio subditorum propriorum æmulationibus, & irrationabilibus prohibitionibus indigne, imo serviliter subjiciatur.

T A N T U M.



Animadversiones Editoris.

Ad *§. XIX.* Ex Auctoribus Protestanticis magni nominis et quidem temporibus P. W. propinquioribus, quos hic nominat Auctor, intelligere Moserus potest adeo temerarium non esse, quemadmodum ipse tum mihi expresse nominato

nato tum aliis Catholicis impingit, in Tract. von der Landeshoheit im Geistlichen *1773. p. 618.* impingit, quod in Institutionibus meis scripserim non solum Catholicis, sed et Protestantibus post P. W. doctrinam de Simultaneo probatam fuisse, antequam nimirum ita dictum Corpus Evangelicorum, uti constat, tale quid imposterum docere Professoribus Universitatum Protestanticarum inhibere ausum fuit.

Ad §. XXXI. Quod hic Auctor inquit de Jure Reformandi tanquam regula, denuo impugnatur a MOSERO cit. Tract. *p. 541, seqq.* Ex Auctore celebris Tract. Ungrund des *Simultanei §. 42.* inprimis adducit, quod annus decretorius unicum et solum fundamentum restitutionis dicatur, quod quidem citato scriptori rem plane conficere videtur: quid vero facilius tum combinatur tum intelligitur, quam intuitu subditorum, siquid adversus Dominum territorii praetendant, unicum et solum fundamentum esse annum normalem, habitamque eo anno possessionem? haec quodsi ipsis salva relinquatur, Jus Reformandi verbis tam gravibus Dominis territorialibus assertum vicissim ab iis hodie adhuc optimo jure exerceri posse? Rem deinde verbis pacis ad aliam materiam translatis illustrare cupit MOSERUS, nimirum simile quid esse, ac si dicas: *Cum Statibus immediatis cum jure territorii et superioritatis ex communi per totum imperium hactenus usitata praxi etiam jus ferendarum Legum competat; conventum est hoc idem porro quoque a Statibus observari, nullique Statui immediato jus, quod ipsi ratione territorii et superioritatis in negotio Legum ferendarum competit, impediri oportere.*

Hoc tamen non obstante, illorum Statuum imperii Ordines provinciales quibus votum vel consultativum vel decisivum circa Leges ferendas secundum pacta inter Dominum territorialem et dictos Ordines inita vel etiam ex longo usu competit, retineant id etiam in posterum, una cum annexis quatenus illa secundum memorata pacta vel longum usum exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt. Atqui hic non tam de Regula et exceptione, quam de Jure Dominis territorialibus competente et modo illud exercendi sermonem esse facile ab omnibus intelligi inquit MOSERUS; ridiculum autem futurum, quodsi hac ratione Dominis territorialibus una manu concedi, quod altera iterum adimatur asserere quis velit, quemadmodum illud nimirum Catholici toties objecerunt Protestantibus; siquidem Jus Reformandi Dominis territorialibus non plane denegant, imo vero concedunt, sed ita restrictum, ut vix non ad nihilum redigatur.

Sermonem hic esse inprimis de Jure Dominis territorialibus competente et de modo illud exercendi MOSERO non negaverim, ne litem de nomine ingrediar: id autem ex eo requiro, quodsi itaque Ordines provinciales nec ex pacto nec ex longo usu probare satis liquido possunt, votum ejuscemodi sibi, dum

 de

de novis Legibus a Principe ferendis quaestio incidit, competere, pro qu
dubio an pro Domino an pro subditis sit pronuntiandnm: pro Domino e
mem ipse MOSERUS respondebit, tum ex principiis Juris publici univers
tum ex ipso verborum contextus atqui plus hic nihil est, quod velimus,
que ipsum dicimus, Domino quoad Jus Reformandi favere regulam, sub
nonnisi exceptionem ex possessione anni normalis, quatenus eam probare
sint ipsis salva relinquenda: in dubio vero standum pro Jure Reformandi D
nis competente. Quod alterum concernit, non equidem id denuo asseru
Juri Reformandi nil plane, si omnia ad apicem excutiantur superesse, et
ejusdem Simultaneum etiam innoxium introduci nequeat; id tamen sus
præcipuum ipsius effectum nimirum Jus introducendi Religionem etiam no
tolli plane abolerique. Atque ex his etiam id elucet minus recte a MOSE
demum hanc litem tanquam ex qua nil solidi pro una alterave parte de
queat, inter controversias non tanti adeo momenti amandari: nam quodl
dictis in dubio pro Domino territorii pronuntiandum sit in hisce principiis
cile ex hoc solo concludet MOSERUS, quid de Jure Simultanei introduc
sit dicendum, quippe quod ipsemet saltem dubium esse profitetur.

Ad §. XLII. Circa causam Palatino-Neoburgicam, quam hic elu
Auctor Conclusum quoddam senatus Imp. Aulici 30. April 1649. MOSE
cit. Tract. p. 616. recens imprimi curavit, his verbis: „Friedensschlus
„Reich die Sulzbachische Execution betreffend .... Extrahantur na
„substantialia aus denselbigen, & dicatur sacrae Caes Maj...... was S
„bach anlangen thut, seye Reichshofrath (ausserhalb des Catholischen Pfarr
„der einhelligen Meinung daß die Sulzbachische mit ihrer Ministrorum
„schaffung und Bestrafung der Catholischen..., die daselbst ergangene
„cution zuweit extendiret und darinn wider den Fridensschluß gehandlet.
„den Catholischen Priester anlangend, seynd zweyerley Meinungen vorg
„len, die Eine halten dafür, daß derselbe privatim zu Sulzbach sich wohl
„halten, auch privatim Meß lesen möge: weilen im Friedensschluß ausdr
„lich versehen, quod unius vel alterius Religionis subditi dessen wohl be
„seyen, juxta Art 5. §. 4. Placuit porro: Illi Catholicorum subditi A. C
„dicti &c.

„Andere aber halten dafür, daß das blose Aufhalten ihme zwar
„zu verwehren, jedoch kein privat Exercitium nicht zuzulassen, sondern die
„terthanen sich mit dem zu begnügen, daß sie ausserhalb anderstwo in
„Nachbarschaft das publicum Exercitium besuchen mögen. Weilen aber
„ses auf eine Declaration des Fridensschluß hinaus lauft: stellt Reichsho
„Ihrer Kayserl. Maj. allergehorsambist anheimb, ob sie von den Ständ

„N

„Münster sich einer Erklärung erhohlen wollen?" Ex hoc concluso deinde MOSERUS sequentia decretorie infert 1) quod tum in Senatu Imperiali Aulico Simultaneum tanquam conforme Instrumento Pacis et res indubia habitum non fuerit: 2) quod aliqui quidem Simultaneum defenderint, alii rejecerint: 3) quod ejusdem Patroni non collocarint fundamentum in Art. 5. §. 30. et Jure Reformandi sed §. 34. qui de subditis ex gratia toleratis loquitur; 4) quod iidem Simultaneum hodie ita dictum innoxium (MOSERO est vel quasi innoxium) si publicum exercitium involvit, pro licito non habuerint, sed ad summum si privatum tantum. 5) quod alii illud Instrumento Pacis plane adversum declararint: 6) Quod Senatus Aulicus hac in re opus esse declaratione authentica existimarit: ita vero dein subjicit moderationis ferme, quam alias affectat, oblitus: "es wird also ein grosser Grad der Verwegenheit, wenigstens in Zu„kunft darzu gehören, wann Herr P. Schmidt, oder andere Catholische doch „noch behaupten wollten, gleich nach geschlossenem Friden hätten sowohl Evan„gelische als Catholische das Simultaneum für erlaubt gehalten."

Duo hic non satis discernit MOSERUS, inprimis quod Simultaneum simpliciter ita dictum, per quod uti animadvertit recte Auctor olim communius crudum intelligebatur, a Catholicis aeque ac Protestantibus tanquam licitum defensum olim fuisse tum a me tum ab aliis Catholicis asseri; quod quidem de innoxio, non item de crudo verum est; Deinde vero Conclusum istud, quod de casu speciali superioritatis territorialis nimirum inter Domum Neoburgicam et Solisbacensem controversae, atque a Solisbacensi praetensae loquitur, minus recte ad eruendam universim Senatus Imperialis Aulici eo aevo de Simultaneo sententiam adducit; quare ad 1) et 2) an invito Solisbacensi tanquam Domino territoriali praetenso restare possit Sacerdos Catholicus, sententiae diversae fuerunt? quid autem tum? ergo volente Domino territorii et quidem indubio id fieri tum non potuisset ex sententia Concilii Imp. Aulici, quis enimvero tale quid inferet? Ad 3) Hoc elucet ex eo ipso quod Senatus Aulicus potius huc spectare putaverit §. 34. quam 30. cum Catholici anno normali non fuerint in possessione, et Dominus territorialis saltem expraetensione talis reluctaretur, potius videbatur nonnisi gratiae locum esse in casu substrato quam juri stricto. Ad 4) Jus strictum adversus Solisbacensem ex eodem fundamento alii tanquam Instrumento Pacis adversum habebant; itidemque ad 6) declaratione Authentica hic opus esse. Confirmantur, quae hic dixi ex Concluso Caesareo, quod MOSERUS adducit l. cit. p. 617. "Lectum coram Sacra Caesarea Majestate in „Consilio secreto 9. Maii 1649. et conclusum: in primo: daß zwar die Sulz„bachische Regirung diß Orts wider den Friden gehandlet, und ihro dahero „um Abstellung dergleichen Contraventionen zuzuschreiben: was aber den Ca„tholischen Pfarrer betrifft, weilen die A. C. Verwandten an allen Orten im „Reich

„Reich und in Erblanden ab hoc exemplo ein gleichmässiges Exercitium pra „tendiren würden wollen;" ex quibus verbis evidens est, difficultatem in Caesari praecipuam apparuisse, quod Catholici adversus territorii Dominu invitum Exercitium Religionis suæ praetenderent, atque ab eo exemplo etia Protestantes atque adeo in terris haereditariis Domus Austriacae ejusmodi qui Imperatore invito praetendere posse? quantum nunc distat Simultaneum inno xium ab ipso Domino territorii introductum aut permissum ab eo, quod hi Senatui Aulico dubium aliqua ratione fuit, et Imperatori tanquam res seque larum periculosarum visa? quare frustra sibi adeo applaudit MOSERUS, no tamque temeritatis tum mihi tum aliis Catholicis Scriptoribus inurit: imo ver cum ipsemet praeferat notitiam Dissertationis *Endresianae*, eccur, si bona omni no fide agere voluit, omisit verba adeo notanda celebris illius THUMSHIRNI Legati Saxo-Altenburgici et Legati Saxo-Vinariensis ab Auctore relata de ho ipso casu: wollten sie ein Catholisch *Exercitium* haben, mögten sie selbe Kirchen bauen, oder *in vicinia* das *Exercitium* suchen, ex quibus manifestun est, quam parum Protestantes atque inter eos Religionis suae Zelo celeberri mus, idque in territorio atque adeo dubio neque contento satis Domino ipso Simultaneo innoxio repugnarint.

Ad §. XLVIII. Quod hic occupat Auctor argumentum, denuo quan maxime urget MOSER in cit. jam aliquoties Tractatu p. 667. et quidem no sine injuria Catholicorum, uti dum ipsis applicare non dubitat, illud Evange lii, *cavendum esse a falsis Prophetis*, *qui quidem pelles gestent ovium*, *intus autem sint lupi rapaces;* nescio sane quid dicturus esset MOSERUS de eo, qui floscu lis ejusmodi Protestantes exornaret.



VIII. JC

VIII.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES U. J. D. &c.

VINDICATA

PACTORUM HILDESIENSIUM

IN CONFIRMANDA COMMUNI

CIRCA

SIMULTANEUM DOCTRINA EFFICACIA.

Wirceb. 1771.

PRÆFATIO.

Apologeticum offerre vel invitus cogor, quamvis istud scribendi differendique genus ejus, qui impugnatur, aggressione, ingrata jam dictorum alias recoctione ac orta exinde obscuritate plerumque authori tædiosum, Antagonistæ invisum, Lectori sterile ac injucundum, in publicis demum Academiis ad erudiendam in principiis cujuscunque disciplinæ juventutem studiosam omnium minime aptum esse noverim.

Eo me dudum provocavit Vir Perillust. & in Republica literaria Celebratissimus DAVID GEORGIUS STRUBEN Potentissimi Regis Magnæ Britanniæ & Electoris Brunsuico-Luneburgici Consiliarius Justitiæ Intimus, & Cancellariæ Director, *dum Dissertationi meæ hac eadem ex Universitate in lucem publicam pridem datæ, quam* de pactorum Hildesiensium in confirmanda communi Catholicorum doctrina circa Simultaneum efficacia *inscripseram, in collectione operum suorum, quæ* rechtliche Bedencken *vocat, Partis III discussionem primam opposuit, quæ serius in notitiam & nunc demum ad manus meas pervenit.*

Superſedere equidem penitus percuperem, nisi veritatem indefensam relinquere eandem tradidisse plerisque videretur. Amicum enim potius per-

sona, quam adversarium causæ agere voluit Vir in re literaria famigeratissimus, de sua vero Patria ac Potentissimi Regis Electoris servitiis optime meritus: adeo nimirum & eruditionis & animi calamique moderatioris laudem ad exemplum aliorum, sua etiam confessionis, seu Theologorum seu Jurisconsultorum, mihi tribuit, ut hac ratione potius obstrictum devinctumque me illi profitear.

Mea vero causa momenta dum aggreditur, ita illud præstat, ut facili negotio deprehendere aut suspicari liceat, non longe illum ab ipsa thematis a me propugnati substantia abesse. Sicut autem in ipsa priori mea Dissertatione argumenta omnia ex armamentario ipsiusmet mox laudati Adversarii deprompseram, quibus ejus assertiones impugnarem; Ita nunc quoque in eo unice versabor, ut exceptiones ejus in 17. §§vis mihi oppositas eodem ordine discutiam.

In duas vero partes dispertitur meam deductionem; quarum prima *de* Simultaneo *ita dicto crudo a me actum fuisse asserit, utpote quod solum per abrogationem dicti Recessus Brunsuico-Hildesiensis de anno MDCXLIII. in Pace W. conventam mihi abrogatum fuisse videatur, & ita quidem specialibus ex causis in Episcopatu Hildesiensi abrogatum, ut exinde ad alias Imperii Romano-Germanici terras nullum trahi possit argumentum.*

Altera vero parte simultaneum innoxium *pertractari, vi cujus relicta, quam subditi a Domini Religione dissentientes anno Normali habuerunt, solitaria templorum possessione, aliis subditis Religioni Domini addictis in eodem loco degentibus Religionis suæ exercitium in novis templis eo fine, suo suorumque sumptu, exstructis aut reaptatis cum assignatione novorum etiam redituum pro Ministris conceditur; atque hoc in Episcopatu Hildesiensi, non obstante pactorum illorum abrogatione, intactum prorsus salvumque remansisse, & æque parum ibidem, quam in aliis Imperii nostri ditionibus prohibitum esse, imo ex integris Tractatibus desuper agitatis firmari ac stabiliri.*

Utramque igitur positionem meam ab exceptionibus ac impugnationibus Strubenianis vindicare propositum mihi est. Qua in re eo ordine progrediar, ut

1) *Asserta prioris meæ Dissertationis brevi quadam anacephaleosi recolligam.*

2) *Obmota Strubeniana suis quæque §§vis succincte recenseam.*

3) *Atque hæc congruis responsionibus dissolvere contendam.*

Hæc

Hac tamen omnia ea insuper brevitate absolvam, qua paucarum pagellarum angustias non excedat, & communem alias Apologetici nauseam temperet, eaque rursus cum modestia, quam unicum solius veritatis studium suadet, & insignis Antagonistæ alias celebratissimi dignitas non minus, quam eximia plane in me licet ignotum immeritumque humanitas jure suo exigit.

Magnum mihi stimulum addidit ingens illa benevolentia, qua priorem dissertationem exceptam esse Lectoribus benevolis ac Publico literato in acceptis refero. Tædii ac nauseæ suspicionem quam reiteratio thematis jam abunde cogniti suscitare posset, nullatenus extimesco, ubi necessitas causæ eam exposcit, non propria destinavit electio. Nec injucundum erit mutua argumentorum inter se collatione tandem brevi pagellarum compendio convinci, quod bona causa vel adversarii testimonio triumphet. Fave & vale.

SUMMARIA.

§. I. *Proœmium sive Introductio & de simultaneo* crudo *protestatio.*

§. II. *Prioris Dissertationis circa idem duplex assertio. Hypothetica & absoluta. Hypotheticæ instructio.*

§. III. *Argumenta* D. STRUBENII *huic opposita.*

§. IV. *Eorundem dissolutio.*

§. V. *Assertio absoluta refertur, ad solum probandi modum pertinens.*

§. VI. *Strubeniana obmota.*

§. VII. *Removentur.*

§. VIII. *Transitio ad simultaneum* innoxium *ex confectione & abolitione Pactorum propugnatum.*

§. IX. *Binæ exceptiones Strubenianæ argumentis ex confectione & tenore Pactorum deductis oppositæ.*

§. X. *Priori respondetur congrua Pacem Religiosam inter & Ferdinandæam Declarationem distinctione, & argumentum ex Juris emigrandi necessitate per pactorum confectionem probata deductum sustinetur.*

§. XI. *Altera ex specialitate Juris per Pacta quæsiti utiliter acceptatur.*

§. XII. *Præcipuum fundamentum D.* STRUBENII *ex Tractatibus super abrogatione Recessus Brunsvico-Hildesiensis recensetur.*

§. XIII. *Idemque dissolvitur.*

§. XIV. *Argumentum Strubenianum ex omissione disertæ mentionis de no-va erectione Ecclesiarum.*

§. XV. *Gratis assertæ necessitati consensus Interessatorum & frivolis adversus definitionem causæ Capucinorum Hildesiensium exceptionibus obviatur.*

§. XVI. *Argumenta mea ex causa Solisbacensi, ex responsione Electoris Coloniensis & Principis Episcopi Hildesiensis* MAXIMILIANI HENRICI *ad literas Circuli Saxonici Inferioris & consecuta deinde Hildesiensium Statuum Provincialium declaratione vindicantur.*

§. XVII. *Satisfit difficultati ex Mandato Judicii Cameralis ratione Capellæ in Westfeld emanato.*

§. XVIII. *Asseritur praxis Imperii communis & Principum Hildesiensium indulgentia principio status habitualis Anni Norm. adversa.*

§. XIX. *Supposita simultanei innoxii existentia vindicatur atque concluditur.*

§. I.

urs I. Prima Strubenianæ Impugnationis, indeque & præsentium vindiciarum pars *Simultaneum* ita dictum *crudum* respicit. Hoc abstinere penitus me posse equidem optassem inde ab initio, & nunc quoque optarem; tam parum illud data opera defendere mihi animus fuit, tam parum quoque hodie æquanimes Principes Catholici quietis tranquillitatisque inter suos cupidi, & decori, quod cultum divinum decet, studiosi in iis etiam locis, ubi ejus introductio extra omnem controversiam & dubitationem posita est, ut in oppignoratis quondam, illud affectant.

Et ipsi quoque Celsissimi Principes & Episcopi Hildesienses, quamvis id ipsum ab AUTHORE *Vindiciarum Hildesiensium* in refutatione gravaminis Capellam in Westfeld recens constructam concernentis α) in facie sua, & in Responsoriis ad literas Circuli Saxonici Inferioris die XIII. Aprilis anni MDCXCVI. ad se datas redditis nomine etiam suo β) theoretice per argumenta haud plane contem-

α) Vindiciæ des höchstverletzten Landsfürstl. Respects und Gehorsams ꝛc. de Anno MDCXCVI. pag. m. 35. ubi refertur: Klag und Widerlegung wegen des catholischen Capellenbaues zu Westfeld.

β) Abschrift des von dem löblichen Niedersächsischen Krayses ausschreibenden Fürsten an Ihro

ntemnenda asseri defendique diu sustinuerint, in usum tamen & praxin quoad tegram saltem latitudinem suam id deducere consulto abstinuerunt, prout in cie totius Imperii in ijsdem Responsoriis mox allegatis γ) asseruerunt, & sola uandoque necessitate compulsi ac Subditorum Catholicæ Religioni addictorum enuriam commiserati eam æquanimitatis vicem mutuam a Subditis exspecta- nt, quam ipsi nec detrectabant.

Sola methodica thematis assumpti pertractatio antea exigebat, ejus men- onem fieri; cum integram tractatuum super abrogatione Pactorum Hildesien- um in deliberanda Pace W. agitatorum seriem ad solum *simultaneum crudum* ertinere, asserere mihi propositum esset. Et nunc quoque cum Illustr. Ad- ersarius asserta mea huc pertinentia speciali impugnatione digna crediderit, oderatam eorum tuitionem mihi imperatam existimo, cum iterata tamen pro- fitatione, in eodem dogmatice asserendo versari me nullatenus velle.

§. II.

Duo autem sunt, quæ asserui, *unum hypothetice* duntaxat & argumento, ajunt, ad hominem sive ex solis Illustr. STRUBENII assertis deducto, quin eum id fecerim, aut ex animo sustinere voluerim.

Alterum vero, quod *absolute* sustinui & meum me fecisse profiteor, odum tantum probandi concernit. Id unum enim assero, argumentum a articulari ad universale hic nullatenus locum habere, seu ex eo, quod simul-

 taneum

Ihro Hochfürstl. Gnaden zu Hildesheim den 13ten April MDCXCVI. abgegangen und den 2ten May eingelangten Schreibens, ubi Hildesheimische Antwort, worinn die Befugnuß der Katholischen nicht allein zur solennen Begräbnuß in der A. C. verwandten Kirchen, sondern auch das Ihnen rechtswegen zustehendes exercitium Religionis simultaneum deduciret wird.

γ) Ibidem pag. m. 52. & 53. Da nun Ihro Hochfürstl. Gnaden sich ihrer in solchen Pactis, deren Confirmation und Vesthaltung die Ritterschaft und Städte bey Aufrichtung des Consistorial-Recesses stark urgirt, und annoch der Pfarren halber eifrig urgiren, ganz klar und deutlich fundirten Rechtens bis hiehin noch nicht gebraucht; sondern aus ihren eigenen Mitteln zu Uebung des katholischen Religions-Exercitii Kirchen, und Kapellen erbauet, und keiner einzigen Kirchen, so den Protestirenden zuständig, zu dem Coexercitio Catholico sich bedienet, wiewohl sie darzu aus vorerwehnten Ursachen genugsam befugt gewesen, solches auch Ritterschaft und Städte wohl erkannt, und deswegen im Jahr MDCLXXXI. durch die Plenipotentiarios den von Brehden, den von Wrisberg, und den Syndicum Doctorem BULLENIUM aus gemeinen Landsmitteln die katholische Kirchen und Kapellen aufrichten zu lassen, sich freywillig erbotten; So lässet man die ehrbare Welt erkennen, ob nicht die protestirende Unterthanen ihres gnädigsten Landsfürsten Milde, Gütigkeit und Moderation mehr zurühmen, und mit unsterblichen Dank zu erkennen.

taneum crudum non sola Pacis Westph. litera inspecta, sed simul vocata in subsidium præviorum Tractatuum desuper agitatorum serie ac historia per abrogationem Pactorum Hildesiensium in Principatu eodem Hildesiensi sublatum atque exclusum esse admittatur, nequaquam inferri posse, quod idipsum æque in omni alia totius Imperii Romano-Germanici ditione per Pacem Westph. prohibitum censeri debeat.

Hypotheticam assertionem ita instruendam putavi: Illustr. STRUBENIUS ipsemet fatetur, per abrogationem Pactorum Hildesiensium in Pace W. conventam nullum prorsus specialem favorem Statibus Provincialibus & subditis Hildesiensibus A. C. addictis concedi, sed rem integram ibidem ad Jus commune tum respectu aliarum Imperii Romano-Germanici terrarum constitutum reduci voluisse. Inde ego intuli 1) Omnia ergo illa argumenta, quæ hactenus, & maxime statim post Pacem conclusam, Catholici reliqui Status pro asserenda sibi simultanei crudi introducendi vel usus præcise templorum A. C. subditis ex possessione anni Normalis relictorum absque horum turbatione sub certa horarum destinatione comparticipandi facultate militare existimarunt, Hildesiensibus etiam Celsissimis Territorialibus suffragari, adeo, ut his eadem facultas, quæ disertis verbis per litteram Pacis W. aliis Statibus adempta necdum concludenter omnino probatur, æque parum sublata censeri debeat: quibus tamen argumentis assentiri aut inhærere otiosum prorsus & a scopo meo alienum existimavi. Sed istis penitus sepositis.

2) In eodem supposito Ill. STRUBENII, quod per abrogationem Recessus Brunsuico-Hildesiensis res Religionis in Principatu Hildesiensi ad terminos Pacis W. communes reduci, subditi ejusdem A. C. addicti tantum aliis in Imperio æquiparari, singulari vero favore neutiquam distingui voluerint, singulare prorsus argumentum Principibus suppeditatur, ex quo illa introducendi simultanei crudi facultas iis speciatim salva esse debeat, propterea, quod Pax Westph. intuitu subditorum quondam oppignoratorum eandem salvam relinquat, subditi autem Hildesienses tanquam oppignorati ab ipsismet Ducibus Brunsuicensibus considerati fuerint, testantibus actis in Camera Imperiali Spirensi agitatis. Inde enim recte concluderetur, quod Hildesienses A. C. addicti tanquam solummodo ad terminos Pacis W. communes reducti æque, ut oppignorati alii, illud sibi adversum existimare non debeant, quia ad solam novam transactionem cum Domino ratione exercitii posthac obtinendi amandatos, & a sola tantum emigratione necessaria vi Pacis W. securos se meminisse deberent.

§. LII.

d §. III. Hypotheticæ huic & ex ipsis D. STRUBENII assertionibus aut præsupositi

positis confessionibus Κατ' ἄνθρωπον deductæ argumentationi §. 3tio der Rechtl. Bedenken opponuntur sequentia: 1) Concipi non posse, cur subditis Hildesiensibus nihilominus plus indulgeri voluerit, quam aliis aliarum terrarum subditis, si tanquam oppignorati minus exigere potuerint.

2) Oppignorationis mentionem nullam occurrere in Tractatibus Pacis, nec ex parte Catholicorum, qui nullibi hanc subditis A. C. obmovisse legantur, nec ex parte Protestantium, qui deteriorem subditorum Hildesiensium conditionem, quam aliorum, nullibi metuerint.

3) Præsupponi non posse subditos Hildesienses sub alieno Domino versatos fuisse, cum litem desuper sola transactio composuerit, non autem judicialis sententia definierit Anno MDCXXIX. promulgata, cui, ut & omnibus aliis Juris remediis plenissime fuerit renuntiatum; ideoque Episcopos in Anno Normali veros Principatus Hildesiensis Dominos, Duces econtra Brunsuico-Luneburgicos meros usurpatores citra injuriam dici non posse.

§. IV.

Hæc vero omnia hactenus obmota me in supposito D. STRUBENII loquentem nequaquam feriunt.

Ad 1.) Primum enim argumentum in asserta STRUBENII & a me admissa hypothesi supposito laborat, utpote quod ipsemet non admittit. Idemmet enim Statibus Provincialibus Hildesiensibus non plus concedi voluisse asserit, quam alii quicunque subditi vi legis communis per Pacem W. conventæ obtinuerint. Inferius vero, præter relucentem undequaque in Tractatibus Pacis W. sollicitationem efficacissimam, & Suecorum fortem assistentiam ac Ducum præcipue Brunsuico-Luneburgicorum potentiam, nihilominus sufficiens apparebit ratio, cur non obstante hac illorum oppignoratione asserta, ex qua deterior eorundem conditio esse debuerit, meliori præ aliis oppignoratis sorte donati fuerint.

Ad 2.) Altera objectio hanc majoris Diæceseos Hildesiensis sub alieno Domino detentionem in tractatibus Pacis non occurrisse, nec in mentem cuiquam venisse, tanquam falsa a me Jure merito negatur; ne falsi consultifs. D. STRUBENIUS accusari a quopiam possit, cum in §vo VII. seiner Nebenstunden *Pro memoria* Syndici Provincialis KUNNECKE disertam oppignorationis aut detentionis alienæ mentionem & conceptum exinde metum, tanquam præcipuum majoris securitatis stipulandæ motivum, verbis inferius allegatis recenset. *a*)

Quid-

a) Daß aber der widrigen Pactorum ausdrückliche Cassation §. 12. respective begehret, und

Quidquod in ipsa adeo, quam refellendam mihi sumpsi, discussione h eodem §vo III. ad 2. reiterat hanc ipsam confessionem propriam, quod vide cet ad removendum omne dubium ex hac oppignoratione posthac secutur tam diserta cassatio petita fuerit. β)

Qua porro ratione conciliari hæc inter se possint, dicere nullam occurri in Tractatibus hujus alineæ detentionis mentionem, & dicere, eam causi fuisse petitæ specialis & tam energicæ Pactorum cassationis, ego certe non v deo, neque capio. Prudentiori proinde cuiquam alteri, atque ipsi etiam D. STRUBENIO dijudicandum relinquo.

Cum ergo ex Recessu Brunsuico-Hildesiensi antea Episcopus Jus sibi pr servasset, elapso 70. & respective 40. annorum spatio, non tantum exercitiu subditis hactenus indultum revocandi; sed etiam in vim Pacis Relig. eosde expellendi; per abrogationem vero ejusdem ex assertione D. STRUBENII n hil plus concedi voluerit, quam Lege communi alias sit concessum; id tantu Juris consecuti fuissent, quod aliis oppignoratis in Art. V. §. 27. asseritur, post lapsum dictorum respective annorum nec ad Religionem Domini cogi, n expelli possent, de Religionis vero suæ exercitio transactionem cum Domi exspectare, & simultaneum crudum pro arbitrio Principis reservandum adm tere patique tenerentur. γ)

und mit Vorwissen der Interessenten gesuchet, und gesetzet worden, ist geschehe künftige schädliche Disputen zu verhüten, und sonderlich ungleiche Gedanken zuben men, ob liesse sich die daselbst gemachte und von katholischer Obrigkeit evangelisc und vice versa gesessener Unterthanen redende Regul und Religions-Pacta auf genwärtigen Fall darum nicht appliciren, weilen der grössere Stift, wie et gemeldet, in Anno MDCXXIV. nicht unter katholischer, sondern Evangelisc Obrigkeit gewesen.

β) Vielmehr suchten dieselbe durch die ausdrückliche Cassation des Religions-Rece von MDCXLIII. den Zweiffel zu heben, der daher entstehen mögen, daß das grös Stift MDCXXIV. nicht unter Katholischer, sondern unter Evangelischer Obrig gewesen, wie aus dem pro Memoria des Land Syndici KÜNNECKE in denen I benstunden II. Theils 17. Abhandlung §. 6. erhellet.

γ) Hoc argumentum Author Vindiciarum Hildesiensium de oppignoratione ej modi propius informatus non incongrue instruxit pag. m. 52. in verbis: (Hochfürstl. Gnaden haben von den per Recessum solennem erworbenen Recht weit abgestanden, daß Sie gedachten Glaubens-Genossen das freye Exercitium rer Religion, worüber dieselbe sonsten, wann schon gedachter Recess bey Seit g tzet würde, vermög des Münsterischen Friedensschlusses Art. V. §. quæ vero bo &c. 27. &c. mit ihren Landsfürsten hätten transigiren müssen, in Gnaden verstat Quo argumento STRUBENIUS in suo nullius specialis favoris Hildesie bus subditis concessi supposito efficaciter premitur.

Ad 3.) Tertia instantia, quod hocce modo Duces Brunsuicenses injustæ rpationis accusare videar, injuriosa potius mihi est, quam injuriæ Serenis-is Principibus ausu temerario illatæ me reum constituat. Usurpatorum cer-injustorum nomen nec pagina monstrat, nec in calamum venit, neque mens juam somniare potuit, ut privatus ego, actis queiscunque super diuturna smodi controversia coram supremis Imperii Dicasteriis agitata destitutus tam ormem atrocemque injuriam Serenissimæ domui unquam impingere auderem.

Meo potius scopo id prorsus inimicum, imo gravissime adversatum fuis-Si enim tanquam usurpatores Jure ac nomine proprio terras illas detinuis-isserem; dubium nullum superest, quin fortius Jus, integer scilicet anni malis favor cum possessione exercitii & annexorum subditis perpetuo stricto-: Jure suffragaretur.

Cum vero justum detentionis titulum, Jus videlicet pignoris ab ipsamet enissima domo allegatum supponam, magnum scopo meo afferri sensi adju-ntum.

§. V.

Ad *propriam* & absolutam assertionem, quam meam feci, circa simulta-im *crudum* respectu Episcopatus Hildesiensis digredior, qua id ibidem di-te cum abolitione Recessus Brunsuico-Hildesiensis abolitum fuisse a §. XXII. jue XXV. assero atque lubens profiteor iis saltem in locis, ubi solo Recessu dicto stipulatum, non jam antea anni Normalis usu & observantia receptum bilitumque fuerat. Veruntamen id ex specialibus causis, ac præcipue in npensationem novem Monasteriorum Catholicis contra possessionem anni malis quoad reditus æque ac exercitium Religionis per specialem clausulam tic. V. §. 33. assecuratorum abdicatum esse assero, adeo, ut nequidem ex olitione simultanei crudi in Episcopatu Hildesiensi ad alias Imperii terras le-ima illatio fieri posset, nisi generalis alia Pacis W. prohibitio obstare osten-ur. Tanto magis nimirum me elongari sic posse credidi ab illatione altera simultaneum *innoxium* pertinente.

§. VI.

Huic meæ sententiæ opponit §vo IV. D. STRUBENIUS.

1. a) abrogationem Recessus sæpe fati jam antea a Cæsareanis acceptatam sse, quam de retentione Monasteriorum Catholicis assecuranda cogitaretur.

2. b) usque e) Ex regulis generalibus petitam esse abrogationem Re-sus, eoquod observantiæ anni normalis repugnaret, non vero ex causis spe-libus. Alias petitum ita fuisse concipiendum a Syndico KÜNNECKE: in-

 tro-

troductionem simultanei crudi generalibus Pacis-regulis conformem esse, s ex iisdem etiam Protestantibus relinquenda vel contra Recessum restituenda e Monasteria. His cedi tandem velle, si illud, simultaneum videlicet crudu prius impediretur. Ex integris autem Tractatibus talis oblationis ita concep nec vestigium apparere. Multo potius econtra id luculenter erui, quod subc ti A. C. addicti simultaneum tanquam illegitime in sui præjudicium obtrusu consideraverint, ideoque idemmet non ex caussis politicis, sed ex regulis jus tiæ, non in vim specialis transactionis & Monasteriorum restitutionis, s vigore Instrumenti Pacis aut anni normalis ibidem conclusi aboleri postulav rint.

§. VII.

Ad a) Ac primum quidem obmotum nullius prorsus esse momenti cu que vel obiter integros Pacis Tractatus inspicienti luculenter patescit. Qu enim nescit præproperam nimis ac festinatam Cæsareanorum condescendentia ab universis Catholicis Statibus compaciscentibus fuisse accusatam, & quod a illis actum fuerat, ipsismet etiam agnoscentibus ob excessum finium manda tanquam nulliter actum, quod nullum dissentientibus Statibus Catholicis d beret generare præjudicium, retractatum, ac diu postea disceptatum fuisse, u que dum aliter limitatus Statuum Catholicorum obtineretur consensus. α)

Id speciatim contigisse quoad hanc abolitionem Pactorum Hildesiensiu ipsemet D. STRUBENIUS fatetur disertis verbis β) adeo, ut & ipse Imper tc

α) Conf. MEIERN Tom. IV. Lib. XXXI. §. V. pag. 699.

Idem Tom. cit. Lib. XXXIII. p. 923.

TRAUTMANSDORFFIUS Catholicorum contradictionem & accusatione haud iniquam esse agnovit, cum Deputatis ad se die XVIII. Junii Protestant bus hæc similiaque loqueretur. Es seye nicht ohn, daß defectus mandati & In structionis nie solch motiv, die nicht unbillig attendiret wird. Et rursus po pauca interposita: die Heimstellung dieser Tractaten an die Kayserliche wäre aus cum conditione ratihabendi geschehen.

Demum die Evangelici hätten gleichwohl zu Osnabruck die Schwedischen an d Hand, und mit ihnen täglich communiciren können, auch also einen guten Vorth von denen Katholischen gehabt.

Conf. Protocollum was bey denen Kayserlichen von den Evangelischen Ständen ang bracht worden Münster den 18ten Junii MDCCXLIV. apud MEJERN Tom. IV Lib. XXX. §. VIII. p. 618.

β) STRUVEN Nebenstunden P. sæpe cit. §. VII. p. 13. der Kayserliche Gesand Graff v. Trautmansdorf war noch am 18ten Junii MDCXLVII. damit friedlich, d D

iniquitatem petiti Protestantium agnosceret, & moderationem suaderet, ac :mmet Legati nunc diserte Catholicis suffragarentur.

Ad b.) Quoad alterum vero rursus mecum conveniet sua pro legalitate Antagonista famigeratissimus, non solam unius partis mentem, Protestan- m videlicet petitionem, attendendam esse tanquam normam, sed consensum :rius partis, Catholicorum nimirum Statuum, accedentem.

Pacti publici & pacificationis solennis hoc natura & indoles exigit, ut duo- n in idem placitum consensu demum perficiatur. Alias sane non compacis- ıtes, sed dictatores Catholicorum, imo totius Imperii fuissent, & consecu- : hodiedum, ut optant, forent.

Consensus vero Catholicorum obtenti hanc fuisse specialem causam, ces- nem perpetuam novem monasteriorum, evidentissime ipsemet D. STRUBENIUS allegatis a semet Tractatuum passibus probat, ut se lucem ipsam nunc ne- :e, sibique ipsi contradicere satis prodat.

Quid enim luculentius unquam optari potest ad evincendas speciales hu- ı consensus Catholicorum in abrogationem disertam simultanei crudi in Diæ- i majori Hildesiensi rationes & causas motivas, quam ea ipsa, quæ allegat Nebenstunden §. 6. & 7. Tractatuum desuper agitatorum documenta. γ)

Uu 2 Ex

die Pacta zwischen Hildesheim und Braunschweig, was die geistliche Sachen und das Exercitium Religionis anlanget, aboliret wurden.

Siehe Ibid. Tom. N. p. 619, die übrige Katholischen äusserten aber bald eine ganz andere Meinung, und beschwerten sich über dasjenige, was die Kayserliche wegen des Stifts Hildesheim eingeraumet hatten. V. MEJERN d. l. p. 768. 804. 809. 810.

Insonderheit bemühete sich Kur Cölln, den Religions-Recess von MDCXLIII. zu mainteniren. Ibid. p. 793. 799.

Selbst der Kayser erklärte sich am 14ten Octobr. MDCXLVII. wie er vermeine, die Evangelische überspanneten den Bogen mit der Unterthanen Religion, sonderlich im Stift Hildesheim, und dessen Abgesandten trachteten eine Aenderung des §. pacta autem &c. zu erlangen, wenigstens aber denen Katholischen die 9. Clöster auszudingen, welche Anno MDCXXIV. in Evangelischen Händen gewesen, nachdem aber Kurfürst FERDINAND zum Besitz des grösseren Stifts Hildesheim gelanget, mit katholischen Geistlichen besetzet worden.

γ) Ita enim Syndicum provincialem KÜNNECKE in literis de 18va Junii MDCXLVII. D. de WRISBERG Thesaurario nuntiantem inducit §. cit. pag. 74. seqq. Vor 2. Tagen habe Euer Hochedel Gestreng geschrieben, daß ich sonderlich der Klöster wegen in grossen Sorgen stünde..., da sorge ich, Gott lob, nicht mehr davor, daß die löbliche Landschaft der Religion halber zu ewigen Zeiten versichert.

Et

Ex quibus prosequitur D. STRUBENIUS tandem mutuo consensu Summorum compaciscentium placuisse, ut Catholicis omnia Monasteria relinquerentur, simultanei tamen introductio *vicissim* penitus denegaretur. d)

Con

Et in aliis de 17tima Junii ejus anni: denn ich sorge noch, wie gesaget, sehr daß mir die Klöster nicht werden gelassen, und wohl gar das simultaneum exercitium Religionis Catholicæ aufgedrungen werden.

Et sub 18vo Juni ejus anni: Gleichwie nun aus mitüberschickter corrigirten Clausul Dieselbe ersehen, daß die Catholici die 70. und respective 40. Jahr wollen cassiren lassen, aber das simultaneum exercitium und die Klöster behalten wollen, als bearbeite ich mich nun auf das fleißigste, daß es bey dem vorigen Aufsatz, welches aber schwerlich hoffe, werde verbleiben.

Idem STRUBENIUS refert cit. loc. Conclusum in Conferentia sic dictorum Evangel. de 20ma Februarii MDCXLVIII. Dahin zusehen, daß es ratione autonomiæ bey dem Kayserl. Auffsätz verbleiben möge, die Klöster aber entweder zu theilen, oder da der Sache auch damit nicht geholffen, die Handlung denen Suecis pure heimzugeben, ob sie denen Evangelicis daselbsten 4. 3. 2. oder am Ende nur eines behalten könnten. MAIERN Tom. IV. pag. 523.

d) In hujus rei confirmationem Relationem LAMPADII Legati Brunsuico-Calenbergici de 2da Martii MDCXLVIII. allegat: Wegen des Stift Hildesheim, und zumalen daß darinn das simultaneum Exercitium aufgehoben werden solle, hat es über die Masse grosse difficultæten abgeben. Die Kurbaierische und Wirzburgische haben darunter Kur Cölln nicht præjudiciren, Herr Buschmann aber der Kur Cöllnische nicht weichen wollen. Wir haben endlich neben den Königl. Schwedischen das fürgehalten, man mögte in dem Stift Hildesheim die Evangelische Religion in Sicherung, auch Adel und Unadel in perpetuum der Religion halber in Ruhe stellen, und dagegen die abgetrettene neun Klöster den Katholischen hinterlassen..... In realibus waren sie (die Kayserliche Gesandten) mit unseren Marginalibus fast allerdings einig, erinnerten aber, daß Herr Buschmann wegen des simultanei Exercitii gar nicht weichen wollte, mögten wir demnach auf Temperamenta Gedenken, sonsten wolle Herr Buschmann davonziehen. Nos: Herr Buschmann wäre zu keinem anderen Ende anhero kommen, als die Friedens-Tractaten zu turbiren, und aufzuhalten, und mögte unserenthalben davonziehen, wann er wolle. Die neun von dem Haus Braunschweig-Lüneburg abgetrettene Klöster gehörten in den Terminum Anni MDCXXIV. welchen Herr Buschmann selber beliebet hätte, und hätten wir demnach unwiderlegliche Ursachen, solche neun Klöster für die Evangelische zu behaupten; wir hätten aber unsere Friedfertigkeit zu erweisen, selbige 9. Klöster aus obberührten Termino eximiren lassen, damit die Unterthanen im Stift Hildesheim in ihren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten ..... Sollte nun Herr Buschmann bey so beschaffenen Dingen ohne einige Ursach den Frieden fürter hinderen, und nicht weichen wollen, so erklärten wir uns ein für allemal dahin, daß wir die abgetrettene neun Klöster aus dem *Termino de Anno* MDCXXIV. nicht wollten *eximiren*, vielweniger das Simultaneum Exercitium passiren lassen, und wenn wir schon vor unsere Person weichen würden, so wäre uns doch bekannt, daß hierunter der HH. Königl. Schwedischen Consens nimmermehr zu erheben seyn würde.

Conspirat præterea verbotenus Legati Brunsuico-Guelpherbytani COLERI latio de 4ta Marti MDCXLVIII. ad Ducem Augustum data, quam sequentius refert. ε)

Et quod mirum est, dum in Rechtlichen Bedenken impugnat hoc assertum meum, abstinere tamen & temperare sibi non potuit, quin inadvertenter ic ipsum denuo confiteretur. ζ)

Quid enim aliud verba: damit die Unterthanen ꝛc. dargegen die Unrthanen ꝛc. denotant, quam hanc ipsam Monasteriorum retentionem Pace iblica nunc firmatam fuisse causam specialem consensus Catholicorum, cur abrogationem disertam simultanei crudi in Tractatibus consentirent, a qua roinde renuntiatione ad alias Imperii terras nequidem quoad crudum argumentum aliquod concludens inferri, propitia Themide, possit.

Cæterum si Protestantium solorum vota aut desideria attendere, aut præsum & expressam eorum propriam agnitionem disertis verbis declaratam jam nte Pacis conclusionem inquirere aut exspectare vellemus; certe Religio ipsa atholica ex Imperio universo aut ditionibus Protestantium Statuum, imo & cis, ubi Protestantes subditi tantum degunt, potius exesse debuisset, & Pax tegra Religiosa sublata, non autem per Pacem W. tantum declarata foret.

Quod porro in §vo Differt. præced. XXV. de mutua communione cæmeteriorum & sepulturæ a me dictum fuit, ad æquanimitatis a subditis Domino suo erritoriali exhibendæ, ac tot aliis jam beneficiis Principum optimorum comtatæ pertinet; unde oppositionem aliquam vix exspectassem. Quæ vero fa fuit, subditorum inofficiositati potius, quam ipsimet sensui intimo pruden- Ad §. [illegible]

ε) Die Kayserliche Gesandte haben gleichwohl angezeiget, daß der Kur-Cöllnische hart urgirte, daß neben den neun Klöstern auch das simultaneum Exercitium Religionis im Stift Hildesheim dem Domino Territorii unstreitig verbleiben mögte. Es ist aber denen Herren Kayserlichen remonstriret, weilen die Herrn Katholische den Terminum MDCXXIV. selbst vorgeschlagen und verwilliget hätten, die Klöster aber unter den Terminum nicht gehörten, dann unstreitig wäre, daß die zu derselben Zeit Evangelisch gewesen, daß die Evangelische nicht gehalten wären, dieselbe denen Katholischen zu überlassen. Es hätten aber dieselben um des Friedens willen Ihro Churfürstliche Durchläucht zu Cölln darinn gratificiren wollen. Es hätten also die Katholische im Stift Hildesheim innerhalb der Stadt an 5. Orten und ausserhalb ausser anderen katholischen Kirchen in diesen neun Klöstern das Exercitium Religionis und bedürften derowegen des Simultanei nicht.

ζ) Rechtl. Bedenken §. 11. der Braunschweig Calenbergische Gesandte Lampadius berichtete seinem Herrn: es wäre den Katholischen remonstriret, daß man die 9. Klöster aus dem Termino Anni MDCXXIV. eximiren lassen, damit die Unterthanen des Stifts Hildesheim in ihren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten.

tiſſimi alias viri, quem æquitatis non minus, quam comis mutuæ inter Cives cohabitationis, debitæ vero erga Principem reverentiæ amantem, extra effectus inſimul malevolæ invidiæ poſitum ſuppono, a me tribuitur.

§. VIII.

Pars II. §. 6. 7. 8. Ad ſimultaneum *innoxium* devenio, quod ſcopum induſtriæ meæ, ſicut & impugnationis Strubenianæ præcipuum conſtituit. Cum D. STRUBENIUS illud per Pactorum Hildeſienſium abrogationem in Pace Osnabrugenſi concluſam eliminatum ex Imperio univerſo ſuſtinere vellet, ego pro ejus poſthac permiſſi legalitate ex iisdem luculenta deprompſi argumenta.

Et alterum quidem ex eorum confectione & tenore in §§. XXVI. uſque XXVIII. incluſive, alterum vero ex eorum, præcipue ita dicti *Receſſus* Brunſuico-Hildeſienſis *abolitione* a §. XXIX. & deinceps deſumpſi.

§. IX.

Prius oppugnat D. STRUBENIUS §. 6. 7. & 8. perperam omnino: quaſi *una ex parte* a me tanquam certum & indubitatum præſupponeretur, quod ipſe tamen adhuc vi Pacis Relig. & Declarationis Ferdinandeæ inter Status controverſum fuiſſe aſſerit, Jus videlicet emigrationem injungendi ſubditis in Religione a Domino diſſentientibus.

Altera ex parte ex pactis ſpecialibus non poſſe colligi Jus commune: Alias eodem argumentandi genere poſſe retorqueri in Catholicos, quod, cum Principes & Epiſcopi Hildeſienſes plus indulgendo per Pacta ſubditis, quam Catholicorum ſententia tum temporis vi Pacis Relig. tribui vellet, eo ipſo Proteſtantium principia paciſcendo approbarint, & Legibus Imperii publicis, Pacive mox dictæ conformia agnoverint.

§. X.

Priori parti Reſpondetur: Argute imprimis hic a D. STRUBENIO Declarationem Ferdinandæam cum Pace Relig. miſceri atque confundi, quæ tamen inter ſe ſunt diverſiſſima. Nam quod Pace Relig. denegatum fuit ſubditis, ſecuritas videlicet ab emigratione neceſſaria & perpetua perſiſtendi in territorio patriosque penes Lares, unaque exercitio Religionis ſuæ imperturbate perfruendi libertas, id obtruſa, unde neſcitur, Declaratione Ferdinandæa iisdem obtinere conabantur Status ii Proteſtantes, qui XX. poſt eandem Pacem jam concluſam annis modo illam protraxerunt, & in vim Legis Imperii agnoſci, aut ſaltem Capitulationi Cæſareæ inſeri, itaque novo quaſi Pacto firmari ſummis unitisque viribus contenderunt.

Multo

Multo magis abſonum eſt, quod eandem a me, vel a Catholicis unquam agnitam fuiſſe & admiſſam tanquam genuinam præſupponat, id quod nunquam in mentem mihi venire potuit.

Ignorantiam dein controverſiæ poſt Pacem Rel. ſerius agitatæ ſuper Jure invitis ſubditis emigrationem imperandi vel de emigratione neceſſaria mihi absque ullo fundamento objicit, cum in Differt. *de ſubditis quondam oppignoratis a communi alias anni Decretorii beneficio penitus excluſis* Cap. II. §. XI. omnia illa ſcripta in Tractatibus Pacis W. deſuper agitata abunde allegaverim, ex quibus ſat luculenter conſtat, quantum ſtudii & ſollicitudinis plerique Doctores A. C. ſacris addicti, jam tum propriis ſuarum compendiis & convenientiis intenti poſuerint, in contorquenda Pace Rel. ut hodie in Pace W. aſſolent. Certe quod modo ex ipſa Pactorum iſtorum confectione probare volui, non præſuppoſui. Et mihi omnino ſufficit, conſenſum tunc Imperii communem eatenus fuiſſe, Catholicorum quidem Statuum, qui perpetuo Pacem Relig ita intellexerunt & interpretati ſunt, Proteſtantium vero Statuum & ſubditorum, quia illi aliis viis, ut ipſa Declarationis Ferdinandeæ adinventione, tum Pactorum vinculo ſubditis ſuæ Religionis aſſeclis aliquam Exercitii ſui libertatem, aut ſtabilem ſaltem in territorio firmamque permanentiam acquirere ſtuduerunt.

Vis denique maxima huic aſſertioni per Pacem W. acceſſit, quæ ipſa eſt authentica Pacis Relig. interpretatio. Per hanc enim aſſerta antehac a Catholicis Statibus emigrationis neceſſariæ interpretatio diſertis verbis ſtabilita fuit. Nam quamvis quoad illos ſubditos, qui in anno Normali exercitio aliquo vel publico vel privato gaviſi fuerant, Paci Relig. & Juri illi emigrandi neceſſario derogatum fuerit, quoad cæteros tamen ſubditos iſto deſtitutos diſerte addi placuit, quod etiam vel inviti emigrare juberi poſſint. α)

Unde argumentatio, quam ex Pace Relig. poſt Pacem W. modo confeci, & ex interpretatione illius authentica per hanc communi utrorumque Summorum compaciſcentium conſenſu ſtabilita deduxi, plenum ſuum robur retinet & vigorem.

§. XI.

Alteri Parti facile obviatur. Hoc ipſum enim argumenti mei vim conſtituit, quod Pacta jus quoddam ſpeciale ac præter legem communem continere debeant. Exinde enim, quod ſubditi per Pacta quæſiverint, acceptaverintque ſolam ſtabilitatem in Territorio absque Religionis adeo exercitio, Jure concludo, Pace Religioſa nec illam, multo minus poſterius iis debitum fuiſſe. Unde ſilentio potius, quam refutatione digna mihi videtur retorſio adverſus Epiſcopos

α) Art. V. §. XXXVI. & XXXVII.

pos tanquam Dominos Territoriales obmota. Nam attendendum præcipue eſt, quis acquirere per Pactum voluerit. Acquirere autem certe voluerunt ſubditi in Pactis minorem Diæceſim reſpicientibus, & plus non acquiſierunt, quam ſtabilem in territorio Principis permanentiam a metu emigrationis liberi, & retentione bonorum temporalium, Jurium ac privilegiorum aliis ſubditis communium ſecuri.

Tanto fortius argumentum hoc ſtringit, iſta ſpecialia Jura ex Lege communi Pacis Relig. non competiiſſe, quia ipſemet D. STRUBENIUS fatetur, Epiſcopos Hildeſienſes tum aliis potentioribus vicinis Statibus A. C. circumdatos neceſſitate compulſos fuiſſe, ad hoc etiam pactis indulgendum. Nam illorum præpotentia ſubditos A. C. addictos ſuffulciebat animabatque. Quantum vero ad Receſſum Brunſuico-Hildeſienſem attinet, alioquin patet, potentiores fuiſſe Duces Brunſuicenſes, & adhuc detentores terrarum tum ceſſarum, qui propterea Legem dicere poterant. Duriorem tamen dicere non audebant, imo hanc ipſam interpoſita adeo Cæſaris mediatione obtinendam duxerunt, ut ad tempus tantum reſpective LXX. vel XL. annorum exercitium concederetur, poſt quod elapſum ejus ceſſationem, imo emigrandi neceſſitatem in vim Pacis Relig. neceſſario acceptandam ſibi eſſe putarunt, quam ſane acceptaturi nunquam fuiſſent in iis temporum circumſtantiis, utpote nulla neceſſitate coacti, niſi ipſi eandem Pacis Religioſæ principiis conformem agnoviſſent.

Ex his vero ſequela a me deducta fuit, hodie per Pacem W., tanquam Pacis Relig. declaratoriam, non plus fuiſſe mutatum, quam quoad effectum expellendi reſpectu eorum ſubditorum, qui in anno Normali exercitium aliquod ſe poſſediſſe probare poterunt. De reliquo ergo, effectum introducendi ſuam Religionem Dominis hoc ipſo eſſe intactum illibatumque, quia omnis limitatio ſtrictæ interpretationis eſſe debet. Ex paritate Declarationis Ferdinandeæ id ulterius illuſtratur, qua ſolum exercitium aut ſtabilis in territoriis Principum Eccleſiaſticorum permanentia ſine metu expulſionis ſubditis quæſita fuit, omni Jure prohibendi deſtituta; unde cum in locum illius annus decretorius ſurrogatus fuerit, nec iſte majorem & ampliorem favorem ſuperaddit, niſi in quantum quidpiam diſerte fuerit expreſſum.

Hiſce opponitur: majora debere eſſe Jura per annum Normalem ſubditis obtenta, quam per Pacem R. & Declarationem Ferdinandæam. Alias nullam ſubeſſe rationem, cur annus Decretorius Declarationi huic demum ſurrogari voluerit. Aſt ratio ſane abundans fuit ipſa illa agitata perpetuo inter Status utriusque Religionis ſuper declarationis præfatæ veritate & authentia diſceptatio, quæ nunquam ſtabiles atque ſecuros conſtituere poterat ſubditos. Major præterea utilitas inde acceſſit, quod Declaratio Ferdinandæa ſolos ſubditos A. C. addictos tempore Pacis Religioſæ concluſæ in Territoriis Eccleſiaſticis exiſtentes

tue

tueretur. Pax vero Westphalica reliquos ad id usque temporis eorum sacris aggregatos, comprehenderet. Quod prior Ecclesiasticorum tantum Statuum subditos commemoraret. α) Anni vero decretorii favor juxta literam saltem Pacis Catholicorum quorumcunque subditis succurrat. Fateor quoque omnino, majora esse Jura per Artic. V. §. XXXI. sanctionem ac definitum ibidem annum Decretorium subditis stabilita, sed talia tamen, quæ in mera exceptione ac limitatione aliqua ulteriori Juris reformandi ibidem denuo recens stabiliti firmatique quoad effectum præcise disertis verbis expressum consistant. Illud vero nequaquam penitus tollant & excludant, multo minus subditis nova hac sanctione in retentione ejus, quod possederant, securis Jus aliquod prohibendi attribuant, ne quid & ipse Dominus in suo, inque Civium sibi quoad Religionem consentientium solatium agat, statuatque.

Denique postremo id supponit D. STRUBEN, quod quam maxime a me fuit convulsum, ipsos videlicet Tractatus super *abolitione* Recessus Brunsuico-Hildesiensis inter Summos compaciscentes agitatos docere luculenter, non solam comparticipationem eorundem templorum, sed & solitarium publicum iis stabilitum fuisse exercitium, qui soli id in anno sæpe dicto quolibet in loco habuerint.

§. XII.

Ex hoc ipso vero ad defensionem argumentorum ex *abolitione* dicti Recessus deductorum, atque ad illum præcipuum Impugnationis Strubenianæ Achillem

α) Wir Ferdinand ꝛc. bekennen offentlich und thun kund Allermänniglich mit diesem Brief, daß auf diesen währenden Reichstage bey Abred und Vergleichung des Religions-Friedens Uns die Stände und Bottschaften der Augsburgischen Confession anhängig, unterthänig fürgebracht, daß etlicher Erzbischöffen, Bischoffen und anderen Geistlichen und Stiften, zugehörigen Ritterschaften Städt und Communen nunmehr lange Zeit und Jahr der Augsburgischen Confession Religion anhängig gewesen, und noch waren, und wo dieselbige von solcher ihrer angenommen, und so viel Zeit und Jahr hergebrachten Religion von gedachten ihren Herrn und Obrigkeiten gedrungen werden wollten, vor und ehemal die strittige Religion, durch Christliche freundliche und friedliche Weege zum Christlichen Verstand und Vergleichung gebracht würde, daß daraus nichts gewissers zu besorgen, dann Weiterung und schändliche Kriegsempörung zwischen den Herrschaften und Obrigkeiten und den Unterthanen. Solchem ab- und vorzukommen, wäre ihr unterthänige Bitt, die Geistlichen dahin zu weisen und zu vermögen, daß sie dieselbige Unterthanen um Erhaltung willen des gemeinen und hoch-nothwendigen Friedens im Heil. Reich teutscher Nation, hievor sowohl als jetzt eine lange Zeit hero beschehen, der Augspurgischen Confession-Religion halben unvergewaltiget und unbedrängt bleiben, und obberührter endlicher Vergleichung in der strittigen Religion also erwarten lassen, und derohalben bewilligten, daß solche Unterthanen in jetziger Constitution des Religions-Friedens der Nothdurft nach versehen würden.

lem deducor, quem invictum prorsus & inexpugnabilem existimat. Est autem iste:

a) Syndicum Statuum Provincialium KUNNECKE in suo PRO MEMORIA petiisse conservationem Exercitii Religionis subditorum A. C. addictorum sine novatione & superinductione Catholicæ Religionis, ohne Neuerung und Nebeneinführung der katholischen Religion.

b) Addidisse dein verba: zumahlen auch bey denen dazu gehörigen Kirchen, Schulen, Klöstern, Hospitalien und anderen nach Ausweisung des Instrumenti Pacis Artic. V. §. VI. ohne Schmählerung und Abbruch gelassen werden. Esse autem communem ac notoriam interpretandi regulam, quod particula *maxime* præsertim juncta particulæ *etiam* sit implicativa, & exprimat casum minus dubitabilem includendo magis dubitabilem. Ex his duo colligi, quod superinductioni Religionis Catholicæ, sive cuicunque novationi generatim, quæ simultaneum innoxium comprehendat, postea vero specialius ac disertius majori cum ratione comparticipationi templorum Catholicis posthac permittendæ contradictum fuerit.

Idem alias inepte prorsus repetitum fuisse ipsi videtur, si jam per generalem novationem & superinductionem simultaneum crudum, sive mutua templorum, scholarum, hospitalium & redituum comparticipatio denotari voluisset, quæ tamen postea disertiori particula: *maxime etiam* eliminari specialius voluit.

c) Ulterius id confirmari exinde, quod idem Syndicus in conceptu suo latino sequelam retentionis Recessus Brunsuico-Hildesiensis hanc affirmaverit: *tunc remaneret quoque obtrusum illud simultaneum Catholicæ & Augustanæ Confessionis exercitium in illis locis ac templis, ubi antea omnino non fuit usitatum.* Hanc particulam copulativam *in locis ac templis*, quæ ampliative posita sit, plus importare, quam simultaneum crudum in sola templorum communione consistens; templa in locis generalibus existere debere, alioquin expeditum esse.

Unde specialis locorum commemoratio prorsus supervacanea fuisset. Per simultaneum itaque in locis copulative additis illud ita dictum innoxium necessario comprehendi.

§. XIII.

Sed hæc sane tanti non sunt, ut metum, qui in Virum constantem & legalem cadat, incutere possint.

Ad a) Novatio sane & superinductio Religionis Catholicæ absque omni ratione sufficiente distinguntur, cum nihil frequentius esse soleat, quam in re præser-

præfertim pluribus contradictionibus obnoxia plura fecundum intentionem loquentium fynonyma fimul conjungi, ut major & luculentior ejusdem explicatio & declaratio habeatur. Cujus rei exempla ex ipfamet Pace Weftphalica produci poffunt. Unde fpeciales hæ deliberationes & Confultationes præviæ ad abrogationem Receffus Brunfuicô-Hildefienfis pertinentes certe fuam interpretationem ex iis capiunt, quæ generatim quoad omnes Imperii terras agitatæ fuerunt; imo ex iis, quæ diferte per ipfam Pacem Weftph. demum fuerunt conclufa.

Nonne in hac ipfa præter exercitium Religionis five publicum five privatum fpecialius deinde annexa & inter hæc ipfa difertius etiam templorum, fundationum &c. expreffa mentio repetitur; quamvis alibi, quam in templis exercitium Religionis faltem publicum haberi non foleat. Et quis otiofam, imo vanam & inanem ejusdem petiti aut conclufi reiterationem inde fomniavit? Sed nec otiofa prorfus fuit hæc cautela. Quotusquisque enim eft, qui ignoret, ex conceffione exercitii templorum ufum non neceffario inferri? Nunquid enim ingenti jam Principum compacifcentium beneficio in acceptis referri debuiffet, fi qui antea emigrare cogebantur, & devotioni tantum domefticæ ad fummum vacare poterant, quoufque in territorio tolerabantur, nunc de ftabilitate fua fecuri etiam publica loca five ædes facras fuo cultui deftinatas in confpectu Principis alia prorfus fentientis & optantis fuis licet fumptibus erigere poffent?

Ad b) Quamobrem & illud corruit, quod ex particula germanica zumahlen auch adjecta & latino idiomate per λὺ *præfertim* vel *maxime etiam* enuntiata extorqueri tentatur argumentum. Ita enim revera fpecialius, majus & infignius quidpiam effert. Certe quodfi in grammaticalem quandam verborum criticationem & logomachiam controverfia deflecti velit, non tam ampliativa, quam explicativa hæc Claufula potius videtur. Si enim accedens alterius partis confenfus firmum modo conclufum, duorumve in idem placitum efficit, Jure merito Catholicorum declarationes ultimæ apud MEJERUM Tom. IV. p. 928. petitum anterius Proteftantium latino idiomate ita interpretantur: „Ut Nobi„litas & fubditi Epifcopatus Hildefienfis non obftante transactione inter D. Epi„fcopum & Duces Luneburgicô-Brunfuicenfes inita, qua exercitium Augufta„næ Confeffionis dictæ Nobilitati ad LXX., fubditis vero ad XL. duntaxat an„nos permittitur, eodem exercitio indefinito tempore gaudere, *pariterque in „poffeffione* Ecclefiarum, fcholarum, hofpitalium, eoque pertinentium bono„rum, ædificiorum & proventuum, quemadmodum eadem de iisdem difponit, „relinqui debeant, reliquis ibidem contentis in fuo vigore permanentibus. Ubi „particula germanica zumahlen auch per latinam *pariterque* mere explicativam „& exemplificativam effertur.

 Ad

Ad c) A copulativa dictione ad disjunctivam cum inferre non lice simultaneo in locis ac templis prohibito non sequitur & illud, quod in lo tantum, non vero simul in iisdem templis inducitur, esse prohibitum.

Porro ut indulgentiorem me monstrarem, prohibitionem simultanei q que in locis disjunctive spectatis admisi, si loca specialia, hospitalia, Monas ria &c. ibidem adjecta intelligi velint.

Quodsi autem STRUBENIO nec ista Responsio satisfaciat, ne subtilib verborum captationibus & vitilitigationibus vel invitus immorari cogar, in la illa interpretatione primario ac principaliter ibidem præmissa superabund firmum satis ac inconcussum assertionis meæ fundamentum colloco, de illi nimirum simultanei abrogatione tantum in pace transactum fuisse, quod vi F cessus sæpefati introductum, aut, prout Syndicus in Memoriali suo ait: *obt sum fuerat*, & quod jam antea existens *remanere poterat*, hoc autem mere c dum fuisse ipsemet STRUBENIUS fatetur, cum ante Pacem W. de inno cogitandi Statibus aut id controvertendi subditis ratio omnis deesset. α)

Hac interpretatione præmissa, nunc liberalior in locis etiam generalib & quidem disjunctive consideratis aliquod simultaneum antea existens abrog voluisse cedo; non aliud tamen, quam cum violatione possessionis subditoru in anno Normali habitæ conjunctum, adeoque quod quam maxime noxiu dignoscitur. Siquidem iste fuit Recessus sæpe dicti tenor, quod in iis locis, u duo fuerant templa, & utraque a solis Protestantibus in anno Normali posses eorundem divisio ita stipulata fuerit, ut in altero loci templo, licet a Protesta tibus antehac solitarie possesso, nunc solitarie Catholici suum exercitium habe possent.

Atque huc pertinet quam maxime superius jam allegata LAMPADII L gati Brunsuico-Calenbergici ad Serenissimum Ducem suum relatio: Es wä denen Katholischen remonstriret, daß man die 9. Klöster aus dem termi an

α) Rechtl. Bedenken §. 8. Vor solcher Zeit (des Westphälischen Friedens) konnte ten die Frage von der Einführung des katholischen Exercitii neben den Evang schen entstehen, da man katholischer Seits berechtiget zu seyn vermeinte, das letz ganz abzuschaffen. Nur an den Orten, wo dieses verstattet werden muste, red man vom Simultaneo.

§. 10. Nun glaube ich gern, daß besagter Herr 1643. für unnöthig gehalt die Befügniß solche Kirchen zu erbauen, sich zu bedingen.

§. 11. Nun verstunde man allerdings durch das Simultaneum mehrenthei das Crudum, weil dem obangeführten nach, katholischer Seits vor den Westph schen Frieden noch ein mehres als das Coexercitium behauptet werden wollte, der Erbauung neuer Kirchen selten die Frag entstunde.

anni MDCXXIV. eximiren lassen, damit die Unterthanen des Stifts Hildesheim in ihren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten.

Ita videlicet in iis locis, ubi Catholici quidem comparticipationem & usum ejusdem cum protestantibus templi communem non habebant, in templo tamen alias a Protestantibus solitarie possesso divina sua exercebant, horum quoque restitutio petita fuit, & adjectionem locorum præter templa necessariam exegit, quin Domino territoriali in iisdem locis erectionem aliorum novorum templorum aut assignationem etiam veterum collapsorum, quorum possessio in anno Normali habita a subditis dissentientibus non probatur, interdictam exinde inferre cuiquam liceat. Unde si templa exercitio Catholicæ Religionis destinanda necessario in locis generalibus existere debeant, eadem certe esse & huic usui subservire non debent, quæ antehac in anno Normali subditis etiam Hildesiensibus A. C. adversus Recessum Brunsuico-Hildesiensem restituto aut applicato ab iisdem fuerant possessa.

§. XIV.

Atque hic est solus ille, ut credidit D. STRUBENIUS, inexpugnabilis Achilles. Reliqua enim §. X. & XI. obmota, quod Ad 10. & 11.

a) Elector FERDINANDUS qua Princeps Hildesiensis concludendam prævidens Recessus Brunsuico Hildesiensis atque simultanei crudi in eo conventi abolitionem, simultanei innoxii introducendi facultatem diserte non præservaverit,

b) Quod Legatus Brunsuico-Calenbergicus LAMPADIUS numerum Ecclesiarum Catholicarum superfluum in Diæcesi existentem objecerit, novarum erectionem non cogitaverit.

c) Tacita econtra præservatio haud sufficiat, ubi non cum solis subditis, sed cum Suecis & aliis Imperii Statibus A. C. addictis res acta fuerit; inania prorsus sunt, & in priori mea deductione abunde præoccupata, quod Jus reformandi effectum introductionis Religionis Domini complectens, utpote Pace Religiosa stabilitum, per Pacem W. tanquam illius declaratoriam denuo amplissime confirmatum z) nec diserta præservatione, nec nova concessione aut agnitione Legati alicujus, a quo non pendebat, indiguerit; imo etiam in Tractatibus Pacis W. locis a me allegatis §. XXXVIII. diserte secundum regulam territorialem extra omnem controversiam præsuppositum fuerit. His demum addo,

Ad c) Sive subditi ipsimet, sive Sueci, sive alii Status compaciscentes fuerint, certum tamen est, hos subditorum negotium egisse, & nullatenus in horum

z) Art. V. §. XXX.

horum gratiam plus voluisse Superioritati territoriali derogari, quam diser litera ostendatur expressum.

§. XV.

Quam efficacia porro fuerint ea publicorum Pacis Tractatuum loca α) petita ex causæ Capuccinorum Hildesiensium discussione documenta, quæ pı diserta Facultatis introducendi suam Religionem Domino libere competent agnitione allegavi, ipsemet D. STRUBENIUS non melius ac luculentius agn scere potuisset, quam suis in Responsionibus §. XII. comprehensis evidenter pr dat. Consensum quippe subditorum necessarium supponere manifesta est pri cipii petitio. Nemo enim non videt, satius fuisse nihil dicere, quam conse

Ad 12. sus subditorum necessitatem, de quo est quæstio, supponere. Quis enim e qui audeat dicere: Es stehe dem Landsherrn in alle Wege frey und bevo quis crederet, *pro arbitrio* Dominum dare posse exercitium, illudque ita lib rum esse debere, ut NB. nullis legibus aut Juramentis prohiberi possit; si ill potestas Domini esset alligata ad consensum eorum, quos certissime scit ren tentes? Vehementer profecto rescire percuperem, an in iisdem Lexicis, a D Strubenio §. IX. mihi oppositis β) (neutrum enim in penu mea est) iste Idi tismus Germanicus: stehet in alle Wege frey und bevor (Item *pro arbitrio*) fr und willkührlich idem significet, ac dicere: mit Consens der sämmtlichen In teressenten.

D

α) Fuerunt autem hæc prioris Differtat. §. XXXVIII. allegata:

1) Ex Conferentia LENGERICAE ab A. C. addictis Statibus institut ubi Declaratio sub Tit. der Evangelischen Schluß zu Längerich, oder Gegenerkl rung in puncto Gravaminum concepta fuit, cujus Artic. XV. tanquam certissi mum Jus introducendi exercitium publicum suæ Religionis, & nulli prorsu contradictioni jam inde ab initio subjectum sincere agnoscunt, & candid confitentur in verbis: Wann nun hierüber seinen katholischen oder evangelisch Unterthanen ein oder anderer Theil das publicum Exercitium Religionis versta ten will, stehet ein solches in alle Weeg frey und bevor.

CORTREJ Observ. ad Pacem Relig. pag. 372.

Conf. MEIERN Act. Pacis Westph. Part. III. Lib. XXXI. §. IX. p. 338.

2) Ex Projecto Plenipotentiarii Suecici SALVII Mense Novemb MDCXLVI. exhibito in verbis: Quominus autem tam Catholici, quam Eva gelici Magistratus Ecclesiastici æque ac Politici suis subditis tam Evangelic quam Catholicæ Religionis exercitium publicum *pro arbitrio* concedere po sint, nullis Legibus aut Juramentis prohibeantur.

MEIERN P. III. Lib. XXI. §. XXXIX. pag. 431.

β) STRAUCH Lexic. particularum Juris KLEIN de præsumpta Donat.

De cætero in causa Hildesiensium Capuccinorum, nonnullos adhuc Status C. addictos ea sinceritate usos fuisse, ut literis VOLLMARI sensus & men- Paciscentium testibus locupletissimis assentirentur, sufficit ad eruendam ex- e utriusque partis Summorum compaciscentium, Catholicorum videlicet & otestantium saltem aliquorum conspirantem mutuo, de sensu Pacti publici entibus etiamnum Statibus eorumque Legatis proxime cognito sententiam, out PFANNERUS γ) testatur, eosdem veritati a Catholicis Statibus expo- : & regulæ Territoriali, mente Paciscentium tum plenius perspecta, resiste- non potuisse. Et quamvis reliqui per obliquum se extricare tentaverint, ma- is tamen Compaciscentium partis consensum quisque intelligit. Ea nimi- n tum fuerant feliciora tempora, ubi adhuc Voti communis necdum poten- res incesserat cupiditas. Sicut & tum cæteri Status Protestantes religiosius cis Religiosæ & Westph. recens stabilitæ prohibitionem attendentes necdum eressatos se credidere, ut eorum consensus ad validitatem Pactorum a sub- is alienis cum Domino eorum Territoriali ineundorum requireretur.

Acquiescentiam demum Magistratus Municipalis ab ipsomet Domino 'RUBENIO spontaneam credi, nemini persuadebit in re, quam antea sum- cum insolentia atque spectaculi fœditate attentaverat, & pari contentione, itato ad id Circulo Saxonico Inferiori acerrime sustinuerat, dum studiose adeo

γ) PFANNERUS Histor. Comit. Imp. Lib. XVII. §. XLIX. elegantissime recenset argumenta a Catholicis allegata, quæ huc referre supervacaneum censetur. Tum subdit §. L. "Et fuere ex Evangelicis, qui quam vere ista dicerentur, quantisque munimentis insisterent Caholici, ipsi adverterent. Sane Osnabrugæ in ipsis hujus negotii primordiis, in eam Evangelicos Catholicosque hac saltem in re non diffidentes, coaluisse sententiam, Sacrorum instituendorum facultatem penes eum esse, qui imperio potiatur, ita tamen temperandam, ut subjectis Religionis Evangelicæ retinendæ exercendæque venia fieret; queis primum ultra largituros sese negarunt Catholici, quam ut eo rerum sacrarum statu unius sæculi intra spatium isti gaudere pergerent, qualis Anno CIↃIↃCXXVII. fuisset; donec eo tandem decurreretur, ut, quæ Anno MDCXXIV. istorum fuerat conditio, ea porro perpetua esset. Ita civium religioni satis consuluisse ratos Proceres, nihil decrevisse, imo ut decernerent, ne induxisse quidem in animum, quo in cæteris Principum juri officerent, neque ultra istis prospectum voluisse, quam ut exercitium sive publicum sive privatum iis permaneret, quatenus id Anno MDCXXIV. exercitium fuerit, atque fuisse probari queat. Coerceri voluisse Jus Principum, quo subjectis graves esse possent, non quo sine horum fraude noxaque uterentur. Regulæ innjti Proceres, quam exceptione in casibus non exceptis firmari, communi Jurisconsultorum adsensu receptum sit. Nimis inciviliter licentiam usurpare subjectos, si libertate concessa non contenti Imperantibus legem modumque statuere audeant, Sacra sua nulla ipsorum cum molestia obeundi."

adeo culpam omnem a se amoliri calvis prorsus & frivolis excusationibus co tendit, & Instrumentum demum super puncto restitutionis Capuccinorum Legato Electorali Coloniensi principiis suis antea tam acriter propugnatis e di metro adversum, omissis tantum Proœmio & Epilogo tanquam sibi & Direct rio totique Circulo Saxonico Inferiori, ut credidit, ignominiosis, quoad su stantiam acceptavit & executioni demum coactus dedit.

§. XVI.

Ad §. XIII. & XIV.

Ad eundem quoque finem pertinent, quæ §§. XLII usque XLV. Diss prioris retuli. Non enim integrum de simultaneo innoxio Tractatum consi bere mihi animus fuit, ne actum agerem; sed Strubenianis tantum allegatio bus in seinen Nebenstunden II. Theil & occurrenti ibidem frequentius Sta habitualis Anni Normalis necessario a Domino Territoriali observandi prin pio, quo ab introductione innoxia suæ Religionis præter alteram tum recept a subditis dissentientibus prohiberi possit, respondere; ut ostenderem, ex siusmet allegatis hoc principium tanquam unicum arrogati subditis Juris pı hibendi & negativæ DD. Protestantium fundamentum, novitium esse comm tum, tam ab ipsismet Protestantibus non agnitum aut diserte rejectum, a (tholicis vero semper semperque fuisse contradictum.

Eo causa Solisbacensis suffragatur, ibidemque occurrens Protestanti Legatorum ad nudum factum possessionis provocatio,

a) Tanto magis, quod Imperator in Rescripto de anno MDCXLIX. XI Aprilis ad Directorem Circuli Franconici clementissime dato, eodem Status l bitulis principio rejecto, regulam territorialem stabiliat. α)

b) & c) Id contradictio literarum Circuli Saxonici Inferioris & reser tio Electoris MAXIMILIANI HENRICI ostendit. Non enim Jus nov exinde acquisitum assero, sed vetus non abdicatum infero, quod eo minus dicatum tum censeri poterit, si pro certis temporum circumstantiis, suade prudentia politica, ejus usus quandoque temperetur, vel penitus etiam in al tempus magis congruum differatur.

d) Similiter ad finem meum scopumque abundat, quod Status Pro ciales Hildesienses exercitii publici Catholici concessionem in locis in a Normali A. C. addictis impugnare non ausi sint; sumptuum vero exactic

a

α) Wie wir dann einem Theil dasjenige, was er zu selber Zeit 1624. befugt gew oder innen gehabt, nach Ausweiß des Friedens-Schlusses (verba immediate l passum præcedentia provocant ad §. XXXI. Hoc tamen non obstante) c gnädigst gern vergönnen; also können wir dem anderen dasjenige, was ihme der I dens-Schluß nicht ausdrücklich nimmet, oder abspricht, auch nicht nehmen. ꝛc.

Conf. MEIERN Tom. II. Act. Execut. pag. 618.

ærario communi vigore Pacti aut Declarationis eorundem sub XIV. & XVI. Septembr. anno MDCLXXXI. editæ ad me nequaquam pertinet, ideoque nec negativæ Antivindiciarum probatio, quam iis jure merito relinquendam censeo, quorum interest, quique Instrumentis domesticis, unde facti veritas haurienda, non sunt destituti.

§. XVII.

Capellæ in Westfeld & mandati Cæsarei desuper emanati ideo in §. Dissertationis XLVI. mentionem feceram, ut pro dissolutione objectionum, quæ ex similibus mandatis adversus constructionem novarum etiam Ecclesiarum pro exercitio Catholicæ Religionis publico deduci sæpe solent, ostenderem, illa non substantiam simultanei, sed circumstantias & modum duntaxat concernere, si videlicet cum turbis & cum violatione realis possessionis ab A. C. addictis Concivibus in anno N. habitæ, aut cum alio quocunque illorum reali damno ejus introductio conjuncta esset. Hujus exemplum illa controversia tum ad supremum Tribunal delata quoad integrum suum complexum plurimas violentias factique vias a subditis saltem narratas comprehendens constituit. Et ipsa quoque Capellæ erectio ab iisdem non omnino immunis videbatur, si omnes circumstantiæ in facti specie occurrentes & a subditis ac Statibus Provincialibus Hildesiensibus A. C. addictis narratæ in considerationem simul vocentur. Nam dominium & proprietatem fundi a communitate prætensum in eoque gravaminis rationem positam fuisse Instrumentum desuper erectum, α) præterea ipsismet subditis A. C. addictis eo fine collectam injunctam fuisse, supplica supremo Imperii Dicasterio exhibita plenissime enuntiat. β) Neque minus propterea

Ad §.XV

α) Conf. ex Facti Specie, oder wahrhaften Bericht und vorläufiger Gegen-Remonstratione Lit. L. L. L. Instrumentum publicum super Actu:

Der wider den zu Westfeld, auf der Gemeinde Anger vorhabenden Kapellen-Bau, und dazu ab- und ausgestochenen Platzes, und bereits angefangenen Mauren-Bau bey Ihro Hochwürden dem Herrn von Beissel zu Westfelde geschehenen Protestation, Contradiction und Reservation.

In verbis: Zuwissen seye durch dieses offenbare Instrumentum, daß .... der treu-fleißiger Priester und Seelsorger der evangelischen Kirchen und Gemainde zu Westfeld .... mir Endes-benenneten Kaiserl. Notario zu vernehmen gegeben, und angezeiget, daß er und die Gemainde wegen des nahe bey dem in seine Pfarr mitgehörigen Dorfe Westfeld jetzo von denen katholischen Religion-Verwandten vorhabenden-Kapellen Baues, und auf dem gemeinen Anger darzu abgestochenen Platzes dagegen zu protestiren meines Notariat-Amte benöthiget....

β) Ibidem sub lit. H. H. H. Unterthänigste höchstgemüssigte Supplicatio pro arctiori vel saltem ulteriori Mandato &c. in verbis... Zu solcher Behuef auch einige Kapel-

rea competentia fori in supremo Imperii Dicasterio secundum supplicam exhibitam fundata existimari poterat, cum violatæ Pacis publicæ & Religiosæ punctus manifeste obtenderetur, & in subsidium etiam, sicut ratione spoliorum simul occurrentium, connexitas causæ prætexeretur. γ)

Cæterum Tyroni satis constat, mandata ejusmodi cum clausula, quale hoc ipsum intuitu Capellæ in Westfeld diserte a reliquis punctis distinctum fuit, δ) emanata a sententiæ definitivæ efficacia quam longissime distare, & nudæ citationis effectum habere, parte vero comparente suaque fundamenta & exceptiones deducente in ordinarium processum simplicis querelæ degenerare.

§. XVIII.

Denique §vus prioris Dissertationis XLVII. totus in eo versatus fuerat, ut per exempla, facta & praxin utriusque Religionis Statuum atque Magnatum, qui hactenus pluribus in locis exercitium quoddam alterutrius Religionis, quod in anno Normali non fuerat, in facie totius Imperii, & Catholicis sive Statibus sive subditis nec mussitantibus introducere sibi integrum existimarunt, ad oculum demonstrarem, principium illud Status & observantiæ habitualis anni Normalis, invita licet litera & mente Pacis, toties a Neotericis A. C. Doctoribus decantatum, praxi ipsa destitui, indeque potius mutuam illam & exactam æqualitatem inter utriusque Religionis Status per Pacem W. stabilitam exigere, ut, quod Status, Protestantes vi superioritatis Territorialis sibi justum existimant, idem & Catholici æquum sibi ducere possint.

Praxis vero Hildesiensis Principatus indulgendi ibidem subditis A. C. novam templorum erectionem in locis, ubi antea non fuerunt in anno Normali, id

Kapellen in specie zu Westfeld von neuem auferbauet, und darzu von denen Unterthanen eine gewisse Collecta gesammlet werden wollen, diejenige aber, welche auf solche Weiß von der evangelischen zu der katholischen Religion beredet....

γ) In contextu: Nunmehro die super fracta Pace Religiosa allenthalben stattlich fundirte contra quosvis turbatores indistincte competirende Klag... wider die obenberührte Kirchenstürmer und violatores dictæ Pacis Religiosæ vor diesem höchsten Gerichte an, und auszuführen, um so mehr sich höchst genöthiget befinden.... worzu auch endlich dieses höchsten Gerichts erforderte Jurisdiction ex immedietate & causæ continentia zu satter Genüge fundiret ist.

δ) Lit. I. I. I. Mandatum ulterius de administrando impartialem justitiam juxta Instrumentum Pacis & Recessum Consistorialem abolendoque Gravamina, uti & Cassatorium & inhibitorium de imposterum non turbando vel gravando, sed restituendo omnia in pristinum statum sine nec non Mandatum inhibitorium simplex in puncto des vorhabenden neuen Kapellen-Baus zu Westfeld *cum clausula*.

si ipsum pariformiter demonstrat, licet alia etiam non essent, quam Monasteriis per Recessum Brunsuico-Hildesiensem restitutis & per Pacem W. relictis vicina; siquidem & in his argumentum Status habitualis Anni Normalis subditis A. C. non suffragabatur. Consentiendo enim in Monasteriorum, in quibus antehac sua sacra perceperant, restitutionem nihil sibi præservarunt, in pago autem communitatis vicino in Anno Normali nulla fuerat Ecclesia, unde, si Status Anni Normalis tanquam regula observari voluisset, ad aliquam ibi erigendam Princeps nequaquam adstringebatur, subditi tamen obtinuerunt, quod ergo sibi voluerunt fieri, cur Catholicis cum Domino quoad Religionem consentientibus vi Regulæ Territorialis fieri invideant?

Ad scopum istum pauca etiam exempla a D. STRUBENIO non negata sufficiunt. Plura exhibere haud difficile erit rursus iis, qui de domestico Principatus Hildesiensis Statu propiorem habent notitiam.

§. XIX.

Pro Coronide demum cum Ill. D. STRUBENIUS nihil ultra habere se afferat, quam supposito sæpissime laborare illam de facultate introducendi simultaneum innoxium sententiam, cum vix simultanei Catholicæ Religionis exemplum hactenus exhiberi posse putet, ex quo plura subditis A. C. ejusdem loci incolis incommoda & damna secuta non fuerint, & secutura posthac non prævideantur. Panicum hunc metum jam me prævertisse existimo, cum jam antea inter reale aliquod detrimentum, damnum, aut jacturam subditorum juxta leges Imperii nunquam permissam, & inter incommoda ex accidenti tantum indirecte, ex malitia & imprudentia hominum sive Catholicorum sive, ut persæpe non minus fieri amat, malevolo ex livore & odio irrationabili cohabitantium diffidentium sequi solita, atque alia mere imaginaria atque ex delicato nimis ac subditorum conditionem dedecente sui amore ac dominandi pruritu præfigurata distinxerim. Hac distinctione adhibita præter alios æquanimes Doctores A. C. addictos HENNIGESIOS, DECKHERROS, MOSEROS &c. idem supra laudatus PFANNERUS testatur, commode satis Protestantium sacra cum Catholicis uno in loco convenire posse, idque tot urbium exemplis compertum esse. Illa certe incommoda, quæ assignare eidem D. STRUBENIO placuit, alia non sunt, quam quæ ad unum vel alterum horum censum & ordinem referri mereantur, indeque vel a Domino Territoriali ex debito officii præverti, aut forti brachio coerceri, vel a subditis, quibus nihil realitatis aut Juris quæsiti decedit, vi communis & pacificæ cohabitationis in Imperio per leges publicas præceptæ, ac in reverentiam & obedientiam Domino secundum easdem Jure suo utenti debitam sustineri debeant. Unde concludendum venit, saltem tum, ubi vel præfata damna realia penitus absunt, vel imaginaria in-

commoda intra terminos æquitatis temperantur, Simultanei sæpe dicti introductionem in Thesi & quoad substantiam ex abrogatione Recessus Brunsuico-Hildesiensis non esse interdictam, & si quod, turbativum nimirum possessionis realis subditorum, sit prohibitum, ejus prohibitionis fundamentum in mera observantia habituali Anni Normalis non esse reponendum.



Animadversiones Editoris.

Ad §. X. Auctor hic atque alias etiam mentionem facit celebris illius Declarationis ita dictae *Ferdinandeae*, quod cum et in aliis hinc inde Dissertationibus Tomi hujus fiat, non incongruum erit praecipua de eadem hic attexere. Pace nimirum Religiosa conclusa cum Catholici Status Ecclesiastici complures praecipue Elector Moguntinus in terris Eichsfeldiacis, et Abbas Fuldensis in ditione sua Jus Reformandi acrius urgerent, Protestantes vicennio ferme postea Pacem primum produxerunt Declarationem quandam, quam inquiebant a FERDINANDO I. Rege Paci Religiosæ pridie solennis ejus publicationis nimirum 24. Septemb. adjectam, atque vi cujus nobilitas, civitates, subditi A. C. addicti sub Dominis territorialibus Ecclesiasticis Exercitium Religionis retinerent, prout illud a longo tempore usque ad illam Pacem conclusam exercuissent: Conf. LEHMANN *L. 1. de P. R. C. 24.* ubi hanc Declarationem integram sistit Anno 1575. in conventu Electorali Ratisbonae Electores seculares tum omnes Protestantici praeter Bohemum necdum in iis conventibus comparentem Declarationis hujusce substantiam atque executionem Capitulationi ipsi inseri voluere, Ecclesiasticis Electoribus renitentibus atque id praecipue obmoventibus, esse adhuc in vivis Conciliarios suos complures, qui ipsis Tractatibus interfuerint, neque tamen unquam aliquid de Declaratione ista cognitum habuerint: *Conf.* der geistlichen und weltlichen Churfürsten *Disputat* und Mishelligkeit wegen Kayser *Ferdinandi Declaration* und Erklärung über den Religionsfriden und dargegen verübten Beschwehrungen apud LEHMANN *L. 2. de P. R. C. 15.* Electoribus ita inter se discordibus e Capitulatione expuncta mansit et controversia isthaec ad Comitia proxima a *Maximiliano* Imperatore rejecta. In Comitiis 1576. Ratisbonensibus equidem de Declaratione ista plurimum disceptatum Protestantibus, etsi alias nil solennius ipsis esset, quam subditos Domini sui Religionem sequi debere, Recessui eam Impe-

perii inseri volentibus, Catholicis id negantibus, ejusque authentiam constanter rejicientibus LEHMANN *l. cit. C. 29. 38. 39. &c.* Anno 1582. Electores quidem Protestantici satius esse existimarunt, ut in Comitiis Augustanis de ea Declaratione praescinderetur, aliis Protestantibus acerrime repugnantibus, negantibusque id sine evidentissimo Religionis Protestanticae praejudicio fieri posse: LEHMANN *l. cit. C. 44.* Egerunt nihilominus Electores Protestantici cum Ecclesiasticis amice, ut per modum conniventiae saltem subditis suis Religionis Protestanticae exercitium permitterent, his reponentibus ex mente ipsorum Protestantium ejusmodi quid a superioritate territoriali dependere, eaque se usuros ita, ut Deo ac Caesari rationem gestorum reddere rite queant. Vid. *Resolution* der Churfürsten Maynz und Trier samt Chur-Cölln. Räthen auf die fürgesezte mündliche und in Schriften *communici*rte *Conferenz* über der *A. C.* Verwandten *Gravamina apud* LEHMANN *l. cit.* Recoxerunt quoad hanc Declarationem postulata sua Annis 1594. et 1598. in Comitiis, et quidem in prioribus apud LEHMANN l. cit. inquiunt: "So will mann auch die Declaration des Religionfridens, so weyland Kayser Ferdinand Hochlöblichster „und Christmilder Gedächtnuß unter Ihro Kayserl. Maj. Hand und Sigel „gegeben als unkräftig anzihen und deuten, bey welcher Kayserlicher Erklä„tung die Stände Augspurg. Confession sich nochmahls zu erhalten und zu „schützen und hiebevorgesezter Beschwehrungen allergnädigst zu erledigen bit„ten." Catholici denuo hanc Declarationem a se minime agnosci ut authenticam reposuerunt, uti videre est in der Catholischen Stände Ablaynungs-Schrift *l. cit.* In Tractatibus deinde pacis Westphalicae denuo a Protestantibus non una vice ad hanc tam famosam Declarationem appellatum fuit. Praeter LEHMANNUM antea citatum videri etiam potest MOSER ad *Capitulat. Caroli VII. Part. II. p. 52. seqq.* ubi Protocollum Electorale de anno 1575. quo praesertim de hac Declaratione disputatum fuisse diximus adducit, inter alia Electores Ecclesiastici ne in Archivis quidem suis et Moguntinus praecipue in suo exemplum quoddam hujus Declarationis extare affirmant, neque sibi quicquam tanquam Archi-Cancellario de ea ab Imperatore insinuatum fuisse idem Moguntinus asserit.

Id primo mirum, quod huic Declarationi tantum deferri voluerint Protestantes, cum tamen alteram quandam FERDINANDI declarationem de Reservato Ecclesiastico etsi ipsimet textui pacis insertam tanquam pondus quoddam habentem paulo post Pacem Religiosam agnoscere recusaverint:

Illud quoque dein adhuc hic breviter animadvertendum, huic potissimum fundamento systema suum de genuino sensu *Art. 5. §. 31.* nequidem ad subdi-

tos Dominorum territorialium Catholicorum Laicorum extendendo, inaedificasse *celebrem Abbatem ad S. Emmeranum* KRAUSIUM, quod fundamentum libertatis exercitii Religionis pro subditis petendae, ut ex ipsis Actis conatur ostendere, nonnisi fuerit in Tractatibus P. W. haec ipsa Declaratio *Ferdinandea*, quae nonnisi expressis verbis de subditis Dominorum territorialium Ecclesiasticorum loquatur: sed in hanc litem satis inter eundem et STRUBENIUM decertatam ingredi hic animus mihi non est.



IX. CA-

IX.

CAROLI CASPARI DE PIDOLL
DISSERTATIO INAUGURALIS EX S. R. I. JURE PUBLICO
DE
LAUSULA ART. IV. PACIS RYSWICENSIS.
Treviris 1762.

Occasio scribendi.

I.

Jum anno lapso 1761. *Ratisbonensibus* Comitiis diluculum aliquod Pacis universalis, *Augustæ Vindelicorum* tentandæ, apparuerat, mox quoque in enam processit attentio contra celebrem illam *clausulam* Art. IV. Pacis RYSWIENSIS: *Religione tamen Catholica Romana in locis sic restitutis* IN STATU, UO NUNC EST, *remanente*.

* Nempe tunc anno 1697. Rex Christianissimus LUDOVICUS XIV. restituit S. R. Imperio insignem terrarum Rhenensium tractum, partim *via Reunionum*, partim *jure belli*, eousque occupatum; ea tamen lege, ut in locis, SIC, id est, *per medium Pacis illius*, a Gallia *restitutis*, remaneret Religio Catholica Romana, sicut *tunc temporis* erat. Listam restitutorum locorum distribuit Ratisbonæ Legatis, Moguntino, & Saxonico, anno 1699. Legatus Galliæ Dom. de *Chamois*. Petia hæc originalis, quam vidi, valde rara est, quia ne tunc quidem quilibet eam habere potuit a Legato, paucis exemplaribus proviso, quæ Parisii miserant ipsi: est in folio ab A usque ad lit. Q. inclusive, sub Rubro: *Liste des lieux compris par la derniere clause du quatrieme article du Traité de Riswick;* habetque formam tabellæ, sive schematismi: Exhibet 1.) *Loca pure Catholica*, atque inter hæc plurima, quæ ante, sub, & post annum normativum 1624. semper fuere Catholica citra ullam mixturam, velut *Augusta Trevirorum*, *Balliviatusque Electorales omnes* Mosellani, *Marcetum* cum *Saar-govia*, vallis *Nalbacensis &c.* 2.) Loca *mixtæ Religionis*, sive *ab olim*, sive *a tempore reunionum*, & belli novi de an. 1688.; adeo, ut non sequatur: *hic locus est positus in Lista: ergo Religio Catholica ab anno 1679. illic per Gallos*

los fuit introducta; id quod bene tibi nota. 3.) Quæ fit in locis mixtis *Religio dominans*, id est, *Domini territorialis*, circa quod notamen Listæ acciderunt hucusque mutationes, veluti quoad Principatum *Birkenfeldiæ*, & Ducatum *Bipontinum*. 4.) Quas ecclesias possederint Catholici *communes cum Protestantibus*, quas *pars alterutra sola*. 5.) Quas Rex Catholicis erexerit *noviter*, atque dotaverit. 6.) *Quibus mediis* sustententur ecclesiarum ministri. 7.) Quæ *innovationes* contra Catholicos acciderint post conclusam Ryswici pacem, quæ a novantibus emendatæ, vel non. Meretur hæc petia *Commentarium* experti viri *cum emendatione nævorum*, qui irrepserunt in Listam ex eo, quod *Rhemensis* Archiepiscopus, vi Regiæ commissionis informationes colligens, circulare scriptum, quod clariss. D. MOSER a *Filseck* in suo tractatu peculiari de hac clausula 1732., nunc pariter raro facto, pag. 166. edidit, direxerit *ad Pastores animarum rurales*, quorum perfectæ & justæ in omnibus notitiæ, non semper fideri^c, nequid dicam *de malis expressionibus nominum*, quæ loca habent. Copias listæ dederunt, Adamus CORTREJUS in *Corpore Jur. publ. S. R. I. part.* 3., & prælaudatus laboriosissimus vir *Joan. Jacob.* MOSER im vollständigem Bericht von der, so berühmt, als fatalen clausula &c., ubi tamen propter formam typi sui in 4. ex una originali tabula fecit sex, cum indice alphabetico locorum, quem etiam dedit *Ahasverus* FRITSCHIUS *opusc. var.* in fol. *Tom.* 1. pag. 782.

II.

Quippe cum præcellens Legatio *Trevirensis* in Electorali Collegio die 27. Jul. primum votum eo dedisset, ut futuræ pacis gerendum quoque nomine totius Imperii negotium Augustissimo Imperatori nostro FRANCISCO I. concrederetur, sub appendice tamen 7. desideriorum, quorum primum pro *basi pacis* novæ pacem Westphalicam, *aliasque eam secutas*, ab Imperio ratihabitas *pacificationes*, constituit: * mox sub herba generalitatis verborum latere *Clausulam Ryswicensem* suspicatus Legatus Electoralis *Saxonicus*, pro parte Evangelicorum omnium eandem ab his subintelligi nolle, comi, & amico cæteroquin suffragio declaravit. **

* Desiderium 1. Daß dem künfftigen Frieden der Westphälische, und andere daraus gefolgte, vom Reich genehmigte Friedens-Schlüsse zu unverbrüchiger Beobachtung zum Grund zulegen seye: In idem recidit votum *Salisburgense* in Collegio S. R. I. Principum: 1mo wären in dem künftigen Friedens-Instrumento der Westphälische, und andere nachhero geschlossene Frieden, woran das Reich Theil hat, zu bestättigen, und in allem, was sie verordnen, aufrecht zu halten. Impress. Ratisb. in 4. an. 1761. sub Rubro: Acten Stücke, die bey der Reichs-Versammlung wegen des bevorstehenden Friedens-Geschäfftes angestellte Berathschlagungen betreffend, pag. 10., & 28. Hujus impressi Protocolli trium Collegiorum plura millia exemplarium feruntur esse confecta.

** Chur-Sachsen. „Gleichwie das &c. Et infra: und obschon übrigens die Meinung ganz nicht seye, daß man jenen, dem obigen vortrefflichen Chur-Trierischen Voto appendicirten 7. besonderen Puncten einiger weise sich zuwider erklären wolte,

oder dagegen überhaupt etwas einzuwenden gedencke, so müsse man gleichwohl bey dem ersten sothaner Puncte ad verba: und anderen nachhero geschlossenen Frieden &c. nothwendig erinneren, daß darunter der Ryswickische Friede, und die bekanntlich in dessen *IV. Art.* befindliche *Clausul*, so wenig zu verstehen, und mitzubegreiffen seye, daß vielmehr desfalls gesamter Evangelischer Reichs-Seite quævis competentia vorzubehalten wären, und solche ausdrücklich auch diß Orths sich hiemit reserviret würden. Impress. cit. pag. 17. Similiter in Collegio Principum Hessen-Darmstatt, daß man unter der, in puncto 1mo zum voraus gesetzten Bestättigung des Westphälischen, und anderer, nachhero geschlossenen Frieden, woran das Reich Theil hat, und deren Aufrechthaltung in allem, was sie verordnen, keines weegs den Ryswickischen Frieden, und besonders die, in dem *Art. IV.* desselben enthaltene *Clausul*, mitverstehe; vielmehr aber wolle man in Ansehung derselben sich, und dem Evangelischen Theil, quævis competentia dagegen ausdrücklich *reserviret* haben: Adhæserunt Mecklenburg-Schwerin, & Güstrau. Ibid. pag. 54. & 61.

III.

Non erat de tempore, tunc resuscitare *antiquas* de hac clausula *contentiones*,* quæ ipsæ quo plus accrescerent, eo minus, propter magnitudinem materiæ, *inter deliberanda* in pacis congressu produci possent; maxime, cum præsens bellum non fuerit *propter Religionem* motum, nec in eo res sit Catholicis *qua talibus* cum hostibus Augustissimæ Imperatricis, ejusdemque confœderati Regis Galliæ; atque alias *extra religionis causam* gravissimæ, pene insuperabiles super invenienda satisfactione belligerantium, aliorumque sociorum, difficultates ob oculos versentur;

* Has laboriose collegit in prælaudato tractatu clariss. MOSER, clausulam vocans inexhauribilem jurgiorum laticem, eine unerschöpfliche Hader-Quelle; prout quoque clariss. PÜTTER *in Element. Jur. pub.* §. 799. de eadem dicit, quod *fœcundissima infausti ominis disputandi materia, novorumque gravaminum mater* fuerit. Ita fere ad LEOPOLDUM M. Legatis exterarum Potentiarum anno 1702. *inauspicata, & importuna novitate sua fœcunda litium materia visa est; quam Gallicani alio fine non condiderint, atque velut quoddam Eridos pomum in medium projecerint, nisi, ut hoc pacto prorsus subdolo, discordi cum membris Capite colliso, compages utrinque soluta pessum iret.* Idem pag. 189. Si hoc, necesse profecto est, ut discussio, atque evacuatio harum contentionum, quæ per concomitantiam attraheret farraginem disputationum super aliis *extra clausulam* gravaminibus Religionum, hinc inde prætensis, ab ipso limine futuri congressus pacifici prohibeatur.

IV.

Quapropter sapientius Comitiis nostris visum est calcare viam, jam inde Electione CAROLI VI. Imp. de an. 1711. placitam, atque in novissima Capitulatione *Art. IV. §. 12.* repetitam; nempe, quod Status *Augustanæ Confes-*

sionis protestarentur contra inclusionem tacitam clausulæ, *Catholici* vero ha eorum cautelam suo loco relinquerent. *

* Hoc breve Expediens proposuere, in *Electorali* Collegio *Moguntinum*, in *Pri cipali* Senatu *Salisburgense*, Directoria: prudenti hujus, ni animositates r ligiosæ refrigerentur, *interminabilis controversiæ* declinationi mox consense Legati, etiam illi, qui sibi *adversus clausulam* caverant, Electoralis *Saxon cus*, Sueco-*Pomeranus*, Megapolitano-*Suerinensis*, Hasso-*Darmstadian* cum cœteris votis:

V.

Servato itaque usitato concludendi ordine, denique 7. Aug. 1761. *prim illud* desiderium ad Augustissimum, Imperii quoque necessitates, & commo in suas curas tunc clementissime suscipere dignatum, per vota majora *trium Co legiorum* his verbis conceptum est, atque ad S. Cæsaream Majestatem dir ctum: *

* Daß dem künfftigen Frieden der Westphälische, und andere darauf-gefolgte, vo Reich genehmigte Friedens-Schlüsse (worunter die *A. C.* Verwandten den *Ry wickischen* Frieden nicht verstanden haben wollen; die Catholische aber s thane *reservation* an seinen Ort ausgestellet seyn lassen) zu unverbrüchlic Beobachtung zum Grund zulegen seye. Cit. Impress. Protocollor. pag. 84. 19 199. 202. Et accessit huic Concluso ratificatio Cæsarea d. d. Viennæ 15. Au 1761. *Ibid. pag.* 206.

VI.

Equidem *Brandenburgica* Legatio tam in Electorali, quam Principal Collegiis sub titulis Chur-*Brandenburg*, & *Magdeburg*, *separata conclusa* * s nomine Corporis Evangelicorum dictavit ad protocollum; veruntamen adh sione unanimi caruit, tanquam *non existente casu itionis in partes*.

* In his principaliter Legationes illæ obnitebantur *fiduciæ Statuum in Cæsare* quo minus EI committatur interesse Imperii, sicut alias factum erat sub C ROLO VI.; concomitanter autem dicebant, Catholicos suis propositionibu ac votis *eo collimare*, ut *per indirectum* instaurent, firmentque Clausulam *Ry wicensem* cum III. Art. *Badensi*, ac tanto sanguine partam pacem *Westphalica* una cum re Protestantium in Imperio, uno velut ictu prosternant: cui pe culo sufficientem securitatem illa supra descripta reservatio haud afferret. *Ibi pag.* 115. 119. & 134. Voluere igitur, *unicam futuræ pacis constitui ba Westphalicam Pacem*, sine quavis detractione. Verum! qui prosternetur *P Westphalica*, dum hæc *communi Catholicorum*, & *Protestantium voto* jubet fore *basis?* Stare hæc potest cum *particularibus* conventionibus contrarii per *Art. V.* §. 31. *in fin.* Ryswicensis Clausula est tantum *particularis convent* pro certis territoriis. Si igitur contingat, *Ryswicensem*, ac *Badensem* pac *absque detractione Clausulæ*, & *citra ullius reservationis* contrariæ *admissione* poni *simpliciter* una cum Pace Westphalica pro fundamento; tunc sine cont riet

rietate erecta perstabit *ampla pro terris aliis latissimis regula cum modica particularitate, quoad illa duntaxat loca*, quibus per *reuniones*, & *arma Gallica*, vel *alias*, medio tempore inter an. 1624. & 1697. superinductum fuit *Simultaneum templorum*, & *redituum;* aliud quippe illud *Simultaneum*, quod A. C. addictis reliquit privative templa, & reditus, in anno 1624. sic possessos, de se est innoxium, nec Pace Westphalica prohibitum, ut inter Protestantes agnovit Henniges *ad I. P. Art. V.* §. 31. *Lit. A.*, ipsismet Protestantibus hoc sæpe introducentibus.

VII.

Aboleri debere in proxima Pacificatione clausulam *Ryswicensem*, nemo, si serio cupit finem belli, in Germania furentis, *prudenter*, nemo *salva humanitate juris gentium*, a Rege Christianissimo, vel Catholicis, petet: *

* Pace, diutius haud dilata, *Protestantibus populis*, per Silesiam, & adjacentes Ducatus, per Marcam Brandenburgicam, Lusatiam, utramque Saxoniam, Hassiam, Westphaliam, &c. bello misere vexatis, plus opus est, quam Regnis Catholicis: continuetur hoc bellum, donec *favore aliorum Protestantium*, qui Rhenum, Mosellam, Nicarum inter habitant, nec sunt præsentis theatrum belli, abolita sit clausula! Quot, quantique Protestantes moram hanc sufferre poterunt propter socios fidei, quiete sua fruentes, modo seposita æmulatione velint? Non ita victricia sunt arma Protestantium, ut Gallis, cum duplici exercitu ultra Rhenum consistentibus, extorquere possent *abolitionem clausulæ:* Et si quidem hoc possent, an humanum esset, tot millia Catholicorum, qui hactenus sub clausulæ Palladio tuti vixere, sedibus suis expellere, aut remanentibus exercitium Religionis publicum auferre? Quæ duritia, nolle prius, nec aliter suos ex calamitate summa trahere, nisi conjectis in novam calamitatem Catholicis? Nonne vel exhinc de novo seminarentur mutua per Germaniam odia? Fatentur ipsimet Publicistæ Protestantium, quod intercessiones Exterorum potentissimæ, omnesque occasionum favorabilium arreptiones, hactenus istam abolitionem obtinere non potuerint: an modo adest eis favorabilius obtinendi momentum? Si non, consultius erit, *in negotio cum exteris gerendo* de hac materia tacere, imo adeo quoque *in* ipsis Imperii *Comitiis;* quia nihil *generale* est, quod omnes tangat, sed res *singulorum territoriorum*, quæ concernit hæc clausula, *Dominis* committenda, ut *pro circumstantiis cujusque loci particularis* gravamina, post clausulam suborta, *particulariter*, hac retenta, secundum regulas humanitatis, & socialis vitæ, componantur; quam parum enim per *Comitia*, quam parum per *proposita media generalia*, hactenus aliquid effici potuerit, docuit nos experientia.

VIII.

Quapropter prævidendum merito, atque a Christianissimo Ludovico XV., qui non patietur evelli, quod victoriosissimus Ludovicus XIV. inde ab anno 1673. plantavit, anno 1697. pace publica firmavit, anno 1714. constanter retinuit, indubie sperandum est, basin futuræ pacis fore, sicut in

 Badensi,

Badensi, ac Viennensi de anno 1738., Paces, *Westphalicam*, *Ryswicensem*, 1 *densem*, ac *Viennensem*, simpliciter. *

* Quam enim potentissimo Regi clausula hæc sit cordi, palam factum est temp re Conferentiarum præliminarium, ante electionem CAROLI VII. Bavari p construenda Capitulatione Francofurti habitarum: ubi sub-Legatus Gall BLONDELLUS, confœderatione Regis cum Potentiis Protestantibus adve sus Domum Austriacam non-obstante, cordate declaravit, malle Regem pe dere coronam, quam dimittere pacis Ryswicensis clausulam; CAROLI VII. autem, qua Bavariæ Elector, non affectari a se diadema Cæsareum si lege abolendæ clausulæ: adeo, ut tunc nihil effecerint magna studia conn tentium adversus Clausulam Legationum: Unde tunc res mansit in contrad ctoriis, ac pede Capitulationis de an. 1711., quem dedit Moser *ad Capit* CAROLI VII. *part.* 2. *art.* 4. §. 11. & 12. *pag.* 213. Vid. infra Sect. II §. 34.

IX.

Justitiam vero, & constantiam hujus clausulæ adversus molimina plu quam sexagenaria ob conspectum ponam his sectionibus:

1. *Clausula Ryswicensis etiam a Statibus Imperii Protestantibus semel acceptat fuit:*
2. *Ejus beneficium non abstulit Religioni Catholicæ nova belli declaratio, contr Regem Galliæ anno 1702. ab Imperio facta.*
3. *Firmata est per pacem Badensem anno 1714.*
4. *Eluctata est ex motibus, postea adversus eam concitatis.*
5. *Retenta in Pace Viennensi anno 1738.*
6. *Agere ex ea possunt dejecti, vel turbati Catholici.*
7. *Etiam hi, qui in Bipontino Ducatu consistunt.*

SECTIO I.

Clausula Ryswicensis etiam a Statibus Imperii Protestantibus semel acceptata fuit.

I.

Ponit clariss. D. Professor Göttingensis J. Stephan. PÜTTERUS * has du Theses: 1.) *Ipsi demum Paci, singulari fato, & inaudito exemplo*, INTRUS *Clausula*, 2.) *a Corpore Evangelico*, JURE, MERITOQUE *haud agnita.*

* Ele

* Elem. Jur. publ. §. 698. & 699. Et hæc est ordinaria eorum epithetatio, ut *infestam*, *funestam*, *fatalem*, *summe præjudicialem*, *periculosam*, *concordiæ Statuum inter se*, *atque securitati A. C. Addictorum*, *inimicam*, *merito proinde non agnitam* appellent.

II.

Singulare fatum vocare videtur *propterea*, quia A. C. Addicti non sunt in locis, sic *a Gallia victrice* Imperio redditis, restituti *usque ad Statum anni normativi 1624.*; &, quia illi Catholici, qui istis in territoriis eo anno caruere exercitio Religionis publico, non fuerunt expulsi ad vota devictorum. *

* Sed *singularem* potius *fortunam* dixero, quod 1.) terræ illæ *erga conditionem tam levem* demum e manu Regia, sub qua & jugum gravius, & forte plus adhuc mutationis quoad sacra, sensuræ fuissent, dimissæ, quod 2.) devictis sua sacra relicta, nec ipsi ex Palatinatu, aliisque Catholicorum territoriis, cum laribus suis penitus ejecti fuerint: incommodum qui patitur, is non debet hoc metiri ex *pristino statu meliore*, sed *ex ultimo deteriore*, cui per susceptionem incommodi subtractus fuit. Fati quidquid erat, adscribatur partim Angliæ, atque Bataviæ, recedentibus a fœdere Imperii, & prius *peculiares paces* cum Gallia concludentibus, quibus facile accesserunt Hispani; partim his, qui posthabitis Anglorum, Belgarumque hortatibus, oblatas in Julio a Gallis conditiones acceptare nolebant; nec minus ipsis Protestantium Adlegatis, qui *gravamina Religionis nimia exhibentes*, *omniaque in pristinum statum restitui volentes*, ita, ut inter ipsos fœderatos non satis conveniret, tractatus pacis multitudine monitorum suorum retardarant. STRUV. *Corp. Hist. Germ. period.* 10. *Sect.* 11. §. 85.

III.

Inaudito, quod ait, *exemplo*, illuc refertur; quia, dum totum pacis instrumentum videbatur esse absolutum numeris suis, & nonnisi Notariorum manus ad mundandum desiderari; pridie diei ad subscribendum præfixæ, 29. Octobr. post noctis undecimam, Legati Gallorum *inopinato* prorupere cum Clausula, Articulo IV. apponenda. *

* Ergo Legatorum *in perveniendo ad scopum* solertiæ sunt *inaudita exempla!* Et quid tum? Nonne etiam *Josue* 9. v. 3. calliditas Legatorum *Gabaon* fuit curiosum, & inauditum exemplum? & tamen placuit. Pacis conventio ex usu gentium ejus naturæ est, ut *ante subscriptionem* mutare liceat, vel addere: imo articulo III., per quem pro basi, ac fundamento jaciebatur Pax Westphalica, & Neomagensis, eaque *statim a commutatis ratificationum formulis* IN SACRIS, *& profanis* plene exequenda, mox subjungebatur clausula hæc, petentibus Gallis; *nisi*, *quatenus aliter expresse conventum fuerit*: libera ergo manus relicta fuit Gallis, de alio quodam, in sacris locorum sic restitutorum servando, expressam conventionem limitativam adhuc proponendi.

IV.

Intrusam, quod ait, Clausulam, eo pertinet; quia Galli *sub comminatio ne abrumpendorum pacis tractatuum* ejus indilatam admissionem postulaveran bellum ajentes continuatum iri *adversus non-subscripturos*, & nominatim e ipso *Articulum Brandenburgicum* pro expuncto e tabulis pacis, cum Anglis, Bi tavisque conclusæ, censendum fore: contra firmitatem Gallorum nil profec runt remonstrationes, Cæsareanorum, & Adlegatorum Imperii, nil interpo sitiones Legationum, Mediatricis, Anglicæ, ac Batavicæ: repetita Regis jus esse dixerunt, illo adhuc die subscribenda. *

* *Obtrusionis vitium* hosti, pacis a se proposita capitula *celeriter*, ac *strenue* urgen ti, a demum consentientibus opponi nequit: laudant Politici in cunctis Min stris *celeritatem*, & expeditionis *strenuitatem*: si tale quid tali modo a Gall obtinuissent Germani, panegyres sibi fecissent. Ipsa *armorum vis* pacis valo non nocet, quanto-minus *metus*, & *comminatio*? Natura enim pacis es *ut sit ex vi*, & *metu*: hostis, qui bello major fortunam manu tenet, leg alteri parti *jure gentium* præscribit etiam *usque ad servitutem*, juri natura contrariam; nec tenetur ei multum temporis concedere, ad deliberandun utrum velit. Sors hæc Germaniam tunc tetigit *etiam quoad profana*, in qu bus multa per dictaturam Victricis Galliæ *obtrusa* fuere, tamen servanda. I vero, quoties non ipsimet Protestantes Catholicis, in angustia rerum consi tutis, obtruserunt, tam in sacris, quam in profanis, res ipsis extreme disp centes, *longeque majoris præjudicii*, quam sit Clausula?

V.

A *Corpore Evangelico*, *qua tali*, & *seorsim a Catholicis* sumpto, non fi necesse, ut ista clausula specialiter agnosceretur: * fuit agnita *ab Imperio u versim*, *pure* ac *simpliciter*, Pax Ryswicensis *integra*, sine exceptione Clausul: sicut Legati Galliæ ad Protocollum Mediationis 30. Octobr. 1697. petiera *d'accepter purement*, & *simplement le Traitè*. FABRI Staats-Cantzley *Tom. pag.* 779.

* Non erat Galliæ bellum cum *Corpore Evangelico qua tali*, nec *religionis caus* sed *cum Cæsare & Imperio in concreto*, propter *causas politicas*; hinc Catho cis, qui plurimum in dilatione periculi, nihil autem spei contra clausulan fore viderunt, demum *media nocte* 30. Octobr. tabulas pacis signantibus, a cesserunt *Protestantes* Adlegati, Ducis *Würtenbergici*, Comitum scamni *W teravici*, Civitatis *Francofurtensis*, & *Augustæ Vindelicorum*, quæ mixta e ut constat ex subscriptionibus: cæteris, qui, causantes instructionis suæ co trarium, tunc subsignare nolebant, instantibus Cæsareanis, indulgebant Ga spatium termini, ad permutandum in *Art.* 59. præfixi, *sex nempe septiman rum*, intra quod equidem gauderent armistitii beneficio, attamen, vel Rysw vel Ratisbonæ particulariter declararent, suos Principales in specie consensi

Re

Ratificationi imperii, ni malint pro exclusis censeri. MOSER *Tract. de Claus.* §. 13.

** Post tergiversationes, quas dolor, pudorque solet facere hominibus, displicentia subituris, totum denique Imperium, nullo Membro excepto, *pure* ratificavit Pacem hac formula: „Postquam *in tribus Imperii Collegiis* super nupero decre„to Commissionis Cæsareæ, 20. hujus mensis dictato, uti & relationibus, a De„putatis Imperii, Haga Comitis huc transmissis, *deliberatio rite instituta* fuit; „*conclusum est*, Pacem, proxime lapsa die 30. Octobr. in arce Ryswicensi in „Hollandia inter Sacram Cæsaream Majestatem, *& Imperium* ab una, & Sa„cram Regiam Majestatem Christianissimam ab altera parte initam, cum Arti„culo separato sub eodem dato, *itemque Articulo includendorum, de quo die* „*9na Novembris conventum est*, EX PARTE IMPERII RATAM HABENDAM, AT„QUE APPROBANDAM ESSE; quemadmodum eam *prædicta tria Collegia* hisce „*omni meliori modo* approbant, ac ratam, & firmam habent, Sacram Cæsa„ream Majestatem, prævis obsequentissima gratiarum actione pro sua, in hoc „pacis negotio adhibita indefessa, paternaque cura demississime *rogando*, ut „& ipsa hanc pacem rati-habere, & firmare clementissime dignetur. Signa„tum Ratisbonæ 26. Nov. 1697. MOSER *loc. cit.* §. 28. Hoc subsecutum est 7. Dec. e. a. Verbo Imperiali promittimus pro Nobis, Nostrisque Successo„ribus, *& Imperio Romano, cujus Status Ratisbonæ congregati memoratam* „*pacem* vigore conclusi, die 26. proxime elapsi mensis Novembris facti, *&* „*ad manus nostras transmissi, approbarunt, & ratum habuerunt*, Nos omnes, „& singulos supra descriptos Articulos, & *quidquid tota hac pacis conventione* „*continetur*, firmiter, constanter, & inviolabiliter servaturos, atque execu„tioni mandaturos, *nullaque ratione, ut vel ex Nostra parte, vel per alios, con*„*traveniatur, passuros*, quomodocunque id fieri possit &c." SCHMAUS Corp. Jur. publ. pag. 1139. Hanc ratihabitionem, non tantum *puram*, sed etiam, propter versum *quidquid*, sese *ad quævis specifica* porrigentem, Imperator, Comitiis per decretum Commissionis 12. Dec. e. a. insinuari fecit, *abstrahendo* a desideriis Protestantium quoad punctum Religionis FABRI Staats Canzley Tom. 3. pag. 314.

VI.

Quisquis nunc novit, sive *requisita ad Conclusum Imperii commune*, a Cæsare approbatum, sive *vim, ac potestatem ratificationis alicujus pura, nullamque restrictionem continentis*; is certe assensum præbere non poterit scribentibus, *Clausulam a Corpore Evangelico haud esse agnitam.* *

* Unde per se cadit illud ICti anonymi corollarium 3. in Tom. 2. *Elect. Jur. publ.* pag. 507. Welche Stände des Reichs ihre Bewilligung in die Clausul nicht gegeben, dieselbe haben sich mit gutem Fug nach der Regul des Westphälischen Friedens zurichten, welcher allein unter den Reichs-Ständen, als ein Grund-Gesätz in Religions-Sachen zu achten: negatur enim suppositum, *aliquos* Imperii Ordines non consensisse; cum *Tria Collegia unitim*, & *cum Cæsare*, consequenter *totum Imperium cum suo Capite, etiam inter se*, ad sic ratificandum Pacem consenserint; nullus vero ostendi possit, qui *particulariter* ad Regem Galliæ (ad quem

quem debuisset) sui quoad clausulam dissensus protestativam lineam transmisisset.

VII.

Usque adeo vero ab eodem quoque Corpore *in suis votis communibus*, ad Catholicos directis, fuit agnita Clausula, ut ex tunc unice laboraret *pro genuina interpretatione ejusdem*, ne videlicet *extenderetur ad non-comprehensa*, atque *ut quam minime propter eam recederetur a dispositione Pacis Westphalicæ*, sicut videre est ex Actis Comitialibus. *

* Apud Moser *tract. cit. pag.* 139. & 141.; ubi Anno 1698. conclusum tale Imperii optarunt, talemque Clausulæ declarationem, daß eines theils die sich beschwehrende Stände vergnügt, und anderen theils es für keine Contravention, oder Friedens-Bruch aufgenommen werden könne, prout idipsum tulerat 11. Febr. e. decretum Commissionis Cæsareum. Et rursus *pag.* 142. d. d. 22. Sept. e. Es habe das Evangelische Directorium nomine Corporis dem Herrn Chur-Maynzischen Gesanden zu vermeldem, was gestalt disseiths vorlängst gewünscht, und zum öfftern bewegliche Instanz gethan worden, daß man sich über den Verstand der Clausul des Art. 4. Instr. Pac. Ryswic. amicabiliter vernehmen, und eines gewißens vergleichen mögte: requirentes Catholicum Corpus, damit hierunter eine gewisse Regula gesetzt und alle Unordnungen vermiedet werden können: addentes in fine: und gleichwie an Seiten deren Evangelischen via facti gegen den Ryswickischen Friedens-Schluss etwas zu verhängen man im geringsten nicht vermeint; also lebte man im gegentheil zu denen Herren Catholischen des gewissen Vertrauens, es werden dieselbe hierunter dergleichen thuen. Ibid. pag. 143.

VIII.

Animadvertentes autem Ordines Catholici, quod A. C. addicti Status tenderent, *generalitati verborum dare restrictum aliquem sensum*, * significari sine scripto fecerunt, *animum sibi nunquam fuisse, nec esse potuisse, tractandi in*-*cem Ratisbonæ in Comitiis super Clausula, ejusque intellectu, sed, ipsa intacta, una cum sui executione salva,* super *aliis* prætensis Religionis gravaminibus. *

* E. g. Quod non concernat *reditus ecclesiasticos*, ut qui *penes solos Protestantes* esse deberent; quod solas illas Ecclesias intelligat clausula, quas munificentia Ludovici XIV. temporibus Reunionum, & belli, numero fere 29., ædificavit, aut dotavit &c.

** Moser *ibid. pag.* 144. Cumque Protestantes Ordines replicando hac Catholicorum declinatoria responsione sese ostenderent offensos in suo Pro-memoria 18. Octobr. 1698., duplicarunt Catholici, se nullatenus invenire posse, quid nuper dictum esset, quod A. C. addicti Status agnoscere non possent, weilen man sich bloß, und allein auf den klaren Buchstaben des Friedens-Schlusses zogen, welchen zu *agnosciren* verhoffentlich die Herren Augspurgische Confessions-Verwandte nicht verneinen werden. Ibid. pag. 146. Triplicantes illi:

Nc

Nov. e. a. responderunt, die Evangelische gestünden nicht, mit Gefahr des gemeinen Weesens gegen den Ryswickischen Friedens-Schluss in ein, und dem andern Ort etwas thätliches vorgenommen zu haben .... verneinen den klaren Buchstaben des Friedens nicht; sie können aber, gegen den im Reich stabilirten modum exequendi, nicht zugeben, daß eine, in ganz-*generalen terminis* verfaste Clausul anderst, als durch das gesammte Reich, nach dessen Herkommen, in Execution gebracht werde, damit alle Unordnung verhütet, und nicht getreue Reichs-Stände der *particulieren* Gut-düncken, und *arbitrio* unterworffen werden mögen: loc. cit. pag. 149. De *solo exequendi modo* qui loquitur, rem, & jus non disputat.

IX.

Cumque A. C. Addicti Status in Triplicis suis num. 9. satis curiose posuissent: wie die Friedens-*Ratification* von denen Evangelischen, und sub QUO PRÆSUPPOSITO, geschehen, seye aus denen, bey den Friedens-Tractaten gehaltenen Actis, wie nicht weniger aus dem, was dahier bey dem Reichs-Convent vorgangen, bekant, worauf man sich bezöge: Ibid. pag. 151.; periculosæ huic in ponendo ambiguitati mox 21. Nov. 1698. objiciaverunt Catholici, ut ibi *pag. 163.* *

* Nempe; Es seyen von den Herrn Augspurgischen Confessions-Verwandten, soviel die Annehm- und Ratificirung des Ryßwickischen Friedens anbetrifft, nicht allein danckele, und zweydeutige Worte gebrauchet; sondern allerdings zu verstehen geben worden, als ob sie auf ein gewisses PRÆSUPPOSITUM, unter welchem von ihm gemelter Ryßwickischer Frieden wäre ratificiret worden, sich bezieheten .... So finde man sich gemüssiget, weilen gedachter Ryßwickischer Frieden nicht minder, als die, darinnnen mit, und in selbigem deutlich ausgedruckter massen bekräftigte Westphälische, und Nimwegische Friede, die jetztmahlige Richt-Schnur aller bevorstehenden Handlungen seyn müsse, vor allen Dingen von samtlichen Herrn Augspurgischen Confessions-Verwandten die eigentliche Erklärung zu vernehmen: ob sie nemlich mehrgemeldten Ryßwickischen Frieden durchgehents, und ohne eintzige Ausnahm, PRÆSUPPOSITO, oder Vorbehalt, NB. wie sie verlanget haben, daß (vermög der, in Holland beschehenen Königlichen Declaration, daß die Ratificationes PURÆ & SIMPLICES, und obgemeldter massen ohne einige Ausnahm, und RESERVATION seyn sollen) das hoch-löblich Chur-Mayntzische Reichs-Directorium, ihre Ratificationes PURE, & SIMPLICITER nach Holland schicke, wie auch würcklich geschehen, denen Königlichen Frantzösischen Bottschafften davon Nachricht gegeben, und darauf die general Reichs-Ratification auch also pure, & simpliciter in des Königlichen Schwedischen *Mediatoris*, Herrn Grafen von Bonde, Quartier ausgewechslet worden, ratificiret zu haben geständig seyen? und selbigen in allen seinen Puncten, und Clausulen, die Religion sowohl, als das Politicum, belangend, halten, und vollziehen wollen, oder, wer, und welche aus ihnen, sich darzu bekennen? Et postea: immittels aber man sich nochmahlen ausdrücklich dahin erkläret haben wolle, daß man Catholischer Seits bey so geschlossenem Frieden unbeweglich zu verbleiben gedencke ꝛc. Objecerunt præterea Catholici illis conatus, quavis occasione adhibitos, in Aula Parisiensi quærendi

rendi abolitionem Clausulæ, quam rem illi, saltem quoad totum Corpus, inficiabantur. Ecce! Hic scripserunt Catholici A. C. Addictis in faciem, *quod ipsimet hi petierint, ut Directorium Moguntinum transmitteret Legatis Gallicis*, juxta horum petita, *ipsorum declarationes pure, ac simpliciter factas.* Qua igitur veritate dixit clarif. PÜTTERUS, & imo qua veritate totum Corpus Evangelicum, *Clausulam non fuisse agnitam?*

X.

Acerbatis hinc inde Statuum diversarum Religionum animis intercessit 4. Decembr. 1698. Emin. D. Cardinalis, Comes de LAMBERG, qua Principalis Cæsaris ad Comitia Commissarius, partesque dissidentes eo composuit, ut, retractis ad se ab earum qualibet declarationibus, inde a 15. Sept. ad invicem communicatis, attamen quoque *salvis pacificationibus, Religiosa, Westphalica, Neomagensi, & Ryswicensi*, de novo inciperent invicem tractare conformiter Decreto Commissionis Cæsareo d. d. 11. Febr. e. a. *

* MOSER tract. cit. pag. 158. §. 20. videlicet: wie allenfals die Declaration (über der Clausul) zumalen nach der, von denen Frantzösischen Gesandten zu Ryßwick beschehenen, und in der Kayserlichen Gesandschaft bericht num. 5. allegirten Anzeige, dergestalten eingerichtet werden könne, damit eines theils die, sich beschwährende Stände vergnüget, und auch andern theils es von der Cron Franckreich für keine Contravention aufgenommen, und ihro dadurch zu verzögerung der Friedens-Execution, einhaltung der zurestituiren habender Oerter, wo nicht gar zu weiterem Vor- und Friedens-Bruch, kein neuer Anlaß gegeben werde.

XI.

Tunc igitur, *intacta Clausulæ subsistentia*, atque *oblata* ejusdem hinc inde *executione*, in Comitiis tractabatur unice de *vera mente, sensu, interpretatione Clausulæ.* *

* Et quidem A. C. addicti Ordines in suo voto communi d. d. 19. Dec. 1698. confidebant, Catholicos sibi facile consensuros in sequentibus: 1.) Clausulam *pro illis solummodo locis* obtinere, *quæ Corona Franciæ usque ad conclusionem pacis possedit, atque Imperio restituit*, aut *quorum intuitu* in pace Ryswicensi *non fuit aliter dispositum.* 2.) Clausulam sic intelligendam esse, ut propter eam *a pace Westphalica*, tanquam basi, ac fundamento Ryswicensis pacis, *quam minime recedatur;* proinde cum 3.) Nullum in ea verbum sit *de subtractione templorum, scholarum, redituum, ac jurium ecclesiasticorum;* hinc sponte fluere, 4.) Quod Evangelici, *statum, ex instrumento pacis quæsitum*, consequenter *libertatem conscientiæ, liberumque Religionis exercitium cum annexis*, retinere debeant, nihil amittendo de templis, scholis, reditibus ecclesiasticis, & ejusmodi: econtra 5.) Catholicos debere contentos hoc esse, *quod in locis, ubi antehac nullum religionis exercitium habuerant, istud nunc accipiant*, retineantque *ad eam mensuram, quæ fuerat tempore conclusæ pacis:* ideoque

6.) *In-*

6.) *Innovata* in uno, alterove loco per Catholicos contra pacem Ryswicensem ante quævis alia *sublatum iri* confidebant, deincepsque omnia *in statu, per pacem convento*, sine mutatione, permansura; proponebant hunc in finem *Commissarios*, a Cæsare, & Imperio constituendos: MOSER *tract. cit. pag.* 160. Successit ad protocollum 20. Dec. e. a. *commune votum Catholicorum*, per quod acceptabant *oblatum* hujus tractationis *fundamentum*, nempe, *quod A. C. Addicti velint nuper conclusam pacem Riswicensem, inibique confirmatam Westphalicam, ac in specie quoque Clausulam art. 4., firmiter servare*: pariter sentire Catholicos, quod pro sua quoque parte intendant *ambas paces, & Ryswicensis specialem* Clausulam, *secundum literam, nec aliter*, accipere, & servare, *absque extensione, vel restrictione*: contraventiones, siquæ probarentur, *sub lege reciproci* se sublaturos esse: specialia vero heri proposita sumserunt *ad referendum*: Ibid. pag. 161. Erat igitur *consentiens utrobique agnitio clausulæ.*

XII.

Licet vero A. C. addicti Status mense Jun. 1699. *deliberationem abrupisset*, * seque ad *Legatum Franciæ*, apud Comitia commorantem, Dominum *de Chamois*, pro remedio *contra* Catholicum *Clerum*, & *Intendentes Galliæ*, via facti, querebantur, nimis longe, clausula prætexta duce, progredientes, contrivissent, non tamen recesserunt *ab agnitione Clausulæ*: **

* Abruperunt, quia Catholici 26. Jun. 1699. declaraverant, *in vim clausulæ* remanere debere Catholicis *templa, scholas, aliaque ædificia*, nec non *reditus*, tempore occupationis Gallicæ possessos; petierantque, ab Imperio requirendum esse Cæsarem, *qua supremum pacis in Imperio executorem*, ut per *Edictum generale pœnale, & nervosum exequendi modum*, attentata *contra Clausulam* revocet; denuoque scire ab A. C. addictis voluere, quid ipsi desuper *apud Gallicanum ad Comitia Plenipotentiarium*, scriptis, vel ore, super hoc religionis negotio proposuerint, responsique retulerint. MOSER *tract. cit. pag.* 170. 171.

** Apud Legatum de *Chamois* non institerunt *pro abolitione Clausulæ*, sed unice tantum laborabant, ne *contra mentem Clausulæ* in locis sic restitutis Religio sua *his, qua possederat*, spoliaretur; insimul tractabant cum eo super *famosa locorum lista*, quam ipse illa occasione dederat in medium, primum quidem sub terminis odiosis *Sectæ Lutheranæ, & Calvinisticæ*, deinde vero sub honestioribus. *Idem loc. cit. pag.* 172. & *seqq.* Vide supra §. I. in not.

XIII.

Et hoc *jure merito*; quia etiam A. C. Status *sub hac expressa conditione* a victore Galliæ Rege, ut cui Germani nihil tunc cesserint, quod non jam jure belli suum fuisset, loca, ab Imperio tunc avulsa quam plurima receperunt *in sui, respective proprium, & Imperii*, quam locorum restitutionem, vel recuperationem *aliter* obtinere se posse ipsimet desperarunt: * Est autem *juris*

gentium, & *naturalis obligatio*, conditiones, & pacta pacis, pro fine belli habendo, rebusque ab hoste recuperandis, aut agnoscere, & servare; aut, pace repudiata, in bello perseverare: pacis *sola commoda* acceptare, *incommoda* declinare velle, est *contra jus gentium*.

* Inattentis quippe remonstrationibus, *Mediantium*, Legatorum Suecorum, Cæsareorum, Anglicorum, Batavorum, Imperii Deputatorum, & Statuum cæterorum Ministrorum, strenue constiterunt Galli *in retinenda Clausula*, sine ea pacem, ab Imperialibus desideratam, non daturi; nec ullam de conditionibus, per Ministros Statuum Protestantium eidem inseri prætensis, inire voluerunt, teste *Protocollo Mediationis* d. d. 30. Octob. 1697. *Electa jur. publ. Tom.* 20. *pag.* 661. Hoc unum eis impetrare potuit, & ægre satis, *Cæsarea Legatio*, ut nolentibus *tunc jam sub spe rati* tabulas subscribere indulgeretur *dilatio* 6. *Septimanarum*. Ibid. Necessitatem autem, propterea non differendi longius pacem, *ab universis agnitam*, describit Decretum Commissionis Cæsareum ad Comitia d. d. 11. Febr. 1698. Daß Kayserl. Gesandschaft so wohl sothaner Clausulæ des 4ten Articlels, als anderen, wider obgemeldtes Westphälisches Friedens-Instrument strebenden, dem Reich höchst-nachtheiligen Conditionen, sich nicht nur eyfrigst widersetzet, sondern auch in nahmen Kayserl. Majestät, und aus expressen Befehl, zu gemeinsamer Fortsetzung des Kriegs mehrmahlen, und noch kurtz vor dem Friedens-Schluss, erkläret, und den Frieden nicht ehender eingegangen, als, nachdem derselbe von allen, und jeden Deputirten, und anderen Reichs-ständischen Ministris, wegen damahliger Umstände, für höchst nöthig, die *Continuation* des Kriegs aber für noch schädlicher, und unmöglich, geachtet worden: und gleichwie man von deroselben ein mehreres nicht *desideri*ren können, also, und nachdeme von mehrgedachtem Westphälischen Friedens-Schluss mit gesammter Churfürsten, und Stände Einwilligung, und Gutfinden, in Betrachtung der wiedrigen, in der Reichs-Deputirten *Relation* enthaltenen Conjuncturen, und um gröseres übel abzuwenden, in etwas abgewichen worden, so gar, daß auch diejenige derer gevollmächtigte obgedachte Clausulam anfangs zuunterschreiben gewaigeret, aus eben diesen Ursachen den Frieden SIMPLICITER, und ohne Ausnahm zu ratificiren nöthig befunden MOSER *tract. cit. pag.* 127. Imo vero dicunt Legati *Cæsarei* Ryswicenses *in sua ad Cæsarem contra Protestantium imputationes* exculpatione, quod *horum nonnulli*, indigenæ, & exteri, in decursu tractatuum pacis, plus semel Cæsareorum in promovenda pace tarditatem increpaverint, *dure comminantes*, se procuraturos sui in Paces, Hispanam, Anglam, vel Batavam, inclusionem. *Electa jur. publ. loc. cit. pag.* 634. Voluerunt ergo & illi *anxie, ac serio* pacem: aliam, quam in art. 4. *clausulatam*, Galli dare nolebant: proinde *pacem talem, qualem*, acceptarunt, non minus, quam Catholici, qui eis per Directorium Moguntinum declararunt, se, *causa communi facta*, strenue connisuros, ut expungatur Clausula, aut saltem apponatur temperamentum; müsten aber anbey declariren, daß, woferne, nach allen möglichst-geschehenen Remonstrationibus, keines von beyden verfangen wolte, sie bey jetzigem kläglichen Zustand, da die Alliirte von dem Römischen Reich gesönderet, und die vor-liegende Stände, sonderlich, Lüttig, Cölln, und Trier, annoch mit Frantzösischen Volck beschwehret, auch erstens benannte zwey Städte in grosser Gefahr wären, von dem Feind

Feind bey verzögertem Frieden eingenommen zuwerden, sich genöthiget befänden, den Frieden, wie er auch seye, zu unterschreiben, und das übrige biß auf bessere Conjuncturen auszusetzen, es wäre dan, daß man ihnen zeigen, und klärlich darthun könnte, auf was Art, und mit was vermögen, der Krieg fortzusetzen seyn mögte. MOSER *loc. eod. pag.* 80. Conf. Relatio *Directorii Moguntini* Ryswicensis, facta Comitiis 1. Nov. 1697. FABRI *Tom.* 3. *pag.* 298., ex qua apparet, Gallos *rerum dominos*, maxime post fœderatorum recessum, *difficillime tractabiles*, præscripsisse Germanis pro discretione leges, quas volebant.

XIV.

Illa vero curiosa multum intentio, qua *Protestantes*, ut Galliæ Corona avulsas sibi, & Imperio terras eo restitueret citius, quidem *Legatis Regiis* appromitterent mansionem Religionis Catholicæ in statu, quo nunc est; *coram Mediatore* autem, & *Imperio* postea laborabant, sibi, suæque Religionis sociis ad Rhenum, servare *unice normam pacis Westphalicæ, nulla clausula nova temperatam*; illa, inquam, intentio curiosa adversabatur *bonæ fidei juris gentium* in *servandis* pactis, utpote prohibenti, *nequid promittatur cum animo non servandi promissum.*

† Aliquot *ante proruptionem Clausulæ* horis, *subodorantes forte aliquid* Legati Protestantium Statuum, per *Mediatoris* Legatos, *tanquam istorum hoc esset inventum*, formulam assecurationis subscribendam proposuerunt Legationi Cæsareæ, *ut Pax, de cujus conclusione nunc agitur, ad normam Pacis Westphalicæ*, nec *non juxta emanata tum temporis a S. Cæsarea Majestate executionum Edicta, & arctiorem modum exequendi, statim post ratificationem absque ulla mora, tam in sacris, quam profanis, plenæ executioni detur, atque ita restituendis Statibus omni modo satisfiat.* Sed indignantes *diffidentiæ* Legati Cæsarei, absque eo ad tale quid *non-qualificati*, formulæ subscriptionem recusarunt. MOSER *ibid. pag.* 75. & 76. Cur *major pars* Legatorum Protestantium *dilationem* subscriptionis adoptaverit, hujus rei inter cœteras rationes hanc quoque dederunt ordine quartam: können auch die Protestirende im Reich über die *Reservationes* circa ecclesiastica, mit welchen sie in diesen Tractat consentiren wollen, sich inzwischen vergleichen, und dieselbe zu Regenspurg entweder der *Ratification* a parte Imperii *inseriren* lassen, oder wenigstens *cum consensu Catholicorum ad Protocollum* geben, und dadurch verhüten, daß die Clausul nicht zur *Consequenz* im Reich hinführo gezogen werde. Ibid. pag. 86. & FABRI Staats-Canzley. *Tom.* 3. *pag.* 293. Effective quoque illi *votum commune* Corporis sui super ratificatione Pacis in tribus Collegiis 26. Nov. 1697. per *Magdeburg* deposuerunt, in quo, culpam conjicientes *in modum tractandi illegalem Legationis Cæsareæ* reservare sibi conabantur, quod Acta Ryswicensia *in præjudicium Westphalicæ pacis* nunquam in Imperio deberent *esse allegabilia*, non dubitantes, es werden die Catholische Stände geneigt seyn, denen Evangelischen eine solche Versicherung de Pace Religiosa sarta tecta conservanda so fort post Pacem ratihabitam von sich zustellen, das man ein, und anderer Seits im Reich dabey acquiesciren könne: proponentes insimul hunc optimum,

mum, eorum judicio, modum; wann man gegen einander sich erkläret, und unanimiter statuiret, daß die Catholische, die ohnedem in terris Imperii kein Neuerung circa Pacem religiosam verlangt haben, noch verlangen können, sich der durch Franckreich bey dem 4ten Articel *obtrudirten* Clausul im ganzen Reich wider die *Protestirende* Stände, weder in noch ausser Gerichts nimmermehr *prævaliren*, noch daran für sich den geringsten Antheil nehmen sondern es lediglich bey dem Westphälischen Friedens-Schluss bewenden lassen wollen. Solcher gestalten bleibet (inquiebant) die Clausul allein ein Sach zwischen dem Reich, und der Cron Franckreich, wird mit dem *Religion* Frieden, welcher vinculum concordiæ Statuum ist, nicht *meliret* &c. *Id. pag.* 11 Quæ hic bona fides juris gentium? Promittere Christianissimo Regi observatio nem Clausulæ *per ratificationem simplicem, ac puram* Pacis Ryswicensis, & nihil minus cogitare, quam *executionem Clausulæ*, potius autem velle *Cath licis ligare manus*, ne contra violatores futuros Clausulæ mussitare in Impe perio auderent; imo quoque, ut ipsi *positive* obligarentur *ad juvandum exte minare* illud exercitium Catholicæ Religionis, quod *Clausula sola* niteretu In tam enorme, absonum, & sane fatuum desiderium Catholici nunquam conce serunt in Comitiis; sed, *pro qualicunque emplastro*, doloribus Protestantium, n mis adhuc crudis, applicando, in Psto quodam, ad Conclusum Imperii d. d. 2 Nov. e. a. subjuncto, breviter illud Principali Commissario Cæsaris commu nicaverunt, damit Ihro Kayserliche Mäjestät derselben Anliegen daraus e kennen, und darauf allergnädigst reflectiren mögen. *Id. pag.* 118. Cæsar a tem, *perspecto*, quantum periculi obstinata oppositio, atque hæ *clanc lariæ reservationes*, si in *stipulationem Statuum* deducerentur, tam singul ipsorum Protestantium, quam Cæsari, totique Imperio communiter, allatur essent, nec ipsum Conclusum Imperii, nec Post-scriptum, admisit. *Idem. pa* 118. 127. Cumque 13. Decembr. 1697. Ryswici commutarentur ad invice Ratificationes, Legati Galliæ *de speciali Regis mandato* ad Protocollum M diationis in scripto linguæ Gallicæ declararunt, Regiæ suæ Majestatis inte tionem esse, tractatum Pacis signatum *punctualiter* exequi; proinde quoq eandem non permissuram, *ut fiat aliqua mutatio, omissio, restrictio, a reservatio* contra *tenorem alicujus de ipsius articulis, sive in toto, sive pro pa te; quodque omnes protestationes, conventiones, promissiones, litteræ, vel a actus prætense derogatorii, sive publici, sive particulares, sive ante, sive post conclus nem pacis, siqui essent, per quos prætenderetur aboleri, diminui, aut infirma sensus, & effectus alicujus Articuli, aut cujusquam Clausulæ, sint, ac mane debeant nulli, nulliusque valoris, utpote contrarii pactis, conventis, regulat & pro* QUIETE CHRISTIANITATIS *perfecte restituenda* conclusis. I pag. 121.

XV.

Et sic pariformiter parum decuit A. C. Addictos *in facie gentium*, 11. Sep 1709. ad ANNAM, Angliæ Regem, hæc scribere: „inprimis vero *comme* „*damus* Regiæ Majestati Vestræ *abolitionem Clausulæ* art. 4. Pacis Ryswicensis, „Statibus Evangelicis *nonnisi respectu Galliæ* agnitæ. *

* MOSER. *tract. cit. pag.* 219. Sic igitur diversis *respectibus factis* licitum e *elus*

eludere promissa? Sic *pura*, & *simplex* ratificatio poterit esse *promissio tantum respectiva*, licentiam *contraveniendi* relinquens *quoad amicum tertium*, cujus intuitu Rex Galliæ stipulatus est, Evangelici promiserunt ei? Quæ, amabo, *principia juris gentium* in explicandis, & servandis pactionibus? Itane *servare pacta*, & *non servare* stant simul, ut Clausula potuisset *servari Gallis*, *non servari Germanis*?

SECTIO II.

Beneficium Clausulæ non abstulit Religioni Catholicæ nova belli declaratio, contra Regem Galliæ an. 1702. ab Imperio facta.

XVI.

R*eligioni* Catholicæ Romanæ, * cui Rex LUDOVICUS XIV. *pro locis sic restitutis* pie stipulatus est, *Status suus possessorius* (sive *purus*, sive *mixtus* sive *conformis* anno normanti 1624., sive *difformis*, & post eum modo reductus) quoad templa, scholas, reditus, per agnitam a Cæsare, totoque Imperio Clausulam *Ryswicensem*, velut *titulum juris gentium* validissimum, quavis exceptione majorem, firmatus est.

* *Religioni*, inquam, tam *in abstracto*, quam vel maxime *in concreto*, id est, Ecclesiis, fideliumque coadunationibus, sub regimine hierarchico quoad sacra constitutis; ita, ut *omnes illi cœtus* ovicularum Christi, sive Christianitates Romano-Catholicæ, *jus perfectum* acquisierint, *in statu*, quo tunc erant, quiete *permanendi*; propter hos quippe homines Catholicos, sine quibus abstracta Religio in loco publico nec esse potest, nec cogitari, proprie apposita fuit Clausula, ut in sua Religione, & annexis tranquille pergerent.

XVII.

Possessio, ac *Titulus*, semel juste acquisitus, non perditur per *superveniens* aliquod *accidens* ILLI, *cujus ope*, vel *quo stipulatore*, acquisitus est; * præsertim *inter amicos*, & *concives*; hi enim sua quique retinent, nec *in conservatione suarum rerum* ab *authoris* fato dependent; neque propterea, quia forte Pacis quondam, & conditionum ejus Conditor postea fiat denuo hostis, *socii*, qui ex præcedente Pace sic rupta aliquid acceperunt, incidunt ad invicem *in statum hostilitatis*, fractæque pacis.

* Omitto quam plurima *juris civilis*, & *gentium* exempla: suppeditat sufficientia ipsummet Instrumentum *Ryswicense*: sic per novum bellum non fuit subla us art. 35. *de beneficiis a Rege Christianissimo collatis*; nec art. 36. *de firmitate rerum*

rerum per judices Gallicos judicatarum; nec art. 44. *de restitutione Cardinal a Fürstenberg, agnatorum, cognatorum, & domesticorum ejus, nec non adhæ rentium ipsi Canonicorum Colon., & hæredum.* Add. art. 45. 46. 47. 48. S ne, si hostis, faciens cum duobus adversum se confœderatis pacem, insula maris restituat, ea lege, ut hæc deinceps non sit amplius illius confœdera cujus ipsa ante bellum fuerat, sed alterius eorum, cujus nunquam fuit, pa postmodum cum iisdem rupta, ambobus denuo confœderata arma gerentibu insula non revertitur ad primum dominum.

XVIII.

Frustra igitur anno 1701., quo meditabantur jam Status Imperii Pr testantes una cum Cæsare, & Catholicis bellum illud, quod ab origine sua v catur *successionis Hispanicæ* bellum, sibi blandiebantur, jam non amplius opi sibi fore aliqua *Clausulæ*, quam inde ab anno 1698. quæsierant, *explication* sive a Catholicis, sive a Legato *Chameis*, habenda; quoniam, si bellum n vum pro parte quoque *Imperii* proxime declarari contingeret, Clausula cu tota Pace Ryswicensi *eo ipso* ruitura esset. *

* Moser *tract. cit. pag.* 180. & 181. Nam, quamvis hostilitas nova liberet verbo dato *soli hosti;* non eandem tamen vim exercebit contra verbum datu hosti *favore amici, atque concivis*, qui *non evasit hostis, mansit socius, & am cus*, licet ex industrioso conciliati alias hostis facto jus suum socius acquisivi set. Contra *Religionem Catholicam Romanam*, quæ in locis sic restitutis pe mansit, *nulla hostilitas an* 1702. emersit; qui ergo *Religioni huic possessio*, & *titulus suus* per novi belli declarationem, quam Status ei addicti una cum Pr testantibus fecerunt, interverti potuit?

XIX.

Senserunt ipsimet Status Protestantes, quod per novi belli adversus Ga liam declarationem *tota Pax Ryswicensis*, in eademque contenta *jura quorun cunque* tolli eo ipso non possent; ideo sese 30. Sept. 1702. in Collegio Pri cipum sic declararunt erga Catholicos: Nachdeme zwischen beyderseits Rel gions-Verwandten ein und anderes wegen des Ryswickischen Frieden vorkommen; so hat man sich dahin verglichen, daß die, der A. C. Verwant te Stände ad Protocollum in denen Reichs-Collegiis declariren mögten, wi hiemit in dem Fürstlichen Collegio von selbigen beschiehet, daß sie wider be sagten Ryswickischen Frieden, in so weit er sonst durch diesen Krieg NB *respectu* Franckreich nicht aufgehoben wird, weiter nichts zu erinnere hätten, sondern selbigen mit-*conserv*iren wollen, ausser, was die be kannte *Clausul* des *Art.* 4*ti* betrifft. Moser *tract. cit. pag.* 185. & *seq.* *

* Ergo voluerunt A. C. Addicti Status. 1.) tolli Ryswicensem Pacem *respect Franciæ;* noluerunt 2.) eandem tolli *quoad alios*, excepta 3.) *Clausula:* si agno

agnoverunt Clausulam pertinere *ad alios*, quam *ad futurum hostem*, nempe *ad Catholicos*, in locis sic restitutis stabilitos: hos, rupta pace, voluerunt deterioris esse conditionis, quam alios, in pace Ryswicensi comprehensos; cur autem? Si *ipso jure* ruat Clausula per declarationem belli, cur non *& cætera*, alios, quam Regem Galliæ, tangentia capitula ruissent? Si hæc ruere non debuerunt, cur, quæso, *sola Clausula pro Catholicis inserta*?

XX.

Equidem, postulatum hoc voces, an suppositum, aliquoties in Protestantium *vota communia* influxit; * non tamen *Catholicorum assensum* meruit, ut qui solummodo promiserunt eis in casum declarandi belli restitutionem plenam *Westphalicæ* Pacis, *quoad loca*, PROXIMO BELLO RECUPERANDA, nullatenus autem *quoad* LOCA, *vi Pacis Ryswicensis* JAM RESTITUTA. **

* Comitia hactenus *sub inactivitate* languerant; quia A. C. addictæ Legationes recusabant ad *cætera Imperii negotia deliberanda* concurrere, nisi quoque *eodem tramite* gravamina Religionis juxta alia tractarentur: ast exorto bello successionis Hispanicæ, crediderunt, adesse tempus, eo persuadendi Catholicos: itaque in suo ad Cæsaris principalem Commissarium *Pro-Memoria* dicebant; wiewohlen in ihren votis communibus unter anderen enthalten, und die Sache endlich dahin gediehen, daß per diversa conclusa die bündige Abrede unter denen Evangelischen Ständen genommen worden, mit denen Herrn Catholischen zu keiner Reichs *Deliberation* zuconcurriren, ehe, und bevor die Angelegenheiten derer Evangelischen bey dem Reich vorgenommen, und zu billiger Erörterung gebracht worden; so hätte man doch an Seiten des Evangelischen Corporis diese Sache gestern in abermahlige deliberation gestellet; da man dann geschlossen, des Kayserlichen hochansehnlichen Herrn Principal Commissarii Hochfürstlicher Eminenz in Unterthänigkeit per Deputationem zuerkennen zugeben, wie man zwar in Erwegung jetziger *Conjuncturen*, und, da das Werck sich in ein und anderen geändert, insonderheit durch die vorhabende Kriegs-*Declaration* der letzt-getroffene gantze Ryswickische Friede, folglich auch die beschwehrliche Clausul des *Articuli* 4. aufgehoben würde, bereit seye, zu allerunterthänigstem Respect gegen Kayserliche Majestät, und amore publici Eingangs-erwehnter Deliberation bey zutretten; dabey aber der gantz-ohnegezweiffelter Zuversicht lebte, es würde vorhero von einer höchst-ansehnlichen Kayserlichen Commission, und denen samtlichen Herren Catholischen, denen Evangelischen eine hinlängliche Versicherung gegeben werden, daß die obhandene Irrungen, und *Religions-Gravamina* nicht bey seit gesetzt, sondern *pari passu* mit andern jetzt-vorkommenden Reichs-Geschäfften vor die Hand genommen, zur Erörterung gebracht, und denenselben nach Innhalt der Reichs-*Constitutionen* abgeholffen werden solte; offerebant quoque bona, & sanguinem pro securitate Patriæ, wann sie solcher Gestalt vorhero genüglich gesichert seynd, daß der Ausgang des künfftigen Krieges nicht, wie letztlichen, zum Nachtheil, und Abbruch ihrer theuer-erworbenen *Religions*-Freyheit ausschläge, sondern man ohne Kränck-und Schmählerung des *Instrumenti Pacis Westphalicæ* in *Religions*-sachen einmüthig beyeinander zu halten ꝛc. entschlossen seye. MOSER *loc. cit. pag.* 181. Idipsum repetiit *Magdeburg*, adstipulantibus reliquis, 18. Sept. 1702., in ipsa Collegii delibera-

ratione super indictione belli habita declarando, non esse *tantum in politici* amice convivendum, sed etiam curandum, *ut unus ab altero securus* degat *i rebus religionis, & conscientiæ;* in recenti stare memoria, *quam dure tracta verit Gallia A. C. Addictos in ultima Pace Ryswicensi*; ob oculos versari ir gentes, post hanc pacem factas in rebus religionis per diversa loca Imperi sine quavis medela, innovationes; nun hätte es zwar mit der Religion *Clausul*, nachdeme der Ryswickische Friede mit der Cron Franckreich wied rum aufgehoben werden sollte, nach der, bey Ratification desselben vom gantz Evangelischen Corpore per votum commune geschehenen, und an Kayserliche M jestät mit dem damahligen Reichs-Gutachten gebrachten Erklärung, seine geweis Weege, und würde an Seiten der Evangelischen sothane Ryswickische *R ligions-Clausul*, in Krafft gedachten *voti communis* anjetzo *eo ipso pro abr gata* gehalten; alldieweilen aber hierdurch denen übrigen Religions-Gravam nibus nicht abgeholffen wäre, als bedünge man hiemit, daß auch hierüber m sich ehestens, zufolg der geschehenen Versicherung, mit einander vernehmen, und d billige Remedur, nach Anleitung des Westphälischen Friedens, durch würck che Restitution alles dessen, was seithero darwider vorgenommen worden, erfolg müste rc. Ibid. pag. 183.

** Catholici, videntes, belli declaratione, nec *sola*, nec *cum voto communi A* C. Addictorum d. d. 26. Nov. 1697. apud Moser *tract. spec. cit. pag.* 114 *juncta*, jure *civium inter se* propitio, abrogatam esse, reliquerunt sic perp ram opinantes *in suo erroneo supposito*, & pro circumstantiis illis *nec ita, n non*, desuper reponentes, *abstrahentis*, ac *tacentis*, qui juxta regulam jur nec affirmat, nec negat, *personam* induerunt, *uniceque declaraverunt* una cu Commissario Cæsaris, Comite Cardinali de Lamberg, primum 7. Septem 1702. *ante prædictam deliberationem*, die gesammte Augspurgische Confession Verwandte, Churfürsten, Fürsten, und Stände hiemit Kräfftigst zu versichere daß die *Religions-gravamina* sogleich vor die Hand genommen, und *pa passu* mit jetzt-tractirenden Reichs-Geschäfften denen Rechten gemä erördert werden sollen. Moser *pag.* 182., qui pag. 184. §. 5. addit, d die Catholische contra votum Magdeburgense 18. Septembr. datum, & sup adductum, nicht einzuwenden fanden, sondern es bey der ausgehändigten *As curation*, bewenden liessen. Instantibus vero Statibus A. C. Addictis, quo quæ loca mediante hoc bello ad Imperium *recuperarentur*, ea *in statum Pa Westphalicæ quoad ecclesiastica, & politica*, conformiter concluso Imperii d. 14. Febr. 1689., redintegrari deberent, Catholici condescenderunt, daß obige Intention bey dem oberwehnten concertirten *passu*, NB. *in puncto* der, diesem Krieg zuhoffen-stehender *recuperandorum*, haben solle. Idem *pa* 185. Thücelius Reichs-Staats-Acta *Tom.* 1. *pag.* 7.

XXI.

Male igitur ratiocinabatur Author anonymus des kurtzen Auszugs, que pro adjunct. 2. sui de hac clausula Tractatus denuo imprimi fecit clariss. M serus, §. 43. sub clara luce putans jacere, quod A. C. Status, *eo ipso*, qu restitutionem *pacis solius Westphalicæ, & Neomagensis* pro locis *recuperandis*, p

a e. g. *Argentina*, & *Alsatia*, sibi a Catholicis tunc stipulari visi sint, excussent quoque jugum *Clausulæ Ryswicensis* pro locis *jam anno 1698. restitutis*, nec *modo* per bellum 1702. *recuperandis*, sicut in ore habuit declaratio Catholica.*

* Æque male opinatus est *Author idem* §. 44., adstipulante ei MOSERO *cap.* 5. §. 9., quod belli declaratione subsecuta Catholici *auxerint gravamina*, introducendo *nova Simultanea*, sub prætextu *abolitæ nunc saltem Clausulæ;* pars enim Catholica Clausulam nunquam tenuit pro abolita; & si hinc illinc introduxit *Simultaneum* Catholicum in locis, ubi tempore conclusæ pacis *Ryswicensis* nullum erat, *alio* id fecit *jure*, quod exercere poterat, subsistentia Clausulæ non obstante, abolitione prætensa nihil huc contribuente.

XXII.

Bello adversus Franciam *nomine Imperii* declarato, institerunt equidem validissime Protestantes Status *pro impetranda abolitione Clausulæ;* * Verum non potuere Catholicorum assensum lucrari:**

* Applicaverunt *Anglorum*, *Batavorumque*, tunc Viennæ commorantes Legatos, quorum prolixam remonstrationem idiomate latino refert MOSERUS *pag.* 187. Scripserunt ad Reginam Angliæ ANNAM: *Ibid. pag.* 192. & 196., ubi responsio. Adde *pag.* 197. In Comitiis, rejecta propositione Catholicorum, quæ tamen optimum Expediens fuisset, de *Commissionibus localibus* decernendis, urgebant *Deputationem Imperii*, quæ de plano, secundum literam, exequeretur *Pacem Religiosam*, & *Westphalicam*, una cum *arctiore modo exequendi*, & Rec. Imp. noviss. de an. 1654., neglecta *Clausula* Ryswicensi. *Ibid. pag.* 194. & 213. Idque ipsi *sex Deputatorum* Plenipotentiæ inseri cupiebant, contestantes Catholicis mense Jun. 1705., daß man Evangelischen theils von seinen, bey dem Vollmachts-Project, vorhin gethanen monitis, vornehmlich, von der *Insertion* des Westphälischen Friedens, des *Executions-Recesses*, *arctioris modi exequendi*, und jüngsten Reichs-Abschiedes, welche allein die NORMA, ET BASIS der ganzen Handlung seyn können, keines weegs abzuweichen vermögte. Add. pag. 214.

** Catholici, probe agnoscentes, peti ab ipsis per importunitatem, in turbido illius belli piscari volentem, *aliquid impossibile factu;* cum Religioni Catholicæ nullus Catholicus quidquam, sive tituli semel habiti, sive possessionis, suo pacto detrahere possit, *nisi, cum casus exsurgit majoris mali, eidem antiquæ Religioni impendentis, avertendi*, quin *propter respectus mundanos*, ac *temporales* adjutorii a Protestantibus sincerioris adversus hostes accipiendi, sacrificare religionis suæ commoda eis liceret, constanter inhæserunt *Clausulæ Ryswicensi*, juxta quam quoque *seni Deputati* (bini, & bini de quovis Collegio, *disparis* Religionis) decernere deberent: quapropter *Pleni-potentiam* Deputationis *nonnisi in terminis generalibus concipi* voluerunt: *pag.* 212., & 214., sicut erat primitus *concors intentio*, tam *Protestantium*, quam *Catholicorum;* cui conformiter inhærentes isti, ad exspectationem finalis resolutionis pro parte illorum sibi factam: ob man Catholischen Theils den Westphälischen Frieden in

 der

der Vollmacht benennen wollte, ohne demselben etwas an die Seite zusetzen, eleganter responderunt, die Herrn A. C. Verwandte seyen von der ersten *Intention* aus unbekanten Ursachen abgewichen, hätten zur Vollmacht *special-Monita* formirt, darunter auch den Westphälischen Friedens-Schluss allein *inferiret* zu haben begehret; Catholische hätten verschiedene ihrer monitorum angenommen, sofort auf Angebung der Deputation urgiret; so würde man Augsp. Confess. Verwandten Theils denen Catholischen nicht verdencken, daß sie auch auf *Inserirung* des, unter gecrönten Häubtern, und dem Reich *per solennes tractatus* errichteten, und allerseits ratificirten Ryswickischen Friedens angetragen, und dieses *speciale* nur moniret hätten; zumahlen keiner Seits die Meinung seyn werde, noch könne, diesen so wenig, als den Westphälischen Frieden, annulliren, oder ausschliessen zu lassen. *Ibid. pag.* 215.

XXIII.

In his terminis firmæ Catholicorum persistentiæ *in Pace Westphalica*, *per Ryswicensem Clausulam aliqualiter* favore Catholicæ Religionis *temperata*, res mansit usque ad annum 1709. Culpa *evanescentis Deputationis* unice Protestantium Ordinibus imputatur, nimium confisis potentiæ, & assistentiæ *Anglorum*, *Batavorum*, ac *Regis Borussiæ*, ideoque etiam *plus petentibus*, quam eis potuisset deferri a Catholicis. *

* Curiosius, ne dicam simplicius, nihil erat, quam *implorare Cæsarem*, ejusque ad Comitia Commissarium *pro mediatione*, ut subditi *Protestantes* Principum *Catholicorum* acciperent, a sui, ut ajebant, oppressione solatium, neve Protestanticæ Religiones penitus e Palatinatu, aliisque finitimis locis, exterminarentur; & tamen eodem tempore *tam duram conditionem* præscribere Catholicis velle, ut usque adeo sivissent *nudæ Deputatorum* utriusque Religionis Plenipotentiæ jam ab initio statim inseri, *nullo modo pro norma debere accipi pacem Ryswicensem!* Sic non fuisset opus *mediatione*, *Deputatione*, ac *discussione momentorum*, sed *sola confessione*, ac *renunciatione simplicium valde futurorum Catholicorum*, qui *per ipsam*, *solamque talis mandati complacentem constitutionem* deservissent in perpetuum suam Clausulam: quis talia prudens speret? quis sapiens prætendat a sapientibus? Certe ex hoc Protestantium *inadmissibili monito* recte collegerunt Catholici, *non placuisse illis viam Deputationis, sperantibus meliorem;* id quod se postmodum clarius manifestavit, quando A. C. Addicti se propterea converterunt *ad Potentias* suæ Religionis *pacificaturas*, evanescente prorsus *Deputationis Imperii* conceptu, quem toto posthac tempore perhorrescebant.

XXIV.

Hæc qui, tam quoad *contingentiam facti* in Comitiis, *quam quoad punctum juris gentium*, semisso partium studio, meditabitur, narrari debebit *præventionem* Viri, per vitam suam Protestantici, MOSERI, in sæpe *cit. Tractatu pag.* 452. *§.* 21. scribentis, *se convictum esse, quod ipsi Catholici interne convicti sint, a se*

sse injuriam, ac nimium fieri Evangelicis, dum negant, *Clausulam Ryswicensem per declarationem belli de anno 1702. exspirasse.* *

* Quibus enim motivis convictus est de convictione conscientiarum Catholicorum? 1.) *Totum jus* Catholicorum nititur pacto Imperii cum Gallia: ergo sublato rursus pacto res ad anteriorem illo statum revertitur, nisi accedat nova inter ipsos, & Evangelicos conventio. 2.) *Clausulam* ab Evangelicis an. 1702. expressis verbis *pro abolita* declaratam fuisse, *tacentibus* ad hoc Catholicis, qui tunc potuissent, ac debuissent loqui, ni *pro renunciantibus* haberi voluissent. Ergo tam levia convincunt virum gravem! Ad 1.) Vid. supra §. 16. 17. 18., ubi distinctio, inter promissa *hosti pure facta propter hostem*, & inter *promissa hosti propter non-hostem*, firmo stat talo, nisi contra torrentem sustineri vellet, anno 1702. exspirasse *totam* pacem *Ryswicensem*, & omnia ibidem *respectu quorumcunque* ab Imperio promissa. Tam in physicis, quam in moralibus, & jure, plurima, *dum fiunt*, unica quadam causa nituntur, nec tamen *semel facta*, intereunte causa, intereunt: sic, qui *sibi*, & *tertio*, in casibus de jure permissis, stipulatur, si ex post ruat stipulatio *quoad ipsum*, non ruit illa propterea insimul *quoad tertium*, qui ex ea semel jus acquisivit sibi. *Amnestiæ* pro subditis, hosti suffragatis, in pacis stipulationem deduci solitæ, unice nitentes pacto cum hoste, nec tamen subsecuta hostilitate nova exspirantes, totum retorquent argumentum: In pace *Westphalica* interpositæ fuerunt stipulationes *pro Subditis A. C. Addictis* Dominorum Catholicorum, qui nunquam cum his in bello fuerunt: quid si nunc per bellum exspiraret Pax Westphalica, an dicet Clariss. Moserus, Subditorum quoque jus *ipso facto* exspirare? Ad 2.) Vid. supra §. 20. Argumentum a *taciturnitate Catholicorum* convictionem non parit: nunquid enim non *quæstio pura juris*, nulla *facti*, tunc movebatur Clausulæ? An tacens ad *erroneam juris jactantiam* censetur pariter abire *in eundem errorem juris?* Afferat Clariss. Moserus magis concludentem *renunciationem* Catholicorum, quam hanc *a silentio tacitam*, præsertim *in politicis negotiis*, ubi pollicitans *in uno*, tacens vero *in reliquo*, potius *pro nondum ad singula proposita consentiente* habendus est, quam *pro consentiente ad omnia*, sicut etiam in *rebus civilibus* ipsis. Et, *quinam* tacuerunt tunc in Comitiis Catholici? An hi, *quorum jus quæsitum* per opinionem abolitæ Clausulæ voluit annihilari? Minime: tacuerunt *Status* Catholici, qui tunc cooperabantur belli declarationi: an tacuerunt quoque *tot alii territoriorum* Domini Catholici, qui non cooperabantur suffragio suo? An tacuerunt *Subditi Catholici* Dominorum *Catholicorum*, & *Protestantium*, quibus subditis reservaverat Clausula suam Religionem, *non minus sancta* lege, *atque perpetua*, quam erat Pax *Westphalica*, prospiciens *subditis Dominorum Catholicorum Protestantibus*, nec com-belligerantibus, nec compaciscentibus. Subditi illi, per Pacem *Ryswicensem* Imperio restituti, fuerunt jure belli & gentium *veri subditi Galliæ*, etiam *post subscriptionem Pacis*, usque ad *actualem eorundem retraditionem* ad pristinos Dominos: his suis subditis veris, ac propriis stipulatus est Ludovicus XIV. remansionem tranquillam in Regis & sua Religione: promiserunt eam Regi, & illis subditis Cæsar, omnesque Status Imperii, tam Protestantes, quam Catholici: manserunt in possessione, postquam restituti fuerant: manserunt post novam belli declarationem cives Germaniæ:

maniæ: Quis nunc, sive Cæsar, sive Princeps, aut Status Imperii, Catholicus, nec ne, potuisset *his Imperio fidelibus subditis*, *nec cum hoste colludentibus*, vel *per belli declarationem* ipso jure, vel *per expressam conventionem*, vel *per taciturnitatem* ad prolatum in Comitiis errorem juris, auferre, salva justitia, exercitium publicum suæ Religionis, & statum, qui erat tempore belli, per Pacem *Ryswicensem* extincti?

XXV.

Eadem hic deducta solvunt quoque illius ICti Anonymi argumentum, cujus deductionem dedit MOSER *ibid. pag. 417. Clausulam*, per hoc, quod *Ryswicensi* Paci inserta fuerit, *non evasisse partem Pacis Westphalicæ, atque ideo exspirasse una* cum Pace *Ryswicensi.* *

* Quidquid enim sit de veritate primæ propositionis; cum dici, ac sustineri posset, *reunitis*, & *belli jure acquisitis locis* nullam remansisse pacem *Westphalicam*, quia facti erant *novi homines novi Domini*, Pace Westphalica non obligati; Ryswicensi Pace facta, locis illis, Imperio restitutis, restitutam quidem fuisse Pacem Westphalicam, sed *non prorsus eandem*, qua prius gaudebant, nempe *novam*, cujus *pars modificans* erat Clausula, ab omnibus approbata; Consequentia tamen non subsistit; nam 1.) Ryswicensis pax anno 1702. non exspiravit, nisi *quoad favores solius Galliæ*, & 2.) neque *particulares conventiones* Dominorum cum Subditis quoad Religionis exercitium fiunt *partes Westphalicæ* Pacis, & tamen subsistunt contra ipsum pacis tenorem: est autem Clausula *particularis* circa Pacem Westphalicam *conventio*, per quam Rex Galliæ sibi, & subjectis sibi, non aliter restitui decretis terris, a Cæsare, totoque Imperio stipulatus fuit retentionem Religionis Catholicæ. Hæc stipulatio *quoad subditas terras restitutas* propter novum bellum non potuit fieri inutilis.

SECTIO III.

Clausula Rysvvicensis firmata est anno 1714. per Pacem Badensem.

XXVI.

Anno 1709. 22. Aug. decreverunt *Protestantes* Imperii Ordines sic interrogare Catholicos: ob die Herrn Catholici es in die Weege zu richten gemeint wären, daß denen Evangelischen mit Aufhebung, und ABOLITION der, dieser Seits niemals *agnoscirten Clausulæ* Art. 4. Pacis Ryswicensis, ihren Verlangen nach, satisfaction gegeben werden solte? * simul declarantes, suæ intentionis per hoc non esse, quasi vellent se *in tractatus* cum Catholicis desuper conferre.

ʼ Moser loc. cit. pag. 217. Quæ petitio? Ut ipsimet Ordines Catholici *cooperarentur* Protestantibus *in necem Clausulæ?* Quid si peterent Catholici ab illis, ut cooperarentur *in Pacis Westphalicæ* exterminium, quæ duriore fato expressa est, duriusque premit rem Catholicam, quam A. C. Addictos premat Ryswicensis Clausula? Fortiter, & absolute petierunt *abolitionem*, quasi rem *expeditionis facillimæ;* cum tamen summa hic versans difficultas prudentibus Viris unice suadere debuisset *alicujus amicabilis temperamenti* cogitationem, ut diversæ in locis sic restitutis religiones in eodem territorio pacifice cohabitarent: Tractatus rotunde recusarunt; necesse est, eos aut bruto modo aggredi voluisse, aut forte robur retro cortinam montis sibi tunc imaginatos fuisse. Vanitatem consilii docuit frustratus hucusque successus.

XXVII.

Sed Catholici sub responso d. d. 7. Sept. e. a. *tractatum*, qui retro placet, quem vero nunc declinare studerent Protestantes, reassumi debere conderunt, diem postulantes, *imo* & *modum*, & *media*, ad rem perveniendi, *non remota* esse, significantes.

ʼ Nachdeme Churfürsten, Fürsten, und Stände des Reichs, beyderseits *Religions* Verwandten, dahier an. 1702. bereits dahin einig, und verstanden seynd, daß diese Materie, denen gegeneinander ausgestellten Erklärungen zufolge, ausgemacht werden sollte; so seye es an dem, daß man dem, an. 1704. errichteten, von Kayserlichen Majestät allergnädigst ratificirten Reichs Schluss zufolge, diese Materie vor die Hand nehme, und wolten Catholici vernehmen, wann man sich des Tags, und zeit halber untereinander vergleichen mögte; es würde der *Modus* auch, zur Sache zugelangen, nicht entfernet seyn, und solche *Media* vorkommen, die die Sach zu allerseits Vergnügen beylegen werden. Moser *loc. cit. pag.* 218. Honesta, atque sincera oblatio: præstitisset eam protinus acceptare, quam fortunam suam committere *Exteris,* qui de Pace cum Gallis tractatum ibant. Comprobavit eventus, ab his, utpote in simili occasione rei suæ, non æque alienæ, intentis, nihil opis speratæ allatum fuisse. *Circumductio* hic nulla *Catholicis* potest imputari, ut qui rectum tramitem obtulerunt; sed *A. C. Addictos* forte unum aliquod obstinax caput extra bonam semitam deduxit, atque labyrintho clausulari inclusos retinuit, Ariadnes tale filum nunquam, ob diuturnitatem temporis reperturos.

XXVIII.

Suggesserunt nempe, ad avertendum diffidentiæ malum, Catholici Status ;. Sept. 1709. in *Electorali* Collegio hoc amicabile temperamentum, ut 1.) *ii omnes incolæ essent Catholici, omnia in statu quo remanerent;* similiter quoque) *Ubi omnes A. C. Addicti;* 3.) *In locis vero restituendis, quæ incolerent subditi riusque religionis, stabiliretur simultaneum Religionis exercitium;* & quidem 4.) *quoad reditus, ac sustentationem ministrorum ecclesiæ* sic regulanda *ut nulla* remaneat

neat *difficultas*; * Petieruntque hanc suam intentionem *illo adhuc die*, pro recipienda celeri declaratione, significari *Collegio Principum.* *

Moser pag. 221. ex Fabri Staats-Cantzley Tom. 15. pag. 141. daß man gemeint seye, in denen Orthen, wo alles Catholisch, quoad exercitium Religionis alles in statu quo zulassen, desgleichen auch daselbsten geschehen solte, wo alles der Augspurgischen Confession-Verwandten Religion zugethan wäre, in denen zurestituirenden Orten aber, wo beyderseits-Religionen Unterthanen vorhanden, daselbst solte, oder mögte das simultaneum Exercitium Religionis gestattet, auch die Revenuen, und Unterhalt der Geistlichen, allerseits dergestalt reguliret werden, daß man keine Schwürigkeit darinn finden solte.

XXIX.

Replicarunt 22. Sept. e. a. *A. C. Addicti*, a se mox initio hujus belli pacem *Ryswicensem* una cum *Clausula* art. 4. *pro abrogata* habitam fuisse; per instructiones suas necessitari se ad urgendam adhuc semel expresse abolitionem; æquum esse, ut consentiant Catholici, ex quo Sacra Cæsarea Majestas 12. Febr. 1698. per Decretum Commissionis declarasset, *æquitatis fore, ut satisfieret Ordinibus gravatis, quatenus Gallia hoc pro contraventione pacis habere non posset*; hoc postremum nunc, propter bellum, cessare; nuperas Catholicorum conditiones importare in effectu plus, quam ipsamet Clausula, ideoque Aulis suis transmitti non posse; exspectari proin ab ipsis *pro ultimato* declarationem, quæ satisfaceret. *

* Moser pag. 222. Protestabantur autem, se per hoc nolle aliquem cum Catholicis Comitiatis tractatum ingredi, vel quovis alio modo moras sibi necti passuros haud esse: & sic parum aberant, quin *pede Ryswicensi Gallico*, par pari referentes, incessissent.

XXX.

Duplicarunt Catholici 24. Sept., tam anno 1698., quam anno 1702., notorie placuisse viam *amicabilis* super dissidiis Clausulæ, *per Deputationem* Imperii arctiorem tentandæ; huic viæ se sincere insistere, nolentes Clausulæ adeo rigide, ac *stricte inhærere*, sed eandem *ita restricturi*, ut non tantum *A. C. Addicti*, sed etiam sublimes *Confœderati*, & *quilibet alii*, palparent, plus, salva æquitate, desiderari non posse. *

* Idem *pag.* 224. Et addiderunt, daß man über das Exercitium Religionis in denen, unter die Clausul des Art. 4. Pacis Ryswicens. gehörigen Orthen (wo nicht bereits ein anderes Verglichen ist) mit allerseitigen Vergnügen sich miteinander verstehen, und ihnen zugleich hiemit zu belieben stellen wollen, Ob sie nicht selbsten auch an Hand geben mögten, was sie eigentlich in besonderen Fällen, und worüber sie nähere Erklärungen zu obigem Ende, verlangten; assecurando insu-

insuper A. C. Addictos, daß man hierauf solche Erklärung über die vorige ohne Anstand also zuertheilen geneigt, bereit, und im Stande seye, daß darüber die Herrn Augspurgische Confessions-Verwandte, Herren Churfürsten, Fürsten, und Stände, und jedermänniglich vergnügt sich finden könne: man ersuche hingegen dieselbe anbey auch, das einiger Orten verspürte Mißtrauen beyseit zusetzen, um in desto engeres vernehmen, und zwar auch in wenig Tägen, wann es ihnen ein gleichmäsiger rechter Ernst, wie disseits, seye, aus der ganzen Sache in allseitiger Zufriedenheit zu kommen.

XXXI.

A. C. Addicti, qui prius jam 11. Septembr. datis ad *Angliæ* Reginam, dinesque *Belgicos* literis translationem hujus materiæ *ad futuros Pacis Con-ssus* præparaverant, * 25. Sept. triplicarunt tono satis alto, & imperativo; ılicatum satis esse Catholicis, *quod desideretur abolitio Clausulæ*; quæri ergo *nsum*, & *cooperationem* illorum; quatenus res eo dirigatur, *ut in futura pace abolitio a Gallia solenniter agnoscatur, ejusdemque pacis instrumento inseratur.* odsi Catholici forte hoc desiderium replere non possent, supervacaneum fohac materia *in Comitiis* tempus perdere, utpote *alia ad loca* transferenda: ɔuncto *Restituendorum* militare pro A. C. Addictis *ambas*, solemnes, a Sacra sarea Majestate ratificatas *belli declarationes* de an. 1689. & 1702., nec non ıitulationem *Josephinam* de an. 1690. §. 13. **

' Idem *pag.* 218. „Non dedignabitur ergo Regia Majestas *curas eo convertere*, ne „*de præliminaribus Pacis* conveniatur, nisi *de restitutione omnium, tam in* „*locis jam recuperatis, quam restituendis, in ecclesiasticis, & politicis*, quæ „intuitu eorum mutata fuerunt, *ad statum pacis Westphalicæ* in Imperio, *ex-* „*pressis verbis* cautum sit." Et *pag.* 220. ad Batavos: sich dahin zu bearbeiten, damit sothane Religions-Angelegenheiten gleich in denen *Præliminarien* vestgestellt, und keine dergleichen mehr ohne dieses geschlossen, vielmehr in specie dabey *expresse* mit-bedungen werden mögte, daß alles, sowohl in locis jam recuperatis, als restituendis, in ecclesiasticis, & politicis, in soweit in selbigen intuitu derselben etwas geändert, ad statum Pacis Westphalicæ in dem Reich wiederum gebracht, vornemlich die Abolitio der Clausul des Art. 4. Pacis Ryswic. erlanget, und über solches alles eine Friedens-*Execution* angeordnet werde: die übrige gravamina in ecclesiasticis hingegen könten in dem Frieden zu einer, deshalben anzustellenden eigenen Reichs-*Deputation* in Comitiis vorbehalten, und dergleichen Deputation specialiter dabey bedungen werden. Advertatur hic iniquitas, quæ reliqua Religionis gravamina quidem *domestice* tolli voluit, sed *abolitæ*, quod sperabant, *Clausulæ executionem* prætendit faciendam *per Exteros* compaciscentes: Nonne ipsimet A. C. addicti Ordines tot vicibus retro querulabantur, quod Clerus Catholicus *executionem Clausulæ* postulasset ab *extraneo* Rege Galliæ?

' Idem *pag.* 226. Hallucinatos fuisse A. C. Addictos in eligendo *medio alio*, quam *domesticæ* amicabilis compositionis, docuit eos experientia subsequens. Sic

 fieri

fieri his amat, qui suis consiliis huc illuc saliunt, nec firmo talo subsistentes pergunt in uno tramite.

XXXII.

Quadruplicarunt Catholici 28. Septembr. prolixe, remonstrantes, hoc negotium debere, post ordinatam semel lege Imperii *Deputationem*, coram hac, non alibi, tractari, non sperare se, A. C. Addictorum *finalem* sententiam fore, *ut penitus aboleatur Clausula*; cum Catholici *aliquid de jure ex ea quaesito remittere* sint parati: atque ut hoc sibi maxime serium esse ostenderent, per adjunctum sub A. eis sincere communicabant Celsissimorum suorum Principalium instructionem, * nullam habituri partem, si *ex duritia ipsorum, abolitioni insistentium*, major diffidentia, aliaque mala consequerentur.

* *Idem pag.* 227. - 232. Oblatae conditiones erant: 1.) Domini Territoriales lege Imperii publica adstringentur, ut Subditos utriusque Religionis, in locis sub Clausula comprehensis actu habitantes, tolerent, nullo modo contristent, nec ejiciant.

2. *Ubi unum duntaxat templum*, componetur *de praecedentia* usus, & exercitii *publici*, utriusque Religionis hominibus concedendi; habebunt ambae Religiones necessarios Pastores, Ministros, & Scholasticos, coemiteria, ac sepulturas: reditus ecclesiastici dividentur.

3. Ubi *duo*, vel *plura* templa, *singulis Religionibus singula* seorsim assignabuntur.

4. Quas vero Rex Galliae tempore occupationis ipsemet construxit, & dotavit Ecclesias, hae solis Catholicis relinquentur.

5. In locis, ubi quondam *meri A. C. Addicti* fuerant, nunc autem *Dominus territorialis Catholicus* est, relinquatur A. C. Addictis in templis, quae possederunt, liberum exercitium *simultaneum* cum reditibus necessariis: habeant quoque licentiam, nova templa aedificandi; id quod in casu simili etiam Catholicis territoriorum Dominis, & Subditis licebit, *salvis tamen per omnia pactis, & conventionibus, inter ipsos territorii Dominos, eorumque Subditos, post Pacem Monasteriensem, Neomagensem, & Ryswicensem initis.*

6. In locis *restituendis*, vel *recuperandis* a Gallia, ubi *omnes incolae una cum territorii Domino* sunt *Catholici*, omnia *in statu quo* relinquentur. Ubi vero territorii Dominus *A. C. Addictus* esset, habens tamen *Catholicos* quoque Subditos, ibi hi tolerabuntur, *cum exercitio Religionis simultaneo, & aliquibus reditibus* in sustentationem divini cultus, Curatorum, ecclesiae, & scholae ministrorum, coemeteriorum, turrium, campanarum: liceat etiam illis nova templa construere; id quod in simili casu converso nec *A. C. addictis Subditis* ullatenus denegabitur.

7. Quoad civitatem *Argentinam* in specie, hic Catholicis praeter liberum Religionis suae exercitium *Ecclesia Cathedralis* cum annexis *privative*, nec minus *omnia reliqua*, inde a Gallicana occupatione *recens aedificata templa* cum

cum Canonicis majoribus, & Collegiatis, Monasteriis, Clericis, & Ordinum regularium personis, nec non appertinentibus reditibus, sine quavis subtractione, concedentur: in *magistratu*, & *jure civitatis*, manebunt Catholici *in statu, quo nunc sunt;* iisque demortuis ad Consulatus, Senatorias dignitates, officia, civitatem, alii Catholici surrogabuntur, pari cum A. C. Addictis numero in hoc *mixtæ Religionis* loco censendi. Cœtera *ad normam instrumenti Pacis Westphalicæ* in ecclesiasticis, & politicis redigentur.

XXXIII.

Quintuplicantes 5. Octob. A. C. Addicti, negarunt, anno 1702. & 1704. e intentionis unquam fuisse, quod cum Catholicis coram *Deputatione Imperii* ctare vellent *super modificatione Clausulæ*, utpote quam semper inde a declarane belli tenuissent *pro cassata*, velut *legem*, contra Catholicorum æque ac Prolantium intentionem, *sibi obtrusam:* huic postulato a se insisti immote: quoad *a in hoc bello jam recuperata*, vel *ex futura pace restituenda*, retinere se jus quæım *ex appromissione Catholicorum* in declaratione belli an. 1689., & Capitulatio Cæsarea anno 1690. art. 13., omnia nempe, tam in ecclesiasticis, quam liticis, ab hoste immutata, restitui debere *juxta leges Imperii fundamentales, pacificationes*. A se quidem Celsissimis suis Principalibus novissimam Catholirum declarationem transmissam, sed eandem ejus saporis in utroque puncto istere, ut ipsi capitula ibi oblata gustare nequeant; projectabant vero puncta cundæ concordiæ aliter, & quidem sic:

1. Religio cum templis, & annexis in supradictis locis omnibus *in statum pristinum*, qualis *ante occupationem Gallorum*, *& subsecutam Clausulam*, juxta tenorem Instrumenti Pacis Westphalicæ *fuit*, *vel esse debebat*, restituatur:

2. Nihilominus autem, si subditi *Catholici* in territoriis illis *A. C. addictorum* Dominorum *quocunque modo* habuerint suum exercitium, tolerabuntur, *salvo tamen jure territoriali*, eaque lege, ut hocce suum exercitium *sumptibus propriis* instruant, atque conservent.

3. Quodsi Dominus territorii fuerit *Catholicus*, retinebit ipse pro se, & Subditis suis Catholicis, exercitium suæ Religionis, ita tamen, ut

4. Subditis A. C. Addictis omnia sua templa, reditus, & reliqua in eo statu, quo illa anno 1624. possederant, & usque ad mutationes hostiles exercuerant, restituantur, nec non

5. Cuivis libertas suæ conscientiæ, & mutandæ secundum dispositionem Pacis Westphalicæ Religionis, relinquatur, nec mutantibus Dominus territorialis indignetur.

Horum capitulorum admissio si præcessura esset, A. C. addictos Ordines pro sua parte contributuros esse ad plenariam concordiam; protestari nihilominus, ne manus sibi vinciantur ad tractandum desuper *in Comitiis;* cum nego-

negotia religionis jamjam effecta fuerint *pars tractatuum præliminarium* fut ræ pacis. *Idem. pag.* 233.

XXXIV.

Sextuplicarunt Catholici, se neutiquam destituros esse *a semel ordin Imperii Deputatione*, coram qua *utrumque caput*, nempe tam *Clausulæ*, quam *stituendorum*, amicabiliter componatur; exspectare S. R. I. Electores, Prin pes, & Status Catholicos ab æquanimitate S. R. I. Electorum, Principum, Statuum A. C. Addictorum, pronam voluntatem, quo *res hæc domestica adl ante conclusionem Pacis domi per recessum ad finem perducatur:* evanuisse *Prælimin ria* pacis (ratihabitione Regia Gallicana non secuta:) nec ibi quidquam *su Clausula* conventum, imo hanc materiam *ad generalem pacis tractatum* per eade remissam esse. *

* *Idem loc. cit. pag.* 235. Tenorem *Præliminarium*, Hagæ Comitum 28. Maii 170 conscriptorum, art. 13. exhibet FABER *Tom.* 14. *pag.* 757.: urgebant Ang ac Batavi *cassationem Clausulæ;* sed res *ad pacem generalem* remissa est, quod valde displicuit Protestantibus, qui magis optaverant, ut insereret abrogatio Clausulæ *jam ipsis Præliminaribus:* sed nimium petendo acceperu nihil.

XXXV.

Constituerunt postea 12. Octobr. A. C. Addicti Ordines inter se una miter, *ab omni cum Catholicis tractatu super Clausula, & restituendis, ex nunc j re abstrahendum;* iisque aut nullum responsum dari debere, aut saltem istu *nunquam Catholicis jus aliquod ex Ryswicensi clausula recognitum fuisse, neque nu adhuc recognosci:* suum, in antehac placitam *Deputationem* consensum eo col masse, ut *de consensu Catholicorum* aboleretur per eam Clausula, *casu, quo co tingeret, aliquando ab ea desistere Coronam Galliæ, aut alio modo contractam vers eam obligationem cessare:* ulteriores instructiones non esse exspectandas, cum a ceptari non possit, quod Catholici se vellent facere *tolerantes*, Evangelicos a tem in territoriis sibi propriis, *quasi ex gratia toleratos:* cœtera, ut retro. *

* MOSER *tract. cit. pag.* 236. Allegatio nunquam Catholicis recognitæ Clausu læ erat contra fidem præcedentium protocollorum, quorum extractus de Sect. 1. *Deputationem* Imperii *eum in finem* placuisse, *ut ibi Catholici se abo litione Clausulæ contentos declararent*, erat detortum Deputationis diffugium ac prorsus inverisimile; cum hoc si voluissent Catholici, sine Deputation id facere uno verbo potuissent.

XXXVI.

Catholici, quanquam *tuto, ac merito* abrumpere potuissent, reparand tame

nen utrinque confidentiæ gratia, ulteriores nihilominus propositiones pro ficiendo Religionis Recessu A. C. Addictis 25. Octob. fecere, videlicet

1. SUBDITIS, nec non de *Equestri Nobilitate*, & *aliis*, qui in *locis recuperatis*, vel *recuperandis* consistunt, Catholicis, relinquat Dominus territorialis plenum, ac liberum Religionis exercitium, sive parvo, sive magno numero fuerint; ita quidem, ut in demortuorum loca substitui debeant novi Catholici: idem servetur *pro locis sub Clausula comprehensis:* nova templa, scholas, parochiales domos, ædificare liceat: ubi unum duntaxat foret templum, toleretur in eo *simultaneum*, donec Catholici intra certum tempus ædificassent sibi propriam ecclesiam.

2. Ubi duo, vel plura templa, Catholicis cedatur saltem unum, cum libero exercitio, & facultate sibi novas ecclesias, & scholas ædificandi.

3. Templa, scholæ, hospitalia, & aliæ fundationes piæ, inde ab occupatione Gallica a Catholicis constructæ, fundatæ, dotatæ, his serventur cum plenitudine exercitii publici, etiam usque ad processiones. Loca *pure Catholica* sub Domino territoriali Catholico remanebunt *in statu quo*.

4. In locis *recuperatis*, vel *recuperandis*, & *sub Clausula comprehensis*, ubi nunc Catholici Consules, Senatores, Judiciales personæ, cives, incolæ, subditi, aliique officiati, status ejusmodi manebit semper.

5. Quantum *ad Civitatem Argentinam*, servetur, ut retro *pag*. 50. num. 7.; cum ibi Catholicis, plusquam dimidiam partem Magistratus, & Civitatis efficientibus, impossibile sit annum 1624. observare: velle tamen Catholicos A. C. Addictis cedere *Simultaneum in Cathedrali:* quoad creationem Magistratuum, ac susceptionem civium, servetur res *ad exemplum Augustæ Vindelicæ*. Cætera *Catholica* remaneant in statu quo.

6. Verba limitativa, a Statibus A. C. Addictis, supra *pag*. 52. num. 2. apposita: *salvo tamen jure territoriali*, accipiantur *cum exclusione juris reformandi;* ne articulus eorum sibimet existat contrarius.

7. Hæc compositio neutiquam *ad alia loca*, ultra recuperata, vel recuperanda, & comprehensa sub clausula, extendatur.

8. Nec præjudicium pariet *pactis conventis* inter ipsius territorii Dominos, eorumque Subditos, vel rebus, alias *post Pacem Monasteriensem*, *Noviomagensem*, & *Ryswicensem*, modo quocunque, & ubicunque locorum, regulatis. Causæ ecclesiasticæ, & consistoriales decidantur in cujusque Religionis Diœcesi, & Consistorio juxta novissimam compositionem *Düsselanam*.

9. Cumque hæc inferenda sint futuræ paci *per separatum articulum*; credere Catholicos, ita utriusque religionis professores esse posse contentos, ut *clausulis salvatoriis utrimque interpositis* non amplius sit opus. *Idem pag*. 237. - 240.

XXXVII.

Postridie deliberantes A. C. Addicti concluserunt, ad Aulas quidem suas

 mit-

mittendas esse has novas Catholicorum propositiones, interea vero interrogantibus illis respondendum esse *sine scripto*, instructiones suæ partis tendere illuc, *ut causa Religionis transferatur ad tractatus pacis*, ultimum nihilominus communicatum ad Aulas esse transmissum. *

* *Idem pag.* 241. Interim A. C. Addicti omnia, quæ in Comitiis evenerant, suis in Haga Comitum Ministris significarunt ad invigilandum. Nihilominus 2. Nov. non male se facturos crediderunt, si ante quævis accurate pensarentur Catholicorum oblata; si sua *de Tolerantia Catholicorum in locis sic restitutis* facta eis propositio concederetur, clare explicaretur, & sinistræ Catholicorum interpretationi (*supra pag.* 52. *num.* 6.) contradiceretur; si denique judicium super unoquoque puncto formaretur, & pro instructione instaretur, *an sit remissioni ad conferentias pacis insistendum, an vero super uno, alterove puncto propior declaratio Catholicis danda.* Ibid. Cumque decori ratio tunc urgeret responderi a Corpore Imperii Reginæ Angliæ ad literas 3. Jul. ex Windsor palatio datas Ratisbonæ 3. Aug. 1709. per Moguntinum dictatas (Vid. FABRUM *Tom.* 14. *pag.* 113.) acriter volebant A. C. Addicti, ut peteretur in iisdem *cassatio Clausulæ*: resistentibus vero Catholicis, hæc petitio omittebatur, sicut patet ex responsoriis. *Ibid.* d. d. 22. Nov. *pag.* 621., salvo utriusque partis jure. MOSER *pag.* 242. Sic disputatio super clausula, pro anno 1709. sat animosa, pertinax, & vehemens, in Comitiis tantisper subsedit.

XXXVIII.

Anno 1710. lætabantur *bonæ spei* radiatione A. C. Addicti, & *clausula*, tot ictibus percussa, videbatur tandem *humi casura* esse. * Ne hoc fieret, Catholici *retentionem* hujus negotii *apud Comitia* studebant procurare: Illi vero instabant, *Deputationi Imperii*, ad Pacis congressum ablegandæ, *demolitionem clausulæ* debere demandari, nihil desuper amplius *in Comitiis* tractari. **

* Galli, finibus suis versus Germaniam belli continuatione arctandis male metuentes, in Februario rursus propinarunt pacem; &, qua nescio, animi cœteroquin insolita remissione, consenserunt *primum* votis Protestantium, *ut quartus Articulus Pacis Ryswicensis discuteretur in Conferentiis pacificantibus*; paulo post autem adhuc remissius; *quod Majestas sua Christianissima ex nunc consentiret annullationi Articuli 4ti Tractatus Ryswic., quantum ad Religionem.* MOSER *pag.* 243. Verum *solus consensus Regius*, ni & *Catholici*, jus quæsitum habentes, ei accessissent, rem ex voto Protestantium conficere non potuit: interim hæc inauspicata Gallorum condescensio multum obstinavit in suo proposito A. C. Addictos.

** *Idem pag.* 246., qui & Catholicorum in Comitiis contraria studia, motivis jam deductis innixa, d. d. 1. Jul. & 13. Sept. 1710. refert *pag.* 145. & 146., quibus si tunc benigna auris a Protestantibus præbita fuisset, res, modo pro parte ipsorum desperata, gratius regulativum, lege Imperii perpetua, acceptum fuisset. Sed Domini tunc nimis sibi, suisque Confœderatis confidebant, ex meticulositate Catholicorum, contra regulas providendorum, eristas altius erigebant

gebant, ab illa, quæ eos tunc occæcavit, melioremque Catholicis sortem reservavit, altiore Providentia superati.

XXXIX.

Intercessit mors JOSEPHI I. Imp., & ante electionem CAROLI VI. ris anno 1711. conficienda *Capitulatio Cæsarea*: tunc iterum *in Electoralibus* *rerentiis* pulsarunt Clausulam illi ipsi, qui desuper *paulo ante* renuerant tra- e *coram Comitiis*, prætendentes alias, ejus decidendam sortem *ad tractatus* *hoste pacificaturo* pertinere. *

Historiam ex votis protocollaribus dedit nobis Clariss. MOSER an. 1742. in Commentario illustri ad Capitul. CAROLI VII. Bavari Imp. *part.* 2. *a pag.* 213., reticito tamen Protocollo novissimæ tunc temporis Capitulationis quoad hunc passum clausulæ: Tunc, nempe an. 1711. in recensione Capitulationis *Josephinæ* ad art. XIII. prætendit Chur-Brandenburg, es solle in fine articuli „beygesetzet werden, soll, und will keinen Frieden ohne Churfürsten, und Stände „schliessen, insonderheit aber ernstlich daran seyn, daß das *occupirte*, oder „*in ecclesiasticis*, & *politicis* geänderte, in den alten, den Reichs-Gesätzen, „und Kriegs-*Declarationen de an.* 1689. und 1702. gemäßen Stand *restitui-* „*ret* werde. Opposuit Chur-Trier, seines Theils finde man groses Bedencken, „dem jetzigen Monito, und Zusatz zugeheblen, sondern es diesfalls bey dem, in „dem Ryswickischen Frieden enthaltenem *Passu* so lang zulassen, bis daß „disserhalben bey gegenwärtigen *Comitiis*, allwo darüber schon viele Fragen ent- „standen, man dieses Werck werde ausgemacht haben: Conformarunt se huic Trevirensis voto *Moguntinus*, *Bohemus*, *Palatinus*, concludendo, manendum esse simpliciter *in verbis Josephinæ*: At *Brandenburgicus*, sub obtentu materiæ religionis iens in partes, cum adhærentibus sibi, negavit, fieri posse conclusum ex majoribus Catholicorum: *Moguntinus*, non fuisse pro parte Directorii propositam aliquam religionis caussam, & sic eandem in concludendo mentem fuisse: Videns ergo *Brandenburgicus*, se nihil sic effecturum, rogavit interrogari, *an non placeret ex illo Josephinæ passu delere verba*: und Friedens-Schlüsse, quia intelligi nunc posset quoque *Ryswicensis* Pax: *Trevirensis* retinendam esse *Josephinam*, ut jacet: *Bohemus*, aut ab hoc *Brandenburgico* monito plane abstrahendum esse, aut simpliciter manendum in Josephina: *Palatinus*, &c., tribus reliquis desistere a monito, nisi expuncto verbo: Friedens-Schlüsse, nolentibus, *Moguntinus* similiter, ut cœteri tres Catholici, ratus non esse aliud formabile conclusum, quam supra: postridie, quo res, petentibus illis tribus, differebatur, *Saxo* admisit retentionem contextus *Josephinæ*, ita tamen, ut novæ nunc Capitulationi inseratur, daß die Evangelische unter dem allegirten Friedens-Schlüssen den Ryswickischen keines weegs verstanden wissen wolten. *Moguntinus*, qua Director, non posse quidem super hoc negotio, tot jam annis coram Comitiis ventilato, atque ad transigendum præparato, quidquam *a solo Electorali Collegio* concludi; attamen contentos fore Catholicos, ut *Protocollo* inseratur, daß das Wort Friedens-Schlüsse in der neuen Capitulation dergestalten seye eingesetzet worden, daß dieses vorbehaltlich demjenigen, was in Comitiis dermahleins inter Imperatorem, & Status ratione Pacis Ryswicensis

und

und in specie des art. 4., werde verglichen werden, gesetzet worden seye: accede bant tres alii Catholici: *Saxo*, hoc Catholicorum Expediens acceptari no posse; cum intentionis A. C. Addictorum non sit, ut vel in hac conferenti Electorali, vel præcise in Comitiis, controversia Clausulæ terminetur; inhæ sit ergo hesternæ reservationi, quæ inseratur Capitulationi: cessit *Moguntinus* ea lege, ut suum, & reliquorum Catholicorum Expediens *ipsimet Capitulation* apponeretur: nolentibus illis, tandem placuit conceptio huius passus, sicu supra *pag*. 6. §. 5. *in not.*, & apud MOSER *Tract. de fatali Claus. pag.* 247 Et hic erat *primus pes formularius* sequentium *Capitulationum* quoad hanc con troversiam.

XL.

Dum anno 1711. & 12. Ultrajecti *novus* pangendæ generalis pacis *con gressus* instituebatur, omnem rursus lapidem moverunt A. C. Addicti, ut ibi i exilium deportaretur Clausula. *

* Gallia *in articulis præliminaribus* a Clausula abstraxit; sed contra *Fœderati* Angli, Batavique, in suis propositionibus 1. Martii 1712. revocationem eju petierunt. MOSER *loc. cit. pag.* 248. Hoc freti, duros se erga rem Catho licam exhibuere *in Comitiis* A. C. A., nihil prorsus *de amicabili, ibidem perfi cienda*, audire volentes, ut latius apud *Eund. pag.* 249 - 263. Quin effece runt, ut A. C. addicti Ministri nomine Regum, atque Principum Evangelicæ Religionis. & Ordinum Generalium uniti Belgii, Legato Cæsareo Ultraject hoc monitum, paci inserendum, exhiberent: *Ut in Imperio omnia, in sacris & ecclesiasticis, ut &, quæ horum intuitu in politicis mutata sunt, in eum sta tum, in quo juxta Instrumentum Pacis Westphalicæ fuerunt, vel esse debean omni modo restituantur, ita, ut jam dicta Pax in suo robore permaneat*, ABO LITA PRORSUS CLAUSULA, *quæ contra illam, statumque annorum respectiv* 1618., & 1624. *Art.* 4. *Pacis Ryswicensis continetur, certa spe freti, sacram Cæsaream Majestatem, una cum Statibus Romano-Catholicis, opus, in publi cum tam salutare, etiam sua sponte adjuturam, atque promoturam esse.* Ibid pag 263. Quas Conferentias Ultrajecti desuper inter se solos habuerint an 1713., lege apud eundem fusius *pag.* 272. - 291., ubi adeo *cætera extra clau sulam gravamina* movebant, etiam pro *Silesia*, *Hungaria*, *Transylvania* quæ tamen illuc non pertinuerunt. Catholici vero, necquidquam cedentes dixerunt Deputatis eorum, *suæ potestatis non esse, Clausulam abolere;* in quo recte senserunt; quis enim *ob illa solum motiva*, quæ attulerant A. C. Addi cti, Dominis, & Subditis, eorumque Religioni, auferat juste, quis coope retur ad auferendum jus, eis post Pacem Westphalicam tam solemniter quæ situm?

XLI.

Gallia in duabus formulis futuræ pacis, *Cæsari, ac Imperio oblatis*, sol licite cavit, ne quidquam poneret *de abolitione Clausulæ.* * Ast 11. April. 1713 *separatis pacificationibus* cum Regibus *Angliæ*, & *Borussiæ*, ac *Hollandis*, sivit ali quam Protestantium consolationem, *citra tamen mentionem Clausulæ*, adjici. **

* Im

Imo vero posuerat generaliter, *Pacem Ryswicensem fore restaurandam.* Idem pag. 291.

' Pro *Anglis* Art. XXI. „ Amicitiæ Dominæ Magnæ Britanniæ Reginæ dabit „Dominus Rex Christianissimus, quod *in Tractatu, cum Imperio ineundo,* „CONCESSURUS SIT, *ut omnia in antedicto Imperio, quæ Religionis statum con-* „*cernunt, ad tenorem Pactorum Westphalicorum conformentur*, ita, ut mani- „feste appareat, *nolle, & noluisse Regem Christianissimum in dictis pactis quid-* „*quam esse mutatum,* Coincidit Art. XXXIII. cum Hollandis: Rex *Borussiæ* autem *mera generalia* Art. VI. retulit: „Rex Christianissimus *hanc sibi men-* „*tem esse* declarat, *ut Pax Westphalica tam in sacris, quam in profanis sarta,* „*tectaque permaneat*, perinde, ac si hic de verbo ad verbum inserta esset. *Id. pag.* 292. Hoc erat perinde, atque nihil contra Clausulam effecisse: Rex de futuro contingente, ex *arbitrio tertii*, nequidem solo, *pendente*, aliquid promittit, quod utrum fieret, ab *incerta belli alea* dependit: *se concessurum esse*, dixit (que le Roi *consentira*) *cui* consentiet? An *toti Imperio*, quod tale quid nunquam petiturum erat? An *solis Protestantibus*, invitis *Catholicis*, præsertim his, *quorum* ratione territorialis superioritatis *intererat*? Impossibile factu, & speratu: Et *cui rei* consensisset Rex? Ut *per totum forte Imperium* omnia conformentur Paci Westphalicæ, sicut desiderant *Protestantes*, negantibus prætensa eorum gravamina *Catholicis*? Quæ, quantave *novi belli intestini* materia? Et *quem in finem* consensisset? Ut *appareat manifeste*, Regem *noluisse*, quidquam in pace Westphalica esse *immutatum*! Ergo noluit Rex id, quod *Ryswici*, ut cum Protestantibus loquar, his tanta constantia *obtrusit*, & ad exitum perduxit? Demum *Quibus* promisit, quod *consensurus esset*, Rex? *Anglis, Batavisque*, qui a fœdere cum Cæsare, & Imperio per intricationes privatas turpiter defecerant: quid ad hos postea pax *cum Cæsare, & Imperio* ferienda? Præter *purum* igitur *aulicismum gallicanum*, nihil continuit Articulus iste; nec cuiquam jus aliquod *super re tertii* acquisivit: totus illorum articulorum effectus est, quod ANNA Angliæ Regina cum Batavis conquereretur, LUDOVICUM XIV. *postea non consensisse.* Gratis autem *Corpus Evangelicorum* 9. April. 1714. sic interpretari voluit promissa LUDOVICI XIV., quod Corona Galliæ Ultrajecti se *obligaverit, ad restituendum in pace cum Imperio omnia in Ecclesiasticis ad normam pacis Westphalicæ*, ut habetur *Ibid. pag.* 302. Hoc enim, pace ipsorum dixerim, verum non est. Scriptum tunc potius fuit aliquid, sic dictum *quid pro quo*, ut Angli, erga sollicitantes se nimium Germanos Protestantes satis frigidi; aliquid fecisse viderentur. Viderunt hi expost, quam malo consilio se converterint *ad Extraneos*, superbe contemptis oblationibus *Con- Statuum Catholicorum* æquanimibus, sicut de ipsismet Legatis Protestantium exterarum Potentiarum aliqui hoc agnovere.

XLII.

Quantum quantum vero *bonæ spei* Ordines A. C. Addicti conceperant, re, ut, post Regis LUDOVICI XIV. in pace *Ultrajectensi* qualiacunque apromissa, pax *cum Imperio* ineunda longæ, ac difficili causæ, *ad ipsorum satisfamem*, plenum finem afferret; omnia tamen rursus excidebant cassa. *

* Moser *cit. tract. pag.* 293. Imputent hoc Anglis, Regi Borussiæ, & Ba qui neglexerant *energica illa ipsorum monita* super articulandis in Ultraje pace disertius exprimi facere, contentique *pacto de consentiendo* non ur *nominatim* expungi *Clausulam*. Prudens quisque Politicus jam tunc præ poterat, illis Ultrajectensibus Articulis nihil *ex voto Protestantium* fuisse fectum.

XLIII.

Ad 7. Ruit ex jam dictis: QUI enim promiserunt? CUI promiserunt? PR QUIBUS promiserunt? Ad 1.) *Cæsar*, *& totum Imperium*, inclusis etia Protestantibus, non solum in *communi*, *pura*, ac *simplici* Ratihabitione Im perii, sed etiam *per ratificationes particulares singulorum* illorum, qui no mox 30ma Octobr. 1697. *Ryswici* subscribere voluerant: hæ redditæ fu *Directorio Moguntino* in manus: Directorium misit eas in Hollandiam: sup *pag.* 19. Hoc est profecto promittere & agnoscere. Ad 2.) *Regi Galli stipulatori*, qui non aliter *ex suis hactenus Subditis* rursus facere *Subditos Im perii* voluit, quam *adjecta Clausula*. Ad 3.) Non *sui* tantum *gratia*, sed *Subditorum*, hac lege Imperio restituendorum; qui, si turbentur, agun non *Promissores*, Cæsar, Principes, & Status Catholici, quanquam hi rect illorum causæ assistant, sicut Principes, & Status A. C. Addicti assistunt Sul ditis alienis suæ Religionis, qui ex *facto ipsorum* jus ex Pace Westphalica *non-compaciscentes*, acquisierunt: Non agit itaque hic *Promissor* ex jure *stipu latoris*, sed *promissorius* ex *jure proprio*, per *opem*, *& factum stipulatoris* ac quisito: multo minus agit *amicus ex jure hostis*, sed *ex promisso amicorum* sui gratia postulato, atque facto: An amicus promissor nolet servare amic id, quod promisit, non aliter eum valens ex hostico recipere? Nonne, Rex Galliæ restituisset civitatem Imperio *municipalem*, lege pacis convent ut deinceps futura esset *libera*, & *Imperio immediate subjecta*, hæc pacis cor ditio inita eidem *ad petitorium quoque* conduceret? Cur non & Clausula re stitutis Subditis Catholicis? Recurrit semper retorsio hujus argumenti *a Sul ditis Catholicorum Statuum*, qui anni normalis beneficium acceperunt *ex ju hostis*, nempe *Protestantium*, qui bellum religionis gesserunt adversus ipsoru Dominos, & in pacis instrumento *favore ipsorum* Subditorum alienorum ho sibi sunt stipulati: an enim & hi, contra Dominos suos Catholicos, si Pa Westphalicæ contravenirent, agentes ex Pace ista, acturi essent *ex jure stipu latoris*, vel *hostis?*

A

Ad 8. *Ubi* protestati sunt Domini Protestantes? *Ubi* reservarunt sibi posita sub argumento? *In Comitiis:* an hic erat *locus, ubi?* Credo, quod hoc fieri debuisset *coram Rege*, pro Subditis a se Imperio restitutis, taliter in art. 4. Ryswicensi stipulato, aut *coram Legatis ejus*, in Hollandia permutantibus ratificationes: at, ibi non sunt ausi, quidquam sibi reservare contra Clausulam; Regi supplicarunt Parisiis *pro benigna interpretatione*, non *pro abolitione*, quam non impetrassent, dicente eis an. 1698. POMPONIO, Regis Ministro, *qu'il étoit assez naturel d'insister sur la conservation de la Religion Romaine dans les lieux, que la France rendoit a l'Empire.* MOSER *tract. de Clauf.* pag. 122. in fin. *Reservatio* illa *in Comitiis proposita*, a nemine Catholicorum acceptata, an transiit *in pactum de non-petendo*, vel *non-agendo*, vel *subditos*, in casum turbationis (a qua se alienos animo profitebantur A. C. Addicti) forsan acturos, *non audiendo?* An est operata *effectum* licentiæ, *via facti* pro *cujuscunque Status particularis* lubidine contraveniendi Clausulæ? Hæc principia nullus JCtus audebit sustinere: sequitur, *injuste agere* eos, qui *via facti* turbant Catholicos *in locis sic restitutis.* Et non porrigat ullum Imperii Dicasterium auxiliatrices manus contra injuste agentes? Assessores Imperialis Cameræ, aut Consiliarii Imperiales Aulici, *ire queant in partes?* Quid hoc esset, nisi dicere? *Nostri, via facti agentes contra Clausulam, recte egerunt, & juste; pergant sic: non impediemus quævis eis contraria?* Et quare? *Quia sumus Protestantes, quibus non arridet clausula, quam ratihabuimus!* Quid si Catholici Assessores pariter in aliis Protestantium gravaminibus irent in partes, dicendo: *sumus Catholici, non arridet nobis Pax Westphalica, quam inivimus?* De Protestatione anni 1714. remitto ad pag. 67. 68.

Ad 9. Afferatur prius aliquod exemplum, nostro casui applicabile, id est, *ut duo Socii promittant stipulatori tertio, favore directo quarti*, & non teneantur duo Socii promittentes tam *quarto*, quam *tertio*, servare fidem. *Duo Socii promittendi* sunt Catholici, & A. C. addicti Principes, ac Status Imperii: *Tertius Stipulator* erat Rex: *Quartus, pro quo*, Religio Catholica, seu Subditi, eam professi. Vid. *pag.* 30. *in not.* §. 17. Nunc detur casus, ubi *duo Socii promittendi* ambo valide obligarentur *tertio*, favore *quarti* sibi stipulanti, quin valide obligarentur *etiam quarto.* Hujuscemodi ex adverso diffugia olent *Legulejum*, parumque reputationis faciunt *in conspectu gentium*, quarum simplex principium est: *pax servetur, pacta custodiantur.* Vid. *pag.* 26. & 29.

Ad 10. Solvitur, dicendo, Subditos Catholicos, in locis devictis, postea restitutos, non *suo*, sed *Regis sui*, *stipulatu*, favorem art. 4. *immediate* consecutos esse: nihil novi est, hostes, dum se reconciliant, pacisci quoque pro illis, inter quos bellum non extiterat: exemplum jam dedit superiore sæculo Author anonymus apud MOSERUM *tract. de clauf.* pag. 413. in fin. in Landgraviis Hasso-*Rheinfelsensibus*, qui per Art. 45. *Ryswicensem* plus juris in castrum *Rheinfels* contra *Hasso-Casselanum* acceperunt, quamvis inter eos bellum non præcesserit. Idem Author *civile* argumentum *ab inutili stipulatione pro tertio*, ad *materiam juris gentium* inapplicabile, tum ex *ipso jure civili*, tum ex H. GROTIO *lib.* 2. *de J. B. & P. cap.* 11. *num.* 18. plenarie dissipavit: Vid. Staats-Canzley Tom. 3. pag. 305., ubi Articulus a Rege Galliæ inclusorum plurimorum *tertiorum* paci Ryswicensi, ipsius etiam *Summi*

Pontificis. Quod Rex LUDOVICUS XIV., dum hoc beneficio Religionem Catholicam affecit, *interesse*, secundum civiles leges requisitum, non habuerit, nunquam probabitur: si non aliud, certe *meriti*, *officii pro religione propria*, ac *immortalis gloriæ*. Denique ipse MOSERUS ad Capit. CAROLI VII. *part.* 3. *pag.* 79. contendit, per Pacem *Ultrajectinam*, cujus partem nullam accepit Imperium, abolitam esse clausulam, *Imperioque* contra Galliam jus quæsitum, *tanquam ex pacto*, *a tertiis quidem*, *sed in favorem Imperii* (verius Religionis Augustanæ) *inito:* Cur ergo Religioni *Catholicæ* non potuit similiter *per tertium* jus acquiri? Et si, teste, VOETIO *ad ff. lib.* 45. *tit.* 1. *n.* 3. moribus hodiernis obtinuit, unumquemque alteri æque, ac sibi posse stipulari, quis non erubescat, tale argumentum *in materia juris gentium* afferre? Videatur omnino STRYCK. Usu. modern. *ad tit. de pactis* §. 12. Cœtera obmota ex rupta anno 1702., & 1734. cum Gallis pace fusius profligata jam sunt in Sectione II.

Ex quibus deductis concludo, exaudiri a judice debere Catholicos, *remedia possessoria* in nostro casu instituentes, nec officere eis *statum anteriorem possessorium* contrarii una cum regula Pacis Westphalicæ; cum pacta *posteriora* derogent *prioribus*, & possessionum de præsenti tenendarum normam non minus sanctam constituant, quam suo tempore anteriora.

SECTIO VII.

Etiam hi, qui in Bipontino Ducatu consistunt, recte agunt ex Clausula.

XCI.

Plurimæ in hoc Ducatu controversiæ ob Clausulam *Ryswicensem*, maxime sub *Catholico* Duce SAMUELE GUSTAVO ab anno 1718.-1724., exortæ sunt: in quarum ventilatione Patroni A. C. Addictorum plerumque contenderunt, *Ryswicensi Clausula exemptum esse Ducatum Bipontinum.*

* Vide Staats-Canzley Tom. 34. cap. 3. Tom. 36. cap. 5. & 6. 48. cap. 1. Tom. 49. cap. 3. Tom. 56. cap. 2. Tom. 57. cap. 5.

XCII.

Fundamenta pro exemptione Ducatus *Bipontini* a Clausula collegit an. 1719. *Corpus Evangelicum* in sua ad Legatum *Bipontinum* pro tollendis gravaminibus remonstratione: *

* Staats-Canzley. Tom. 36. pag. 184. Nempe 1. Ex *Art. IX.* Pacis *Ryswicensis*, ubi *avitus Ducatus Bipontinus* restitutus est absque omni onere, clausula, & reservatione, & quidem expressis verbis: *ad normam Pacis Westphalicæ.*

2. E

2. Ex historia ejusdem Pacis, qua docente Rex Sueciæ CAROLUS XI. qui erat simul *Dux Bipontinus*, noluit subsignare tabulas pacis, neque partem sumere earundem, idque *propter haud parvas mutationes pacificationum*, *Westphalicæ*, & *Neomagensis*: unde

3. Nec *Hagæ Comitum*, nec *in Comitiis*, ante, vel post ratificationem pacis, ullam apparuisse declarationem, quod Rex Sueciæ qua *Con-Status Imperii*, aut in specie *qua Dux Bipontis*, obtrusam Clausulam agnovisset, sive in terris *Bipontinis* locum cedere voluisset. Quin &

4. Eundem Regem, ac Ducem in Literis ad suum Legatum Comitialem, Dom. de *Suolsky* 29. Jul. 1699. claris, emphaticisque verbis ostendisse inapplicabilitatem Clausulæ ad *Ducatum Bipontinum*; cum ille art. IX., *velut specialis*, aspici deberet pro *exceptione a regula*, ne se *contrarietate* enervet ipse: & subjunxit Rex: So hat man bey aller Gelegenheit diese Meinung zu behaubten, und zum wenigsten durch Protestationes unsere Gerechtsame zuverwahren, und uns vorzubehalten, welches wir auch bey Franckreich weiter zu thuen gedencken. Ibid. pag. 169. Huic conformiter

5. Regimen *Suecico-Bipontinum* anno 1707. scripsisse ad Dn. *Auberon*, Intendentem Galliæ in castro *Homburg*: „que le Roy, son Maître, n'entend point, „que cette clause se puisse entendre *sur les terres dependantes de ce Duché*, „n'y ayant *jamais donné son approbation*:" Et anno 1714. L. B. de *Stralenheim* ad Episcopum *Metensem*, Ducem de *Coislin*, „que, si cette execution se fon„de *sur le 4. article de la paix de Rysvic*, vous conviendrez, si vous plaît, „que Sa Majesté le Roy de Suede, mon Maître, *bien loin d'y avoir donné con„sentement*, *y a protesté en toutes les formes*; & que si Elle permet *dans les „lieux de ce Duché* aux Catholiques le libre exercice de leur religion, *ce n'est „aucunement en vertu du dit Article*, mais *par pure tolerance*, où plûtôt *par „consideration pour Sa Majesté Très-Chrétienne*, motifs, qui cesseroient, si „on continuoit de donner si sensibles atteintes à la Souveraineté du Roy mon „Maître." Staats-Canzley Tom. 34. pag. 58. & 63.

XCIII.

Sed his argumentis tantum roboris non inest, ut eis in adstruenda re *difficillima concessionis* assensum præbeam, quia Artic. 4tus nimis nervose constringit Ducatum *Bipontinum*, quam ut iste se posset reti Clausulæ subducere. *

* Restituuntur in eo quævis, tam *durante bello*, & *via facti*, quam *unionum, seu reunionum nomine*, occupata loca, & jura, quæ extra Alsatiam sita, *aut indice reunionum*, *a Legatione Gallica exhibito*, expressa sunt, cassatis Camerarum reunientium decretis, arrestis, & declarationibus; & subjicitur Clausula. Erat autem istorum reunitorum locorum facile princeps *Ducatus Bipontinus*, Feudum, ut dicebant Galli, *Metense*, renovari neglectum: ergo & de hujus Ducatus restitutione in hoc articulo agebatur; ergo ei quoque *onus Clausulæ* annectebatur, sicut cœteris locis restitutis. Et adeo verum est, quod vi istius articuli 4. etiam *Ducatus Bipontinus* a Gallia fuerit restitutus, ut subsequens Art. 5. statim subjungat, *ex generalibus hisce regulis facile*

facile dijudicari posse, QUI, *&* QUATENUS, *restituendi sint.* Sane, recolligendo rem 29. & 30. Octobr. gestam, nullus Protestantium *tunc* se a Clausula censuit exemptum, nequidem *Ministri Regis Sueciæ*, *Ducis Bipontini;* alias referendo hoc repentinum Regi, *tunc statim* pro solatio scripsissent, *pro omnibus quidem latam esse legem clausulæ*, *sed non pro Bipontino;* quod ubi fecissent, Rex non rescripsisset ad suum Ablegatum extra-ordinarium de *Suolsky* Hagam Comitum, se, cum non acceptaret Clausulam, *qua Regem Sueciæ*, vel *qua Sponsorem pacis Westphalicæ*, vel etiam *qua mediatorem Ryswici*, dedisse in commissis suæ Legationi, ut extrema diligentia caveret, ne qua *Status Imperii* ad eandem obligaretur: annoch ihren äußersten Fleiß an zuwenden, zuverhüten, daß wir auch als ein Mit-Stand des Reichs darzu nicht obligiret werden mögen. Staats-Canzley. *Tom.* 36. *pag.* 190. Nullibi hoc præcavisse Legatio Suecica dignoscitur: ergo pari sorte cum aliis abivit Dux Bipontinus; neque enim apparet ulla ratio, cur Bipontinum restitutum Rex Christianissimus antetulisset amori Religionis suæ. Quapropter etiam Legatus de *Chamois* in *prima*, & *secunda Lista locorum*, sub clausula comprehensorum. posuit *Balliviatus Bipontinos*, respective sub *Moguntina*, & *Metensi*, Diœcesibus sitos, *pag. m.* 8. 9. 10. 11. 22. 23. 24. 25., annotando *statum in sacris* cum *innovationibus* Regiminis,

XCIV.

His plane non adversantur argumenta, in contrarium supra allata; nam

Ad 1.) Restitutus est Ducatus Bipontinus per art. 4., ubi onus clausulæ. Equidem pro illo, sicut & multis aliis, sub *una generali restitutione clausulata* comprehensis, subditur specialis Art. IX., in quo dicitur: *Restituatur Serenissimo Sueciæ Regi, ut Comiti Palatino Rheni &c. avitus Ducatus Bipontinus, liber, integer, cum appertinentiis, & dependentiis &c.* AD NORMAM PACIS WESTPHALICÆ &c. Sed! quid poterant Bipontino Duci hæc postrema verba plus *quoad materiam sacrorum tribuere*, quam *aliis* per Art. 4. generaliter restitutis? cum *pro universis* jam in Art. 3. *pax Westphalica* jacta fuisset pro basi *in* SACRIS, *& profanis:* ergo restituere aliquem *ad normam pacis Westphalicæ*, erat illum *restituere*, *sicut cæteros:* id quod diserté probant verba Art. 5., ubi quidem de *quibusdam* restituendis speciales prænunciantur subsecuturi articuli, sed additur: *ita tamen, ut expresse non-nominati pro omissis non habeantur, sed* PARI OMNINO CUM NOMINATIS LOCO SINT, & EODEM JURE FRUANTUR*:* ergo vel hi, quibus dabatur articulus *specialis* sub expressione: *ad normam pacis Westphalicæ*, non eximuntur a clausula, vel, si hi eximantur, *omnes* eximentur *restituti.* Et notandum est, quod *non sola ista verba Mediatores Sueci* una cum *Pleni-potentiario Sueco Bremensi* prætenderint ponenda in Articulo IX., sed formulam Legationi Cæsareæ, & hæc Legationi Gallicæ, hoc tenore porrexerint: *Restituatur Ducatus Bipontinus ad normam Instrumenti Pacis Westph.* TAM IN POLITICIS, QUAM IN ECCLESIASTICIS CUM ANNEXIS, hæc autem postrema verba in art. 9. omissa fuerint. *Elect. jur. publ. Tom.* 20. *pag.* 636. MOSER *tract. de clauf. pag.* 129. Unde Art. IX. potest unice intelligi ad normam generalem Articuli IV.; sicut quoque non aliter intelligendus est Art. VIII. pro Electore *Palatino*, cui pariter

riter restituebantur terræ suæ, *prout per Pacem Westphalicam restitutæ fuerunt*; non autem *Subditi Electorales* cum beneficio *pacis Westphalicæ in ecclesiasticis*, Electore, jam facto Catholico, id non affectante.

Ad 2.) Equidem Rex Sueciæ noluit *qua Mediator* subsignare tabulas *Ryswicenses*; participem tamen earum *ipso facto* se fecisse, clarum est; cum receperit reunitum Coronæ Galliæ Ducatum Bipontinum, ac de cœtero pace illa gavisus sit, ergo & incommodo pacis.

Ad 3.) Si, quod certum non est, Dux Bipontinus qua talis, aut qua *Con-Status Imperii*, non deposuit *instar aliorum* A. C. Addictorum Statuum intra terminum commutandarum tabularum, sicut conventum erat, Ryswici *specialem suam ratificationem*, sane quoque ibidem non declaravit anno 1697. vel 98. *ad Protocollum* mediationis, vel legationis Gallicæ, *contrariam* Clausulæ *voluntatem*, aut illam *Art. IX. exemptivam interpretationem*, quæ modo *serius*, ac *tum demum* in *loco Comitiorum*, & quidem *extra-Collegialiter* (nunquam *in Conventu generali*, vel *ad votum aliquod commune*, sicut tamen *tempore ratificatæ* a toto Imperio *Pacis* debuisset) comparuit, quando *generalis abolitio* clausulæ, vel *domesticum pactum de ea non utendo*, obtineri non poterat, nempe 28. Aug. 1699. In pacificatione, quam *Corpus Imperii* cum *externis Potentiis* facit, sufficiunt *majora vota* ad obligandum omnes; unius *particularis Status*, positiva licet, contradictio nil officit; quamquam nulla cujusquam comparuerit, & siqua alicubi apparuisset, eandem *reprotestati* sunt Galliæ Legati *ad ipsum mediationis Suecicæ*, desuper certificatum reddentis, *protocollum*. MOSER *tract. de claus.* pag. 121. 122.

Ad 4.) *Specialis* ille pro *Bipontino* Articulus non potest sana hermeneusi accipi *pro exceptione*, seu exemptione a *Clausula*; positus enim jam fuerat in tabulis, *antequam* e secreto pectoris Legationis Gallicæ prodierat Clausulæ art. 4. apponendæ præscriptio: hinc tam parum est *exceptio*, quam parum articulus tertius; uterque enim articulus antecessit clausulam, quæ *omnium ultima* Instrumento apponebatur, & sic velut *ordine ponendi postrema* voluntas, omnia præcedentia restrinxit: imo verba illa art. IX. *ad normam pacis Westphalicæ* minus valent *ad excipiendum*, quam verba Art. III., ubi permiserunt Galli (licet ægre, nec aliter, quam addito NISI) apponi: *in sacris, & profanis*; in Art. IX. autem neutiquam. Exceptio ista prætensa deberet esse clausula *derogatoria derogatoriæ* clausulæ art. 4. Sed clausulæ *derogatoriæ* in toto jure nostro non derogatur *per verba generalia*, uti sunt illa articuli IX.; desideratur *mentio specialis* derogatoriæ *præcedentis* in derogatoria *subsequente*, prout tradunt ICti in materia *testamentorum*, contractuum, & bullarum. BARTOL., & alii in *l.* 22. *princ. ff. de Legat.* 3. ad verba: *sed hoc* ITA *locum habebit, si* SPECIALITER *dixerit*. Cur autem Plenipotentiarius, vel Missus extraordinarius *Ducis Bipontini* non petiit *post appositionem Clausulæ*, ut ex nunc quoque in art. IX. *specialiter* diceretur, clausula non comprehendi illum Ducatum? Repugnat huic Bipontinæ prætensioni illud aliud pragmaticum juris principium: *Natura Clausulæ* GENERALIS *est, quod* GENERALITER *intelligatur, nec* RESTRINGATUR *a specificatis*. SOCIN. lib. 2. Consil. 300. col. 2. Et, *quando præcedit* GENUS, *sequitur* ENUMERATIO SPECIERUM, *genus non tollitur; quia species censentur enumeratæ ex superabundanti, & ad majorem*

jorem expressionem subjectæ. DYNUS *in Reg.* Generi *lib. decret.* 6. Hoc, nec alio animo factos esse *speciales* Articulos, protestatur Articulus V.

Ad 5.) Hoc quidem sic tenuit Regimen Suecico-Bipontinum; sed exili fundamento, imo cum præjudicio veri, quod Rex Sueciæ *in optima forma* contra Clausulam *protestatus esset*, aut nullum genus *cujuscunque sufficientis* approbationis eidem exhibuisset. Factis, contra Clausulam sub hoc regimine præsumptis, contradixit *Lista Gallicana* pag. 8. „La Ville des Deux-Ponts. „L'Eglise possedée *par les Catholiques* jusqu'à la Paix. *Innovations.* Depuis „la Paix cette Eglise a été *rendüe commune* entre les Catholiques, & ceux de „la Confession d'Augsbourg *par les Officiers de la Regence du Roi de Suede.* „*Le Curé a joüi des petites Dimes* des Catholiques. *Innovations.* Le Curé „a été *depossedé* de Dixme depuis la Paix." Et sic de pluribus aliis locis. Hinc verum non est, quod an. 1719. Corpus Evangelicum Duci *Samueli Gustavo Leopoldo* scripsit: darauf erfolgte Acquiescenz: neque ex eo, quod Corona Galliæ in respectum Regis Sueciæ, quo ad alios fines utebatur, bellum non moverit, sequitur, quod Bipontinam Art. 9ni interpretationem agnoverit; contra illos enim duntaxat bellum illud continuare se velle declaravit Ryswici, qui contra subscriptionem clausulæ reniterentur, quod non fecit Bipontinus, qua talis.

XCV.

Hæc igitur infirma argumenta non dimoverunt Ducem *Samuelem Gustavum Leopoldum*, quo minus durante suo regimine per Bipontinum Ducatum valere faceret Clausulam *Ryswicensem*, reformando attentata Regiminis anterioris ex *unilaterali* Art. IX. explicatione. *

* Dux *Samuel Gustavus* 23. Maii 1719. per literas patentes ad omnes Ballivios suos datas præcepit, ut *innovationes*, a regimine *Suecico* contra *Ryswicensem* Clausulam susceptæ, tollerentur, ac Catholicis suum, ex pace illa competens Religionis exercitium permitteretur. Staats-Canzley *Tom.* 34. *pag.* 98. Cumque tam Rex Borussiæ, quam ejus ad Comitia Legatus, ipsi desuper scriberent, respondit constanter, sibi, tanquam Catholico, in malam partem verti non posse, quod Catholicis contra clausulæ violationes assistat, A. C. Addictis id, quod eis debetur, non negaturus. Staats-Canzley. Tom. 34. pag. 104. & Tom. 35. pag. 377.

XCVI.

Illud vero prorsus intolerabile erat, quod, cum Art. IX. tantum loquatur de *Ducatu Bipontino*, contorta illa ejusdem explicatio extendi voluerit aliquoties *usque ad territoria Vasallorum Bipontinorum*; nam quoad ejusdmodi loca Rex Sueciæ, qua Dux Bipontinus *non in plus*, quam *in jus habituale solius dominii directi*, Vasallis antea Galliæ Regem pro Domino directo recognoscere coactis, restitutus est, utpote plus ante Reunionum tempora, & subsecutum bellum

n iis in locis non habens, nec per Art. V. §. 42. I. P. W. in ecclesiasticis idquam potens ordinare. *

Abusus hujus Art. IX. voluit fieri quoad celebrem in Comitiis pagum BADENHEIM, inter *Bingam* & *Crucenacum*, cujus *sub nexu Feudali Bipontino* Domini *territoriales* erant *L. B.* FAUST a STROMBERG, & his masculis extinctis, S. R. I. Com. a SCHÖNBORN-HEUSSENSTAMM. De qua re vide Staats-Canzley. Tom. 34. pag. 1.-79. Tom. 36. pag. 153.-168. Tom. 37. pag. 456.-461. Nec non in causa religionis famosa Dynastiæ GLAN-MÜNCHWEILER, sub nexu vasallitico territorialiter appertinentis ad Illustriss. Domum S. R. I. Comitum de LEYEN, de qua vide Listam Gallicam fol. 14., & gravamina in der Staats-Canzley Tom. 34. pag. 105. 121. Tom. 36. pag. 199.-275. Tom. 40. pag. 253.-226. Recepi nuper ab amico Coloniensi sentimentum Excell. quondam Cam. Imp. Assessoris de VOGELIUS ex MStis ejus, qua Referentis super specimine Præsentati Assessoris NN., quod tale est: „wie dann auch fol. 2. D. Præsentatus in casu nostro die Unstatthaftigkeit der „clausulæ Pacis Ryswicensis daraus hernemmen will, daß Articulus 9., qua „posterior, & sic Articuli 4ti derogatorius, die Restitution des Herzogthums „Zweybrücken quoad omnia ad normam NB. Pacis Westphalicæ beliebet, und „paciscirет, folglich in Religions-Sachen, und Händel, so zwischen Zweybrücken, „und Leyen entstehen, nicht auf den Innhalt Articuli 4ti, sondern nach Vorschrift „des Westphälischen Friedens, zusehen seye. Da jedoch a D. Præsentato selbst in „Sect. 2. medit. 3. in Dynastia Münchweiler, worin diese Religions-Händel „fürwalden, das Jus territoriale nicht dem Herzogthum Zweybrücken, sondern dem „Herrn Grafen von Leyen (ut ut sub certa limitatione, scilicet Regalium specialiter probandorum, de qua limitatione inferius plura occurrent) zuerkannt „wird, und also per necessariam consequentiam eingestanden werden muß, daß „der Artic. 9nus Pacis Ryswicensis, per quem imperatur restitutio Ducatus „Bipontini ad normam Pacis Westphalicæ, nur auf das territorium Bi„pontinum hingehe, auf fremde Herrschaften, quæ de territorio Bipontino non „sunt, nicht zuverstehen seye; dahero auch quoad restitutionem Status Religio„nis im Münchweiler-Thal, wann desfalls der Clausulæ art. 4ti nachgegangen wer„den solte (worinn jedoch Referens mit seinen geringen Gedancken dem Richterlichen „Amt der, desfalls a Comite Leyensi in Comitiis implorirten Kayserl. Majestät „nicht vorgreiffen will) der Verordnung Pacis Ryswicensis art. 9. kein Abbruch zu„gefügt werde.

XCVII.

Adhuc autem minus applicabilis est sæpedictus Artic. IX. Ryswicensis *ad Territoria*, quorum *dominium directum* non spectat ad Serenissimum Ducem, *Bipontinum*, sed *qua Comitem Veldensem*; quia eatenus tantum est restitutus *ta §phum 4.*, *& indicem, a Legatione Gallica exhibitum.* Art. X. Pac. Ryswic. *

Diversa Feuda Veldensia, *avito Ducatui Bipontino* ex situ terrarum *haud inclavata*, recognoscuntur, partim ex acquisitione *antiqua*, partim ex *recentiore* successionis, controversæ ab anno 1694., amicabiliter anno 1733. inter Electorem Palatinum, & Bipontinum compositæ. Hæc retinent suum priscum nomen *Feudorum Veldentinorum*, nec spectant ad Ducatum Bipontinum *qua talem*,

lem, ac *per se*. Hujusmodi sunt pagi *Hennweiler*, & *Oberhausen* in Dynastia *Wartelstein*, Diœcesis Moguntinæ, positi etiam in Lista Gallica fol. 29.; quamvis L. B. de WARSBERG, illorum territoriorum Dominus Catholicus, non fateatur, quod anno 1624. ibi non viguerit Religionis Catholicæ exercitium publicum, passus anno 1756. 4. Jun. a Commissione locali Bipontina, illuc repente cum milite armato adveniente, atque intra paucos dies tumultuarie omnia gerente, horribile Christianis auribus exterminium Religionis a templis; quod justificari in Camera Imperiali voluit per incertissimam, atque ad similia loca inapplicabilem *Art.* 9*ni Ryswicensis* ex- & applicationem.

XCVIII.

Atque hic subsisto, putans, septem pag. 10. a me proposita themata, duce, ac luce historia, ex ipsis Protestantium relationibus hausta, jure factis applicato, ita esse demonstrata, ut satisfactum sit omnibus argumentis, quæ Clariss. MOSERUS, sive in tractatu expresso de Clausula, sive in libris, queis titulus: Teutsches Staats-Recht, protulit. Scopus est, ut, visis Clausulæ Ryswicensis fulciminibus, nolit futuræ, ad quam aspiramus omnes, paci remora per *disputationem pro abolitione* interjici; quidquid enim tentabitur adversus eam, pace tamen (quod Deus velit proxime!) conclusa, cantabo:

. . . . *Stetit aggere fulti*
Cespitis, intrepido vultu, temnensque minaces
CLAUSULA, *nil metuens, constanter jure suo stans.*



Animadversiones Editoris

in Recensionem *Selchovvianam* Dissertationis praecedentis Juristische Bibliotheck 2. Band. p. 215. seqq.

Dissertationem praecedentem de *Clausula Art. 4. Pacis Ryswicensis* stylo satis acri recensuit Illust. DE SELCHOW l. cit. Quod jam alias monui in *Diss. mea de Guarantia pactorum Religionis* me data occasione recensionem *Selchowianam* ad examen revocaturum, id nunc pro scopo hic meo paucis exequor.

Auctor N. VI. dixerat ex *Art. 5. §. 31.* etiam contra P. W. pacta specialia locum hodie adhuc habere; sed locum citatum ait SELCHOWIUS loqui de pactis a toto Imperio, vel inter Dominum territorialem et subditos mutuo utrorumque consensu initis, *a Ludovico XIV.* Religionem Catholicam subditis invitis invectam fuisse: suo nihilominus in robore persistit Auctoris argumen-

gumentum: ex l. cit. pacta inter Dominum et subditos locum habent, etsi P. W. aliquo modo contraria saltem hoc sensu, quod aliqua pars de jure ipsi ex ea pace competente quicquam remittat, igitur et locum et quidem multo magis habebit-pactum Juris Gentium cum Rege extero, supremo, esto per illud dictae paci aliquid derogetur.

Salva humanitate Juris Gentium nupero bello adhuc flagrante abolitionem clausulae nec a Rege Franciae nec Catholicis exigi potuisse inquit *Auctor N. VII.* Quam inepte, replicat SELCHOWIUS? quodsi adversum Juri Gentium non fuerit Protestantibus in tot locis sua eripere, nec illi adversum fore, si contra possessores iniquos ad restitutionem status anni normalis agatur. Quid vero diceret Censor, si ejus verba hunc in modum in eum ipsum repellerentur. *Salva humanitate Juris Gentium* inquis *hodie a Protestantibus abolitio Pacis Westphalicae exigi nequit, quam inepte?* quodsi non fuit adversum humanitati Juris Gentium, Catholicos in dimidia ferme Germaniae parte rebus suis spoliare, neque tale quid erit adversus iniquos detentores ad restitutionem status ante sic dictam Reformationem agere? Num verborum satis esset ita ratiocinanti impingendorum? nimirum quemadmodum modo quaestio non est, an et qua ratione haec Catholicis erepta fuerint, sed quid Protestantibus ex utraque Pace sit relinquendum; ita nec in materia substrata, an et qua ratione Galli tempore belli Protestantibus quicquam eripuerint, sed quid Catholicis ex pacto publico, valido, ab ipsis Protestantibus ratihabito sit concedendum.

Ea quae Auctor porro Sect. I. affert pro demonstranda acceptatione Clausulae ab ipsis Protestantibus factae hisce enervare contendit SELCHOWIUS 1) Deputatos Protestanticos in mandatis strictissimis habuisse, nequid in Ryswicensi utrique Paci Religionis derogaretur. 2) eas pro basi admissas ab ipsis Gallis. 3) subscriptionem *Würtembergensis* et aliorum nonnisi sub spe rati factam, neque aliis Protestantibus praejudicare posse, praecipue cum Mandatarius non possit egredi fines mandati sui: 4) Corpus Evangelicorum expresse in Concluso communi ante ratihabitionem pacis clausulam nonnisi de Ecclesiis ab ipso Rege aedificatis et dotatis intelligendam esse declarasse, quod idem fecerit Legatus Gallicus *de Chamois.* 5) Huic Reservationi Protestantium Catholicos nil opposuisse. 6) Etsi Imperator simpliciter pacem ratihabuerit, id non adimere Protestantibus jus priori Reservationi inhaerendi, quod satis etiam luculente confirmetur per machinas contra clausulam postea ab illis factas. 7) Ridiculum esse, si velit Auctor hanc rem ad Corpus Evangelicorum non pertinuisse, cum bellum inchoatum fuerit ex causis politicis, eoquod exitus docuerit in illa clausula utique causam Religionis contineri. Intolerandum denique esse, si imberbis ejusmodi juvenis, qualis in titulo Dissertationis pro

Auctore compareat, poſtulata Corporis Evangelicorum audeat vocare enorme, abſonum et ſane fatuum deſiderium.

Verum ad 1) non tam quaeritur, quid a Proteſtantibus Ryſwici actum fuerit, ubi demum ipſis ad inſtantiam Legati Cæſarei ulterior terminus ad deliberandum et ſe declarandum conceſſus; ſufficit deinde nomine Imperii pacem ſimpliciter ratihabitam fuiſſe, quin parti ſupremae compaciſcenti nimirum Regi Galliae Proteſtantes proteſtationem opponerent, aut ſe non conſentire bellumque proſequi malle declararent. Inde ad 2) denuo res hic in eo ſita non eſt, quid antea pro baſi aſſumpſerint Galli, ſed quid poſtea ipſis urgentibus paci adjectum fuerit: eodem modo ad 3) ſufficit poſtea in Comitiis ipſis a Proteſtantibus conſentientibus ratihabitionem abſolutam Regi compaciſcenti traditam: neque ad 4) Reſervatio illa quicquam prodeſt, quam parti alteri compaciſcenti, ſiquidem cum illa bona fide agere voluerunt, opponere debuiſſent, niſi ex pacto illo obligationem in ſe redundare voluerint, atque inde jus Catholicis, pro quibus ſtipulatus eſt ſibi Rex Galliae, enaſci: Reſervationi iſti ad 5) tum ſatis contradixerunt Catholici, ubi deinde controverſia mota, uti ex Actis oſtendit Auctor; tum neceſſe id non fuit, cum Proteſtantes nihilominus obligatos ea clauſula ſcirent: quare ad 6) ratihabitio illa abſoluta omnino rem hic evincit, neque machinationes illae plus quidpiam probant, quam ſtudia Proteſtantium pro clauſula abolenda, nunquam ſatis in effectum deducta: demum ad 7) etſi ſpeciatim etiam ea clauſula ad Corpus Evangelicorum ſpectaſſet, in ejus poteſtate fuit pacem non admittere, et bellum cum hoſte proſequi, atenim cum alia omnia ſibi tum magis accommoda crederet, obligationem etiam pacis agnoſcere debuit. Diſſertationis Auctor, cui barbam fortaſſe jam canam momento evellit SELCHOWIUS, epitheta iſthacc ſua defendere ipſemet ſciet; meum enim non eſt ſingulas ejus phraſes propugnare.

Sectioni ſecundae Auctoris denuo obmovet Cenſor 1) quod Proteſtantes in voto ſuo communi 1702. pacem pro abolita declararint, cui Catholici in ſpecie non contradixerint, adeoque tacendo et ipſi conſenſerint; quae vero Auctor ſilentio huic objiciat, Logicam *Jeſuiticam* eamque ineptam ſapere. 2) Applicationem doctrinae de jure ex pacto tertii quaeſito eſſe ſophiſticam, cum Status Imperii obligati fuerint ad Pacem Weſtphalicam defendendam, cui ea clauſula ſit adverſa; obſervantiam itaque ejuſdem clauſulae quae Franciae promiſſa fuerit, adverſus Conſtatus urgere non potuiſſe, niſi et hos hoſtium loco habere voluerint. Subditos in hanc clauſulam non conſenſiſſe, immo vero iis invitis obtruſam fuiſſe, utpote Religione Catholica in locis, ubi antea ſola Proteſtantica viguiſſet, etiam per vim armatam introducta. Ne ipſe quidem SELCHOWIUS ad 1) exiſtimabit credo dicta Auctoris ex eo confutata jam eſſe,

e, quod ipsi Logicam Jesuiticam sapere videantur; quare cum illorum vim as intactam reliquerit, nil est, quod hic addam. Logicae Jesuiticae virtutem eo toties senserunt Protestantes, ut Jesuitis nunc extinctis defensionem ejus sthumam hic adornare nolim. Dicta SELCHOWII ad 2) non tangunt ictorem, nisi dum ostenderit obligatione, qua Imperium Franciae adstrictum it, ob novum bellum corruente, ruere simul omnia illa, quae in favorem orum, qualia complura affert Auctor, in pace constituta erant; uti impugna potuisse collationem beneficiorum, res judicatas tempore Reunionum edi. &c. quod nunquam ostendet. Status Imperii ad Pacem Westphalicam de. idendam obligati sunt, sed quatenus ei postea legitima derogatum non fuit. bditorum Protestantium in locis a Francia restitutis consensu opus non fuit: enim in potestatem hostis redacti exspectare sortem suam debuerunt a su. emis paciscentibus, eoque contenti esse, quod in favorem eorum ab Imperio Gallia tum victrice obtineri potuit.

Ad Sectionem tertiam Auctoris inquit Censor ex ipsis illis, quae ab eo erantur, elucere quod ab initio Rex Galliae in abolitionem clausulae consen. n dederit, clausulamque revera abolitam fuisse, quodsi Catholici serio justis otestantium postulatis deferre voluissent. Ridiculum esse Assertum a Pro. tantibus absolute acceptatam fuisse Pacem Badensem, atque inde eorundem otestationem intuitu clausulae in ea confirmatae sibi contradicere: tum quod um sub conditione Pax ab iis agnita fuerit, tum quod constet, quam duris ue adeo remediis Catholici impediverint protestationem adversus Pacem, cum uidem permissum fuerit, Placito Imperii reservationem in favorem Protestan. m in forma *Postscripti*, ut inquiunt, adjici. Atqui potius pro demonstran. clausulae ex Pace Badensi confirmatione ex ipsis SELCHOWII dictis sufficit, Pace Badensi abolitionem clausulae a Rege Galliae impetratam non fuisse; mo potius Ryswicensem in ea ex integro confirmatam; Catholicos Protestan. m hac in re postularis non detulisse, neque ad id faciendum obligatos fuisse; ihabitionem denuo absolutam nomine Imperii, Statuumque omnium, atque etiam Protestantium fuisse subsecutam; igitur ni fraude agere cum Rege vo. rint pacem ab iis absolute agnitam, duritiam Catholicorum tantam iis ap. rere non debere, qui Majorum suorum Tractatuumque Pacis Westphalicae orumque aliorum cum Catholicis recordari velint.

Quoad Sectionem Auctoris quartam ait Censor in ea motus contra clau. am factos post Pacem Badensem potissimum ex MOSERO recenseri, quin quid obmoveat; nisi quod invehatur in rationem scribendi, quam saltem a nsore Dissertationis emendandam fuisse inquit, si quem praefert titulus, uctori ob aetatem eam condonare velis, wenn mann solche in dem Mun-

de

de eines jungen unüberlegt schreibenden Mannes als einen kindischen Fehler auch übersehen wollte.

Quae ad Sectionem quintam replicat SELCHOWIUS, nimirum anno 1734. in abolitionem clausulae majora Catholicorum consensisse, idque ab Imperatore ratihabitum fuisse, ea ipsa sunt, quae Auctor dilucidat: in Pace Viennensi, subsecutisque Capitulationibus nil pro Protestantibus obtentum fuisse ipsemet fatetur.

Sectioni etiam sextae nil opponit, nisi quod ea consecutiones solum contineat ex principiis satis jam a se, uti putat, confutatis: qua vero ratione confutata sint ex illustrationibus nostris apparet, quare et consecutiones Auctoris salvae persistunt. Nil vero est, cur adeo paradoxum videatur SELCHOWIO Auctorem provincias a Rege Galliae tempore belli occupatas considerare tanquam jure belli Gallicas, et subditos provinciarum occupatarum tanquam subditos Galliae, pro quibus tum temporis subditis suis Rex beneficium clausulae stipulatus fuerit: Gallia enim utique bellum ex sua parte justum fuisse praetendit, atque ita terras provinciasque a se occupatas tanquam jure belli proprias jam vero quis ex asse adeo definiet inter Principes supremos, pro qua parte ita militet justitia belli, ut dubium nullum idque etiam probabile satis supersit?

Demum postquam censor adhuc nota perstrinxit styli barbariem in nostra Dissertatione subdit, eam ab quibusdam tribui Cel. NELLERO, sed eos injuriam huic viro facere, cum stylo non utatur tam barbaro et inhumano: diejenigen Gelehrten also, welche sie auf die Rechnung des Hrn. Nellers schreiben, müssen diesem berühmten Manne Abbitte thun. Herr Neller kann nicht so grob und barbarisch schreiben. Atque idcirco et nos nomen Nelleri, cui recte hanc Dissertationem adscribi alias existimamus, in fronte omisimus.



X.

X.

JOANNIS CASPARI BARTHEL,

SS. Theol. et U. J. Doct. Insig. Ecclef. Colleg. ad utrumque SS. Joannem in Haugis Decan. in alma Univ. Wirceb. SS. Canon. Profess. P. et O. &c.

DISSERTATIO

DE

JUSTIS PACTORUM

INTER

DOMINOS TERRITORIALES

EORUMQUE

STATUS PROVINCIALES ET SUBDITOS

LIMITIBUS.

Wirceb. 1771.

§. I.

Notum perspectumque satis erit cuivis etiam leviter in Pacis Westphalicæ historia versato famigeratissimum illud ac usitatum alias axioma: *Cujus est regio, illius est religio* ab initio sic dictæ Reformationis in Protestantium ore versatum, ac regulam territorialem amplissime per eos fuisse extensam; at postquam frequens docuit experientia, primo illo religionis æstu defervescente, plurimos Principes Augustanæ Confessioni addictos ad Catholicam religionem transiisse, nullum vero Catholicorum Statuum sacris Protestantium sese addixisse, non amplius insignis est illa e Protestantium re & convenientia juris reformandi libertas, qui illud partim novis quibusdam principiis & recens inventis criteriis Instrumento Pacis e diametro oppositis restringere conantur, & plenis buccinis decantatum illud: *cujus est regio, illius & religio*, prorsus volunt eliminatum; sed cum rem per hæc conficere non possint, ad aliud extremum deveniunt, & Principes ejusmodi ac sinum Ecclesiæ reversos pactis adeo premunt & onerant, ut

ut vel integro juri reformandi renuntiare debeant, vel id arctissimis saltem limitibus constringatur. Quapropter dispiciendum nunc erit, in quantum ejusmodi pacta Dominorum territorialium post Pacem Westphalicam cum Statibus suis provincialibus aut subditis inita vigorem & robur habeant, & quando sua destituantur efficacia.

§. II.

Priusquam autem ad scopum præfixum deveniam, pactorum ejusmodi naturam, ac indolem indagare præstabit. Per pacta videlicet circa religionem intelligo conventiones illas, queis Dominus territorii transiens a Protestantica ad religionem Catholicam se obligat ad faciendum, omittendum, aut permittendum aliquid circa religionem aliave ecclesiastica, Status vero provinciales vel subditi diversam a Domino religionem profitentes se id acceptare testantur.

§. III.

Differunt pacta circa religionem: alia enim publica dicuntur, intuitu paciscentium æque ac causæ, propter quam conficiuntur, quæ nimirum ex causa publicæ necessitatis, utilitatis, aut tranquillitatis, inter personas publicas, id est, inter Status solos, aut extraneas etiam gentes conveniuntur. His indubitate accensenda venit Pax Osnabrugensis omnem sacrorum in Germania statum stabiliens ac definiens, quæ cum inter gentes Germanico systemati adstrictas percussa fuerit, necessario pactum ac fœdus maxime publicum nostræ Germaniæ audit. Sic pari nomine excipias pactum illud, quod Provinciæ fœderati Belgii in celebri illa conventione Ultrajectina caverunt, ut nempe singulæ Provinciæ ratione sacrorum sui juris manerent, & incolume servarent Religionis arbitrium. Alia fœderum ejusmodi publicorum circa religionem exempla extant quam plurima. Ne vero in iis recensendis infinitus fortasse videar, reliquis supersedendo annotasse sufficiat, variam esse pactorum ejusmodi rationem: in iis enim vel populus gentem sibi aliam obstringit, ut ipsius in sua republica religionis exercitium toleret, sacraque coli permittat; vel gens quædam alteri promittit se in provincia armis subacta & occupata, religionem avitam salvam, & sartam conservaturam; vel populus in pacis fœdere hostem adigit, ad pollicendum, se in locis, castris, ac civitatibus redhibendis sacra a se invecta retenturum fore; vel denique subditis alterius populi religionis ergo oppressis per ejusmodi fœdera auxilium fertur, sacrorumque sociis succurritur, quemadmodum fecit Rex Galliæ Ludovicus XIV. in P. Ryswicensi Art. IV. in fine adjiciendo clausulam: *Religione tamen catholica in locis sic restitutis in statu, quo nunc est, remanente.*

§. IV.

§. IV.

Pacta privata contra mihi dicenda videntur, quæ circa res & jura subditorum non solum inter se, sed etiam cum Principe versantur, quibus scilicet vel Dominus de suo reformandi jure quid remittit in gratiam subditorum, aut subditis suum religionis exercitium mutuo consensu restringitur. Omnia igitur pacta, quæ inter Dominum territorialem ejusque Status provinciales aut subditos percutiuntur, pactorum privatorum numero accensemus, ac perinde esse credimus, quo nomine ista religionis pacta insigniantur. Sive igitur transactionum, sive recessuum, sive reversalium, sive literarum majestaticarum rubricas præ se ferant, si obligandi auctoritatem spectes, una eademque erit. Pax enim Osnabrugensis ubicunque conventiones, pacta, reversales, omnisque generis dispositiones promiscue sumit, illisque sine discrimine parem auctoritatem tribuit. *

§. V.

Principia autem circa interpretationem ejusmodi pactionum, quatenus ea continent, quæ sunt juris publici, desumenda sunt ex constitutionibus patriæ & Imperii fundamentalibus, ejusdemque observantia, his autem deficientibus, ex Jure Gentium Europæo, quam maxime vero Naturali, neutiquam ex jure Romano, cum ne in aliis quidem causis publicis ob disparem hodierni Imperii cum vetere statum aliqua ejus constet in Germania auctoritas*; multo minus jus Canonicum in auxilium vocare licebit, quod Protestantes in causis religionis dudum omne jugum, ut ipsi quidem loquuntur, Pontificium, adeoque juris ab eo proficiscentis auctoritatem se excussisse glorientur, id ipsum permittentibus publicis Imperii Legibus. ** Quin hæ ipsæ plenissime eidem derogant, ubicunque Protestantes inter & Catholicos de jure & rationibus sacrorum res agitur.

§. VI.

Sed ad rem nunc ipsam ut propius accedam, ipsa quæstio principalis decidenda venit: an nimirum Domino territoriali cum Statibus suis provincialibus pacisci liceat, & ita quidem, ut amplius & magis extensum subditis concedi a Domino exercitium queat, quam in Anno Normali MDCXXIV. habuere, regulaque territorialis arctius restringatur? Est universalis regula, illum, quem lex non prohibet, posse pacisci circa religionem, quatenus id Legibus Imperii ac

* Varias pactorum privatorum species vide in MOSERI Diss. de pactis & privilegiis circa religionem.

* Vide MOSER Teutsches Staats-Recht P. II. Cap. 30. per totum.

** Conf. Religion-Frieden §. 20. & I. P. O. Art. V. §. 48.

ac patriæ Conſtitutionibus non adverſatur; cum enim ſecundum Conſtitutiones Imperii fundamentales Dominis territorialibus quibuscunque liceat in ſuis ditionibus vel tolerare diverſæ, receptæ tamen in Imperio religionis homines, vel eosdem, ſi poſſeſſione Anni Decretorii careant, ad emigrandum cogere;* cum & ſubditis quibuscunque itidem integrum ſit, religione, quam coluere hactenus, deſerta, tranſire ad aliam, domicilio priſtino vel mutato, jubente ita Domino, vel, eodem conſentiente, retento:** non poteſt non inde concludi, quod & his, & illis facultas paciſcendi ſuo modo circa religionem competat. Quamvis autem ſacrorum in Germania ratio ſatis accurate & provide in pragmaticis Imperii ſanctionibus ſit definita, penitius tamen earum ſcita & ſpecialius determinanda reliquere LL. publicarum & Pacis Weſtphalicæ conditores. Ita enim Pax W. pacta circa religionis exercitium etiam ante pacem inita, modo obſervantiæ Anni MDCXXIV. non refragentur, diſertis verbis probat Art. V. §. 33. prout & poſt pacem de exercitio religionis paciſci permittit Art. V. §. 31., cum hoc tamen notabili inter pacta ante- & poſt pacem dictam inita diſcrimine, ut per ea, quæ poſt pacem ineantur, etiam juri ex poſſeſſione in Anno MDCXXIV. habita derogare fas ſit, teſtantibus id ipſum clariſſimis dicti §. 31. verbis in fine: *Et hac omnia ſemper & ubique obſerventur eo uſque, donec de religione Chriſtiana vel univerſaliter vel NB. inter Status immediatos eorumque ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conventum.* Quæ adeo manifeſtum præbent argumentum, Dominos territoriales cum Statibus ſuis provincialibus aliisve ſubditis, & viciſſim ſubditos cum Statibus paciſci poſſe.

§. VII.

Nimium proinde committunt illi Proteſtantes ſcriptores, qui negativo argumento procedunt aſſerentes, ſubditos ſuo exercitio in anno normali habito renuntiare nequaquam poſſe, ex ratione, quod jure non mere privato, ſed per leges publicas in favorem totius Imperii ſibi conceſſo ſubditi ut privati ſeſe abdicare non poſſint; cui commentitiam illam rationem annectere ſolent, quod ejusmodi pacta exercitii religionis ſubditorum reſtrictiva plerumque & in regula præſumantur ſubditis a ſuis Dominis extorta; cui rationi ipſe adeo HENNIGESIUS alias æquitatis ſatis amans videtur aſſentiri, ubi in ſuis meditationibus ad Inſtrumentum P. O. Art. V. §. 31. ait: „At Principi infinitæ ſuppetunt rationes, quibus voluntates ſubditorum frangere poteſt, ut ſuis votis etiam inviti ſatisfacere cogantur: unde proverbium illud, preces Potentiorum armatas eſſe, enatum conſtat. Sed quam repugnans, & ſe ipſam dirimens hæc ſit ſententia, ipſa § 31. Art. V. verba disjunctive poſita clare eloquuntur ac pro-

* Inſtr. P. Art. V. §. 34. - 37.

** Ibid. §. 34. 37.

obant, *donec vel particulariter*, id est, in aliquo particulari territorio, *inter tus immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter erit conventum.* Expresse hic subditis liberum relinquitur mutuo Consensu aliter cum Domino conire, quam in P. W. conventum est. Id ipsum plurimi Protestantium Doores confitentur, quod nimirum anno decretorio libere renuntiare possint ii, orum in favorem est definitus. * Rationi vero illi e trivio desumtæ ipsum pono DECKERUM Authorem Protestanticum solidissime refutantem & ervantem in suis consultationibus forensibus Cap. XLVI. N. 28. „An aun hoc casu semper præsumtio pro subditis contra Dominum territorialem opter odium innatum quasi contra religionem a sua diversam, inconsideram, ne dicam, seditiosum quid est: quid? ergone subditi angeli habendi, omini pro diabolis? Ergone bona fides solis subditis curæ, cordique ex præmtione, quæ allegatur, juris est, Dominis territoriorum, & a Deo ordina Magistratibus sola vis, dolus, metus, concussio? Ergone Evangelici Eleores, Principes, Status, Ordo Equestris immediatus cum subditis suis Caolicis in Jure & judicio compositi, iidemque Catholici juxta subditos suos ugustanæ Confessionis consistentes nebulones, latrones, concussores, & deædatores in dubio habendi erunt, donec contrarium contra subditos per leimas probationes deducant, adeoque scriptorem quenquam oblivio juris ımmunis subditorum insolentiæ, Dominorum publicæ æstimationis, & casus suum etiam Principem redundaturi transversum agere potuit, an dignitas atus Imperii ad arguendum metum sola idonea erit, an nocebit Statibus ad vidiam? sic scilicet dominantur Dominis servi, & serviunt servis Domini, essumdata illa generali coram Deo & hominibus publica & decora pro Magiratibus, sine qua nullum regimen subsistere potest, opinione &c." Ex hisce itur nil aliud concludendum, quam quod Protestantes, ut plerumque, ita hic suis convenientiis velificari studeant, cum pacta subditorum possessioem & religionem exercitium arctantia omnibus modis circumscribere, eorumue valorem destruere, ea vero, quæ jus reformandi Statuum & regulam teritorialem restringunt, teste experientia, amplissime interpretari conentur. icut ergo tenendum, pacta derogativa possessioni & exercitio religionis subdiorum valida esse; ita quoque dicendum de iis, quæ a Dominis cum Statibus rovincialibus aut subditis suis inita Jus reformandi cancellant, dummodo suos ntra fines consistant.

 §. VIII.

* Vid. D. MATH. CHRIST. PFAFFII Erläuterung des protestantischen Staats Kirchen-Rechts P. II. C. V. §. 12. p. 31. Illust. GODEF. DANIEL HOFFMANNI ICti Tubingensis Comment. de die Decretorio §. 31. N. 96. pag. 64. JUST. HENNING. BOEHMERI Consult. & Decis. juris Eccles. Resp. VI. Qu. IV. p. 135. seq.

§. VIII.

Posita itaque certa, indubitataque circa pactiones, quas Principes aut Status sponte & libere, ac ita privatim magis, utut ad intercessionem vel mediationem alterius Status aut potentiæ etiam extraneæ cum suis Statibus provincialibus aut subditis inire solent, regula tam a Protestantibus, quam a Catholicis agnita, eas eousque salvas esse, quousque non impingunt in leges fundamentales Imperii, non abs re erit utriusque partis principia sibi invicem adversantia accuratiori trutina pensare, eaque, quæ Instrumento Pacis tanquam legi maxime fundamentali, ex qua omnis decisio desumenda, conformiora, suscepto themati applicabimus, & sic quatenus hæ Principum pactiones valeant, plenius & clarius determinabimus.

§. IX.

Inter superioritatis territorialis eidemque legali vinculo annexa Jura, Jus reformandi secundum mentem tam Catholicorum quam etiam Protestantium nobilissimam partem constituit Hoc Jus ante Pacis Religiosæ tempora ex decantato illo principio: Cujus est Regio, illius & religio, arbitrario, & sine conventione ac lege publica, vago prorsus modo exercebatur, subditorumque religionem sub nudo coarctabat imperio. Firmavit quidem P. R. illud Jus; at limitationem quandam ac determinationem apposuit, pœnalem coactionem quidem inhibendo, sed subditis ipsis nil, nisi libertatem ac flebile beneficium emigrationis indulgendo. Ex Transactione igitur Passaviensi, & mox subsecuta Pace Religiosa nequaquam liberum & firmum religionis exercitium subditis constitutum fuit, nec templa ac reditus, aliaque religionis exercitio annexa iis fuere relicta, sed Principibus & Statibus, in quorum gratiam cedere illa Catholicis dura necessitas extorsit. Per istam Pacem Princeps se liberum constituebat sacrorum dispensatorem ac Dominum, subditi contra ejus fruebantur beneficiis. Hinc etiam de Jure & possessione subditorum in his rebus usque ad Pacem Westphalicam altum habemus silentium. Amplius dein libertati conscientiæ ac religionis subditorum cavit Instrumentum P. W. dum subditis, qui anno MDCXXIV. aut aliqua ejus parte publicum aut privatum religionis habuere exercitium, stabilem non modo in eodem loco permanentiam, sed & suæ religionis imperturbatam liberamque indulsit possessionem juxta §. 31. Art. VI. P. W. sub insigni tamen hac limitatione: *quatenus subditi religionem exercuerunt & annexa possederunt & exercita possessaque probare poterunt.* Sic & alibi in iisdem P. W. tabulis ad tres duntaxat Religiones Jus reformandi restrictum legimus. Sic pariter illis, qui post annum MDCXXIV. aliam, quam quæ dicto anno in usu fuerat, religionem amplexi erant aut amplectentur, ratione Juris vel necessitatis emigrandi varia tam intuitu rerum, quam respectu personarum beneficia fuere indul-

ta

, de quibus videsis Art. V. §. 34. 35. 36. & 37. queis ipsis Juri saltem tolerandi & ordinandi limites assignatos fuisse intelligimus. Ut jam nihil de limibus Juris reformandi Art. VII. I. P. O. inter ipsos Augustanæ Confessioni adctos & sic dictos Reformatos constitutis, nihil etiam de termino amnestiæ in edium proferam; id saltem indubium erit, jus illud Principibus ex usitata mmuni hactenus per totum Imperium praxi competens, ex Jure non alio, iam ex Pace Rel. & W. determinationem atque mensuram admittere, ac proin tra limitationes sive exceptiones, quas praxi huic vel Pax Religiosa vel Pax estphalica ipsa posuit, summoque beneficio subditis concessit, Jus reforman- Statuum Imperii liberum illibatumque servari & manere debere, quod & anifeste intendit §. 30. Art. V. verbis: *cum ejusmodi Statibus immediatis cum ure territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus usitata pra- etiam Jus reformandi exercitium religionis competat, conventum est, jus, quod atibus ratione territorii & superioritatis in negotio religionis competit, impediri non bere.* Huic principio legibus publicis quam maxime conformi, Jure quovis ptimo unice insistunt Catholici: fide autem haud satis æqua agunt Protestantes, ii contra ipsam summorum paciscentium mentem, contra genuinas veræ Hereneutices regulas, ac contra rerum in tractatibus pacis gestarum seriem prændunt asserere, tam Juris reformandi quam exercitii religionis normam ac reulam esse annum MDCXXIV, atque eum quidem etiam, prout ex eorum ente regulam Juris reformandi & exercitii religionis constituit, secundum idum Statum loci habitualem considerari debere; ita ut, siquid territorii Doinus adversus hunc anni normalis Statum immutare cogitet, Jus statim enastur subditis diversæ religionis eundem prohibendi, ut a tali cœpto ceu attento desistat. At talem præcise Statum loci, qualis fuit in anno decretorio, reendum nullo idoneo aliquo textu ex Instrumento P. O. unquam evincent, nec mmos Paciscentes de tali Statu unquam cogitasse ex ipsis actis publicis facile monstrandum nobis esset, si in discussionem hujus argumenti latius excurre- instituti ratio permitteret * Stante porro hoc pseudoprincipio Principi omne s supremæ inspectionis, directionis & ordinationis in Ecclesia superiorem testatem Ecclesiasticam aliam haud recognoscente, existente tamen in territoio negandum esset, ac manifeste sequeretur, energicam §. 30. Art. V. dispotionem sine omni effectu positam fuisse, quod omnino absonum videtur: id psum Protestantes & præcipue Author anonymus scripti: Ursprung des sonannten Simultanei, probe advertit: hinc ne hoc prematur argumento, sub finem

* Vide interim Magnifici D. BARTHEL Diss. de eo quod in negotio religionis ex Lege Imperii justum est. Cap. III. in quo omnia erudito sat calamo exposuit, ac Protestantium objecta solidissime refutavit. Ac illustris MOSERI Zufällige Gedanken vom Simultaneo ad calcem Tomi II. der Reichs-Fama fundamenta genuina & justitiam Simultanei solidis argumentis evincentis.

finem citati scripti, salvo hoc Status principio hosce Juris reformandi effectus post P. W. adhuc residuos recensere conatur, quod scilicet Domino territoriali Jus adhuc sit & maneat quascunque religiones peregrinas & a tribus in Imperio toleratis dissentientes eliminandi; quidquid per abusus & pravas consuetudines vel alias adversus observantiam anni MDCXXIV. irrepsit, vi potestatis territorialis restituendi; subditos vel Catholicos vel protestanticos, qui in anno normali nullum religionis suæ exercitium habuerunt, expellendi; in terras oppignoratas ad se reversas suæ religionis exercitium introducendi, & demum si inter solos Protestantes res sit, concionatores Aulicos suæ confessionis citra subditorum tamen onus aut præjudicium secum atque in residentia sua habendi. Sed si rem accuratius perpendamus; rejectis inutilibus hisce assertis facile erit ampliores & extensiores ex §. 30. Art. V. Juri reformandi effectus vindicare: ibi non Jus qualecunque reformandi, sed prout ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi Dominis territorialibus competebat, eisdem rursus asseritur; & ut hoc idem porro quoque ab utriusque religionis Statibus sine ullius impedimento exerceatur, conventum est. Ex quo colligitur alium omnino effectum esse assignandum, in eo unice consistentem, quod salva subditorum, prout in anno normali possederunt, exercitii libertate, Domino quoque territorii suam pariter religionem fas liberumque sit introducere. Hic sane effectus est ille, quem clara Pacis litera eloquitur, quem historia, acta & protocolla ceu fidi ac indubii interpretes evincunt. *

§. X.

Hoc in principio, quod Status privativi habilimentum inducat, maximum suum ponunt robur Protestantes. Hinc variis modis Dominos territoriales ad pacta cum subditis ineunda adducunt, queis repugnans hoc suum principium affingunt, dicentes: opportunissimam de sacris paciscendi occasionem præbere regiminis auspicia; hoc imprimis tempore adigendos esse Principes sacris peregrinis addictos, ut religioni civitatis publicam securitatem polliceantur atque tutelam; quandoque etiam occasionem optimam sese offerre cogendi Principem ad pacta hujus generis ineunda, qui sacris patriæ repudiatis peregrinam adscivit religionem; constare enim inter omnes, quantopere istud Principis consilium commoveat exterreatque civium animos, quævis mala suæ religioni metuenda esse ab Imperante illam respuente; placandos igitur esse cives, eximendum terrorem, metum avertendum, scrupulumque eliminandum; sponsionibus itaque stringendos esse tales Principes religionis patriæ deser-

* Vid. Magnif. D. Barthel Differt. Deo eo, quod circa religionem ex Legi Imperii justum est. Cap. III. §. 10. Ubi singula ab Anonymo hic asserta perstringuntur.

ſſertores, iſtam ſacrorum repudiationem religioni civitatis publicæ fraudi non ſe futuram, omniaque ſalva fore ſarta & incolumia; talia nonnunquam Principes etiam hæredes religionis ergo Parenti & Ordinibus provinciæ ſpondere; caſu enim, quo filius hæres genitoris reipublicæ religionem deteſtetur, & regrina adoptet ſacra, univerſam pavitare patriam, ac cohorreſcere, de ccesſore ſacris reipublicæ infenſo quævis ſiniſtra ominari facinora; talem parentem poſt ſua fata religionis ſuæ exitium ac mille calamitates prævidere & æſagire, ordines Provinciæ facile ſubolere, quid, & quam iniquam ſortem æſtolari eos oporteat a Principe, quem prioris religionis tædium cepit. Si itur in genitoris gratiam redire velit, alienatosque a ſe civium animos renciliare Princeps geſtiat, ſanctiſſimis id pollicitationibus efficere poterit, eis nihil ſe ſuſcepturum, quo publicæ religioni ullum immineat periculum, hilque in illius exitium fraudemque moliturum, quod Statui habituali & pritivo, qui fuit in anno decretorio, repugnet, quin imo ad talem magis & perturbate conſervandum omnem novandi pruritum ſe amoturum eſſe ſponeat. Ex quibus id eluceſcit, quod hac occaſione illud de ſtatu habituali principium, dum in ipſis Imp. Legibus nullum invenit præſidium, per obliquum mare allaborent.

§. XI.

Quapropter ſequentem in modum diſcurrunt, notum eſſe atque perfectum, quod in P. W. Art. V. §. 33. Status anni normalis privativus expreſſe nominetenus ita fuerit ſtabilibus, ut omnia intuitu religionis eo modo, io quovis in loco quacunque anni MDCXXIV. parte fuerunt, permanere ebeant, dictique anni obſervantia inſtar regulæ obtineat; ea autem pacta, quæ bditi aut Status provinciales A. C. addicti cum Domino ſuo neo-Catholico ini ſolent, eo præcipue collimare, ut omnia in eo ſtatu, quo anno MDCXXIV. iere, permanere debeant, adeoque ejusmodi literas reverſales nil continere iud, quam quod Leges Imperii fundamentales omnibus & ſingulis Imperii Statibus tanquam regulam præſcribunt: proin tales Dominos paciſcentes ad ea tanm adſtringi, ad quæ præſtanda vi Legum Imperii alioquin jam obſtricti fuiſent. *

§. XII.

Hæc verba ſuaviter ſonant, nihilque in ſe vitii, ſi verba Pacis obiter legamus, continere videntur: ſed anguem in herba latentem perſpicere ac deprehendere facile erit, ſi eorum, quæ hoc in diſcurſu continentur, ortum & progreſſum accuratiore & diligentiore quodam calamo exponamus. Mirandum ſane Proteſtantibus hodie jus illud ſublime, quod juxta §. 30. Art. V. Statibus

* Vid. Author der Anmerckungen über die privat-Gedancken. §. 2. & 3.

ex usitata hactenus communi per universum Imperium praxi competit, ac non impediri debere conventum est, tam odiosum ac invisum videri, ut illud penitus eversum eliminatumque vice plus simplici exoptent, utpote qui fervescente Reformationis sic dictæ tempore extensissimam ac omnino illimitatam Juris reformandi libertatem Statibus attribuere vehementissime percupiebant, una omnes voce acclamantes: *Cujus est Regio, illius est de Religione dispositio.* Cui axiomati Principes Protestantes innixi expulere religionem Catholicam, circa sacra libere ordinarunt, & immutarunt, ut circa profana. At, postquam ex has praxi a Protestantibus cœpta Status Catholici arguere & asseruere, quod, quemadmodum nullam sibi in reformandi religionem negotio regulam præscribi ac manus ligari passi fuerint Protestantes, ita quoque nullus modus in tali negotio ponendus sit Statibus Catholicis, eoquod insuper in §. 30. Art. V. conventum esset jus ex praxi Statibus tam Catholicis quam Protestantibus competens nullibi impediri debere; experientiaque non rara hactenus docuerit, Status quam plurimos ac nobiles refrigescente primo illo religionis æstu ad sacra Catholicorum rediisse, & sic stante §. 30. regula subditorum sub his Statibus degentium Religionis adversæ exercitium non optimo quovis loco constitutum esse advertant Protestantes; mox versam videmus esse aleam, ubi a communibus cum Catholicis principiis usque ad tempora conclusæ Pacis deflectunt, & alia eorum con- & reconvenientiæ adminiculantia arripiunt principia: ad statum nempe anni normalis confugientes Jura subditorum circa publicum & privatum religionis exercitium §. 31. confirmata, aut potius lege publica primum concessa adeo solent extollere, ut Jus reformandi omnibus & singulis Imperii Statibus in §. 30. immediate antecedente verbis tam energicis assertum ad meram reducatur patientiam, ac ignominiosa tantum in Domino obsequendi suis subditis necessitas supersit. Ad cujus rei inanitatem eo clarius demonstrandam historiam novæ hujus doctrinæ in auxilium vocabimus.

§. XIII.

Historia sat aperte loquitur, quo successu sinistræ hujus interpretationis principia ad evertendum liberum Juris territorialis in Ecclesiasticis exercitium & Status privativi & habitualis stabilimentum Protestantes obtrudere Catholicis connati fuerint. Primam lucem aspexit in causa illa Hildesiensi, ubi Pace conclusa & vix XXIV. Octobris MDCLXVIII. publicata Hildesienses ab Episcopo suo petierunt, ut Patres Capucinos modo anno MDCXXXI. in monasterium Religiosorum Ordinis S. HIERONYMI, (quod Episcopus extincto Fratrum illorum ordine ære alieno liberatum suis usibus addixerat, & Tyronibus S. J. instituendis concesserat) his sublatis, receptos urbe iterum ejiceret, eoquod illos in anno decretorio ibi non fuisse notorie constaret. Scriptam quoque intimatio-

iationem * de emigrando iisdem Capucinis submiserant: sed, cum hi ad Epi-
:opum ordinarium simul ac Dominum territorialem provocarent; ad Magde-
urgensem Circuli Saxonici inferioris Directorem obtentu exequendæ Pacis con-
ugere cives, ubi faciliores etiam aures invenerunt: hic statim executionem,
ecusante licet Duce Brunswico-Lüneburgico, solus per missos eo subdelegatos
rompte & severissime impertitus fuit, edito decreto, quo cuncta ad annum
IDCXXIV. exigi oportere decreverat, quæ & maxima cum commiseratione
uit excepta: nam non tam expulsi, quam exportati fuere Capucini sponte sua
gredi renuentes. ** Sed factum hoc Elector Coloniensis qua Episcopus Hil-
esiensis tanquam Paci W. adversum in Comitiis anno MDCLIII. Ratisbonæ ce-
:bratis accusabat, ac totum suum Achillem in eo reponebat, quod nihil ab
iso actum fuerit, quo civium Hildesiensium reali possessioni anno normali ha-
itæ officeretur; eos propterea non posse habere actionem ex formula Pacis,
isi ante omnia probarent, se in anno MDCXXIV. in possessione juris prohi-
endi Episcopum fuisse, ne de monasterio supradicto pro arbitratu suo dispo-
ere posset. Hoc non demonstrato præsumtionem esse pro Episcopo, quin imo
ræsumtione opus non esse, ubi ipso Jure Episcopali & territoriali Episcopus
itus esset. *** Prodiit etiam desuper scriptum intitulatum: *synopsis funda-
entorum*, vermög welcher beständig behauptet werden kann, daß das *Jus re-
rmandi seu de religione disponendi* dem Juri territoriali anklebe, und davon
pendire. At Protestantes Decreto Circuli Saxonici inferioris ad statum anni
IDCXXIV. omnia exigenti firmiter instabant, ac insimul deductionem dome-
icam Commissariis Cæsareis XXIX. Novembr. anno MDCLV. Francofurti of-
:rebant, cujus argumenta ad hanc causam defendendam allata, testante ita
IENNIGESIO in Meditationibus ad Instrumentum P. Art. V. §. 31. p. 501.
olum. 2. non tam ex sanctione Art. V. §. 31. quæ tanquam propria sedes huic
ijudicandæ data est, quam ex aliis locis & textibus, qui directe pro diversis
isibus scripti sunt, fuere depromta; quod sane, ut dicit, indicium erat causæ
non malæ, certe tamen non omni ex parte probæ ac expeditæ: ubi dein ex
rdine singula argumenta recenset, ac refellit. Illa vero fundamenta Catholi-
orum in synopsi supra laudata deducta tantæ a Deputatis utriusque religionis
fficaciæ agnita fuerunt, ut municipii Hildesiensis Magistratus ejectos antea
Capucinos VI. Aprilis anno MDCLVI. restituere compulsus fuerit. Ex quo

 tam

* Apud de MEYERN Tom. I. Act. Execut. Pacis pag. 691.

** De quo PFANNERUS Lib. III. Hist. Comit. Ratisbon. p. 425. §. LXXXVI. ita concludit: ejecti sunt mœstis Catholicis melioris ingenii tanta spectaculi insolentia atque fœditate attonitis.

*** Vid. Querelas ab Electore in Comitiis Ratisbonensibus anno MDCLIV. 27. Martii ad dictaturam datas apud MEYERN Act. Comit. Ratisbon. Tom. I. p. 1049.

tam felici eventu istorum principiorum falsitatem ac infirmitatem colligere pr num est, cum Magistratus ab iis posthac abstinuerit, receptionem Capucin rum agnoverit, imo effectui dederit, & acceptarit, quod decretum Circ Saxonici inferioris de statu anni MDCXXIV. in quod omnis culpa a Magist tu rejecta fuerat, correctum ac revocatum fuerit P. P. Capucinis contra statu habitualem tam acriter prætensum restitutis.

§. XIV.

Sic eodem & feliciori adhuc eventu denuo repulsam obtinuit novum h ac legis fulcimento destitutum principium Protestantium in controversia ill quæ contigit cum oppido Hoextera, nam Abbas Corvejensis perpetuum exer tium publicum religionis Catholicæ introducendi ex defectu Catholicorum inc larum non habitum in omnibus templis & locis a civibus A. C. antea in anno nc mali non possessis & admittendi quoscunque ex quibuscunque Ordinibus n nistros facultatem liberam nulla subditorum lege contradictione vel exceptior quamdiu ipsorum exercitio & possessioni fraudi non esset, impedibilem sibi af rebat; cives vero Hoexterani ex adverso statum habitualem oppidi, qui an normali fuerat, ubi nihil Abbas Catholicis concesserat, opponebant. H controversia acriter ventilata, ac diligenter expensa in judicio delegato, dati Cæsare Judicibus Commissariis utriusque religionis, Moguntino videlicet Fuldensi Catholicis, Brunsvicensi & Oldenburgico Protestantibus, a quib præhabita plena utriusque partis informatione & causa ad regulas Instrume Pacis probe exacta, non modo sententia pro Abbate, sed & severa simul vectiva prodiit contra oppidanos sequentis tenoris: * „Weilen dann die St Höxter die *Regul* und *Exception* hierdurch *confundiret*, *fundamenta fundam torum* antastet, und die *Substantialia* des Frieden-Schlusses anzugreifen unterstehet; so müssen wir, vermög empfangener Vollmacht und habent Reichs-Commission, auch wegen der Consequenz und Präjudiz, die al Chur-Fürsten und Ständen des Reichs hierdurch zuwachsen würde, hier wohlbedächtlich und ohn ein einziges Absehen, ihnen den Höxterischen, t rechten Verstand des Frieden-Schlusses und ihrer gerühmten Observanz *anno* MDCXXIV. dergestalt erklären, daß weder sie, noch einige and *mediat Commun*en und Unterthanen im ganzen Römischen Reich niemalen Religions-Exercitium *pro Jure* und als *effectus Juris Episcopalis* gebrauc oder gebrauchen können, sondern was in- oder vor *Anno* MDCXXIV. gesc hen, entweder *ex speciali pacto*, oder wie bey Höxter befindlich, aus *Tolera* und *Connivenz* vergönnet, nunmehr aber durch den Frieden-Schluß als ei

Excepti

* Vid. RITTMEYER in Vindiciis Juris Reform. pag. 14. & HENNIGES. Meditat. ad Instrum. Pacis Art. V. §. 31. p. 469.

ception bestättiget, doch aber dabey ausdrücklich *limitiret*, und auf gewisse *Ius restringi*ret worden, also, daß die von Höxter weder *anno* MDCXXIV. ch jetzo sich eines *Juris Episcopalis* berühmen, sondern gleich allen *mediat* iterthanen mit der befindlichen *NB. Exception* begnügen, und in die Gene- l-Regul durchaus nicht mischen, sondern dieselbe unangefochten, und ein- ; allein bey ihren Lands-Fürsten verbleiben lassen müssen; gestalt sie auch kein der Recht, als die blosse Observanz in vorigen Jahren beybringen können, :ich vielen anderen Städten und Landsassen durch das ganze Reich, welche, ann sie gleichfalls durch ihre in vorigen Zeiten vergönnte und nachgesehene :bung der Augspurgischen Confession ein *Jus Episcopale* oder *proprium Jus*, und so eine *Regul* erzwingen wollten, würde denen vornehmsten Chur- und Für- n im ganzen Reich merklich präjudiciret, und die im *Instrumento Pacis* con- mirte *Regul* am meisten *infringi*ret, und also die *Exception* mehr als die *Regul* nportiren, welches höchst- und hochgedachte Stände nimmermehr admitti- n, und uns zur äussersten Gefahr gereichen, auch wir keineswegs würden rantworten können, da uns die von Höxter, diese ihre vermeinte eingebil- :te Gerechtsame, als öffentlich ins Gesicht stellen, und ungescheuet vorgeben irffen, daß sie es *proprio Jure* als ein Kirchen-Recht *Jurisdictionem Ecclesia- cam* und gar als *effectus Juris Episcopalis* verstehen wollen, wann wir dazu illschweigen, und sie in ihrer ungeräumten Meinung stärken thäten. Deß- egen wir diese ihre weitaussehende dem Friedens-Schluß gerad widerlaufen- e eingegebene Schrifften hiemit und in so weit *cassi*ren, die im Friedens- 5chluß befindliche *General-Regul* vor dem Lands-Fürsten, und die *Exception* on der Stadt Höxter als ein unwidersprechlich von der Kayserlichen Majestät em ganzen Röm. Reich und allen Interessenten ausländischer Cronen belieb- s und *Sancte* bestättigtes Fundament hiemit wiederholen, und uns darauf *lide* beziehen. „Hæ certe rationes, queis judices ex utraque religione dele- ati suam suffulsere sententiam, tam prægnantes, efficaces, ac notatu dignæ unt, ut sinistras illas P. W. interpretationes & contorsiones hodie circumferri olitas ab æquis rerum arbitris summis Principibus utriusque religionis rejectas, mo ignoratas latuisse, nec in lucem publicam, nisi ab advocatis, impudenti, it solent, partium studio in transversum actis, parce admodum, ac invita ororsus Minerva protrusas fuisse commonstrent. Proin neutiquam miran- dum est, cur hodierni Doctores Protestantici tam altum ubique de hac causa Hoexterana silentium teneant, & cæcis ignorantiæ ac oblivionis tenebris, sub quibus hodie rnæipsorum pluspetitiones consepultæ fuere, semper involutum optarent, ne communi ac uniformi alias interpretationi lucem tam insignem ac grande commodum afferre posthac posset.

§. XV.

At hisce limitibus necdum concludi se passa est plus habendi cupiditas; siquidem dein Protestantes DD. suas prius rejectas prætensiones, ac illegitimas pluspetitiones motu proprio palam orbi literario obtrudere cæpere. Ansam præbuit famigerata illa intuitu templi ad S. Spiritum Heidelbergæ contentio. Hoc templum a RUPERTO Palatino Imperatore fundatum LUDOVICUS VI. anno MDLVII. A. C. addictis concesserat: sed JOANNES CASIMIRUS LAUTERENSIS FRIDERICI IV. Electoris Palatini tutor, qui sic dictorum Reformatorum sacris addictus erat, his ita dictis Reformatis anno MDLXXXIII. id ipsum addixit, ex quo tempore usque ad annum MDCCV. soli iidem in illius possessione permanserunt; eodem vero anno transactione hos inter & Catholicos inita, divisio ejusdem facta fuit, vi cujus chorus templi Catholicis, navis autem sic dictis Reformatis cessit; atque ut utraque pars sine turbatione devotioni vacare posset, murus chorum inter & navim interpositus utrosque segregavit. Anno MDCCXIX. petiit Elector Palatinus a suis subditis, ita dictorum Reformatorum sacris adhærentibus, ut, cum templum hoc sepulturæ Electorum destinatum tanquam Aulicum potius considerandum esset; navim quoque templi sibi & suæ Religioni, Catholicæ nimirum, addictis cederent, addita tamen conditionum æquissimarum oblatione, qua novi templi ejusdem magnitudinis in loco quocunque ab ipsis assignando exstructionem a se ipso procurandam, aut si ipsi vellent, sumtuum omnium non ad necessitatem tantum, sed & decorem, atque apparatum pertinentium gratuitam subministrationem spopondit, adjectis insuper minis, quod, nisi sponte annuerent postularis, ipsis templum per vim eripiendum esset. At pingues hasce conditiones, ex nota illa æmulatione e diversitate Religionum plerumque sequi solita, ministerium Reformatum respuendo hac excusatione se liberavit, regerendo, in sua potestate constitutum haud esse de templis disponere, eorumque alienationem indulgere. Quapropter ad iram concitatus Elector per vim ipsis templum eripit; Catholici propria authoritate murum interpositum destruunt, & sic dictos Reformatos templo eliminant. Quæ res effecit, ut Protestantes, qui solum Juris reformandi abusum, id est, violentam & noxiam possessioni subditorum dissentientium propriæ Religionis introductionem impugnare debuissent, ad aliud extremum delapsi, Jus & usum ipsum etiam legitimum, communi alias Doctorum suffragio propugnatum, tamque sollicite in Pace ipsa stabilitum alia nunc lege convenientiæ suadente, ademtum & ex Imperio, aut saltem e territoriis Catholico Domino parentibus prorsus eliminatum voluerint per scriptum: Ungrund des *Simultanei*. Doctrinam in hoc scripto contentam Legati Statuum A. C. addicti Ratisbonæ degentes, Inst. P. W. conformiter conceptam jactitando, anno MDCCXIX. in Concluso de XXII. Decembris, cujus verba initialia: Die Nothdurft ꝛc. omnibus Doctoribus & Professoribus in Pro-

rotestantium Statuum Universitatibus munere docendi præditis in Scholis suis istricte disseminare præceperunt. Huic aliud anno MDCCXX. cui nomen: rsprung des *Simultanei*, associare, ac sacræ Cæsareæ Majestati eo fine submitre non erubuere, ut verum ac genuinum Instrumenti Pacis sensum Imperator edoceretur; quin & regulæ ac normæ loco serviret, quam in executione ac conservatione ejusdem ac causarum inde dependentium dijudicaone sequi necessario deberet. Non potuit non desuper Imperator Carolus VI. summam commonstrare displicentiam, cum principiis in utroque oc scripto in vulgus sparsis suam doctrinam plerique in Universitatibus rotestantium Statuum superstruxerint. Quapropter solemni Decreto de II. Aprilis MDCCXX. per Commissarium Cæsareum in Comitiis proulgato suam authoritatem interposuit, in quo suam Statibus & subditis ntiendi libertatem, quatenus scilicet Imperii legibus aperte non adversatur, on coarctari a se velle, equidem protestatus fuit verbis: „Jhro Kayserliche Majestät wollten niemanden, und keinen Religions-Verwandten, Stander Unterthanen des Reichs seine Meinung und *Principia* beschränken oder behmen, in so weit nehmlich selbige denen gemein-bündigen Reichs-Satzd Ordnungen wahrhaft und vollkommen gleichförmig seyen; Noch weit pfindlicher seye Jhrer Kayserlichen Majestät ferner vorgekommen, daß man gen das ganze teutsche Reichs-Wesen, und dessen allerseitige Grundgesetze lgsam gegen teutsche Pflichte, und Reichs-Tags-Verrichtungen, welche Besorgung des *Publici*, und zu Beybehaltung Ruhe, Frieden und Einigit des Vaterlands der K. M. und des Reichs gemeinsamer Hoheit und desn heilsamen Satzungen allein gewidmet seyn solle, wider die Kayserliche Majestät, und ihrer Reichs-Mitstände in solche Hitzigkeiten und auf solche ätliche noch weiters gehende Rathschläg, Bedrohungen, Schriften, Druckereyen, einseitige Auslegung oder Deutungen vom Gebrauch des Osnaugischen und Münsterischen Friedens, folgsam unter eben der Zeit, als mit igezogenen Reichs-Satzungen das Recht gesuchet, gegen eben dieselbe eichs-Satzungen, und Rechte, auf alles Ohnrecht ohnnöthiger Dingen rfallen und zugefahren seye. . . . Jnmassen man einseitige anderweite, in h vorhin nach denen Reichs-Satzungen nichtige *Conclusa* unter sich gemaet, und darinnen ganz ohnordentliche zu des teutschen Vaterlands völliger rrüttung allerdings Reichs-Grund-verderbliche *Principia* vestzustellen h angemasset haben solle; als da unter anderen seynd die aus Kayserlicher id des gesamten Teutschen Reichs Gnade und Milde errichtete, und privijirte Universitäten oder hohen Schulen und Academien im Römischen Reich wisse neuerliche, zu nichts, als zu Uneinigkeiten, Trennung und Unrun unter Haupt und Gliedern, und dieser unter sich selbst abzielende, in den gemeinbündigen Reichs-Satzungen nicht erweißliche oder erfindliche Stuck abschi-

abschicken, und denen *Professoribus* nachdrücklich aufzugeben, daß sie nach sol chen ihre Lehren und *Principia* einrichten, und darnach sich achten sollen; ebe dahero könnten Ihro Kayserliche Majestät zu Beybehaltung gemeiner Ruh Einigkeit und Rechtens, und zu wahren Begriff, Lehre- und Verstand dere Reichs-Satzungen nicht gestatten den *Professoribus* auf denen mit Kayserliche Erlaubnuß und Privilegien im Reich aufgerichteten Universitäten oder ihre Schulen zu anderen, als denen Reichs-Satzungs-mäßigen Lehrstucken, vie weniger zu einseitigen Ausleg- Deuteley- oder Verdrehungen der Reichs-Fri dens-Schlüssen und des Vaterlands Grund-Gesätzen anders, als wie bi hero in dem H. Reich zum rechten Herkommen und zu gemeinsamen Ba angenommen und Herkommens seynd, oder wie solche noch weiters gemei samlich werden verglichen, und von Kayserlicher Majestät *ratificiret*, mith bündig und recht werden, einigen Anlaß zu geben; gestalten solches nieman nach dem Enthalt deren Reichs-Satzungen, und deren wahren von Kayse licher Majestät und dem Reich beliebten und gemeinsamlich erkennten *Inte pretation* zu lehren, zu richten, und zu schlichten seyen, widrigenfalls die ohi erfindliche dem gemeinen **Wesen** Grundverderbliche *Principia*, wie ma dermalen zu *statui*ren suchet, freylich noch weiters einschlagen würden und mi sten, wo gegen und wider alle solche *Neotericos* Ihro Kayserliche Majestät D ro Reichs-*Fiscales* nochmahlen zu der strengsten Beobachtung ihres Am vielmehr anzuhalten, widrigenfalls auch denen Universitäten ihre *Privileg* zu cassiren, auch sie mit ernsthaften Strafen, gestalten Dingen nach, anz sehen genöthiget seyn würden. „Porro inferius repetitur & innovatur Consi tutio Cæsarea anno MDCCXV. edita; *

Ex hisce iterato & publice rejectam authoritate Cæsaris videmus hanc n vitiam Protestantium, doctrinam, quam, non attento hoc Decreto Cæsare progrediente tempore ex solis politicis rationibus convenientiæ servientib semper longius ad extremos usque apices hoc nostro etiam ævo urgere, unitis que studiis & viribus pactis inter Dominum territorialem & Status provinci les ineundis superstruere pergunt.

§. XVI.

Prostat hic ortus & progressus fundamentalis Protestantium principi quem paulo altius hic repetere necessarium duxi, ut falsitas discursus ab A thore der Anmerkungen über die Privat-Gedanken §. XI. assumti eo clari in oculos cadat, ejusque discursus solidiori cum fundamento annihilari ac ref tari queat. Equidem ab hoc authore asseri legimus, notum esse, Statum an MDCXXIV. in P. W. determinate ac expressis verbis stabilitum fuisse: sed h

* Vid. Fabri Staats-Canzley Tom. 36.

us asserti inanitas non solum ex hactenus dictis, sed ex §. 30. & 31. Art. V. . W. tanquam præcipuis & primariis sedibus luce meridiana clarius ostenditur. li duo §§. si legantur & relegantur, eo nunquam detorqueri poterunt, ut vel ninimam mentionem Status cujusdam privativi subditis concessi eruere liceat.)uin potius intrinsecus §§. prædictorum sensus atque constructio eo semper deinabit, ut Statibus Imperii Jus reformandi ex praxi hactenus usitata & supereniente clara legis, Pacis nimirum Religiosæ & Westphalicæ, dispositione, Sertum pro futuro etiam stabilitum hisce maneat, ita tamen, ut ex eo subitorum dissentientis a suo Domino Religionis possessioni, quam circa suæ xercitium Religionis ejusque annexa in anno MDCXXIV. & quacunque ejus nni parte, quovis ex titulo, seu facti seu juris, habuerunt, nullum inferar præjudicium, sed hoc Jure reformandi, quo alias adversus subditos eosem uti posset, non obstante, subditi in eadem possessione pacifice relinqueni, aut, si turbati fuerint, mox in eandem sint restituendi. Ex quibus necesrio concludendum, quod §. 30. diserte jubeat, ut Dominus territorii in xercitio & usu Juris reformandi, prout illud ex communi per totum Imperum hactenus usitata praxi habuit, impediri a nemine debeat; § autem 31. ndulgeat subditis, ut retineant exercitium suæ Religionis una cum annexis, uatenus illa quacunque anni MDCXXIV. parte exercuerunt, aut exercita uisse probare poterunt, insuperque relinquantur in possessione omnium funationum, monasteriorum, jurium, & templorum dicto tempore in potestate orum constitutorum. Et hic est genuinus §§. duorum istorum sensus, nullibi e stabilito Statu privativo anni normalis mentionem facientium. Hoc itaque osito facile est animadvertere, quam sinistre applicatus sit §. ille 33. ad quem Author prædictus provocat asserendo Statum & observantiam anni MDCXXIV. xpresse in hoc §. pro regula stabilitum fuisse, utpote qui non solum ex principali sede §. scilicet 30. & 31, in quibus tam Jura Dominorum contra subditos, quam beneficia subditorum contra Dominos proprios determinata tantummodo invenire est, scopo suo inservientia depromit, sed & ea, prout placent vel displicent, demit vel addit. §. enim 33. bene inspectus nullius Status, sed solius observantiæ mentionem facit, dum dicit: *non attentis sed annihilatis omnibus anni MDCXXIV. observantia, utpote quæ instar regulæ obtineat, contrariis latis sententiis, reversalibus, pactis &c.* observantiam autem & Statum anni MDCXXIV. nequaquam confundenda, ac pro synonimis habenda docet §. antecedens 31. ubi itidem observantiæ hujus occurrit mentio, in clausula illa authoribus Suecis opposita, sive sola denique dicti anni observantia, per quam Sueci nequaquam intenderunt, ut Status anni MDCXXIV. ratio deinceps haberetur, sed ut subditis tantum, quibus possessio & usus exercitii Religionis eodem anno habiti suffragabatur, facilior ejusdem probatio adesset; hinc loco conniventiæ, quam difficillimæ probationis causabantur Sueci, observantiam apponi petiere.

Clare igitur patet, anni MDCXXIV. observantiam non denotare nudum Statum seu conditionem loci, prout res eodem tempore ibidem se habuere, sed Statum subditorum, prout ab illis eodem tempore sacra eorumque annexa exercita & possessa fuerunt, quem in statum, quo anno MDCXXIV. fuerunt, ipsi scilicet subditi, non locus, ut plenarie restituantur, §. 32. fuit sancitum. Si porro hujus §. 33. primariam intentionem consideremus; ne vel in minimo eo tendit, ut statum privativum stabiliat, & sic obicem juri reformandi ponat; sed unice pacta antehac, id est ante annum MDCXXIV. inter Dominum & subditos inita respicit, quo sub respectu observantia dicti anni instar regulæ obtineat, cavetur. ac insuper non omnia, quæ exercitii Religionis libertatem quodammodo restringere possunt, sed præcise contrariæ latæ sententiæ, reversales, pacta, &c. & quæcunque transactiones, de quibus solis hoc §. sermo est, cassantur & annihilantur. Quapropter etiam intuitu horum pactorum, reversalium &c. observantia, id est, factum possessionis subditorum in anno decretorio habitæ hic regula dicitur, ac sensum ab Authoris mente plane alienum recipit: quod nempe possessio eo anno habita fortius Jus tribuat subditis, quam ut illud per pacta cum Domino territoriali antehac inita ipsis auferri tollique possit, adeo quidem, ut, si ejusmodi pacta præfatæ possessioni non sint contraria, rata, firmaque deinceps haberi debeant; sin vero quidpiam præjudicii pactis illis generetur, cassatis & annihilatis ejusmodi pactis observantia anni decretorii instar regulæ obtineat. In isto §. igitur 33 nullibi status privativi mentio, ne dicam decisio invenitur, quem Author contra omnem rationem, modo legibus plane contrario affingere non reformidat. Quin imo ulterius procedit, & repugnans hoc suum Principium, in quo omne suum fundamentum collocandum habet, utut ipse non multum in illo confidat, omni virium conatu suo ratiocinio applicare studet, tum transit ad pacta in specie ea, quæ Domini territoriales neo Catholici cum suis Statibus provincialibus aut subditis inire solent, ubi sequentem in modum unum ex alio eruere conatur: talia nempe pacta in eo collimare, ut omnia eo in statu, quo anno MDCXXIV. fuerunt, permanere debeant.

§. XVII.

Extant, quod non negandum, reversales ejusmodi, quas variis hac ætate nostra vicibus Dominis Protestanticis ad catholicam Religionem redeuntibus præscriptas exactasque fuisse & vidimus & audivimus, eodem status habitualis, qui in anno decretorio viguit, imposterum observandi, præfigurato principio potissimum innitentes. Sic quamvis dura satis, aliis tamen adhuc moderatiora FRIDERICUS AUGUSTUS Saxoniæ Elector iniit: Is cum vergente elapso sæculo in Ecclesiæ catholicæ gremium rediret, Ordinibus provincialibus solemni sponsione cavit, Religioni Protestanticæ in Saxonia nullum imminere pericu-

um, se contra statum privativum nil innovaturum, nilque in illius exitium damnumve moliturum fore. * Sic eædem sponsiones repetitæ fuere a Principe Saxoniæ hærede, postquam paterna sacra fuisset amplexus. ** Duriora nonnihil Carolus Alexander Würtenbergiæ Dux, Eberhardo Ludovico Duce adhuc regnante, reiteratis sponsionibus confirmare debuit, Statum Religionis salvum atque incolumem servandum fore &c. Omnium durissima spondere nuper debuit Serenissimus Landgravius Hasso-Casselanus modo regnans: Postquam enim is adhuc Princeps hæres revelaverat, sese ante aliquot annos ad Catholicam Ecclesiam esse reversum, Genitor mox convocatis Hassiæ Casselanæ provincialium Comitiis, filii Principis transitum ad Sacra Romana declarat, ac quanam ratione securitati Religionis Protestanticæ consulendum, Catholica vero penitus exstirpanda ac eliminanda, cum illis consultat. Quo facto Princeps hæres sanctione pragmatica solemni jurejurando firmata constituere coactus fuit, se statum identicum anni 1624. non solum immote & sancte conservaturum, sed & Principales suas proles in Religione sic dicta Reformata educari curaturum. *** Hæ sunt ejus generis reversales, quas Author supra laudatus tanquam Legibus Imperii conformes extollere, atque deprædicare autumat, dum dicit ejusmodi reversales nil continere aliud, quam quod Leges Imperii fundamentales, omnibus & singulis Imperii Statibus tanquam regulam præscribunt, perque illas Status Imperii ad ea tantum adstringi, ad quæ præstanda vi Legum Imperii aliunde jam essent obstricti. Hinc non abs re erit manifestam earum cum Legibus publicis repugnantiam paulo uberius ob oculos ponere.

§. XVIII.

Conventiones Legibus ac rationi conformes erigere ubique & omni tempore saluberrimum esse, æternamque iis vim ac robur inconcussum permanere nullus inficias ibit; eas a contrario, quæ ad externam speciem Leges Imperii Pacemque Westphalicam præseferunt, intrinsecus vero nonnisi ad regulas convenien-

* Vid. Jo. Christoph. Lünig in Corp. J. Sax. Tom. I. p. 345. ubi istas declarationes exhibet.

** Vid. Ant. Fabri Staats-Canzley Tom. I. XII. XIII. XXXI. ubi omnia huc pertinentia documenta exhibentur; & in specie Rescript Königs Friderich August an Dero Evangelische Gesandschaft zu Regensburg d. Dresden den 23. Octobr. 1717. ubi: Wir haben deshalb unsere Meynung denen Evangelischen Puissanzen und Fürnehmen Fürstlichen Häusern zu eröffnen, auch durch offentliche Intimation unsere getreue Landschaft dessen allen von neuen zu assecuriren nicht ermanglet.

*** Vid. Religions-Assecurations-Acte des Herrn Erbprinzens von Hessen-Cassel, den 1. Octobris 1754. in Ill. Jo. Jacob. Moseri deutschen Staats-Archiv 1755. I. Theil, 8. Cap. p. 164. seqq.

venientiæ sunt compositæ, compendiis privatisque partium studiis inservi a norma Legum Imperii fundamentalium, illorumque, quibus hæ suffu sunt, principiorum, quam longissime deviant, & quidvis aliud, quam ve atque genuinos harum Legum significatus intendunt, omni sua vi, robore efficacia destitui, ac ab ipsis Legibus refelli palam & in aprico est. Atque comparatæ sunt conventiones, quas Author indigitat, qui subtiliter incede toties rejectum hoc suum principium tanquam unicum fundamentum su struere, talesque conventiones Legibus conformes reddere omnimode con dit. Cum hujus principii inanitas abunde satis fuerit hactenus demonstr facile apparet, conventiones hoc principio principaliter suffultas, ut Legi fundamentalibus e diametro repugnantes insimul etiam corruere, juxta ill corruente principali corruit & accessorium. Sublimissima enim & insignia jura circa sacra, quæ tot millium Christianorum hominum sanguine ac in tibus pecuniæ summis constitere, non ita comparata sunt, ut tam facile a P cipibus avelli, & in subditos tanquam subjecta incapacia, quorum est gr peragere pro omnibus iis, quæ summo beneficio tam per P. R. quam W. c nuerunt, transferri illa queant. Jus enim hoc circa Sacra tam genera quam speciatim acceptum, præsertim prout spectat Jus introducendi publi Religionis dominicæ exercitium, pars principalior & potestiva Juris territo lis, Jus itidem regium & suprematus, das höchste Kleinod, der Ständen h stes Regal, fatente quondam Mauritio Landgravio Hasso-Casselano, adeo matur, ut sine illo superioritas territorialis mutila, manca, & dimidiata mino territorii remanere censeatur, insimulque ex praxi Imperii publica utr que partis conventione & Instrumento Pacis constanter liberum & indivulse superioritate territoriali connexum jus reformandi audit, quod cum a nen impediri, ac nequidem ultra limitationes expressa lege factas in præjudic Jurium Dominis territorialibus per P. W. competentium restringi jubeat §. quis æquus rerum arbiter summæ illos injustitiæ jure merito non poterit incusare, qui relicta boni æqui ac justi semita, rejectis sanis genuinæ her nevtices principiis, contra claram paciscentium intentionem ultra ipsa sacr W. dogmata non solum conantur summum hoc Regale pactis ejusmodi lin re, sed quod magis, ad extrema deflectentes, a Statibus tanquam veris & ipsa Lege unice agnitis possessoribus ac Dominis illud penitus avellere, & subditos tanquam subjecta incapacissima tale jus ossibus Dominorum territo lium inhærens penitus transferre, & sic ordinem naturalem turbare indies gis magisque contendunt, cum tamen disertis literis summi hujus juris ina cabilitatem non uno P. W. loco, ipsaque Juris natura sat sufficienterque quatur.

§. X

§. XIX.

Ne autem, quod hoc in casu, ac hisce in circumstantiis Protestantibus pponere Jure possumus, Jurisconsulto nempe erubescendum esse, sine Lege qui, mihi quoque objici queat; ad Art. præcipue VIII. §. I. I. P. W. provo-), qui novioribus hisce Protestantium assultibus ac prætensionibus omnem nem ac modum ponit, ubi: *Ut autem provisum sit, ne posthac in Statu politico ntroversiæ suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Roani in antiquis suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero Juris teritorialis, tam in Ecclesiasticis quam politicis, exercitio ita stabiliti firmatique sunto, t a nullo unquam sub quocunque prætextu de facto turbari possint, ac debeant.* Cum gitur Lex publica suprema Dominorum jura non solum antiqua, sed & liberum uris territorialis tam in politicis, quam in Ecclesiasticis exercitium ita fortier firmata ac stabilita velit, ut a nullo sub quocunque prætextu turbari nequiiem queant, & id, quod minus est, scilicet turbatio hujus juris interdicatur; ecessario inde fluit, ac jure quovis optimo inferendum est, id, quod majus st, totalem scilicet illius eversionem hoc Pacis loco omnino esse prohibitam, c proin pro certo tenendum, illud jus reformandi juxta genuinum ac verum ?. W. sensum Principibus commune redditum, ut Jus solis tantummodo Statibus personaliter competens eorumque ossibus inhærens & plane inabdicabile censendum esse, quod in ipsa P. W. nullibi subditis sed ubicunque Statibus competere asseritur, & alio loco, §. scilicet 30. ubi per verba: *Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium usitata praxi etiam Jus reformandi exercitium Religionis competat, conventum est, hoc idem quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui immediato Jus, quod ipsi ratione territorii & superioritatis in negotio Religionis competit, porro impediri oportere.* Ubi eo gravius totalem juris reformandi ademtionem P. W. prohibet, quo disertius restrictiones ac impedimenta juris reformandi ultra limitationes ipsa lege factas, ipsis Legibus Imperii fundamentalibus contrarias asserit, & ultro demonstrat. Cui demum & sana ratio suffragatur: nam posito etiam omnimodam juris hujus abrenuntiationem non de genere prohibitorum esse; maximam in Statum præcipue publicum Germaniæ turbationem ac convulsionem induci oporteret, mox Statum in Statu repositum, ac plane inversum naturalem rerum ordinem videremus, Dominus ad infimam subditorum sortem depressus sub nudo obtemperandi jugo gemeret, subditus vero exlex redditus ad sortem supremam Domini evectus jus suprematus contra jura omnia tam naturalia, quam publica, canonica & civilia sibi attribueret juxta illud: Vidi servos in equis, & Dominos deambulantes &c. Hæc absona & sequelæ pessimæ ex his Protestantium prætensionibus consequuntur, utpote quibus illud occinendum, quod jam Elector Coloniensis qua Episcopus Hildesien-

 sis

sis in causa Hildesiensi supra memorata, ubi pomœria ac philacteria sua dilatare, jam ausi fuerunt, in querelis suis in Comitiis Ratisbonensibus anno MDCLIV. ad dictaturam datis sapientissime præsensit, graviterque pro rei dignitate exposuit: „ Non audeant Protestantes supra Dominum proprium se evehere, sed in terminis Evangelii persistant, cujus gloriantur, secundum quod nempe discipulus non est supra Magistrum, nec servus supra Dominum, aut subditus supra Principem &c. „ Patet igitur, quantum in se contineant legum difformitatis pacta illa, quæ in eversivis hisce legum publicarum principiis superstruuntur: audent enim omne jus reformandi Domino territoriali penitus adimere ac aufferre, & sic supremam ejus circa Sacra inspectionem tot P. W. locis tam sancte stabilitam denegare, ei legem dicere, & subditos independentes in sacris Dominos constituere. Corruit igitur totus discursus ab Authore assumtus, ultimataque ejus illatio a veritatis meta longissime aberrare dignoscitur, per pacta hæc Dominos neo-Catholicos ad ea tantum obligari, ad quæ præstanda vi legum Imperii alioquin essent vinculati.

§. XX.

At ne hos quidem intra limites pacta ejusmodi subsistere solent, quæ non solum jura in Ecclesiasticis Dominis territorialibus per P. W. stabilita, ut hactenus ostendi, turbant & adimunt, sed quod magis ad politica adiaphora & mere sæcularia per summam injuriam ac modo legibus publicis plane contrario se extendunt, supremam Domini in politicis potestatem controvertunt, quin imo manifestum Religionis odium sapiunt atque a vi, metu, ac coactione quandoque haud immunia hucusque tristis experientia sufficienter docuit: constat enim, quod non solum ad Status privativi omnem circa Sacra dispositionem Domino territoriali adimentis conservationem, sed ad multa alia, respectum ad Religionem plane non habentia, se adstringere Principes neo-Catholici debuerint, omnimodam Religionis Catholicæ abolitionem solitariamque Protestanticæ conservationem spondendo caverunt muneribus queiscunque, tam superioribus, quam inferioribus cujuscunque nominis nonnisi meros Protestanticæ Religionis ministros ac officiales se præfecturos, & in casu, ubi officialium quispiam a Religione Protestantica ad Catholicam esset transiturus, mox talem ab officio removendum, illique Protestanticæ Religioni addictum substituendum esse. Consiliariis intimis perpetua adeo commissio & liberum disponendi arbitrium in hisce reversalibus tribuitur, non solum circa res Religionis, sed & circa negotia Ecclesiastica politicum simul tangentia, sive interiorem formam terrarum, sive communem Protestantium rem ac salutem illa concernant, per se & inconsulto Domino territoriali peragendi, dijudicandi, exequendi; & quod demum manifestum Religionis odium sapit, ac inter alia durissimum subinde concep-

tum

um legitur, id est, quod non solum præsentium, sed & futurorum libero-um in Religione a Patre deserta educationem promittere debeant Principes.

§. XXI.

Hæc sunt potissima, quæ in hisce reversalibus legibus publicis maxime ontraria continentur, ac debitum omnem a Deo præceptum honorem ac re-erentiam Statibus exhibendam, omnemque potestatem territorialem, eique onnexa jura etiam in politicis adimunt, convellunt, ac penitus destruunt, & rimo statim obtutu primævum illud Protestantium in Religionem Catholicam dium, eaque omnia in hisce reversalibus concepta cernimus, quæ ubique & x omni fere Pacis W. lege sunt prohibita; postquam enim trium Religionum olerantia in Imperio stabilita fuit, insuperque cautum, ne una præ ceteris de-pectui haberetur; necessario directam & manifestam unius præ ceteris aboli-ionem, extirpationem, ac eliminationem interdici oportuit, quam in rem Art. V. §. 8. I. P. W. statum legitur, *neutra vero pars suæ Religioni adhærentium otentia ad deprimendam alteram abutatur:* quod & confirmat Pax W. A. V. §. 35. equentibus: *sive autem Catholici, sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nul-ibi NB. ob Religionem despicatui habeantur, nec a suis communibus juribus arcean-ur, sed in his similibus pari cum Concivibus Jure habeantur, æquali justitia, & pro-ectione tuti.* Plane contrarium in hisce reversalibus deprehenditur, ubi ne Catholica quidem anima toleratur; cujus contraventionis veritatem ulteriores §. demonstrant, cum enim juxta Art. V. I. P. W. §. 2. terminus ille restitu-ionis, nonnisi in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, it annus MDCXXIV. necessario consequitur, Dominum territorialem, termi-o hoc in Ecclesiasticis observato, in rebus mere politicis, sæcularibus ac adia-phoris liberas plane, & nulla lege adstrictas habere manus, eumque nulla via, e pacto quocunque in hisce ad terminum talem provocante eo adigi posse, ut in summum Religionis unius odium, totalemque ejus extirpationem ac abolitio-em, nonnisi Ministros Protestanticos muneribus queiscunque præficiat, ac officialibus a Protestantica ad Catholicam Religionem transeuntibus remotis, horum loco alios Protestanticæ Religioni mere addictos substituat. Palam igi-tur est, immane ex his pactis in Religionem Catholicam odium elucere, queis Dominus Catholicus eo adstringitur, ut in ejusmodi mere politicis ac adia-phoris, ubi plane nihil ad Religionem conducit, quis vel huic vel illi muneri ive bellico sive judiciali præsit, omnia uni Protestanticæ præcipue Religioni ribuantur, Dominus vero sic paciscens nihil, nisi solam abolitionem propriæ Religionis contra diserta legum Imperii fundamentalium jussa sibi relictam vi-let, ac suprema sua jura tam in Ecclesiasticis, quam politicis sese exerentia n nihilum redacta, iisque se penitus exutum dolet, dum per pacta ista tan-uam Princeps & Status Imperii immediatus sua feuda throni, cum iisque nulli

nulli subordinatam Majestatique æmulam superioritatem territorialem possidens contra leges publicas, contra legale amborum supremorum Imperii Collegiorum conclusum, contra ipsam Cæsaream ratificationem incessabiliter incapax redditur, omnisque suprema tam in Ecclesiasticis, quam in politicis ac Oeconomicis intuitum in Religionem vel minimum habentibus potestas adimitur. Cum juxta ipsam Confessionem Anonymi pro Deo, Cæsare & Patria, ubi in seinem Gesätz- und Vernunft-schlüßigen Analysi des neben berührten Asseurations-Act pag. 48. ait, inter hæc politica fere non existere casum, quem non ad causam Religionis directe vel indirecte Protestantes reducere velint.

§. XXII.

Hanc summam potestatem Principum paciscentium in mediatum ejusmodi Principis Collegium consiliare intimum si non directe, saltem indirecte transferri, illudque capax reddi posse autumant Protestantes, *commissorio quodam modo* omnia negotia tam Ecclesiastica, quam politica & œconomica Religionem respicientia inconsulto Principe, solummodo exequendi, & ad finem suum perducendi. Sed hæc omnia, utut etiam de causis mere Ecclesiasticis intellecta neutiquam ad politica extendantur, fundamentalibus Imperii legibus refragari, in antecedentibus sat probavimus, ubi res etiam mere Ecclesiasticas intuitu subditorum Protestantium in sensu Catholicorum æque ac Protestantium ad regalia principaliora Statuum Imperii trium Religionum Christianarum reducendas esse, ut regalia summa ac inabdicabilia ostendimus. Ne vero per hæc vocabula, *commissorio modo* benevolus lector in sinistrum, aut æquivocum sensum deduci queat; latitantem sub hisce vocabulis subtilem Protestantium illationem, clarius ob oculos ponere, ejusque vim enervare necessum erit: ipsi enim, dum directam istorum jurium abdicationem contra Status defendere non audent, asserunt, suprema hæc jura non transferri in Collegium aliquod consiliare intimum eo modo, ut jure quodam proprio independenti ac Majestatico tam super sacra quam super profana disponere, liberum ac integrum sit, sed ea in actu primo, id est, habitu ac radice penes Principem existere ac permanere, quoad actum vero secundum ita se abdicare posse Principem, ut totale horum jurium exercitium commissario, delegato ac mandato prorsus modo in Collegium consiliare intimum ab ipso transferatur, ejusque dispositioni unice committatur ac relinquatur. At huic argumento ita formato facile est respondere: nos in accidentalibus ultro indulgendis, quamdiu substantialia non attinguntur, non adeo difficiles esse, quin imo in verbis tam diu faciles, quamdiu in re convenimus, usque dum non nominatio, sed negotium & res ipsa consideranda veniunt; nam de jure certum, expeditum, ac extra omnem dubitationis aleam positum est, quod, quamprimum Commissarius tam liberas ac irrestrictas manus accipit, ut committentis

jussi

ıſſa non amplius attendere, nec iis obtemperare cogatur, ac ita ſecundum li-erum arbitrium, quin reſpiciat committentis inſtructionem, omnia pro libitu eragere, diſponere, ordinare, ac exequi nullibi ſe impeditum videat; eo pſo committens qualitatem committentis perdat, inſuperque Commiſſarius in ommittentis ac Principalis conditionem ſubintret; quis igitur neget, in ſimili aſu eodem modo Collegium conſiliare intimum ſubintrare in conditionem pſius Domini, utpote cui omnia negotia tam circa ſacra, quam circa profana eſpectum vel remotum etiam in Religionem habentia illimitate & absque omni mpedimento, irrequiſito etiam Domino peragere liberum eſt: proin merito nferendum, jure potius proprio ac mere Majeſtatico hæc jura a Collegio con-ıliari intimo exerceri, quam mandato, commiſſorio ac delegato, cujus tituli ſſentialia requiſita hic nullibi inveniuntur. Nam, ſi centies etiam in actu primo Dominus imperaret, ſic volo, ſic jubeo: Collegio ejus intimo vi ſuæ commiſſio-ıis perpetuæ integrum ſemper eſſet in actu ſecundo reniti hujusque ſuæ reni-entiæ præſidium omne quærere in famigerata illa parœmia: Stat pro ratione oluntas; quod revera omni rationi repugnaret. Et demum ulterius monen-lum: non adeo expeditum eſt, quin potius perperam infertur Principem ſe a otali jurium ſuorum exercitio abdicare poſſe; hoc enim ſemel permiſſo eadem bſona ſequerentur, quæ ſupra ex ipſa directa poteſtatis habitusque abrenun-tiatione conſequi oportere demonſtravi, legem enim impoſitam eſſe verbis, non rebus, exinde concludendum eſſet. Quin imo fundamentale illud fulcrum, in quo Imperii Statibus ſumma libertas diſponendi tam circa Sacra, quam circa profana maximæque prærogativæ tributæ fuerunt, famigeratus ſcilicet ille §. 2. Art. VIII. aliis plane verbis, ſequentem in modum in favorem Collegii Conſiliaris intimi Inſtrumento Pacis impreſſus legi deberet: Gaudeant ſcilicet Conſiliarii Statuum intimi, ſi Princeps eorum territorialis Catholicæ & a ſub-ditis diverſæ Religionis ſit, in caſum enim hunc ſoboles ipſi aufferantur, & in Religione a Patre deſerta alibi educentur, Conſilium intimum a Principe tali independens eſto, & ſuper totali rerum ſumma, negotiis nimirum Religionis cum annexis Oeconomicis publicis ac politicis cauſis, in Comitiis Imperii, Cir-culi, omnibusque aliis Conventibus, uti & in territorio ipſo absque conſen-ſu & præſcitu Principis diſponat.

§. XXIII.

Id demum, quod ratione Principalium prolium tam præſentium, quam futurarum in Religione a Patre deſerta educandarum plerumque inſeri ſolet, lædit Principalem Patris honorem, principiis genuinis quam maxime repugnat, ac leges Imperii publicas perimit, nam lumen ſanæ rationis, ipſe adeo ſangui-nis impulſus ac Patriæ inſuper poteſtatis jura parentibus queiscunque ſine diſ-

crimine id officii pro debito imponunt, ut principalem ac summam semper in eo curam reponere studeant, ne eorum soboles in alia, ac qualem ipsi solam vivificam, & ad æternam salutem unice perducentem credunt, Religione educentur, ac imbuantur. Talem facultatem ac potestatem hæc sanguinis tutelæque paternæ jura hic Principi Patri ademta dolemus, & ita quidem, ut deterioris conditionis ac ipsi subditi esse videatur, quibus nempe ipsa P. W. omnimodam conscientiæ libertatem concedit, ita quidem, ut nemo illos ad alienam Religionem pertrahere audeat juxta §. 30. & juxta §. 36. Art. V. Si post publicatam Pacem Religionem mutaturi sint, eis liberum sit, ut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare; quin imo in ipsos hos mediatos Imperii subditos supremorum adeo judiciorum coactio plerumque eo se extendit, ut in casu ubi duo disparis Religionis, maritus v. g. Catholicus, fœmina A. C. addicta connubio inter se jungantur, proles masculæ in Catholica Religione, fœminæ vero in Protestantica Religione educentur, Principi autem Patri ne pars quidem, id est partitio illa prolium partim in Catholica, partim Protestantica Religione educandarum subditis concessa permittitur, & quod magis totum plane adimitur, ubi ad totalem liberorum omnium in deserta a se Religione educationem se Princeps Pater adstringere debet.

§. XXIV.

Pactorum ejusmodi subsistentia ac valor ex ipsa Imperii observantia & praxi propugnari potissimum, eaque evinci contenditur ex confirmatione Cæsarea reversalibus Würtenbergensibus ab Imperatore Carolo VII. impertita. Ex hac enim Statum anni normalis privativum & habitualem, utpote qui omnem illarum paginam implet, ac reliqua principia huic superstructa approbari & stabiliri existimant Protestantes, dum disertis mentem suam verbis exponit Imperator: „Ihro Kayserliche Majestät haben die von denen Würtenbergischen Landschaftlichen engeren Ausschuß allerunterthänigst gebettene Declaratoriam allergnädigst gewilliget, weilen von dem Kayserlichen Reichs-Hof-Rath die Acta quæstionis quoad substantiam dem Friedens-Instrument conform befunden worden.„ Hinc dicunt effrænem ab illis committi audaciam, ipsamque rei judiciariæ Imperii compagem dissolvi, ac formam ipsam everti ab iis, qui hisce non attentis, ea adhuc constitutionibus Imperii adversantia asserere sibi præsumerent, quæ Imperator Consiliumque Imperii Cæsareo-Aulicum Instrumento Pacis quoad substantiam conformia declaraverint. * Verum huic obmoto sequentibus obviatur: quod, si impertitam hanc confirmationem paulo

* Vid. Auth. der Anmerkungen über die privat Gedanken ꝛc. n. 5. & 7. Item Author der Gesätzmäßigkeit der Religions-Versicherung des Herrn Erbprinzens Friderichs zu Hessen-Cassel gegen die sogenannte Gesätz und Vernunftschlüsse. §. 34. pag. 30.

paulo accuratius consideremus, nihil Imperator statuere aut voluerit aut potuerit, quod P. W. dispositioni ac supremis Statuum juribus repugnaret; Ita enim Consilium Imperiale Aulicum resolverat. Seynd die Acta diesfalls zu confirmiren, insoweit sie dem Friedens-Instrument conform befunden worden. Ad hoc igitur conclusum cum diserte confirmatio Cæsarea se referat, ad eandem quoque limitationem, quam illud præ se tulit, eandem haud obscure restringi voluit.* Quid vero ad substantiam, quid ad modum referri mereatur, tam facile expeditum videri haud poterit. Mihi enim substantia legibus Imperii conformis in eo potissimum reponenda videtur, quod integra subditis in Religione a Domino dissidentibus libertas, cultus sui exercitium bonorum & reliquorum jurium, quorum subditi alias capaces declarantur, possessio imperturbata, plenaque ab omni turbatione & violatione securitas a Domino spondeatur. Modum vero eumque certe nimis immaniter extensivum cum substantia confundere conantur ii, qui sensu prorsus exorbitante contra sanctissimas & inviolabiles legum publicarum sanctiones intemeranda Dominorum jura in subditorum arbitrium transferre attentant. Sanctius profecto fuisse Imperatori solenne illud Sacramentum præsumendum est, quo ad sarta tectaque conservanda imo pro viribus tuenda summa Statuum jura per capitulationem cæsaream ** sese adstrinxit, quam ut uno quasi calami ductu obliteratum illud voluerit.

§. XXV.

Quæ cum ita sint, pronum ferri poterit judicium, quinam sint justi illi ac positi a legibus Imperii pragmaticis atque fundamentalibus limites, quos, si pacta supergrediantur, nulla eadem lege aut ratione subsistere possint. Si nimirum talia continent principia ab Imperio & Imperatore rejecta, suprema Dominorum territorialium jura & in specie jus reformandi penitus adimunt & interimunt, naturalem ordinem penitus invertunt, subditos constituunt independentes non solum in sacris, sed etiam in profanis Dominos, Dominum vero in deterrimam ac infimam conditionem conjiciunt, Statum Imperii Germanici publicum convellunt, fundamentales Imperii leges infringunt, penitusque evertunt. Immotam vero & nullatenus infringendam vim, robur, ac efficaciam asserimus pactis illis, quibus Dominus modum aliquem suo reformandi juris exercitio ponit, ac largius quidpiam circa exercitium, ac annexa, quam in anno decretorio habuere, possessaque probare poterunt, concedit; hoc enim modo nil peccatur contra fundamentales Imperii leges, Dominus quippe supremam suam in sacris inspectionem retinet, nec proprium suum in politicis regimen

* Vid. Anonymi Ratisbon. gründliche Antwort auf die Einwürfe ꝛc. pag. 27.

** Cap. Cæs. tit. I. §. 8. & 9.

men, gubernationem, ac Imperium a Deo sibi stabilitum, per quem Reges & Principes regnant & imperant, nullatenus adimitur, quin imo in omnibus suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, liberoque juris territorialis tam in Ecclesiasticis, quam in politicis exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium possessione, vigore ejusmodi pactorum ita firmatus stabilitusque manet, ut subditi eum nunquam sub quocunque prætextu turbare audeant, qui potius memores beneficii tanti ultra P. W. a Principe & Domino sibi concessi, nil aliud sibi superesse, nisi infinitas pro tam grandi gratia, benigna & benevola concessione grates persolvendas sciant. Sic manet naturalis ordo, & subditi non supra Dominum evehuntur, ac nonnisi pax & concordia se invicem osculantur.



Animadversiones Editoris

Ad §. VII. De Pactis hujusmodi eorumque valore uberius agit Moser Tract. Von der Landeshoheit im Geistlichen *p. 337. seqq.* sed et valida esse ostendit consensu tum Catholicorum tum Protestantium: Catholicos inquit 1721. 30. Maii dictasse ad Protocollum: „wo besondere Verträge, Conventiones und Pacta inter Dominos territoriales eorumque subditos super exercitio Religionis et annexis errichtet, oder tacito utriusque partis consensu eine „Aenderung eingeführt worden, solches alles müste nach deutlicher Maasgab „oftangezogenen Westphälischen Fridens-Schlusses allerdings bey seinen „Kräfften gelassen werden: Protestantes autem in literis ad Imperatorem 1722. „14. Nov. Die Reichsgerichte hätten dergleichen Sachen denen in dem Instr. „Pac. Art. 5. hoc tamen non obstante etc. erlaubt und vorbehaltenen folglich „auf einem Fundament mit dem Friden beruhenden und mit demselben in der „Kayserl. Wahlcapitulat. Art. 2. confirmirten Pactis posterioribus lediglich „überlassen ꝛc."

Ad §. IX. Auctor hic in nota citat Moserum tanquam patronum Simultanei, sed is mentem modo suam mutavit in cit. Tract. p. 661. ubi ita inquit: „Da einem Rechtsgelehrten erlaubt ist auch über streitige Puncten unsers teut„schen Staatsrechts seine gutachtliche Meinung zuentdecken: so will dann „auch sagen, wie ich diese Sache dermahlen nach denen Westphälischen Fri„denshandlungen, wie auch dem Buchstaben und Zusammenhang des Osna„brückischen Fridensinstruments ansehe: ohne eine Rücksicht auf das zu neh„men, was ich bald vor 50 Jahren als ein junger und mit denen benöthigten „Subsidien nicht versehen gewesener Mensch gedacht, und (nach Art derer

„Juri-

Juristen Facultäten, welche in dubio vor den zu sprechen pflegen, der sie be=fragt) geschriben habe, et dein p. 663. die in meinen Augen weit wichtigere Gründe aber gegen ein solches Simultaneum und gegen die Freyheit eines Landesherrns hierinnen nach Belieben handlen zu können seynd folgende rc."

Ad §. *XIV*. Ne quid dissimulem, cum bonitas causae tale quid non re-rat, Recessum Deputatorum in causa Hoexteriana, ad quem denuo, post-am id jam alibi fecerat, hic provocat Auctor, HERTIUS in *Exam. Vindic. tmeyer.* Beylag. *D.* a solis Deputatis Catholicis et quidem Protestantibus itis confectum hac ratione fuisse jam scripserat, atque ita tam invictum con- Protestantes argumentum non efficere: si genuina sunt, quae habet MOSER cit. Tract. p. 621. assertum HERTII nunc extra controversiam esse videtur, e enim ibidem Conclusum Senatus Imperialis Aulici adducit. 27. Jul. 1651. riedensschluß im Reich die Statt Huxar betreffend. Absolvitur Relatio et onclusum: 1. Respondeatur D. Electori Moguntino: aus was Ursachen Ihro Kayserl. Maj. den Receß begehrter massen zu confirmiren Bedencken tra-en: weilen nemlich derselbe von zwey Catholischen allein, ohne der andern Augspurg. Conf. Verwandten Subdelegirten aufgerichtet, und eben darum uch die Braunschweigische Execution (weilen solche allein von der Augsp. Conf. Verwandten Ständten ohne die Catholische vorgenommen) von Ih-o Kayserl. Maj. wieder aufgehoben worden:

„Ingleichen Ihrer Churfürstl. Gn. die Ursachen anzuzeigen, warum Ihro Kayserl. Maj. bewogen worden, Ihne Herrn Churfürsten und seine Mit=Commissarien der Commission zuentlassen, und solche Chur=Sachsen und dem Herrn Bischoffen zu Münster aufzutragen, weilen nemlich Ihro Kayserl. Maj. allen Umständen nach besorgen, sie möchten sich weiter nicht vergleichen können, und also die Execution wegen Hexter ganz zurückblei-ben."

„Lectum coram Sacra Cæsarea Majestate in Consilio secreto 30. Jul. 1651. et ab Eadem conclusum: die Commission auf den Herrn Bischoffen zu Mün-ster und Herzog Friderichen zu Hollstein Gottorff und wann derselbe sich solcher wider Verhoffen nicht unterziehen wollte, in eventum, neben vorge=meldtem Herrn Bischoffen auf Herrn Landgrafen Georgen zu Hessendarm-stadt um zu fertigen: Im übrigen, wie gerathen." Quantum scio hoc con-clusum nec apud MOSERUM, nec alibi adhuc impressum fuit, igitur nec Auctori nec aliis culpae verti debet, quod ejus mentionem adhuc nullam fece-rint, aut usum adhibuerint.

Ad §. *XIX*. Similia cum Auctore jam dixerat L. B. de ICKSTADT in seiner Rettung der Landeshoheit rc. §. 42. Opposuit eidem MOSER

in Animadversionibus ad dictam lucubrationem; vi observantiae Imperii tus in bonum Ordinum suorum provincialium renuntiare posse variis Regal tum in sacris tum profanis, aut ad eorum saltem restrictionem se obstrin posse, idque etiam pro se, suis haeredibus, et successoribus: quod qui limitationem quandam cujusdam Regalis attinet, id ipse Auctor etiam qu ipsum Jus Refor. non omnino rejicit: omnimodam abdicationem cujusdam galis, etsi etiam defendere vellet MOSERUS, tum saltem discrimen ipse statuet, inter ipsa Jura Regalia nimirum *majora*, *essentialia*, *intrinseca*; *et nora*, non ita *essentialia* et ipsam superioritatis territorialis naturam efficien atque priora plane abdicari posse a Principe nec ipsemet tuebitur: atqui de re Reformandi et superioritate sacra ex Protestantium principiis ita inquit in seinen Abhandlungen aus dem teutschen Kirchen-Recht 1772. N Grund, worauf derer Evangelischen Reichsstände Gerechtsame in Religionssachen beruhen. *p. 46.* „der von dem gesamten Corpore aller Ev „gelischen Reichsstände bey dem Reichstag 1641. und bey denen Westp „schen Fridenshandlungen, nicht blos im Vorbeygehen und zufälliger W „oder auf eine zweydeutige Art, sondern zu einer Zeit, wo alles darauf „kame, diese Gerechtsame zu retten und zu bevestigen, mit trockenen Wo „zum Grund gelegte Saz: daß 1) diese Gerechtsame immediate vom J „territorii dependiren, 2) daß der Religions-Fride eben dieses bes „3) daß darinn NB. das allerfürnehmste *Jus superioritatis* der Evangelis „bestehe, ist so klar, daß mit keiner probatione in contrarium aufzukommen adde quod eodem modo tum in Actis publicis, tum a scriptoribus Protesta bus inter praecipua superioritatis Jura, imo pars dimidia Majestatis et su rioritatis territorialis Jus sacrorum aut Reformandi habitum fuerit: an igi praecipuum ejusmodi Regale, dimidium superioritatis territorialis, ea adl salva et incolumi et quidem pro successoribus etiam quibusvis abdicari pote hoc equidem nunc a MOSERO elucidatum vellem, sed ita, ut nota pas principia ipsorum Protestantium de Juribus Principum supremis, de Dom niis, etc. sarta tecta persistere queant.



XI. G

XI.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER U. J. D.

SS. Can. in Univ. Trevir. Prof. P. O. &c.

EXERCITIUM
IN
ANECDOTUM TREVIRENSE

DE LIBERTATE ECCLESIASTICA AB ARCHIEPISCOPO ELECTORE TREVIRENSI GLOR. MEM. RICHARDO SAEC. XVI. VINDICATA.

Treviris 1768.

§. I.

LIBERTAS *ecclesiastica* continet 1.) *Eleutheriam a statutis* saecularium Magistratuum, *Principe inferiorum.* A. 2.) *Privilegium fori.* B. 3.) Immuni-

A. Can. 1. dist. 96. Cap. 10. *de* constit; *cum laicis, etiam religiosis, super Ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi; a quibus siquid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiam respiciat commodum, & favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit adprobatum.* Ratio est, quia nec *persona* Clerici, licet medios inter cives habitantis, subest *superioritati, & jurisdictioni civicae,* nec ista se protendit *intra immunitates,* seu districtus illos clausos, quos *prope Ecclesias* Clerici solent inhabitare, & a quibus nomen habent Canonicorum *domus claustrales.* Quapropter nec praetensa, nec etiam vera *aequitas statuti* ligat Clericos; cum haec non tribuat authoritatem *statuendi in non-subjectos. Bald.* in l. 1. C. de sum. Trin. num. 10. Illa vero quorundam doctrina, quod Clerici *saltem indirecte* teneantur legibus Reipublicae, quo prosit, non video: vel enim sunt leges *jure supremi dominii* in commune latae, e. g. Regis, aut Reipublicae independentis, & tunc Clerici tenentur *directe,* sicut laici concives; vel sunt tantum *statuta Magistratus civici,* & tunc *nequidem indirecte.* Sed nec illi AA., qui *indirectam,* seu *directivam* obligationem docent, intelligunt statuta, *in bonum solorum civium laicorum,* aut *in praejudicium libertatis ecclesiasticae,* condita. *Baldus* loc. cit.

B. Cap. 1. 2. 12. *de for. comp.* Authentica Fridericiana *Statuimus, ut nullus* ante

l. 34.

munitatem ab oneribus, & muneribus *personalibus*, angariis, parangariis, capitationibus. C. 4) Immunitatem a *tributis*, collectis, talliis, impositionibus in res vendibiles &c. D. 5.) Immunitatem a *teloniis*, pedagiis, guidagiis, E. 6.) *Liberum*, absque negotiatione, quæ Clero prohibetur, F. *commercium*, dum

l. 34. C. de Episc. & Cler., a *Friderico II.* Imp. an. 1220. inter alias leges pro Ecclesiis data, & ab *Honorio III.* Papa laudata, approbata, & confirmata. Hoc fori privilegium, cum an. 1765. mense Decembri apud Treviros *clanculum* subfodere *quoad causas profanas* paucorum niteretur parum politica solertia, Principis nostri optimi tantum non circumventa religio publico illud vindicavit mandato 6. Jan. 1766., cujus thema breve est: *cassatis obreptis, nihil innovetur, jus, mos inveteratus, & præliminaris Judiciorum ordinationis de an.* 1719. *§phi* 5. *&* 6. *intemerati permaneant.* Mala suggestio pro mercede tulit ruborem, ab ipsis adeo laicis, quorum plurimis displicuit hæc novitas, Clericos reos ipsis etiam rusticis judiciis subjiciens.

C. Lex *Constantini* M., quæ est *l.* 7. C. *Theod. de Episc. & Cler.*, vetans, ne Clerici devocentur ad curiam, i. e. curialia munera. L. 2. C. eod. munera *sordida, & extraordinaria*, nec non *negotiatorum præstationes*, ac *parangarias* avertit a Clericis, eorumque familia: hanc legem an. 357. dederunt Impp. *Constantius* & *Julianus* apostata. An. 377. Impp. *Valentinianus*, *Valens*, & *Gratianus* voluerunt *infimos* quoque *Clericorum* expertes esse *personalium munerum.* l. 6. C. eod. Accessit longo intervallo *Authent.* Fridericiana *Item nulla communitas* C. eod., & est usus per Christianitatem communis.

D. A *novis* collationibus jam *Constantinus* M. exemit Clericos in l. 1. *C. de Episc. & Cler.* Successive *ordinaria* quoque *tributa* eis condonata fuerunt passim, id quod generali præcepto firmavit mox dicta Authentica, suisque fulminibus defenderunt *Alexander* IV. & *Bonifac.* VIII. Papæ in *cap.* 1. *&* 3. *de immunit. in* 6.

E. *Pedagia* exigi a Clericis, *nominatim* primus vetuit *Bonifacius* VIII. in *cap.* 4. *de censib. in* 6., postque illum *Clemens* V. in *Clem. ult. eod.* Provocavit *Bonifacius* VIII. ad constitutionem *Alexandri* IV., nempe ad *cap.* 1. *de immun. in* 6.; sed ibi non habetur *specialis* mentio *pedagiorum*, aut *guidagiorum*; retulit itaque se *Bonifacius* ad generalia verba: *collectas, tallias*, seu EXACTIONES QUASCUNQUE, quod etiam satis innuit ratio decidendi generalis a *Bonifacio* data: *cum igitur Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solum jure* HUMANO, *quin imo &* DIVINO, *a sæcularium personarum exactionibus sint immunes.* Ne autem forte diceretur, aliam esse *tributorum* aliam *vectigalium*, & *teloniorum* causam, præmisit *Bonifacius*, quod *pedagiorum exactiones tam jure canonico, quam civili, regulariter sint damnata.* Ast ubi? *Glossa Andreæ* allegat *cap.* 26. *de V. S.*, in quo tamen nihil *de libertate Cleri* a pedagiis: allegat porro l. *ab ecclesiis C. Vectigalia nova institui non posse*; sed ibi non est talis lex: allegat denique l. *placet* 5. C. *de sacro Eccles.* Veruntamen nec ibi recensetur immunitas ista inter enumerata queis solis gaudeant Ecclesiæ. *Solve* dicendo, tam *civili*, quam *canonico* ju-

am Clericus emere potest, ubi, & a quo vult; vendere ubi, & cui vult; artefacta, opera, & operas sibi procurare, unde vult, quin sit ad cives, oppidanos,

re prohibita jam ante *Bonifacium* fuisse *vectigalia nova*, a quibuscunque, clericis, laicis, exigenda. *Tot. tit.* C. *Vectigalia nova*, cap. 10. de censib. *Nec quisquam alicui novas pedagiorum exactiones sine auctoritate, & consensu Regum, & Principum, statuere aliquo modo praesumat*, quorsum pertinet d. *cap*. 26. *de V. S.* Jam vero exactio pedagiorum, ac similium a Clericis fuerat *exactio nova;* tum, quia *solae personae*, quae *privatam degunt vitam*, solvebant vectigal. l. 6. *C. de vectig.*, Clerici autem, velut *ministri publici*, privatam vitam non degunt; tum, quia ex his, quae *in usum proprium* de-vel advehuntur, nec *mercaturae gratia*, telonium non solvitur *l.* 203. *ff. de V. S.* *l.* 6. *in fin. C. de vectigal.* Consensere Capitularia, *Pipini Regis Vernense* an. 755. cap. 26., & *Metense* an. 757. c. 6., nec non *Caroli* M. de an. 805. cap. 14. apud *Baluz.* Tom. 1. pag. 175. 179. & 432. Cum ergo violari vellet *Clericalis libertas juris Romani, & Francici*, recte constitutionibus sacris eam vindicarunt *Bonifacius* VIII., & *Clemens* V. Imperialis accessit sanctio *Caroli* IV. Angerundiae data v. Kal. Jul. an. 1378. sub indignatione imperialis banni praecipiens, ut revocentur statuta eorum, qui *de Clericorum bonis & rebus, etiam quas, non causa negotiationis, sed pro usibus propriis per terram ducunt, seu duci faciunt, telonium exigunt, & recipere non verentur.* Similis ab eodem data prius fuit Pragae III. idus Octob. 1359. pro Capitulis, *Moguntinensi, Coloniensi*, & *Magdeburgensi*, quam excudit *Goldastus* Constit. Imp. Tom. 2. pag. 92. Inter Ecclesiae *Trevirensis* jura, Bonnae VI. Kal. Decembr. 1346. firmata *Carolus* IV. sic statuit: *item indulgemus, & volumus, ut idem Archiep. & sui successores, ecclesiasticaeque personae civitatis & dioecesis Trevirensis de rebus suis propriis, quas non negotiandi causa deferunt, telonia, pedagium, vectigal, aut exactionem aliquam, ordinariam, vel extraordinariam, quocunque nomine nuncupentur, Nobis, vel quibusvis aliis nullo modo solvere teneantur, sed ab omnibus oneribus tributorum, & teloniorum, seu pedagiorum hujusmodi, sint perpetuo liberi penitus & immunes.* Hist. diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 166. Idipsum innovavit Bacharaci II. Kal. Jun. 1366. *Ibid.* pag. 267. *Sigismundus* Imp. haec omnia generali praecepto communivit, edito per *Goldast.* Tom. cit. pag. 107. §. 15. *Praesenti, & irrevocabili sancimus, declaramus, decernimus, & pronunciamus edicto, districtius prohibentes, ne quisquam ex eis Praelatos, Presbyteros, Clericos, & personas ecclesiasticas, quo minus vina, grana, res, & bona, de suis reditibus ecclesiasticis provenientia, libere & sine solutione telonii, seu gabellae vendere, seu abduci facere possint, & quo minus res, bona, vina, cerevisias, carnes, grana, panes, & pannos, & alia quaecunque, eorum usui, & recreationi convenientia, sive intraneae, sive extranea, seu exterae vel extera fuerint, pro eorum usibus, seu recreatione, sibi, & per quaevis loca, civitates, terras, castra, & aquas, vectigio, vel navigio, absque quavis prohibitione, libere, & absque solutione cujuscunque telonii, daciae, vel gabellae, adduci, & portare facere valeant.*

F. *Negotiatio*, Handelschafft, *illa* est Clericis prohibita, qua res, nec *in usus proprios*,

danos, incolasve assumendos adstrictus. G. 7.) *Jus* intra & extra septa immuni-

prios, nec ut *artificio Clerici* immutetur, emitur, postea *cum lucro* rursus vendenda. Text. & DD. *in cap. fin. de vit. & hon. cler. Cap.* 6. *ne cler. vel mon.* Sed negotium, id est, *alicujus professionis mechanicæ exercitium*, Clericis permissum est, etiam spe lucri. *Nec tamen justum negotium*, ein ehrbar Gewerb, *est eis contradicendum; quia legimus. S. Apostolos negociatos fuisse, & in regula B. Benedicti præcipitur provideri, per quorum manus negotium monasterii transeat*, ait Concil. Mogunt., an. 813. jussu *Caroli* M. in claustro Basilicæ S. Albani celebratum, *can.* 14., & repetit aliud Moguntinum, an. 847. sub *Ludovico Germanico* Rege, præside *Rabano* Archi-Ep. habitum, *can.* 13., relatum in *cap.* 1. *ne cleric.* Prædicta regula *S. Benedicti* cap. 57. *de artificibus Monasterii* sic habet: *Artifices si sunt in Monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes, si tamen jusserit Abbas: si quid vero ex operibus artificum venundandum est, videant ipsi, per quorum munus transigenda sunt, ne aliquam fraudem præsumant inferre..... In ipsis autem pretiis non surripiat avaritiæ malum, sed semper aliquantulum vilius detur, quam ab aliis sæcularibus datur, ut in omnibus glorificetur Deus*; quæ verba, inquit *Gonzalez* in d. cap. 1. num. 9. aperte supponunt, *negotiationem illam, qua res elaboratæ per proprios monachos, aut per artificium mutatæ, revenduntur, licitam esse Clericis, & Monachis.* Confer *Glossam* in summa causæ XIV. q. 3. in fin. Adde infra notas H. & I.

G. Hæc est *libertas juris gentium, ac Romana*, per quam nullus homo liber *alterius commodis* in contrahendo *servire* cogitur, sed liberrime contrahit, quocum vult. *l.* 5. *C. de O. & A. l.* 11. *C. mandat. l.* 11. *C. de Contrah. empt.* Justum est enim sua cuique committere l. 9. C. de Jud., *& gravis hæc videtur injuria, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti.* Non ignoravit Jus civile Romanum collegia *mercatorum* l. 5. C. de commerc., nec non *opificum*, e. g. *fabrorum* l. 93. §. 4. ff. de legat. 3., *naviculariorum, auri, & argenti fossorum. salinariorum* l. 1. ff. quod cujusque univ., *pistorum* l. ult. ff. de excusat.; habebantque ejusmodi *corporati* suarum *professionum primates* l. un. C. de monopol., queis successerunt die Amts: Argentorati Ammeis: Herrn, Zunfft: oder Gilden: Meistere; sed civis Romanus non erat ad collegia ista adstrictus. Atqui omni illa libertate, qua olim civis Romanus de jure communi fruebatur, gaudet etiamnum Clericus, cui *nullum particulare statutum*, sed *Ecclesiastici canones, & Lex Romana*, licentiam civilium negotiorum vel adimunt, vel relinquunt, *Arg. can.* 36. *XVII. q.* 4.; nam, ut ait Capitulare 58. *Dagoberti II.* Regis, sive legis Ripuariæ de an. 630. *Ecclesia lege Romana vivit.* & Capitulare 5. *Ludovici pii* apud *Baluz.* Tom. 1. pag. 690. præcepit, *ut omnis ordo ecclesiarum secundum legem Romanam vivat.* Add. *Gonzalez* in cap. 6. de immun. Hinc ponunt DD. hanc regulam: *Omne statutum, quod impedit Ecclesiam uti jure gentium, aut jure civili Romano, est contra libertatem Ecclesiæ, quin sit opus, ut ostendatur speciale privilegium ei datum. Severinas* in repet. legis 9. ff. de J. & J. *Fellin.* in cap. 10. de const. num. 69. *Guevarra* in propugnat. libert. eccles. part. 1. num. 24. *Covarruvias* in relect.

can-

iunitatum *habendi ergasteria.* H. 8.) Jus *exercendi* pro suis, & aliorum quoimcunque usibus *artificia*, & *opificia*, exceptis quibusdam *expresse* prohibitis.

9.) *Libertatem laicorum* omnimodam *a Clericis emendi*, eis vendendi, laboindi &c. K.

cap. *possessor* de R. J. in 6. part. 2. §. 4. num. 7. *Zypæus* responsor. Jur. can. lib. 2. cap. 2. num. 26., & DD. passim.

H. Est hoc jus pariter clausum in Corpore Juris *l.* 2. *C. de Episc.*, ut possint omnes Clerici, *absque aliqua præstatione* publica *negotiatoribus imposita*, exercere *mercaturam honestati consciam*, eoque fine *habere sua ergasteria*, *vel tabernas*, atque in his suos homines, pariter immunes, *qui operam in mercimoniis habent.* Hæc mercaturæ licentia non est; contra generalitatem verbi, restringenda *ad clericos*, *vel habitantes cum ipsis*, *inter se*, sed intelligenda *quoad quoscunque*, apud eos emere volentes: cui enim datur simpliciter jus mercaturæ, ille cum quibuscunque mercari potest, ad se accedentibus, præsertim, cum d. l. 2. verbum non faciat de clericis *intra immunitatem cohabitantibus.* Solummodo *ergasterium cauponarium* non habebit Clericus, sic, ut ipse ministret in eo. *Can.* 3. *dist.* 44. Præterea per *l.* 20. §. 1. C. *de hæret.* potest quilibet orthodoxus *intra sacra septa*, i. e. Ecclesiarum immunitates, *habere ergasteria, negotiari*, & *uti privilegiis*, sic, ut propterea *nemini alteri* quidquam det, quam *Ecclesiæ*, sub cujus protectione negotiatur. Non solum videmus in transeuntibus nundinis intra immunitates erigi mobiles pergulas, sed etiam *fixas ac quotidianas* stare diversis in locis tabernas, e. g. in Moguntina majore das Paradeis, in Trevirensi der Stern. Quin & in *cap.* 69. *de appellat.* legimus *stalla carnificum*, i. e. lanionum, tam Episcopi, quam Decani, & Capituli pro vendendis carnibus, licet ipsismet non liceat agere macellarios. *Clem.* 1. *de vit. & hon.*

I. Clericos *opus manuum* habuisse *in agri- & vini- cultura*, sicut monachos, constat ex *cap.* 1. *de celebr. missar. Cap.* 8. *de homic.* Nov. 123. cap. 17. in fin. Sed & *can.* 3. & 4. *dist.* 91. jubentur clerici, *quantumlibet docti*, victum ac vestitum sibi acquirere *artificiolo* aliquo. Adde omnino *can.* 33. *dist.* 5. *de C.*, qui ex S. *Hieronymo* est elegans. Nec tales *ex negotiatione* lucrabuntur, sed *ex artificio*, si emant rudes materias, artificioque immutent. *Glossa*, quæ supra, sub lit. F. in fin. Quibus autem vivere licet ex artificio, illi non adstringuntur ad *artifices alios* adhibendos *de corporatis.* Equidem clerici non exercent amplius artificia, ut olim, sed ex hoc nemini *jus prohibendi* natum est, vel quæsitum; imo vero adhuc in monasteriis, ac collegiis sunt fratres religiosi laici, qui, adscitis quoque sodalibus non - religiosis, exercent opificia domui necessaria, sartorum præcipue, ac sutorum, pistorum, vietorum, braxatorum, scriniariorum, bibliopegarum. &c.

K. Fluit hoc, tum ex dictis, tum ex jure civilis commercii, quod clerico patulum est: hinc prohiberi nequit aliquis, 1) quo minus molat in molendinis monachorum, aut coquat in furnis eorum panes. *cap.* 25. *de privil. Clem. un. de excess. prælat.* 2.) Ne personis ecclesiasticis vendat, aut emat aliquid ab iisdem,

§. II.

Libertatem ecclesiasticam *supremi Principes* raro violarunt; ac violant. Sed *Dii minorum gentium*, parvæ territoriorum modicorum potestates, exorti serius *Rectores*, *Consules*, *Scabinii*, *Magistratus* civitatum, & his adlecti *Magistri tribuum*, ex mechanicis, & illiberalibus artibus compositarum, per Italiam, Germaniam, Galliam, sæculis illis erga Clerum minus religiosis, nempe XII. in senium vergente, XIII. XIV. XV. & XVI., varias libertati ecclesiasticæ machinationes opposuerunt. L.

§. III.

Restiterunt his moliminibus, magno impetu irrumpentibus, 1.) *Concilia Lateranensia*, III. an. 1179., & IV. an. 1215., relata in *cap.* 4. & 7. de immunit. 2.) *Fridericus* II. Imp. in die coronationis Romanæ 22. Novemb. 1220.

iisdem, neque ipsis molat, coquat panem, aut alia obsequia exhibeat. *cap. ult. de immun. in* 6. Pertinent talia ad *indirectas* violationes libertatis ecclesiasticæ, quas adinvenerunt sæpe, adinveniuntque interdum hodieque seculares magistratus, e. g. prohibentes *civibus suis*, ne bibant pro ære vinum, aut cerevisiam intra immunitates venalem, aut saltem, ne poculenta inde suas in domos exportent; dum interim, ne desit annona civibus, vix audent ullibi vetare, ne grana clericorum emantur a burgensibus: præterea introitus portarum, & transitus jura non audent exigere a *clericis*, qui faciunt res suas advehi per *conductos vectores*, sed *ab his* prætendunt, mediante arresto curruum, ac jumentorum, quasi vero hinc non gravarentur *per indirectum* ipsi *clerici*, plus pro vectura soluturi: ad hæc *artifici extraneo*, qui alibi ex conventione cum clericis laborata invehit, aditus, & accessus in civitatem præcludunt, aut saltem ei aliquam compositionem cum Corporatis extorquent; atque, ut alias adinventiones taceam, prohibent, ne quid *intra loca immunia*, sed *omnia in foro civico* venum exponantur: hæc produnt, quam sint ingeniosi contra Clerum homines, a quo tamen reipublicæ, & familiis tot bona, tot eleëmosinæ, proveniunt, sine quibus permulti esurirent, ac sitirent. His omnibus repugnat *R. J.* 84. *in* 6. Vid. *Zypæum* in Respons. Juris canon. lib. 3. cap. 14. *de gravamine clericorum*, *seu Ecclesiæ indirecto.*

L. Præter historias, testantur hos ausus *cap.* 4. & 7. *de immun. Cap.* 1. & *ult. eod. in* 6. nec non *cap.* 53. *de sent. excom.* Radix erat *invidia honoris*, & *privilegii clericalis*, ut ait Alexand. IV. in *Cap.* 1. *cit.* Accessit *pro parte opificum corporatorum* avaritia, & lucrandi cupiditas, volens cœteros homines omnes sibi quadam bannalitate reddere vectigales. Sic ait *Mevius* ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. addit. ad num. 39., Quemadmodum *in Civitatibus* „*Hanseaticis* omnis cœtus ea sollicitudo atque vigilantia est, *quomodo com*„*merciorum compendia ad se*, *suosque cives derivent*, *aliis præcludant;* ita ci„vibus *in collegiis* is connatus ardor, sibi, suisque prospiciendi, alios exclu„dendi, quo commoda, inde divitiæ, sint pauciorum, nec latius diffusa lu„cra modica, & difficiliora reddant. Huc *pleraque statuta*, & *consuetudines* „*collegiorum tendunt*, & variis prætextibus quasi approbantur.

20. per constitutionem *Ad decus*, quæ habetur in Corpore Jur. Civil. post li-
is Feudorum, & est fons plurium *Authenticarum*, nominatim celebris *Auth.*
ssa, & irrita C. *de sacro-sanct. Eccles.*, quæ est sacrum libertatis ecclesiasticæ
ladium. Cumque hujus Imp. absentia *plus quam decennalis* a Germania, pa-
nque curatum filii *Henrici* VII. sub *Engelberto* Colon., Regni provisore, re-
nen popularem licentiam fecisset audaciorem, de hac reprimenda inprimis
um fuit in Comitiis Wormatiensibus an. 1231.; M. dein quoque Aquilejæ
1232. coram *Friderico* Imp., cassatis communibus civitatum & oppidorum
nsiliis, Magistris civium, & artificum societatibus; N. utpote in quibus plu-
rimum

M. *Schannat* Cod. diplom. Hist. Wormat. pag. 109. num. 119. & seq., nec non pag. 368. & seq. *Browerus* in Annal. Trevir. lib. XV. num. 151. Sententiam Procerum Imperii, quos inter etiam erat *Theodoricus* II. Comes a Weda, *Archiep. Trevir.*, sua constitutione firmavit *Henricus* VII. Rex, quam edidit *Hist. diplom. Trevir.* T. I. pag. 706. *Ipsi igitur sententialiter pronunciando definierunt, quod nulla civitas, nullum oppidum, communiones, constitutiones, confœderationes, vel conjurationes aliquas, quocunque nomine censeantur, facere possent, eas penitus abjudicantes; &, quod Nos, sine Domini sui assensu, civitatibus, seu oppidis, in Regno nostro constitutis, authoritatem faciendi communiones, constitutiones, confœderationes, vel conjurationes aliquas quæcunque nomina imponantur eisdem, non poteramus, nec debeamus impartiri; & quod Dominis civitatum, & oppidorum, sine nostræ Majestatis assensu, similia in suis civitatibus facere non licebat.* Duæ igitur potestates, videl. *Regia*, & *Dominica*, concurrere debuerunt *ad erigenda* in civitatibus, & oppidis *civium artificum collegia.*

N. Constitutionem, cum cassatione omnium retrodatorum privilegiorum Cæsareorum, referunt *Browerus* lib. cit., quanquam minus plene, integraliter vero *Histor. diplom. Trevir.* Tom. I. pag. 711. *Hac edictali nostra sanctione revocamus in irritum, & cassamus in omni civitate & oppido Alemanniæ communia Consilia* (die gemeine Statt-Räthe) *Magistros civium* (die Burgermeistere) *seu Rectores, vel alios quoslibet officiales* (sub quibus utique comprehendebantur die Amts-Herrn, oder Zunfften-Meistere) *qui ab universitate civium sine Archiepiscoporum, vel Episcoporum beneplacito statuantur, quocunque per diversitatem locorum nomine censeantur. Irritamus nihilominus & cassamus cujuslibet artificii confraternitates, seu societates, quocunque nomine vulgariter appellentur.* Magistri civium, & Senatus civicus, ex Magistris opificum compositus, tunc temporis nondum erant Treviris; quanquam enim apud eos, dum suberant *Romanis*, resplenderent *Consulum*, atque *Senatorum* nomina, *sub Francis* tamen abolita sunt, postquam pagus Trevirensis redactus fuerat in *Comitatum Regium*; tunc enim Treviris moderabantur *Comes*, *Scultetus Comitis*, & *Scabini*. Vide unionem Cleri Trevir. de an. 1242. Tom. I. H. D. T. pag. 728. ibi: *monendi sunt Schultetus, & Scabini, si civis fuerit Trevirensis, ut talem ad emendam compellant;* nec non litteras *Urbani* IV. ad *Scabinos, & universitatem Trevirensem* de an. 1263. *Ibid. pag.* 760., sententiam *Caroli* IV.

rimum Archi- & Episcopis videbatur latitare discriminis, ne *Democratia* popularis prædominaretur.

§. IV.

IV. Imp. pro *Cunone* Archiep. contra Trevirenses de an. 1364., ubi Scheffenmeister, Scheffen, Burger, und ganze Statt zu Trier, ejusdem Histor. Tom. II. pag. 234., receptionem civium Trevir. in protectionem *Werneri* Archiep. de an. 1396., ubi: wir Scheffenmeister, Scheffen, Burger, und Statt gemeiniglich zu Trier: *Ibid. pag.* 301. Sæculo XV. sub *Rabano* Archiep. videntur modo surrexisse *Magistri civium;* jam enim an. 1433. legitur ad Concilium Basileense istæc subscriptio: *Magistri civium*, *Scabini*, CONSULES, *& tota communitas Metropolis Trevir.* Ibid. pag. 381., quæ verbe idiomate Germanico sic illi solebant exprimere: Burgermeister, Scheffen, Rate, und Burger gemeynlich der statt Trier. Vid. ibid. pag. 465., postquam *Jacobus* I. a Sirck Archiep. an. 1443. eis, citra præjudicium Ecclesiæ suæ, ac Successorum in illa, indulserat hanc novitatem *ad dies vitæ suæ*, ut certis sub legibus haberent *duos Magistros civium*, cum alias tantum habuissent *Magistrum Scabinorum*, ut ait instrumentum *ibid. pag.* 395. Quod autem in confirmatione privilegiorum civitatis Trevirensis, quam dedit an. 1355. *Carolus* IV. Imp., refertque Tomus II. H. D. T. pag. 189. jam legatur: *nomine civium magistri*, SENATUS, *populique Trevirensis*, hoc vel consuetæ in Cancellaria Imperiali formulæ tribuendum, vel denuo sublatum est, cum an. 1443. *Jacobus* Archiep. creationem *magistrorum civium* Treviris diserte nominaverit novitatem, daß die Statt von Trier zwene BURGER-MEISTERE in die Statt gesaißt hait, und von Alters doch keine BURGER-MEISTERE, sunder SCHEFFEN-MEISTERE, da geweist sin. *Consules* autem jam sub *Balduino* Archiep. ad an. 1308. si legas, *Consiliarios* intellige, non *Magistros civium:* de prioribus conventum est dicto anno: *Consules in dicta civitate non ponantur alii, quam Scabini, qui ab antiquo præsidere ibidem consueverunt.* Sub *Jacobo* II. Archiep. an. 1506. conventum fuit, hanc fore Magistratus Trevir. titulaturam: Burgermeister, Scheffen, und Raet. Ibid. pag. 576.

Collegia opificum Treviris jam sub *Friderico* I. Imp. extitisse scribit *Kyriander*, quondam hujus civitatis acer Syndicus. *Annal. Trevir. part.* 13. *pag.* 144.; verum *coævæ*, aut *suppares* probationes desunt: verba illa diplomatis Fridericiani de an. 1161. Tom. I. H. D. T. pag. 594. COMMUNIO *quoque civium Trevirensium, quæ &* CONJURATIO *dicitur*, QUAM NOS IN CIUITATE DESTRUXIMUS, *dum præsentes fuimus, & authoritate nostra* PRORSUS INTERDIXIMUS, *quæ & postea, sicut audivimus, reiterata est*, CASSETUR, *& in irritum revocetur, imperiali edicto statuentes, ne deinceps studio Archiepiscopi, vel industria Comitis Palatini, reiteretur, sed uterque, Archiepiscopus videlicet, & Comes Palatinus, debitam justitiam in civitate habeat & consuetam*, verba, inquam, hæc non indicant *opificum confraternitates*, sed *unam quandam* omnium civium *conjurationem*, sub certis legibus, forsan quoque attentatis novis civium magistratibus. Corpora ista videntur Sæc. XIII. Treviris serius invaluisse sub Archiep. *Arnoldo* II. *Henrico* I. *Boëmundo* I., sicut innuit conventio *Balduini* Archiep. cum civitate Trevirensi de

§. IV.

Verum, cum deposito *Friderico* II. Imp. successisset sic nuncupatum *internum magnum*, aliaque turbulenta guerrarum tempora, multum perpessa est *rtas ecclesiastica* O; quam sacris fulminibus, cessationibus a divinis, unionisque ad mutuam defensionem cum potentioribus vicinis, utcunque tueban-: Episcopi. Subsecuta est Sæc. XIV. *Carolina*, P. Sæculo XV. a Concilio *nstantiensi* innovatio constitutionum *Friderici* II. Imp. & *Carolinæ*, Q. & *Simundina*, R. postmodum Conservatoria Concilii *Basileensis*, S. ac Conservarium *Friderici* III. Imp. T.

§. V.

de an. 1308. *Confraternitates licitas autem & honestas, si quæ factæ sunt tempore quondam domini Boëmundi Archiepiscopi, & aliorum suorum prædecessorum, volumus observari.* H. D. T. Tom. II. pag. 36. *Magistri tribuum* occurrunt ibidem pag. 174. ad an. 1353. Wir Scheffenmeister, Scheffen, Meister von den Ampten, und Burger gemeiniglich der Stedt zu Trier, quæ inscriptio quoque occurrit ad an. 1362. sub *Cunone* Archiep.

O. Videantur Statuta Concilii provincialis Trevirensis sub *Balduino* Archiep. de an. 1310., ubi cap. I. *Quantis oppressionibus, violentiis, injuriis, blasphemiis, & jacturis his diebus per exquisitas hostis antiqui versutias afficiantur, crucientur, lædantur, & opprimantur contra justitiam in nostra provincia Trevirensi personæ ecclesiasticæ, & presbyteri, illi potissime, qui ferventiores in servitio Salvatoris existunt, nullus est, qui hæsitet:* dein cap. 2. de *incendiariis Ecclesiarum*, cap. 3. *de violatoribus Ecclesiarum*, cap. 6. *de captivatoribus Clericorum*, cap. 48. *de scribentibus statuta contra Ecclesiæ libertatem.*

P. Sic appellabatur constitutio *Caroli* IV. Imp., quæ vindicat libertatem ecclesiasticam, & incipit, *Etsi imperialis*, apud *Goldast.* Constit. Imperial. Tom. 2. pag. 92. Habet *diversas datas annorum, & locorum*, nec non *Ecclesias*, quibus data fuit; in quibusdam enim exemplaribus leguntur Ecclesiæ, *Magdeburgensis*, *Moguntina*, & *Coloniensis*, in aliis *Monasteriensis*, & *Osnabrugensis*, in aliis aliæ; hinc videtur fuisse generalis formula Cancellariæ Imperialis, pro expeditionibus ad instantias particularium Ecclesiarum. Hanc una cum constitutione *Friderici* II. executorialibus literis, itidem favore particularium Ecclesiarum datis, an. 1391. communivit *Bonifacius* Papa IX. apud eund. *Goldast.* loc. cit. pag. 95., nec non *Martinus* V. an. 1417. in Concilio Constantiensi ibid. pag. 104. Decretalis hæc incipit: *Ad compescendos.*

Q. Est valde prolixa constitutio, incipiens: *Sacro-sancta Synodus Constantiensis in speculum suæ considerationis extollens*, condita an. 1415. in Sess. XIX. Referunt eam *Goldastus* Tom. cit. pag. 97., & *Harduin.* Concil. Tom. IX. pag. 923.

R. Edidit eam *Goldastus* Tom. cit. pag. 107. sed citra adjectionem anni, & diei: incipit: *Sublimitatis imperialis gloriam:* confirmat *Sigismundus* Imp. constitutiones, *Fridericianam*, & *Carolinam*, uberiusque, & latius providet libertati

§. V.

Hæc, juris & historiæ gratia, præmittenda duxi, antequam darem promissum anecdotum, continens prætensiones, libertati Ecclesiasticæ valde inimicas, eo ipso tempore, quo Clerus Trevirensis a *rusticis tumultibus* trepidabat, fabricatas, sed solemnissime abdicatas: sic autem sonat: **Wir Burgermeister, Scheffen, Rath, Burger, und gantz Gemeinde der Stadt Trier thuen kund, und bekennen offentlich, vor uns, unser Erben, und Nachkommen, wie und welcher massen die Stadt Trier an ihren Nutzungen, Jnkommen, und Gefällen, auch Burgerschafft, und andere in täglich Abnehmung, und Verminderung erwachsen, dasselb, soviel an Uns gewesen, unserm besten Geduncken, und vermeinen nach, zuvorkommen, etliche Articfel bey uns bedacht, vorgenommen, und gemacht, ein würdig Dhom-Capitul des hohen Duhm-Stiffts, und andere Geistliche allhier zu Trier belangend, des Jnnhalts, wie hernach von Wort zu Wort geschrieben stehet: U.**

Item

bertati ecclesiasticæ: *Constantiensis Concilii* hic Imperator non meminit, sed nec prædicta constitutio Concilii mentionem aliquam facit hujus *Sigismundinæ*.

S. Data est Kal. Jun. an. 1434. ad preces *Trium Abbatiarum Trevirensium*, S. Mathiæ Apostoli, B. Mariæ Virginis ad Martyres, & S. Martini, O. S. B., lamentabili querela exponentium, quod *nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, & aliæ sæculares potestates, & Sanctionum canonicarum, & legalium forsan ignari, contra ipsas ab Abbatibus, Prioribus, & conventibus prædictis tallias, gabellas, & alias exactiones illicitas hactenus extorserint, & adhuc extorquere nitantur, ac etiam bona ipsorum invaserint, occupaverint, detinuerint, & suis usibus applicaverint* &c. Copiam pluries vidimatam vidi in libro inscripto: *Privilegia Cleri*, quem Archivum Ven. Cleri Archidiœceseos superioris asservat.

T. *Conservatorium* hoc datum est nominatim *pro Clero Trevirensi* 20. Maji 1440., directumque ad Electores quatuor Rhenenses, Marchionem Badensem, & alios plures Principes, Comites, Barones, milites, consules, proconsules, communitates; innovat constitutiones *Friderici* II. & *Caroli* IV., nec non prædictam *Martini* Papæ V. in Concilio Constantiensi. Paulum post hoc conservatorium, nempe *Lunæ post Kiliani* e. a., successit *laudum arbitrale* inter Clerum, & Magistratum Trevirensem, necdum, quod sciam, typis commissum.

U. Non est bonum, sanumque consilium, *cadenti, aut laboranti civitati subvenire velle per infractionem libertatis ecclesiasticæ.* Aliter senserunt in Synodo *Wormatiensi* anni 803. sæculares, qui flexis poplitibus supplicarunt *Carolo* M., ut nequidem in necessitate belli cogerentur deinceps Episcopi ad expeditiones in hostem, neve ex eorum, vel ecclesiarum rebus, nisi quid sponte voluerint offerre, absumeretur in usus bellicos: *scimus enim*, ajebant, *res Ecclesiæ Deo esse*

Item Zum ersten, dieweil das höchste Innkommen dieser Stadt an 'ein gelegen, daß Ihre Ehrwürden, Würden, und Gnaden dasjenige, ıs an Weinen von Alters zu der Dhom-Kirchen nit fundirt, noch gehörig, che baussent der Stad wollen lassen. Und was an Weinen von Alters rzu gehörig, so dasselb verschencket, oder sonst vereussert, daß davon, rgleichen von verkaufften Früchten, der Stad zu ihrer Unterhaltung, eichwie die Bürger, geben, und folgen lassen. W.

Item An anderen, daß ihre Ehrwürden, Würden, und Gnaden llen ihre Frucht bey der Stadt lassen mahlen: soll man sich gegen Sie, ich denen Burgeren, und gütig erzeigen. X.

Item an dritten. Dieweil das Sester-Geld durch gemeine Burgeraft, so den Wein mit Maasen, und an den Zappen nehmen, ohne s Verkäuffers hohe Beschwehrung, geben, und bezahlen, daß Ihre Ehrwürden,

esse sacratas; *scimus*, *eas esse oblationes fidelium*, *& pretia peccatorum*: *quapropter*, *si quis eas ab ecclesiis*, *quibus a fidelibus collatæ*, *Deoque sacratæ sunt*, *aufert*, *procul dubio sacrilegium committit.* Concillor. German. edit. Colon. noviss. Tom. I. pag. 372. Multis insidet vana persuasio, propter privilegia Cleri depauperari cives: sunt alii eorum egestatis fontes, e. g. præmaturæ, & inconsultæ nuptiæ, imperitia artium, prolium ad labores neglecta tempestiva applicatio, inertia, popinæ, luxus, fraudes, nummus injuste acceptus decem justos absumens. &c.

W. Duplex hic onus voluit imponi Clero *Metropolitano*: 1.) Ne reditus vinarii alii, quam qui *ab antiquo* fundati sunt, inveherentur in civitatem; cum tamen liceat civi invehere vina, unde unde quæsita: ecce inæqualitatem *privilegiatorum* cum *non-privilegiatis.* 2.) Ut, si mensuratim ducillarentur vina Clericorum, aut alias plaustratim divenderentur, *gabellæ*, solverentur, sive *tallia*, quæ vulgariter vocatur Ungeld, & a vino, rebusque mercantilibus accipitur; id quod recta linea prædictis sanctionibus canonicis, & imperialibus repugnabat, nec non speciali conventioni cum *Baldewino* Archiep. de an. 1308. *Consentimus*, *& volumus*, *quod Scabini*, *& communitas dictæ curiæ nostræ Trevirensis pro suis*, *& ejusdem civitatis necessitatibus valeant inter se*, *communi assensu eorum interveniente*, *onus*, *vel talliam*, *quod vulgariter dicitur* Ungeld, *imponere* SIBI IPSIS, *prout eis videbitur expedire*, *ita*, *ut Religiosi*, *Clerici*, *& forenses*, *inde nihil solvere teneantur.* H. D. T. Tom. II. pag. 36.

X. Molendinum Mosellanum, e regione Abbatiæ S. Martini, primum a civibus circa an. 1476. erectum est, eisque in compositione cum *Joanne* Badensi indultum. *Hist. dipl. Trevir. Tom. II.* pag. 460. Ad augendos hujus molendini, prout quoque alterius, die liebe Frau-Mühl nuncupati e regione Consistorii Archiep., proventus, volebant illa *pro Clero* facere *Bannalia*, non *ex statuto*, quod condi a se non posse probe noverant, sed *ex spontanea concessione*,

würden, Würden, und Gnaden ihr Antheil, und Gerechtigkeit am selben Sester-Geld der Statt zum Baw wollen lassen zu stehen, und werden. Y.

Item am vierten. Want bey gemeiner Burgerschafft eines jeglichen Hand-wercks Leuth wohl zubekommen, daß ihre Ehrwürden, W. u. G. kein solch Hauß-Gesind an sich dingen wollen, daraus die Stad an Burgeren, und die Bürger an ihren Handwercken, und Narungen Schmälerung und Beschwährnus nehmen mögen. Z.

Item an fünfften, daß, zu Mehrung der Freundschafft, Ihr Ehrwürden, W. und G. einem Ehrsamen Rath einen von den Schlüsselen über die Haubt-Stuck des würdigen Heiltumbs, und den dritten Theil des

ne, quam nec rusticus aliquis faceret, imo hodie nequidem ipsimet cives Treverici, quidquid forte tunc inter se compromiserant; quanquam creditu facile non sit, quod unquam plebeji cives *bannalitatem* molendinorum civitatis agnovissent; cum ne eis quidem sufficiant.

Y. *Browerus*, qui vidit, & contraxit hoc documentum in Brevia contexta, præsentem articulum *lib. XX. Annal. num.* 135. sic recenset: *ut vectigal sextariorum* (i. e. 4. vini mensurarum) *cujus dimidium Ædis maximæ Canonici auferebant. post hac in opera publica collocarent.* Informavi me, & intellexi, non superesse memoriam hujus *pecuniæ sestertiariæ*, ab his, qui vina minutim emunt, solvendæ.

Z. Hoc desiderium procul dubio suggesserunt *Corporatæ Tribus arti- & opificum*, ut suis commodis adjugarent Clerum, qui domi suæ nullum domesticum artificem aleret. Tale lucrum omnia fere collegia variis in locis quæsiverunt, nullibi obtinuerunt; nam huic servituti nequidem *sæculares* personæ, *saltem illæ*, quæ *politico Magistratuum civicorum regimini* non subjiciuntur, litare consueverunt, dum passim personæ equestres, militares, academicæ, consiliarii aulici, domesticos, simul artifices, in servitia conducunt, sartores, barbitonsores, comarum concinnatores, chyrurgos, doliarios, hortulanos, pictores &c. Vid. *Georg. Beyer.* in delin. jur. German. lib. 1. cap. 15. num. 7. Ratio est, quia illæ personæ non sunt *de corpore civico.* Atqui nec Clerici huic corpori sunt annexi *l.* 17. *C. de Episc.* Sed & possunt res alibi laboratas, atque coëmptas libere invehere suas in ædes, nec non extra familiaritatem domesticam conducere, tam magistros alibi formatos, & collegiatos, quam sic nuncupatos *opificum turbones*, die Bonhaasen, Pfuscher, non-doctos, nec *formatos ex regula* collegiorum, prout quoque *Sodales*, Handwercks-Gesellen, qui nondum gaudent magisterio. Allegatus *Beyer* loc. cit. num. 65. Et exstat præjudicium Consilii intimi, ut reor, *Monacensis*, apud *Ertel* in prax. aur. pag. 657. de PP. *Theatinis*, ad quos varii artificum sodales, relictis magistris civicis, transierant, in formalibus: weil einer jeden gefreyten, und unverburgerten Person allhier erlaubt ist, in seinem Hauß unverburgerte, oder andere Handwercks-Genossen zugebrauchen, so ist auch dieses denen Theatinern frey zustellen. Signat. 14. Mart. an. 1670.

s Opffers, und andere Gefälle in den Heiltums-Ferden zu Besserung ser Statt folgen, und zustellen wollen. A a.

Item zum sechsten, daß Ihre Ehrwürden, W. und G. wollen ver- zen, und verschaffen, was nit von Adel, und Canochigen der hohen umb-Kirchen, sunst von Geistlichen bey derselben Kirchen beneficyrt sessen, daß dieselbe gemeiner Burgerschafft ihre Burd mit Hüden, 'achen, und anderen Burgerlichen Pflichten, helffen tragen. B b.

Und dan wir vermeint, die Statt Trier, und ihr Burgerschaft ver- ß solchen Articulen wiederum in Ufnehmen, Gedeigen, und Besserung zu- ngen, haben wir dieselbe Articul dem Hochwürdigsten Fürsten, und Herrn ichharden, Ertzbischoffen zu Trier, und Churfürsten, als unseren Ordi- rien, Landts-Fürsten (ecce confessionem ejus, contra quod postea con- iderunt) und gnädigsten Herrn, unterthäniglich, und guter Meinung gezeigt, und übergeben, mit unterthäniglicher Bitte, daß Seine Churfürstl. nad Ihr Thumb-Capitel, und gantz Clerisey dahin vermügen, und halten wolten, sulche begehrte Articul der Statt Trier zum besten anzu-)men, darin zuverwilligen, und zugehelen. Welches dan Seine Churfürstl.

 Gna-

A a. Reliquiæ majoris Ecclesiæ Trevir., cistis quatuor, una cistella, una bursa, una capsa, reconditæ, & obsignatæ, fuerant diu reclusæ intra concavitatem aræ summi Altaris; donec an. 1512. sub *Richardo* Archipræsule, ad instantiam *Maximiliani I.* Imp. tunc Comitia Treviris celebrantis, aperta ara reperirentur. Cujus rei coævum possideo testimonium impressum; in quo de S. Salvatoris Tunica sic legitur: *in prima cista, in dextro latere altaris, reperta est quædam cista, ex lignis, & ossibus pulcherrimis, sive ex eburneo, composita, sigillo magno munita, in qua reperta est Tunica Domini, de qua Treviri, & in multis aliis locis præclara scripta habentur, & apud ipsam Tunicam taxillus quidam magnus cum quodam cultello veteri, & rubiginoso, & certis scripturis illegibilibus.* Adde *Trithemium* in Chron. Hirsaugiensi ad an. 1512., quem extraxit *Prodromus* Hist. Dipl. Trevir. pag. 1194. Harum Ss. Reliquiarum clavim unam tunc prætendit *in augmentum amicitiæ*, verius autem *superioritatis suæ* imaginariæ, Magistratus civicus, nec non *ad majus emolumentum* hujus civitatis *tertiam partem oblationum*, aliorumque proventuum in diebus peregrinationum ad sanctæ Treveris Reliquias, quæ solent esse in hebdomada ante Pentecosten, & Festo S. Petri hodieque maximæ. Ex hac insolentissima prætensione vel sola judicet lector illa tempora.

B b. Sic igitur *Vicarios*, *Præbendatos*, *Altaristas*, & *Chori Socios summæ Ædis* volebant authoritate Capituli majoris oneri custodiarum, vigiliarum, & aliorum munium personalium, instar gregarii civis subjugari; atque ita totam fere personalem eorum immunitatem proscribi in commodum civitatis. Sena hæc postulata C. *Browerus* vocat, *ut contumeliæ, sic & impudentiæ summæ plena capita.*

Gnaden in Bedacht genohmen, Sich etwas verzogen, und anderer mercklicher Geschäfft halber darinn nach Notturfft nicht hat konnen, noch mögen handlen, Cc. haben wir doch nit destoweniger obberührter Articul halb wiederumb bey obgedachten Herrn des hohen Thumbstiffts selbst Ansuchung gethan, und gebetten, dieselbe zu bewilligen: da sich dann Ihr Ehrwürden, Würden, und Gnaden, und gantze Clerisey darin beschwert bedunckt, und derhalben sich auf Hochgemelten unsern gnädigsten Herrn referirt, und erbotten; also hat Seine Churfürstl. Gnaden, als der Landts-Fürst, uns allenthalben zu Gnaden sich in sulche Handlung gnädiglich geschlagen, uns genuchsamlich, und klaren Bericht thun, und unterweisen lassen, daß nach Vermögen gemeiner beschriebener Recht, der Geistlichen Freyheit, und Privilegien, auch Vertrage, Siegel, und Brieff zwischen Seiner Churfürstl. Gnaden Vorfahren, Ertz-Bischoffen zu Trier, löblichen Gedächtnuß, und der Stadt (ein Würdig Thum-Capitel, und Pfaffheit zu Trier belangend) zu mehrmahlen ufgericht, und bedingt, ehgemelte Herren des Thumbstiffts, und andere Geistliche, sulche Articul, unser begier nach, anzunehmen nit schuldig, tunlig, ihnen auch darin zuwilligen nit gebührt; So haben wir, alsbald wir ein solches von obgedacht unserm Gnädigsten Herrn vernohmen, als frommen leuthen wohl geziembt, undt gebührt, von sulchen Articulen gütlichen abgetretten, die fallen lassen, getödt, und vernichtet, abtretten, tödten, und vernichten die auch in Krafft dieses Brieffs, Dd. gereden, geloben, und versprechen vor uns, unser Nachkommen, und Erben, bey unseren Ehren, und Trewen, daß wir dieselbe, oder dergleichen Articul, so dem gemeinen Rechten, obgedachten Privilegien, und Verträgen, einiger weis zuwider seyn mögten, an obgedachte Herrn des Thumstiffts, und andern Geistlichen zu ewigen Zeiten frevelig, noch tädtlig nit fordern, angesinnen, oder begehren süllen, noch wollen, durch uns, oder jemants anders, heimlich, noch offentlich, in keine weis, wie das erdacht werden, oder geschehen mügt; sondern wir sollen und wollen obgedachte Verträge, wie die zu jeder Zeit ufgerichtet,

Cc. Hæc postulata, cum in mediis Germaniæ motibus civitas Præsuli, belli difficillimi curis impedito, intempestive simul ingerit, is sane, pro eo ac merebatur, responsum ad illa nullum dabat, inquit hic *Browerus*.

Dd Ex bona, morigeraque mente dicuntur hic abjectæ a civibus fuisse eorum prætensiones; sed recte sentit *Browerus*, sinistro exitu, quem tumultuantium subditorum, nec non vicinorum, Agrippinæ, & Moguntiæ, insultus habuere, perculsos fuisse animos Trevirorum, improborum arrectos consiliis hominum: *tandem*, ait, *eum rebellium urbium, hominumque seditiosorum miserabiles casus Trevirenses pro disciplina ac præceptis haberent, accidit, ut repressa popularium vis una cum insolentia postulatorum remitteret.*

htet, und gemacht sein, so viel uns belanget, an allen puncten, und Ar- ulen usfrichtig, sted, und fest halten, darwider nit suchen, vornehmen, ndlen, noch schaffen, oder gestatten, daß dargegen gesucht, vorgenoh- n, und gehandelt werde in einige weis.

Doch so hat der vorgedacht unser gnädigster Herr gnädiglich bewilliget, ß obgedachte Herren des Thumbstiffts, und andere Geistliche, und Pfaff- t, in- und bey der Statt Trier gesessen, und beneficirt, alle ihre Frucht d Wein, von ihrem Wachsthum, und Kirchen-Gütern ihnen zu- hend, inn- und aus der Statt führen, und daselbst, vermög ihrer ivilegien, und Freyheit, freyverkauffen, verzappen, und verwen- ı mögen. Wes sey aber hinfürter kauffen, und an sich bringen, daß solches aus- und inn führen, und doch, mit obgerührter Freyheit, nit zappen, verkauffen, noch vereuseren sullen. E e.

Wo aber Ihnen den Geistlichen, ihren Kirchen, Clöstern, oder Be- icien einige Pfantschafft abgeloist werdt oder würd, und sey die fürter gten Frucht, Wein, oder anderes darum zukauffen, das soll ihnen auch, das ihrig abgelost, frey seyn. F f.

Doch süllen obgesagte Verträg in andern ihren Puncten, und Articu- kräfftig bleiben. G g.

Und ob wir, oder unser Nachkommen, und Erben, herin brüchlich, r säumig würden, und davon uff unser gnädigsten Herren, oder seiner aden Nachkommen, gnädig Erforderen nit abstehen wolten, das doch, GOtt will, nit geschehen soll, so süllen und wollen wir und dieselbe Nach- mmen, und Erben aller Freyung, die wir an den Züellen in Seiner Churfürstl.

 Gna-

e e. Obligavit hic sese Clerus, quod nolit *negotiationi* frugum, atque vinorum instare, eo fine emendo, ut denuo distrahat contra *cap. ult. de vit. & honest. Cleric.* Pro *consumptione* autem *propria* emere, in- & evehere libere possunt Clerici, quantum eis ex discretionis regula videbitur, absque solutione jurium intradæ, transitus, gabellæ, vel accisæ, quam Treviris vocant Kisten-Geld.

f f. Sphus vult dicere, quod, si personæ ecclesiasticæ, ecclesiæ, monasteria, vel beneficia possedissent hucusque bona, reditus, ac census redimibiles, hosque redimi contingeret, & alia bona, reditus, census vice redemptorum acquiri, tunc & istos libertate ecclesiastica gavisuros esse, veluti surrogatum aliquod.

g g. Pacta, & compositiones, inter Clerum, & Magistratum civitatis Trevirensis *ante Richardum* Archiep. initæ, nondum sunt typis vulgatæ: Una de primis est laudum arbitrale *Jacobi a Sirck* Archiep. Trevirensis, *Petri* Decani Moguntini, & Arnoldi junioris Domini de Montclaire, pronunciatum Feria secunda post Kiliani an. 1440.

Gnaden Stifft haben, Hh. beraubt, verwiesen, und erlediget sein, und bleiben, derselben nit mögen geniesen, noch uns erfrewen, bis so lang daß wir derselben Mishandlung halber mit unseren gnädigsten Herren, oder seiner Gnaden Nachkommen, vereinigt, und vertragen seyn, ausgeschieden alle Arglist, und Geferde. Und dieser Ding zur Urkund hann wir Burgermeister, Scheffen, und Rath der Statt Trier Siegel, und wir die Meister, und gemeine Brüder der Weber, Becker, Metzler, Lawer, und Schomacher, Peltzer, Krämer, Schneider, Faßbender, Schmidt, Leyendecker, Zimmerleuth, Schiffleuth, und Steinmetz Aembter Ii. binnen Trier unsere eigene Siegel, der wir uns diesmahl brauchen, an diesen Brief wissentlich thun hangen. Geben an St. Matheis des Heil. Zwölf-Botten Abend im Jahr unsers Herrn fünfzehn hundert und zwantzig nach Gewohnheit im Stift Trier zu schreiben. Kk.

Concludamus rem augustali elogio S. *Henrici* II. Imp. (qui *Bavariæ* quidem Dux erat, sed *Saxonicus* Princeps divalis Domus, ex recta linea paterna *Henrici* Aucupis pronepos) in privilegio Ecclesiæ *Osnabrugensis* de an. 1002. apud *Lünigium* Spicileg. ecclesiast. part. 2. pag. 582. *Sancta Ecclesia Clerici per totam* FRANCIAM, & SAXONIAM, & *immunitatis tuitione*, & *Antecessorum nostrorum*, *Regum videlicet* & *Imperatorum*, *authoritate confirmantur.* Quid non speret Clerus Trevirensis a clementissimo CLEMENTE suo, qui totus quantus *Clericus*, totus quantus *Episcopus*, totus quantus *Archiepiscopus*, totus quantus *Archi-* & *Episcoporum Exemplar* est in tuendo libertatem ecclesiasticam?



Animadversiones Editoris.

Ad *§. 2. not. L.* Quae hic dicit Auctor de immunitate Ecclesiastica frequenter a Rectoribus Civitatum laesa, praeter alia documenta plurima nunc etiam illu-

Hh. In quo consistat immunitas civium Trevirensium a teloniis Electoris Archiep., describunt antiquæ conventiones de tempore in tempus, sub Archiepp., *Joanne Badensi* an. 1474., *Jacobo Badensi* an. 1506., & *Richardo* an. 1512., *H. D. T. Tom. II. pag.* 460. 477. 590.

Ii. Hoc ordine adhuc hodie collegia, seu tribus civicæ recensentur, nisi quod loco pellionum, deren Peltzern, hodie scribatur Tribus jure collegii donatorum opificum, deren geschenckten Ämtl, & in fine omnium post *lapicidas* veniant *piscatores*.

Kk. Stylus antiquus Trevirensis idem erat, qui bullaris Romanus, ut annus inchoaret a 25. die Martii: sic data præsens fuit juxta modernum usum jam in anno 1526.

illustrantur ex monumentis allatis a WÜRDWEINIO *Tom. 2. Subsid. diplomat. ad Selecta Juris Eccles. German. et Histor. Capita. N. LXIII. seqq.* Quousque in Civitate Francofurtensi processum fuerit, ita in diplom. CONRADI *Archi-Ep. Mogunt.* de anno 1390. ibidem enarratur: „Ad nostram igitur jam dudum et „continue quod dolenter referimus experientia etiam docente pervenit notitiam „quod Magistri civium Scabini Consules majores et pociores nec non commu„nitas in dicto opido Franckfurt. nostre diocef. temporalem se habere potesta„tem pretendentes molesti fuerint et sunt nimium, ecclesiis monasteriis hospi„talibus Zenodochiis et personis ecclesiasticis tam regularibus quam seculari„bus ibidem commorantibus super pluribus et infesti ipsisque per multos an„nos elapsis notorie gravia onera et munera imposuerunt, et adhuc imponere „non cessant, et ut ex multis gravaminibus et oneribus pauca perstringamus „eos talliant collectus et exactiones ab ipsis et de redditibus seu proventibus „prebendarum et beneficiorum suorum et similiter de legatis ad pios usus vi„delicet ad exequias et anniversaria defunctorum peragendas ad luminaria ec„clesiarum ibidem nec non ad elemosinas pauperibus erogandas certam portio„nem seu quotam contra canonicas et legitimas sanctiones quolibet anno a pen„sionariis et censitis ecclesiarum et clericorum detineri et sibi presentari preci„piunt, et de quolibet maldro siliginis vel tritici et salis quibus dicte persone „ecclesiastice in suis domibus et cum sua familia utuntur vel triginta hallers. „quod vulgariter *Malgelt* vel *Salzgelt* nominatur ibidem a clericis et ecclesiasti„cis personis notorie exigunt et extorquent &c.„ Cum deinde Archi-Episcopus Civitatem gravamina reparare detrectantem poenis ecclesiasticis compesceret, atque varios nominatim excommunicatione plecteret, in subsecuta compositione, quam cit. *Autor* refert *N. LXVI.* Rachtung des *Cleri* und *Magistrats* zu Franckfurt. nonnisi ad decem annos ex praetensionibus suis aliquid remiserunt Francofurtenses, manifesto denuo signo, quid ea aetate in ejusmodi civitatibus pro immunitate ecclesiastica sperari potuerit.

Ad §. 3. Not. M. et N. Societates istae opificum variis adhuc nominibus in documentis aevi medii occurrunt, uti Gilden, Innungen, Inningen, *fraternitates*, *uniones*, *corpora* dicuntur, ita apud DREYHAUPT *T. 2. p. 425. Henricus Landgravius Hassiae* anno 1307 in Diplom. ait: „quod fideles et dile„ctos nostros veteris et novi ex alia parte Fulde oppidorum nostrorum Cassel „sub gratiis et libertatibus quibuscunque quoad *fraternitates et uniones* eorum, „quae Einunge vulgariter dicuntur hactenus per eos habitis et servatis in an„tea constanter et generose volumus conservare praemissas confraternitates, &c. *Otto Dux Brunswicensis* anno 1240. vocat gratiam vendendi quae vulgariter dicitur Inninge in RETMEYERI *Chron. Brunsw. in Append. p. 1830. Witego Episcopus Misnensis* anno 1292. ait: *protestamur quod omnes confederationes seu compro-*

compromissiones que vulgariter nuncupantur Innung &c. in HORNII Sächs. Hand-Bibl. P. 2. p. 194. Quoad aetatem ejus societatum in Germania enatarum apud SCHANNAT *in Hist. Episc. Wormat.* Tom. 2. p. 62. anno 1106. jamdum *Adalbertus Episc. Wormat.* societatem piscatorum Wormatiae confirmavit: magis energice de juribus et praetensionibus harum societatum jamdum inquit *Wichmannus Archi-Episc. Magdeburg.* in diplomate sine anno apud DREYHAUPT *T. 2. p. 557.* „Jus et magisterium sutorum ita consistere volumus, „ut nullus magistratum super eos habeat, nisi quem ipsi ex communi consensu „magistrum sibi elegerint. Cum enim jus et distinctio, quae inter eos est, „qui eo jure participare non debent, ita excludat, quod opus operatum „alienigenae infra jus communis fori vendere non debeant, constituimus, ne „alienigenae opus suum operatum ad forum non deferant, nisi cum omnium „eorum voluntate, qui jure illo, quod Inninge appellatur, participes existunt." Haec vox Innung subinde etiam in diplomatis ipsos conventus opificum designabat: item certos proventus ipsis permissos, uti in privilegio concesso civitati *Plaviensi* anno 1235. apud WESTPHALEN *Tom. 4. p. 928. Hujus etiam civitatis cultoribus damus proventum, qui vulgo sonat* IMINIGE (legendum Inninge) et VREDE SCHILLING *ad emendationem et structuram civitatis.* Collegia isthaec potissimum deinde Magistratibus gravia fieri incipiebant, ob jurisdictionem nimium protensam, et tumultus saepe excitatos, in plerisque Civitatibus Imperii etiam eo rem perduxerunt, ut in ipsum Magistratum membra quaedam ex vis cooptari debeant, atque hujuscemodi dein hominibus privilegia Cleri nimium gravia visa fuisse, uti animadvertit Auctor, mirum non est.



XII. GEOR-

XII.

GEORGII JOSEPHI WEDEKIND U. J. D.

en. et potentiss. Electoris Palatini Consiliarii Regiminis, Juris Naturae et Gentium in Universitate Heidelbergensi Profess. Publ. et Ordin. Academiae Scientiarum Theodoro-Palatinae Socii

D I S S E R T A T I O

DE

IRISDICTIONE ECCLESIASTICA

DOMINIS TERRITORIALIBUS CATHOLICIS LAICIS IN SUBDITOS PROTESTANTES COMPETENTE.

Heidelbergae 1766.

I N G R E S S U S.

[E]xorta sub finem regiminis MAXIMILIANI I. famosissima circa indulgentias a) controversia, hancque subsecutum religionis dissidium, quamvis, ue dum prima demum an. 1532. conderetur Norimbergæ pax religionis, varias

) Brevitatis ergo liceat saltem principaliores in Historia epochas, quas quærenti uberius explanabo, subjicere; anno 1517. reformatio, anno 1520. excommunicatio & 1521. pro scriptio Lutheri, an. 1521, 24, 25., Comitia Wormatiensia, & Spirensia, an. 1529. Protestatio contra Decretum, an. 1530. fœdus Schmalkaldicum, eodem anno exhibitio Augustanæ confessionis, an. 1532. Comitia Suinfurtensia, & Norimbergensia, eodem anno prima pax religiosa, an. 1534. transactio Cadamensis, an. 1547. JOANN. FRIDERICI Electoris Saxoniæ captivitas, & hujus Electoratus in Mauritium Agnatum translatio, an. 1548. constitutio *Interim*. Anno 1552. bellum Mauritii, contra Cæsarem, eodem anno transactio Passaviensis, & an. 1555. pax religiosa.

varias comitiales, aliasque deliberationes causaverit, securitati tamen reli; nis prospectum fuerat neutiquam, donec demum transactione Passaviensi. hanc insequente pace religiosa controversiæ magis sopirentur; Pacificatio 1 giosa tetigit quidem principaliora ad restaurandam tranquillitatem publicam cessaria capita, reduxitque quietem per tantum tempus Germania exulem, tuerat equidem, quæ præcipua pacis religiosæ contenta sunt: statue utrius religionis pacifice sese ferre debere, dissidium de religione nonnisi amicabili tione componendum, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Prælatos avi deserentes religionem, beneficia citra honoris tamen detrimentum amitt eaque religioni Catholicæ esse conservanda. Jurisdictionem Ecclesiasticam versus A. C. status esse suspensam, census, & reditus Episcoporum in territc protestantium salvando; Pax hæc immediatis præcipue scripta cum fuerit, & beram imperii Nobilitatem comprehendit, omnesque, qui Catholicæ religi & Augustanæ Confessioni non variatæ addicti non sunt, excludit. Dive maximeque necessaria, quamvis diremta, determinataque viderentur cap variæ tamen a publicata statim pace natæ sunt discordiæ, quarum præci quinque præ reliquis attendendæ veniunt; sic statim sub decessu ortæ sunt i bæ, quod ita dicti reformati, pace religiosa comprehensi esse non debe qui sese tamen ad A. C mutatis licet quibusdam articulis profitebantur. motus excitavit indefinite concessa Dominis territorialibus reformandi liber vi cujus subditos, vel ad assumendam eorum religionem, vel ad emigrand (dura sane alternativa) necessitabant; non minorem altercationem possessio norum Ecclesiasticorum causavit, cum enim per pacem religiosam determir fuerit eorum possessio, prout illa tempore pacis fuerat, edictum autem *I rim*, quod protestantes nunquam agnovere, varia bona Catholicis tribuit, ç Protestantes ad se pertinere autumabant, absque omni dubio lites exoriri buerunt; Inter omnia vero gravissimum sibi, & maxime odiosum reputar Protestantes reservatum Ecclesiasticum, quippe quod negotio reformation diametro contrarium asserebant; Catholici vero illud tanquam rationi, & c stitutioni imperii publicæ vel maxime consentaneum urserunt. *stum* demı quod post pacem religiosam fecerunt protestantes gravamem, desumserunt edicto, quod FERDINANDUS II. post initam cum Rege Daniæ pacem p licaverat, & restitutionem bonorum Ecclesiasticorum a tempore pacis reli; sæ occupatorum injungebat *b*). Pace demum Westphalica & hæc quoque g vam

b) Gravamina hæc variis ansam dedere motibus, inter quos præcipui an. 15 Truchsessiani, an. 1592. Argentinenses, an. 1606. Donauwertenses, an. 16 unio Protestantium, eodem Liga Catholicorum, post denegatas litteras M jestatis bellum tricennale an. 1618. fædus Lauenburgicum anno 1625. 1626. victoria ad Lutteram, anno 1629. edictum restitutorium, pax Prag sis anno 1635. demum anno 1644. tractatus pacis Westphalicæ, hujusque c clusio an. 1648.

vamina quoad maximam partem ſublata fuerunt, in omnia beneficia pacis reformati quoque ſub nomine Auguſtanæ Confeſſionis addictorum comprehenſi, poſtquam recepti, ſtatutumque fuerit, nullam aliam religionem præter Catholicam, invariatam, & variatam Auguſtanam Confeſſionem tolerandam eſſe. Jus reformandi eadem quoque pax, termino retentionis indulto ſubditis, limitavit, ſicque per retentionem jus expellendi ſubditos abolitum, & per diſtinctionem inter triennium, & quinquennium, & iis, qui jus retinendi exercitium religionis nullum habeant, ſubditis proſpectum fuit, & ſic denique eadem pax reſervatum Eccleſiaſticum ad Proteſtantes extendendo, graviſſimam, quam ante ſentiebant, moleſtiam ſuſtulit.

§. I.

Quamvis nunc demum viderentur, per pacem Weſtphalicam tanquam per regulam univerſalem & normam perpetuo valituram omnes litium fomites penitus extincti nihilominus plurimæ quæſtiones vel maxime controverſæ relinquebantur, inter quas primum ferme locum meretur illa, qua Proteſtantes Dominis territorialibus Catholicis laicis omnem omnino jurisdictionis Eccleſiaſticæ umbram in ſubditos Acatholicos denegant, Catholici vero ſummum iis in rebus proteſtantium Eccleſiaſticis imperium, ac diſpoſitionem tribuunt; eſt ſane hæc controverſia eo gravius calidiusque ab utraque religionis parte agitata, quo lis religionem, quæ diverſam deciſionem præbet, pro fundamento habet. Eadem hæc quæſtio diſſertationis meæ objectum eſt; Campus quidem, quem ingreſſus ſum adeo immenſus mihi videbatur, ut vix exitum ſperaverim, ſed in magnis quoque pro tenuitate virum tentaſſe juvat, eo potius, quo in tanta ſcriptorum eruditiſſimorum copia hanc materiam exhaurire minime præſumam, ſed ex gravioribus ſaltem partis utriusque momentis evincere conabor, male Dominis territorialibus catholicis ſupremum in rebus proteſtantium Eccleſiaſticis imperium a Doctoribus Juris publici Acatholicis denegari; atque ſtatuo jurisdictionem Eccleſiaſticam hoc eſt, omnem in rebus proteſtantium Eccleſiaſticis diſpoſitionem, dummodo in ipſa fidei dogmata nil præſumant, a Dominis territorialibus Catholicis laicis in ſubditos Acatholicos quam juſtiſſime exerceri.

§. II.

Permultæ lites ex perpetua in inſtrumento pacis Weſtphalicæ terminorum confuſione oriuntur, quæ peſſimis ſubinde interpretationibus adeo occaſionem præbet, ut a malevolo, & pro una, vel altera parte præoccupato ea ſæpe eruantur, quæ menti ſummorum Paciſcentium vel maxime ſunt contraria, ſic cum in hac materia jus diœceſanum, jus reformandi, & jurisdictio Eccleſiaſtica

cautissime separanda essent, ea promiscue adeo diversis in locis instrumenti paci Westphalicæ sumuntur *c*), ut Protestantes ipsi in detegendis Jurisdictionis su Ecclesiasticæ fontibus ac principiis fluctuent, & in statuendis ejusdem limitibu sibi invicem contradicant, fatente ipso MOSERO *d*) Catholici vero subinde plus, quam ex idea rei fluit, prætendere conentur. Jus Diœcesanum quo primam suam originem in ipsa doctrina Christi fundatur, cum Divum Petrun ejusque Successores supremos animarum fidelium Pastores constituit *e*), & r liquis Apostolis in varias provincias dispersis Christianorum curam demand vit; Si autem in toto suo vigore consideratur, juris Ecclesiastici partus est, cognitionem tam de causis clericorum civilibus, criminalibus, ac spiritualibu quam de laicorum matrimonialibus, & spiritualibus comprehendit, atque i suprema religionis cura & sacrorum administratione consistit. Apte illud it que superioritatem territorialem Ecclesiasticam definimus *f*), quæ a superior tate territoriali in sæcularibus non objecto solum, sed subjecto quoque differ cum omnes laicos ab ejus exercitio sub pœna excommunicationis adeo arceat *g*) paret itaque hoc jus Diœcesanum incognitum plane esse Protestantibus, & a hac jurisdictione protestantium Ecclesiastica latissime differre, utpote quæ nu lum plane dubium relinquit, quin ab eadem persona, quæ summum in politici imperium habet, exerceatur, ac ita quidem, ut non communi quodam nex ac vinculo res eorum Ecclesiasticæ administrentur, sed quivis in suis dispositio nibu

c) Sic Jurisdictio Ecclesiastica cum Jure Diœcesano confunditur, Art. V. §. 48 modo pro Jure Episcopali sumitur, Art. 7timo §. 1mo; modo liberum tam i Ecclesiasticis, quam politicis exercitium denotat Art. 8. §. 1. modo pro Jur sacrorum sumitur; Art. 8. in fine, modo Jus Reformandi vocatur, Art. V. §. 30.

d) In tractatu de Natura, Indole, & Effectibus Juris reformandi.

e) Matthæi cap. 16. v. 18. & cap. 18. v. 18. Act. 20. v. 28. Jo. 21.

f) Jus hoc Sacrorum, ut a plurimis quoque compellatur, Ecclesiæ competens in 3. potissimum classes dispesci solet, ad primam referimus Jus in ipsam religionem, ad 2dam Jus disciplinæ, & 3tiam constituunt ea, quæ sunt Jurisdictionis Ecclesiasticæ in specie sic dictæ; prima classis potestati sæculari absolute incommunicabilis, in 2da, & 3tia vero multa Jura particularia, officia, actionesque excogitari possunt, quæ etiam a sæcularibus immemoriali usu, & observantia, speciali concessione, compactatis, & concordatis possideri, atque exerceri possunt. Ex hisce fundamentis variæ prærogativæ in Ecclesiasticis huic vel illi Nationi, Regibus, & Principibus competunt, atque ab iis dijudicantur, Jura ejusmodi Jura Regia in Ecclesiasticis vocare solent, quæ a juribus circa sacra (ut mox patebit maximopere distingui debent. Sic primi v. g. Germaniæ Reges in constitutione Episcoporum, & Conciliis, in jurisdictione circa personas, & res Ecclesiasticas multa jura habuerunt.

g) Cap. 2. & 16. de foro competente.

ius liber plane sit, atque independens. Fluit itaque ex hisce omnibus suspensionem istam juris Diœcesani in instrumento pacis Westphalicæ factam *b*) jurisdictionem hanc Ecclesiasticam, de qua nobis quæstio est, nequaquam concernere.

§. III.

Omnis dispositio, quæ circa negotium religionis intrinsecum versatur, jure sacrorum fluat, necesse est; hoc jus in rebus catholicorum Ecclesiasticis penes summum Pontificem, & Episcopos sartum quidem, atque intactum est, competunt tamen certa quædam jura principibus etiam laicis, ex idea Rectoris civilis circa religionem exercenda. Atque hæc Publicistæ non inepte jus circa sacra appellarunt, consistit vero in jure *Protectionis*, *Promotionis*, atque *Cautionis* ne status sæcularis ab Ecclesiastico detrimentum capiat. Quod triplex jus ex ipsa Sacerdotii, atque Imperii concordia competat, necesse est *i*). Verum duplex hæc consideratio juris sacrorum, & circa sacra penes protestantes cessat, cum utrumque ex uno eodemque fonte, ex regula scilicet territoriali deducatur, & ab una eademque persona exerceatur, ubi parum refert, an Jus sacro-

b) Art. V. §. 48.

i) Referri huc debet jus Advocatiæ, vi cujus in defendendis Conciliis, in schismaticis Pontificum electionibus circa profligandos hostes fidei Catholicæ, magnam scimus fuisse Imperatorum authoritatem, advocatiam in imperio nostro competere Imperatori aliam promotionis, aliam justitiæ non inepte dixeris, ad salvandam dispositionem Capitulationis Cæsareæ Art. I. §. 1. ad ejusdem Art. §. 10. relatam, advocatiam promotionis sedem Apostolicam, 2*do* Ecclesias Germaniæ pro objecto habere, præter infinita juris hujus exercitia, quæ etiam ex novissimis temporibus, sub regimine JOSEPHI I., CAROLI VI. & VII. allegare possemus, sufficiat conclusum Judicii Aulici, d. 23. Junii 1760. vi cujus per rescriptum injungit Imperator, Episcopo Basileensi, ut Sacerdotem *Binetrui*, cui de Parochia *grand Fontaine* providerat contra jus patronatus S. Pontifex, destituat, atque ad restitutionem fructuum, atque emolumentorum adigat, & ipsum *Accarier* a Patrono provisum instituat. In quo rescripto inter alia: gleichwie nun dieses Verfahren denen Concordatis Nationis Germanicæ schnurstracks zuwieder laufe, Kayserliche Majestät aber solche Bekränckung als *Supremus Advocatus Ecclesiarum Germaniæ* keineswegs gestatten könten, als befehlen allerhöchst Dieselbe dem Hrn. Bischoffen rc. rc. videatur neue Europ. Staats-Cantzley Tom. 2. pag. 491. conferri huc debet tenor Art. 14. capit. Cæsareæ, atque ad ejus §. 4. litteræ collegii Electoralis ad Augustissimum, ad monitum Palatinum puncto Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Germania d. d. Francofurti 19. Martii 1764. Quæ extant in Cramers Wetzlarischen Nebenstunden Parte 48. pag. 108. seq. Litteræ hæ eo majus futuris temporibus Ecclesiis Germaniæ ferent Præsidium, quo studiosius in iis exprimitur, quod partibus gravatis ad hasce litteras collegiales semper provocare liceat. Confer. eædem Part. 61. p. 20. seq.

ſacrorum, an Jus circa ſacra appellemus, eodem modo ſuperflua eſt apud Proteſtantes duplex denotatio jurium, quæ ad ſubſtantialia, & quæ ad naturalia exercitii religionis pertinent, & aliæ ejusmodi conſiderationes corruunt. Facile itaque innoteſcit, quam longe hæc Jurisdictio Proteſtantium Eccleſiaſtica ab hac duplici diſtinctione diverſa ſit.

§. IV.

Jus reformandi ſi late ſumitur, in generali Regentis inſpectione conſiſtit, ne ſtatus Eccleſiaſticus ſæculari damnum inferat, bene hinc dicit Zechius hoc ſenſu imperantem omnia ea tollere poſſe, ac reformare, quibus ſinguli cives, ac univerſa reſpublica læduntur, patet igitur hoc jus in ſignificatione hac generali Eccleſiaſtici nil continere, ſed ſi ſpecialiter, ſicut in inſtrumento pacis Weſtphalicæ pro jure introducendi ſuam religionem ſtatibus Imperii competente ſumatur, nec cum jure diœceſano convenit, nec perfecte etiam cum Jurisdictione Proteſtantium Eccleſiaſtica idem eſt, nam ubi introducta ſemel eſt religio Principis, ſi Catholicus ſit, omnis Jurisdictio Eccleſiaſtica Epiſcopo Diœceſeos competit, ſi proteſtans fuerit Jurisdictionem Eccleſiaſticam non in vim Juris reformandi, ſed ex fundamento ſuperioritatis territorialis exercet, noſtra itaque hæc Jurisdictio Proteſtantium Eccleſiaſtica a jure Diœceſano non objecto ſolum ſed & ſubjecto diſcrepat, ſicut ſuperius demonſtratum, cum jure ſacrorum vero eatenus convenit, quatenus illud ſcilicet, & Jurisdictio Eccleſiaſtica Proteſtantium ex communi quodam fonte, ex regula ſcilicet territoriali derivatur, a jure demum reformandi in ſenſu ſpeciali accepto diſcernitur, quod hoc ſimpliciter ex norma territoriali in politicis fluat, illa autem relationem ad ſacra neceſſario dicere debeat, & ſic præter regulam territorialem ex principio quodam ſecundo, quod tamen eſſentialiter cum primo connexum eſt, vim ſuam trahat atque efficaciam *k)*. En ſeparationem horum variorum jurium eo accura-

k) Jus reformandi ſi ſpecialiter ſumitur, duplici in jure conſiſtit, ſcilicet in religinis *prioris*. Id eſt: quæ jam in territorio viget, vel in toto, vel in parte abolitione, & *novæ* religionis introductione, hoc jus Statibus Imperii competens pacis religioſæ de anno 1555. diſpoſitio in §. 15. quoad utramque partem ſtabilivit, ſed cum inde ſecuritati diverſæ religionis addictorum, quoad exercitium proſpectum fuerit neutiquam, idipſum jus reformandi in Pace Weſtphalica Art. V. §. 31. ita reſtrictum fuit, ut prioris religionis immutatio in eos, qui annum normalem pro ſe allegare poſſunt, fuerit ſublatum, jus autem, ſalva religione priore, introducendi novam fuerit confirmatum, Art. V. §. 30. ſic ſtatuit: *cum ejusmodi ſtatibus immediatis cum jure territorii, & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi jus etiam reformandi exercitium religionis competat, nullique ſtatui jus, quod ipſi ratione territorii in negotio religionis competit, impediri oportere &c. Hoc tamen non obſtante* per-

gi

curatius institutam, quo acrius sententia mea a Doctoribus Juris Publici Protestanticis variis ex fundamentis impugnatur; Varii scilicet varia systemata conglomerarunt, quibus (ut ut sibi invicem sint contraria,) eundem singuli finem intendunt; Antiquiores scilicet jus quoddam Episcopale erexerunt, & ex eo impossibilitatem quandam quod Jurisdictio Ecclesiastica Protestantium a Catholico Principe laico exerceri valeat, eruere conati sunt *l*) varii Recentiorum potius jus quoddam sacrorum collegiale adaptarunt, alii demum jus ipsum territoriale variis respectibus ita dismembrarunt, ut, quamvis instrumentum P. W. illud *m*) firmissime stabiliverit, audacter statuant, Dominum territorialem Catholicum laicum omnis jurisdictionis Ecclesiasticæ in subditos Protestantes incapacem esse, falsitatem vero duorum primorum principiorum, quantum mihi possibile est, detegere allaborabo, & tertio systemati ita insistam, ut illud ipsum mihi pro fundamento assertionis meæ maximo serviat: audiamus singula.

§. V.

Secundum principia juris Canonici, ait prima adversantium acies *n*), omnis potestas Ecclesiastica penes S. Pontificem est atque Episcopos, & juri Diœcesano Imperatores, Reges, Electores, Principes, quatenus Ecclesiæ membra sunt, subjiciuntur; hanc Jurisdictionem non agnoscunt, atque plenam demum libertatem consecuti sunt instrumento P. W. Protestantes *o*). Suspensum

git §. 31. *statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli, & subditi cujuscunque generis, qui sive publicum, sive privatum A. C. exercitium anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto quacunque anni parte sive certo pacto. aut privilegio, sive sola denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum, una cum annexis, quatenus illud dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt.* Conferatur §. 32. & 34. ejusd. art.

l) Vide BÖHMER Jus Ecclesiasticum Protestant. Tom. I. de officio judicis ordinarii, ubi recensentur Authores hujus systematis, & refutantur, SCHMAUS Compendium Juris publici L. 2. cap. 14. §. 1.

m) Art. V. §. 29. 30. 39. & 43. Art. 8. §. 1.

n) Inter quos SCHMAUSSIUS præcipue in suo Compendio Juris publici L. 2. cap. 14. p. 253. &c.

o) Verba Art. V. §. 48. hæc sunt: *Jus Diœcesanum, & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra A. C. Electores, Principes, status, comprehensa libera Imperii Nobilitate, eorumque subditos tam inter Catholicos, quam A. C. addictos status, usque ad compositionem Christianam dissidii religionis suspensa esto, & intra terminos cujusvis regionis sese contineat.* Totum jus Diœcesanum cum omnibus suis speciebus respectu A. C. statuum suspensum est, pax etenim religiosa omnes hujus juris species cum non tetigerit, Episcopi Catho-

sum adversus omnes A C. addictos cum fuerit jus Diœcesanum, & sic sun mam in politicis dispositionem cum supremo sacrorum Imperio in p ersona Pri cipis territorialis unitam esse statuunt. Quivis Dominus territorialis Acathol cus, qua summus in territorio suo Episcopus Jurisdictionem Episcopalem, im ut ajunt, S. Pontificis in suos subditos Protestantes exercere indubie debet, i ferunt dein porro quod ad nostram quæstionem spectat, quod cum Catholi Principes laici nullius plane Jurisdictionis Ecclesiasticæ capaces sint, eam qu que in subditos suos Protestantes exercere nequeant, cum eos tam ipsa Jur Canonici Principia ab eadem arceant, quam quod & verba hujus §. illa rem veant. Sed eam potius hoc in casu Episcopo Diœceseos competere ex men Instrumenti pacis asserunt. Continuationem ejusdem §. 48. pro se allegan *Catholicorum Augustanæ Confessionis addicti status provinciales, & subditi, qui an 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam agnoverunt, in iis casibus modo dictæ jurisdicti ni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis ratio processus nihil injungatur, Augustanæ Confessioni, vel libertati conscientiæ repugnan* atque inde *1mo* deducunt ejusmodi subditos, nulli juri Diœcesano subject esse, sed eos in negotiis religionis dispositiones authoritate propria facere pos *2do* quod si anno 1624. nullam Jurisdictionem nullo respectu agnoverint, i

Catholici in terris A. C. semper adhuc exercuere jura quædam; id quod Pr testantes prorsus tolli voluere, hinc verba: *cum omnibus suis speciebus*, m tanter opponebantur; quamvis porro Episcopi ex Pacis religiosæ dispositio contra status, & reliquos immediatos caute procedere debebant, contra su ditos tamen semper prætendebant. Verba, quæ in supra citato loco sequu tur, tam inter Catholicos & A. C. addictos status, quam inter solos A. C. st tus maxime dubios reddiderunt P. W. interpretes, qui sensum eorum vix n ænigmaticum esse fatentur, ideo, quod & inter ipsos A. C. status Jurisdict Ecclesiastica debeat esse suspensa. Ansa hujus dispositionis, ejusque sens nisi me omnia fallant, talis est, *1mo* Episcopatus A. C. addicti, & per pace sæcularisati longe ultra terminos territorii extensum habuere jus Diœcesanu *2do* Archiepiscopatus Magdeburgensis Domui concedebatur Brandenburgic hæc in Episcopatus Merseburgensem, & Cicensem Jurisdictionem prætendi dicti duo Episcopatus antecedenter Metropoli Magdeburgensi subjecti cum fu rint, Primatum adeo, Magdeburgensi, qui olim competierat, Metropolitan sibi vindicavit. Opposuere sese status A. C. remque deduxerunt eo, ut hu §. insereretur, jus Diœcesanum intra terminos cujusvis Territorii, cujusv Episcopi, sit Catholicus, sit A. C. addictus, consequenter tam inter Cathol cos, & Augustanæ Confessioni addictos, quam inter solos A. C. addict status sese continere debere; quoad Catholicos autem inter se manet antiq Juris Canonici dispositio; suspensio hæc ad amicabilem usque compositione dissidii religionis durare cum debeat, A. C. addictis sufficienter prospicit, a que per τὸ suspensum obtinuerunt idem, quod per τὸ sublatum in tractatib propositum intenderunt, Catholicique suam conscientiam salvarunt, in e quod non sustulerint, illud, ad quod tollendum nullum jus habuerunt.

ı etiam in posterum liberi, atque immunes sint. *3tio* Si econtra Episcopus ičto anno normali in possessione sui juris Diœcesani fuerit, eam quoque ul-:rius conformiter tamen semper principiis A. C. in suos subditos Protestantes tercere debeat, imo ex ulterioribus porro verbis jus quoddam Episcopale Domini territorialis Acatholici in subditos Catholicos arguunt; Ulterius enim sic ıbet: *Eodem etiam jure Augustanæ Confessionis Magistratuum Catholici subditi nseantur, inque hos, qui anno 1624. publicum religionis exercitium habuerunt, s Diœcesanum, quatenus illud Episcopi dicto anno possederunt, salvum esto.* Ex s eruunt primo, quod, siquis Episcopus anno 1624. adhuc in exercitio sui ris Diœcesani fuerit, in subditos Catholicos sub Dominis territorialibus Prostantibus degentes, idem & imposterum retineat, *2do* si autem illud non haierit, tunc subditi Catholici sub Jurisdictione Ecclesiastica Protestantis Princpis tanquam summi Episcopi stare debeant. *3tio* & *4to*, quod Episcopus, etiam annum normalem pro se habeat, nihilominus tamen saltem in tantum ercere habeat, in quantum illud dicto anno 1624. exercuerat, in reliquis ve religionis capitibus, iterum dispositionem Domini territorialis Acatholici ıa summi Episcopi agnoscant; patet itaque vim, atque efficaciam totius argunti in hoc consistere: Dominus protestans exercet Jurisdictionem Ecclesiastim in subditos tanquam summus Episcopus; atqui Princeps Catholicus laicus n potest esse summus Episcopus; ergo etiam Jurisdictionem hanc Ecclesiacam nullo modo prætendere potest. Minorem sic probant: Episcopus inimis necessario debet esse ejusdem religionis, quæ est credentium, quos vult scere; atqui hoc cessat ratione Dominorum territorialium Catholicorum; go nec summus eorum Episcopus esse potest. *2do* Dicunt, quod Principes tholicos Ecclesiasticos attinet, suspensa est omnis eorum Jurisdictio in Protantes §. 48. Art. V. ergo neuter Jurisdictionem hanc Ecclesiasticam Protantium habere poterit; En scopum argumenti! Sed hoc systema falsum inimis est, contradictorium est, & nec ex ratione, nec ex instrumento Pacis estphalicæ citatis locis eruitur.

§. VI.

Summus Episcopus non nisi supremum animarum fidelium Doctorem, storem, atque visitatorem ex Etymologia nominis denotat, præcipuaque ilıs cura in vera Christi Ecclesia in 4. potissimum capitibus sese exserit, pri› scilicet ea, quæ sunt ordinis, comprehendit, & sic administrare sacramen, concionari, ligare, & solvere peccata, *2do* ea, quæ ad legem Diœcesam pertinent, sub se continet, hucque præcipue Administratio bonorum Ecsiasticorum, constitutio præpositorum pertinet, ut & potestatem celebrandi nodos Diœcesanas, exigendi charitativas includit. *3tio* ea, quæ sunt Jurisdiınis Ecclesiasticæ, denotat, & sic decisionem causarum spiritualium, audien-

tiam Episcopalem, & irrogationem pœnarum canonicarum involvit. 4
mum ea, quæ dignitatem Episcopalem constituunt, significat, qua supra
eminet, plura quidem ex hisce capitibus apud DD. Protestantes secundum
cipia ipsius Augustanæ Confessionis abierunt in desuetudinem, & plane c
remanet tamen penes illos quoque, quod eorum ita dictus Episcopus, ig
tem populum vel actu concionibus edoceat, sacræ scripturæ sensum ex
epulum sacrum morientibus præbeat, vel facultatem saltem omnia hæc a
strandi habeat, & quæ plura sunt ejusmodi, ut ea saltem exercere possit,
casio id exigat, verum quæso qua ratione hæc omnia cum idea Principi
que Rectoris Civilis combinare præsumes? quomodo eum, qui mane su
insidens dispositiones circa felicitatem subditorum, circa tranquillitatem
conservandam fecerat, eum inquam a prandio hærentem in cathedra,
fidelibus verbum Dei humillime prædicantem imaginaberis? Ubi necess
Episcopo, quod caput est, ordinatio? quis ordinat Principem, nonne i
tum quid est? audio quidem mihi objici, non implicare in Imperio nost
plicem a Principibus Catholicis Ecclesiasticis personam repræsentari, ergo
quoque de principibus laicis dicendum esse; verum crassa utriusque rei
ritas: Episcopis ad meliorem subsistentiam, commodamque totius cleri
tationem, variæ terræ partim in feudum, partim in proprium a piissimi
datoribus assignatæ sunt, & a sequentium Imperatorum clementia adeo
ctæ, ut in integras provincias eorum terræ excreverint, consequenter,
ditos acceperint, necesse est, quorum actiones, atque negotia civilia de
nare debuerunt; hinc ab antiquissimis jamjam temporibus in status, ac
pes, semper tamen ratione sui sacri officii adoptati sunt ita, ut character
spiritualis, atque Ecclesiasticus principaliter permaneret, & negotia sæ
saltem per accidens quodammodo administrarent; verum in Principes
res ex notione rei transferri a populo, & respective ab Imperatore nil ali
tuit, quam ut felicitatem suorum subditorum externam quovis modo p
verent. Cur illud itaque iis hodie tribuere volumus? *2do* animarum cu
tam levi oculo pertractanda est, sed certa ad eam scientia, & habilitas
ritur, verum ubi unquam constat, Principem quendam Acatholicum in
eruditum fuisse, ut populo prædicaret? Facile igitur fluit ex hisce om
impossibile esse doctrinam hanc jurium Episcopalium, utpote sanæ ration
trariam instrumento P. W. suffulciri, sed potius demonstrari potest, omn
ductas inde conclusiones, tam si quæstio sit inter ipsos A. C. addictos, ac
Catholicis, & Protestantibus agatur, falsissimas esse.

§. VII.

Et primum quidem quod attinet, suspensum est sæpius memorato
omne jus Diœcesanum, quoad A. C. addictos, Catholicorum Episcop

ergo Protestantes Principes soli intuitu subditorum suorum illud habeant, necesse est: Et A. C. subditi sub Dominis territorialibus Catholicis degentes prorsus immunes, exemti, & in negotio Jurisdictionis Ecclesiasticæ, si ita loqui fas est, independentes, *souverains* sunt, quam concinna conclusio? flueret inde *1mo* summa in Jurisdictione Ecclesiastica inter A. C. addictos subditos diversitas difformitasque, cum ii, qui sub Domino territoriali Acatholico deprehenderentur, ejusdem Jurisdictioni subjecti essent Ecclesiasticæ; qui vero sub Catholico, liberi plane forent, irrestricti, dissolutique ita, ut quivis etiam infimæ plebis, esset Episcopus, Papaque; quæ inconvenientia tanto major est, cum non libertatem conscientiæ, sed alia prorsus tangat. Libertate enim conscientiæ perfecta ut & sub Domino territoriali Acatholico gaudeant, in vim principiorum Religionis, necesse cum sit, sequeretur in de *2do* quod contra omnem sanam rationem, statum Imperii publicum, & cujusvis prudentis mentem impingit, subditos sub Dominis territorialibus Catholicis degentes, atque ab iis toleratos, longe melioris conditionis esse, quam quæ competit iis, qui sub Domino territoriali suæ religionis deprehenduntur; sequeretur porro Dominum territorialem obligatum esse, ad tolerandos subditos, qui in iis etiam, in quibus superioritati territoriali subesse possunt, Domino territoriali subjici nollent. Deduci posset denique *3tio* ex principiis supra adductis Imperatorem, ne quidem in quæstionibus etiam per leges Imperii jamjam decisis quidquam efficere posse, cum religio Catholica eidem secundum dissentientium principia eodem modo, ac Domino territoriali Catholico obsisteret. Consequenter Cameræ Imperialis Nuntium sese ipsum a sua uxore separare, sicque partem, & judicem simul agere, & quidem ita, ut soli Deo rationem inde esset redditurus. Fatentur porro, & ex verbis Pacis Westphalicæ paulo superius allegatis fateri debent, Catholicum de se Jurisdictionis Ecclesiasticæ in Protestantes non esse incapacem, Episcopi etenim, qui anno 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam in A. C. status provinciales, & subditos exercuerunt, eandem & porro exercere possunt; ergo qualitas, diversitasque religionis ex natura rei neutiquam obstat, illud etenim, quod ex natura rei impossibile est, per annum decretorium, ejusque observantiam nunquam possibile efficitur. Sed Jurisdictionem Ecclesiasticam, quam supra descripsimus Catholicam, nullatenus Domini territoriales Catholici laici exercere possunt, ac volunt jurisdictio illa secundum superius dicta in A. C. subditos suspensa cum sit, de illa, de qua hic loquimur, quæque inferius pluribus adhuc explanabitur, instrumentum P. W. silet, atque silere debet; casus, qui huic toti quæstioni ansam præbet, tunc cum non extiterit, de Jurisdictione etenim Ecclesiastica in A. C. addictos subditos exercenda quæstio cum sit, plerumque supponitur casus ille, ubi Catholicus Dominus territorialis in territorium Principis protestantici succedit, quique una cum territorio omnia jura superioritate territoriali annexa, & competen-

petentia capessit, demonstranda itaque foret expressa Domini territorialis Catholici in legibus Imperii facta prohibitio, deberet hæc pace Religiosa & Westphalica contineri, & demonstrari posse, summos paciscentes etiam iis in causis, sub quibus antecedenter Jurisdictioni Ecclesiasticæ substiterunt, voluisse efficere tot suprematus, souverains, quot ejusmodi subditi in tali territorio inveniretur. Securitati Religionis, ejusdemque exercitii, libertati conscientiæ, tranquillæ bonorum possessioni fuisse prospectum in instrumento Pacis Westphalicæ quidem sæpe deprehendimus, neutiqam vero decisiones tales, quas inconcinne quidam excogitarunt, reperimus. Quæ §pho superiori proposui, ex mente Clarissimi SCHMAUSSII Lib. 2. cap. 14. §. 3. cum sint, adjiciamus PERTSCHII & HÆBERLINI in hoc Compendium annotationes, ubi ajunt: *hinc Catholicis pari ratione, ac Protestantibus competeret Jurisdictio Ecclesiastica, nisi illis religionis suæ principia obstarent.* Habemus itaque duumviros in republica litteraria maxime illustres confitentes, neutiquam instrumenta pacis, neutiquam principia Augustanæ Confessionis, sed solam, ut opinantur, religionem Catholicam hoc in negotio obsistere, quæ cujus momenti sit, de jure tertii facta exceptio, infra magis dilucidabitur; quam parum porro recensita superius ex jure Episcopali, & sic mediate saltem ex superioritate territoriali deducta principia recentioribus Dominis Protestantibus placeant, ex nota sermonibus academicis SCHMAUSSIANIS, qui anno 1766. in publicum prodierunt ut opus posthumum, elucet, ibi enim ad L. 2. cap. 14. §. 3. sic habetur: Diese Grundsätze haben zu gefährlichen Folgungen Anlaß gegeben, die teutsche Fürsten haben ihre Landeshoheit vom Kayser, da nun die Kayser selbst keine geistliche Gewalt haben, so konten sie auch nicht selbige denen Ständen nebst der Landeshoheit verleyhen; Es ist also richtiger, daß man die denen Landesherrn zuständige geistliche Gewalt, nicht aus der Landeshoheit, sondern aus einer freywilligen Uebertragung der Kirche herleite. Quid quæso est clarius? quid magis evidens est? quam intentionem paciscentium fuisse perpetuum illum litium fomitem extinguere, quodque satis, atque unice fecerunt, potestatem Episcoporum ratione Protestantium determinando, & certos bonorum Ecclesiasticorum possidendorum terminos stabiliendo, huc unice annus ille decretorius, ... sed alia plane Jurisdictionis Ecclesiasticæ Principum laicorum in subditos Protestantes fundamenta sunt, illamque instrumentum P. utpote in contradictione non existentem determinare non voluit, ut infra clarius docebo. Jejuna itaque hæc sunt systematis Episcopalis argumenta, imo a Clarissimis Juris publici Doctoribus Protestanticis ipsis diu explosa *p*). Ad ea itaque, quæ saniores ex nostris

p) BÖHMERUS Jure Ecclesiastico Protestantium Lib. I. tit. de officio judicis sic ait: Vulgata est plurimorum protestantium Doctorum sententia Principes Evangelicos esse Episcopos in suis territoriis, illosque iisdem juribus, quibus fruuntur Episcopi Catholici, gaudere. Enimvero hanc doctrinam penitius ani-

ſtris adverſariis adaptarunt, & majorem ſaltem veritatis ſpeciem præ ſe fe-
ar, tranſcendamus.

§. VIII.

Ajunt porro adverſæ ſententiæ patroni, pro Proteſtantibus militare ſe-
·itatem religionis, quæ ipſis per Pacem Weſtphalicam ſtabilita, quacum nun-
am conſiſtere poſſit Jurisdictio Eccleſiaſtica in cauſis Proteſtantium a Catho-
, quiscunque demum ille fuerit, exercenda; jungunt *2do* æqualitatem
nimodam in pace Weſtphalica Proteſtantibus expreſſiſſime conceſſam, qua-
n parum bene concordaret Catholico in A. C. ſubditos convenire Jurisdictio-
n Eccleſiaſticam, cum Catholici eandem Domino territoriali Catholico nun-
ım concedere velint, quomodo, ajunt, obſervatur æqualitas? ſi in cauſis
oteſtantium Eccleſiaſticis jus dicere liceat Catholico, ſed vice verſa ad unani-
m Catholicorum mentem non liceat. *3tium*, quod proponunt fundamen-
, ex quo inſimul argumentum, quod ſupra §pho præcedente ſummopere
ebam, eludere volunt, conſiſtit in eo, ipſam religionis diverſitatem, ejus-
ıque principia anomaliam introducere, & quamvis reſpective ſubditi A. C.
Catholico Domino territoriali, reſpective Principes Proteſtantes intuitu ſu-
morum Imperii Tribunalium videantur evadere ſupremi, ſouverains, per
nihilominus nexum Imperii, aut reſpective ſubordinationem Imperatori
itam non lædi, non enim eſſe unicam hanc Juris publici noſtri anomaliam,
m cum religionis diverſitate neceſſitas introduxiſſet, id quod, ex pluribus
mplis, & anomaliis probare volunt, & ut unicam ſaltem allegent, confir-
ionis ergo ad jus eundi in partes, quod ſane anomali quid includit, provo-
t. Sedenim argumenta hæc veritatis ſpeciem præ ſe ferentia penitius ſi in-
iantur, maturiori in examine ea vix ſubſiſtere, & ipſi Doctores Proteſtan-
affirmabunt; ſecuritati etenim religionis, quod primum eſt, ſatis jam, &
icienter per ipſam pacem Religioſam, & Weſtphalicam, per hoc, quod
C. nil contrarium ſtatui, injungique poſſit, quod ſecundum religionis ſuæ
ıcipia perſonæ dijudicari debeant, proſpectum eſt. Diverſitas religionis,
itiam, confidentiam, nexum, amoremque mutuum ſi tolleret, de Imperio
diu actum foret, & conclamatum; eadem pax Religioſa, eadem pax Weſt-
lica ſecuritatem religionis quæ munit, jura quoque Dominorum territoria-
n tam in politicis, quam in eccleſiaſticis verbis diſſertiſſimis ſtabilivit; Juris-

 dictio-

animo pervolventi, inſignes ſcopuli ſeſe obtulerunt, quos ſuperari haud poſſe
credidi, donec ſententiæ receptæ inſiſteretur, animadvertebam enim revera
eo ipſo minui poteſtatem Principum noſtrorum in ſacris, & tacite concedi,
poteſtatem hanc Principi qua tali haud competere, ſed Clericorum propriam
eſſe, inde ulterius concluſiones plures falſas in praxin Proteſtantium proma-
naſſe, imo & Pontificiis anſam dari obſervavi, jura noſtrorum Principum ca-
villationibus infirmandi, & noſtrates proprio gladio jugulandi.

dictionem Ecclesiasticam si velint administrare Domini territoriales Catholici illam, quæ Augustanæ Confessioni, illam, quæ principiis Protestantium con formis est, exercent. Ex eodem fundamento, si diversitas religionis securita tem everteret, argumentari liceret, in omnibus quoque causis civilibus Pro testantes a Catholicis non posse dijudicari, quis vero non intelligit ejusmod principia ad nexum totius imperii dissolvendum viam sternere, & pro diversi tate religionis inter subditos, diversos quoque judices omnibus in causis essi constituendos; Imo si pergimus nonne ferme generaliter observari videmus adeo a Dominis territorialibus Catholicis ipsis A. C. addictis subditis (necessita an sit, abstrahimus) religionis suæ propria consistoria constitui, & sic ho ipso denuo securitati abundanter prospici: quæstio demum hic non est, nec esl potest, utrum per A. C. addictum Principem magis, quam per Catholicum securitas obtineatur, sed rei cardo in eo versatur, utrum ad mentem legum Im perii securitas sufficiens non sit, quamvis a Catholicis exerceatur sæpe dicta Ju risdictio Ecclesiastica: contrariatur porro hæc objectio tam vage posita ip P. W. menti, & dispositioni, quæ statum inter utriusque religionis consorte quietum, amicum, & pacificum intendit, & firmare allaborat; contrariantu & ipsa porro Art. V. § 48. verba: ubi: *A. C. addicti status provinciales, & su diti, qui anno 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam agnoverunt, in iis causis mo dicta, Episcoporum Jurisdictioni subesse* jubentur, qui Augustanam Confessione nullatenus concernunt. Colligit hinc quivis; ergo subesse Jurisdictioni Eccl siasticæ cujusdam Principis Catholici securitati religionis non contrariatur, cu alias eo ipso contradictio admitti deberet; contrariatur porro Art. VIII. §. modo dicta objectio, vi cujus omnes, & singuli, Electores, Principes, & st tus Imperii in libero juris territorialis tam in politicis, quam Ecclesiastic exercitio, quæ Ecclesiastica sane Catholicorum concernere nequeunt, stabiliu tur, universæ demum P. W. mens, totiesque inculcatus finis ejusmodi objecti ni adversatur; Æqualitatem inter utriusque religionis consortes quod attine hanc in jure, non in modo consistere, plus, quam clarum est; sola Art V §. 1. inspectio assertum nostrum probat: inter utriusque religionis Electore Principes, status omnes, & singulos sit æqualitas exacta, mutuaque, ita, u quod uni parti justum, alteri quoque justum esse debeat; æqualitas aute quoad modum, secundum religionis diversitatem absolute debet esse diversa, diversitate etenim religionis æquale jus, & justitia obtinere debet, modo it que diverso justitiæ æqualitas procuranda, quod sit, per se patet, infinitæ e enim alias, atque falsissimæ deducerentur, si illa paritas crude adeo sumi d beret, conclusiones; quoad modum enim, cum hic ipsa tangat religionis pri cipia, diversitas necessaria est, & in hac præcise diversitate secundum eande nihilominus justitiam ordinata illa subsistit æqualitas; quævis religionis pa secundum sua jura, modum suum, principia sua, dijudicari cum debeat, cu

ip

ipsa loquimur Pace Westphalica; citatis etenim verbis additur, & absolute addi debuit: quatenus formæ reipublicæ, Constitutionibus Imperii, & præsenti conventioni conformis est, servetur æqualitas: Anomaliam denique cum ipsa religionis diversitate introduxisse necessitatem, hac in materia negamus, pernegamus, & quid quæso facilius esset, quam pro cujusvis privati sententia heterodoxa quælibet in Jure publico statuere, semperque ad anomaliam provocare, ab una etenim anomalia ad aliam nullum procedit (ut omnibus notum est) argumentum; imo si quidquam ut anomalum attendere velimus, idipsum legibus, ut statutum sit, necesse est. Illud denique, quod anomalum est, si reliquis cum principiis, aut constitutione publica, universalique ratione combinari non possit, rationem, non ipsam dispositionem in anomalis quærimus. Sic jus eundi in partes, sic alia, quæ ex diversitate Religionis fluunt, principiisque aliis universalibus minus consona sunt, ad anomaliam, qualem qualem dispositionis ut demus rationem, referimus, novam autem præter leges anomaliam statuere non possumus: quamdiu itaque dissertissimis legum verbis quidquam decisum non est, dispositionem cum non habeamus, perperam hoc vel illud esse dispositionem anomalam statuimus.

§. IX.

Plures Recentiorum Doctorum Juris publici Protestantium, præcipue Illustrissimus, & de omni Jurisprudentia immortaliter meritus Cameræ Imperialis Assessor L. B. de CRAMER *q*) distinctionem quandam juris sacrorum Collegialis, & Majestatici admittunt, ita statuentes: negotio reformationis ad finem perducto necessario etiam intrinsecum Religionis determinandum fuerat, exorti etenim sunt varii, atque varii cætus credentium, necessario quoque negotia Ecclesiastica, & causæ credentium spirituales ortæ sunt ab ipso cætu per necessariam consequentiam determinandæ, societas enim æqualis est, in qua nulli membro præ aliis prærogativa aliqua, vel aliud jus specificum competit, fluit hinc primo (ajunt) communionis qua talis esse, membra ejusdem societatis assumere, atque excludere, ordinare Ecclesiæ Ministros, & Concionatores, supra negotia Ecclesiastica deliberare, Decreta facere, & quæ sunt reliqua *r*). *2do* illum, qui ejusdem societatis membrum nec est, nec esse cupit, impossibiliter illius

q) Observationibus juris universi observatione 419. p. 899. & seq. Illustris quoque PÜTTERUS in Elementis Juris Publici Germanici, ESTOR in Jur. Publ. Protest. Ecclesiast. in eadem sunt sententia, quam & jam olim PUFFENDORFFIUS amplexus fuerat. Conferantur ESTORS neue kleine Schriften 1ten B. 9tes St. §. 17.

r) PFAFFIUS in seinem Evangelischen Kirchen-Recht. CYPRIANUS im Kirchen-Regiment pag. 861.

illius caput esse posse s). 3tio inde, arguunt Protestantes, in suis negotiis religionis, & Ministerialibus eo minus dispositionem aliquam derivari posse t) quo Judaei adeo, anabaptistæ, ubi tolerantur, in determinandis suis negotiis Ecclesiasticis nullatenus impediuntur, pergunt ulterius: cum viderent Protestantes consensum singulorum non facile adeo in omnibus obvenientiis haberi posse, summam rei Ecclesiasticæ in unum vel plures transtulere, ut eo commodius administrarentur, sed cum Ecclesia præter inspectionem, & directionem protectione insimul, ac firma contra quosvis turbatores defensione indigeat, congruum fuit, ut in manus Principis sacrum illud depositum collocaretur, dummodo ejusdem societatis, ejusdem cætus membrum sit, alias voluntaria hæc translatio implicat, hincque deducunt Catholicum Principem, ut ut summum, & irrestrictum in negotiis civium politicis imperium habeat, eo magis hujus rei incapacem esse, quo potius Jus Canonicum u), Jus territoriale Civile, a jure territoriali, quod sacerdotium continet, adeo separet, ut duo magna cæli luminaria non magis distare videantur; & omnes Principes sæculares ab omnis Jurisdictionis Ecclesiasticæ umbra sub pœna banni removeat w) nisi certis in causis aliqua cognitio ipsis indulta sit a Pontifice x): nunc vero jamjam in Pace Religiosa y) & demum instrumento Pacis Westphalicæ, tanquam lege Imperii fundamentali suspensa est omnis Jurisdictio summi Pontificis quoad acatholicos, qua ratione igitur Papa, & Clerus principibus Catholicis laieis, vim, atque potestatem exercendæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ tribuere poterit; nam, quod quis nec actu, nec potentia possidet, illud in alium quoque nulla ratione transferre potest, hancque doctrinam cum principiis Ecclesiæ primævæ optime convenire asserunt z), sunt tamen quædam religionis capita, quæ non ad substantialia, sed adiaphoris annumerant, & hæc Principi etiam Catholico non denegant. Huc referunt primo jus circa conciones, adeoque jus præfigendi tempus,

s) Estor Jus publicum Ecclesiarum Protest. cap. 22. §. 7. p. 178. & seq.

t) De habitu religionis ad vitam civilem Puffendorff. Gundling in via ad veritatem Parte 3. cap. 35. Von Zech in Meditationibus de origine, indole, effectibus, atque historia Juris reformandi. Struben im 2ten Theil der Nebenstunden. p. 221.

u) Cap. 6. X. de Majoritate, & obedientia.

w) cap. 2. & 16. X. de foro competente.

x) Cap. 17. X. de Judiciis. König in principiis Juris Canonici Lib. 2. tit. 1mo. nr. 481.

y) §. 2. des Religions-Frieden Art. V. §. 48.

z) Ernest. Ludwig Preuschens Tractat, daß ein Catholischer Landsherr in Ehe- und andern Kirchen-Sachen seine Evangelischen Unterthanen zu erkennen nicht befugt sey.

is, quo durare debeant, removendi concionatores turbulentos, & quæ sunt ia. 2do concedunt Principi Catholico jus indicendi preces publicas suis subditis Protestantibus, dummodo in iis non injungantur certæ formulæ, quæ Augustanæ Confessioni, & libertati conscientiæ adversantur. v. g. invocatio sanctorum, preces pro mortuis &c. eodem modo de cantionibus, de Musica tam vocali, quam instrumentali tenendum censent. Sed de cultu imaginum a Protestantibus exhibendo, de adoratione Venerabilis ne mentio quidem facienda. Quod tamen quosdam jam Catholicos Principes ratione suorum subditorum Protestantium tentasse conqueruntur aa) sic festorum celebrationem illis injungere nequit, jubet autem, ut a laboribus strepitum excitantibus certis diebus desistant, sic & confectio Calendarii cum tam determinationem festorum, quam præcipue res politiæ, & commercii concernat, Domino territoriali Catholico laico ab ipsis non detrectatur, huc quoque adducunt jus reformandi, & jus introducendi simultaneum, in quantum id salvis illius religionis principiis fieri potest, quæ annum normalem pro se habet bb) sed ad substantialia, intrinsecum ipsius religionis præcipue connumerant constitutionem Ministrorum Ecclesiæ, aliarumque personarum ad Dicasteria Ecclesiastica spectantium exceptioem, minimam quamvis tam in prima, quam ulteriori instantia causarum Ecclesiasticarum cognitionem, & personarum dijudicationem, imo nec recursum ad Principem Catholicum in causis eorum spiritualibus tribuunt, & quæ sunt alia. En systema sacrorum collegiale, sed ut ut plausibilia hæc argumenta videantur, & veritatis speciem præ se ferant, videbimus tamen hoc systema Principiis Juris publici universalis, & etiam ad mentem ipsius A. C. & Instrumenti P. W. falsum esse, & in ipso exercitio, atque praxi, neutiquam posse applicari.

§. X.

aa) FABRI Staats-Canzley Tom. 17. pag. 199. Electa juris publici Tom. 2. p. 224. querelas inde ortas vero fundari in gravamine vix deprehendo; verum etenim sub speciebus sacramentalibus latere Deum, Catholici dum credunt, ab omnibus iis, qui in Ecclesia, aut processioni præsentes sunt, debitam exhibendam esse reverentiam, jure urgebunt Catholici; alternativa cum semper Protestantibus competat, vel recedendi, atque ex hujusmodi locis emanendi, vel debitam reverentiam exhibendi, quam si non exhibent, & nihilominus præsentes esse volunt, quod urgeantur, nemini, nisi sibimet ipsis imputare debent, eo magis, quo gravior secundum principia Catholicorum erga Supremum Numen ab iis committitur injuria, quoque magis constat, in ipsa adeo Hollandia Protestantes, Catholicorum si intersint sacris, debitam reverentiam exhibere.

bb) BÖHMERUS Jure Ecclesiastico Protestant. L. I. tit. I. §. 76. & MASCOVIUS Jure publico L. 6. cap. 2.

§. X.

Societas qua plures familiæ segreges promovendæ felicitatis externæ gratia congregantur, civitas, vocatur, hujus itaque qua talis est, determinare, quomodo suam felicitatem promovere cupiat, an supremam illam potestatem cætui qua tali retinere, an in certas collocare familias, an demum in unum conferre malint, & sic ex libera illius determinatione status Democraticus, vel Aristocraticus, vel Monarchicus, vel forma denique status mixta oritur, ut ex Jure publico universali constat. Sed an idem quoque in nostra hac materia asserendum est? Neutiquam sane, non enim de cætu sese primum congregante, sed de statibus jamjam formatis, de civitatibus minoribus jamjam constitutis loquimur, ubi subditis amplius nihil juris relictum esse potest, utpote cui in propriam gratiam, atque favorem renuntiarunt, omnemque vim, ac potestatem in Imperatorem, & Imperium, & per hoc in Principes suos, tot jam a sæculis transtulerunt, & continua serie absque omni contradictione agnoverunt, qua ratione igitur subditi jus Principum ac Dominorum Catholicorum a tam longo temporis intervallo ipsis quæsitum (si in sensu Juris publici loquimur, & religionem etiam ad negotia politica referamus) ipsis adimere, atque sibi attribuere poterunt *cc*). Quam pulchra sane principia ideæ Rectoris civilis, ac notioni subditorum contraria! sed præter hoc, quod sanæ politicæ adversantur, cum ipsa quoque Augustana Confessione, & genuinis nascentis Ecclesiæ principiis non conveniunt; quid enim ab initio statim litium contra Catholicos magis declamarunt, quam Imperatorem summum in causis Imperii Ecclesiasticis Pontificem esse oportere, & sic quemvis Dominum territorialem liberam in sacris dispositionem, cum supremo in politicis Imperio ex idea Rectoris rite conjungere cum sic demum, detestandum illud malum, status in statu esse, evitetur quomodo itaque cum hisce omnibus systema hoc collegiale combinare præsumas? nonne per hoc illud ipsum malum incurres, quod ante summo studio evitare allaborasti, quid enim quæso statum in statu magis sapere potest? quam si subditis jura certa competant, quibus Principes etiam ad invidiam suam sese privatos videre debent. Falsa igitur esse hæc omnia, claris oculis perspicimus, sed & in praxi ea nullatenus applicari posse, demonstrabo. Summa sacrorum in Ecclesiis Protestantium ad ipsum cætum, qua talem pertinet, liberum itaque ipsi erit, eam in unum suorum membrorum privatorum transferre, hoc indubie sequitur, audeat nunc quæso civitas quædam protestans, tale quid relicto etiam suo Principe Acatholico præsumere, tristem sane hæ tentativæ exitum sortiretur, necessaria ergo est hæc translatio, saltem ratione Dominorum territorialium

cc) Aliter enim res se habet in vera Christi Ecclesia, quæ sacra sua ex puriori fonte, ex verbis scilicet sacræ Scripturæ derivat, & illa negotiis plane politicis non æquiparat, sed in sensu DD. Protestantium loquimur.

lium Protestantium, & sic Doctrina de juribus collegialibus limitationem jam tinet, quæ omnia tamen sequi deberent, si hoc systema subsisteret; adducta num ab adversariis inhabilitas Principum Catholicorum laicorum, in ordine Jurisdictionem Ecclesiasticam exercendam in subditos, nisi in quantum ipsis ontifice indulta fuerit, hujus vero jura instrumento P. W. toties, quoties su- nsa esse, adeoque etiam in alium transferre nil posse, per se corruit, ut ile patet; verum quidem est laicum ab exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticæ ibus Canonicis prohiberi, sed ibi semper de casu, ubi de Catholicis inter se æstio est, agitur, nam respectu veræ Ecclesiæ Principes Catholici laici filios obedientes profitentur, & sic Jurisdictionis Ecclesiasticæ veræ incapaces it, quod autem subditos Protestantes attinet, Ecclesia ad exercendam in eos risdictionem Ecclesiasticam nec voluit dare indultum, nec ea Principes sæcu- es Catholici indigebant sed eam ex alio quodam fonte, ex regula scilicet ter- oriali, quæ ipsis cum Principibus Protestanticis eadem est, derivant, ut in- latius docebo; perpetuus porro Princeps foret subditorum delegatarius, *dentia* foret, non *necessitas* jura sacrorum in Principem transferre, effica- is saltem ab ipso exercenda: jura hæc, ut opinari licet, in sensu Adversario- n tempore demum reformationis in Principes translata fuerunt a subditis, de- ret hic posse ostendi, quando, qua ratione, quomodo hæc jura fuerint trans- a, præcipue cum consensu expresso opus fuerit, ad tantam translationem, jue immutationem, quæ revera pactum expressissimum utique requireret. on minor difficultas est, ubi, quando, & a quibus ante tempora reformatio- jura isthæc collegialia exercita fuerint. Quæstio demum hic non est quid- m ingeniose in hac materia excogitari possit, sed quid revera factum fuerit, de talis translatio actu facta poterit probari *dd*)? translatio hæc porro ab

 iis

dd) Quam parum autem de actuali ejusmodi translatione probanda, sed tantum de adornando systemate solliciti sint hujus sententiæ architecti perspiciat B. L. ex verbis supra jam citati celeberrimi Marburgensis Academiæ Vice-Cancellarii qui citato loco sic habet: Die Geschichte der andern Halbschied des 18ten Jahrhunderts preiset sich durch die Bemühung aufgeklärter Männer, fürnehmlich des Herrn Canzlers PFAFFENS zu Giesen glücklich, daß man ein ächtes, und standhaftes Lehrgebäude in den Collegial-Rechten der Evangelischen Kirchen aufgeführet hat. Damit dieses System auch nach Gründen der Vernunft feste stehe, so hat ISRAEL GOTTLIEB CUNZ de disciplinis moralibus sich als den geschicktesten Baumeister bewiesen, verba porro quibus citatam observationem orditur, audiamus, hæc sunt: §. 1. Finsternuß hatte die Rechtsgelehrte der Evangelischen Kirchen umfangen, einige griffen nach einem weltlichen Oberhaubt, die Begeisterung triebe sie zu einem Abentheur der Landeshoheit. Der Philosophische Irrwisch THOMAS HOBBES. de cive c. 18. §. 6. & 14. wurde zum Wegweiser ausersehen, man zerbrach die Catheder des Peters, und bauete einen Thron für den weltlichen Regenten, welchem man die Herrschaft über die Gewissen zuwälzen wollte, dieses seltene

iis cum fiat, qui in negotio religionis, & ordinationis ejusdem prorsus, ut supponunt, liberi sunt, esset liberrima, adeoque soli liberæ voluntati subditorum in acceptis ferenda, adeoque & Principi deneganda, imo vero Princeps nullum omnino jus haberet, talia jura exigendi; videmus itaque & hanc quoque jurium collegialium doctrinam, ut ut magna ab Adversariis deprædicetur, falso laborare supposito, & nil nisi inventum quoddam Recentiorum Juris publici Doctorum Protestantium esse, quod nullo modo impedire potest, quo minus Jurisdictio Ecclesiastica a Dominis territorialibus catholicis laicis in subditos Protestantes exerceatur, sed adest tamen adhuc 3tia Adversantium acies, quæ per adinventas varias rationes, atque legum contorsiones, eruere cupit, quod non obstante Regula territoriali Princeps Catholicus laicus omnis Jurisdictionis Ecclesiasticæ in suos subditos Acatholicos incapax sit, atque inhabilis, quod 3tio, & ultimo loco dilucidandum est.

§. XI.

Inter antiquiores RHEINKINKIUS, SINOLDUS, inter Recentiores vero BÖHMERUS, THOMASIUS, HERTIUS Jurisdictionem Ecclesiasticam

seltene System nennt man die Cæsaro-Papie; An der Stelle des Pabstes zu Rom sollten nun so viele Landesherrn, als Päbste erscheinen, jedoch die Evangelische Cæsaro-Papisten waren sich selbsten nicht hinlänglich bewust, sie dachten, den zu Rom wollen wir nicht, den Kayser dörffen wir dazu nur im Sinne machen, jedoch er seye es, aber ohne Kraft, das geht aber an, daß wir die Landesherrn die Stelle der teutschen Bischöffen einnehmen lassen, und ihnen das Jus Episcopale zueignen. Ait vir Celeberrimus: Doctores ad medium sæculi decimi octavi usque hac in re fuisse tenebris obvolutos, recentissimis demum temporibus detectam fuisse veritatem, at vero, si jura Collegialia, & Majestatica revera fuissent distincta, varia a cætu credentium in Principem translata, quomodo in re oculos mundi incurrente tenebris obvoluti potuissent esse Doctores, & quidem in re, quæ in facto, ut volunt, consistit, quæ non uno facto absolvitur, sed quæ ad minimum tot translationes requirit, quot sunt territoria, quæso quam densæ non deberent esse tenebræ, quæ tum visu, & attentione privassent Doctores, jura enim sunt translata in Principem a subditis, ergo totum negotium perspicere potuissent, nonne quivis subditus potuisset illustrare Doctores solum factum translationis ipsis ob oculos ponendo, cur omnes cæci fuerunt Doctores? cæcitas condonanda magis! si obtigisset uni, alterive, cur quæso ii, qui ante statum P. W. scripserunt, imo, qui durante reformatione, & statim post illam scripserunt, cur quæso ii ignorarunt factum, quod ipsis spectantibus peractum esse debuit? Cur Recentiores clarius vident? cur melius sciunt, quam ii, quibus præsentibus, spectantibus, consentientibus, & cooperantibus talis translatio fieri debuisset? miræ sane tenebræ, quæ non possibiles, non conceptibiles essent, si vere talis translatio contigisset, studiose prætereo varias, quæ cuivis occurrunt, reflexiones, atque ex his concludit mecum quilibet, systema hoc potius versari in eo, quid ingeniosius excogitetur, quam quid revera factum esse probari possit.

am Protestantium ex fundamento Regulæ territorialis sine dubio derivant, limitant statim, si scilicet loquela sit de A. C. addictis inter se, idem esse as- ;ntes, ex quonam fonte illam dicto in casu derivare malint, cæteroquin vero inctionem Principis, qua talis, & quatenus Ecclesiæ membrum est, sedulo iper instituendam esse, quoties Dominus territorialis in materia Religionis a subditis dissentiret, utpote qui eam, nisi anno 1624. in tranquilla ejusdem rcendæ possessione fuerit, in posterum quoque nullo modo habere possit, m pro regula communi, & universali, sicut in materia exercitii religionis, onorum Ecclesiasticorum possessione, ita & in hac materia, tanquam anne- juodam assumunt, quæ statueret, quid, & in quantum Jurisdictio hæc Pro- antium Ecclesiastica principibus Catholicis laicis competeret ee). Pergunt ro hæc omnia sanæ rationi, & libertati conscientiæ eo magis convenire, quo ius omnes catholici laici omnis Jurisdictionis Ecclesiasticæ incapaces sunt, & ;ura Papalia ipso facto incurrunt casu, quo eam exercere præsumant, ergo pter universalitatem legis idem quoque de Jurisdictione Ecclesiastica ab illis 'rotestantes exercenda tenendum esse. 3tio ajunt, quid clarius est, quid in- mentis Pacis religiosæ, & Westphalicæ magis consentaneum, quam negotia igionis nonnisi per viros, qui ex eodem cætu credentium sunt, administrari. a ratione porro mutua illa, exactaque inter utriusque religionis partem æqua- s instrumento P. W. toties, quoties inculcata subsisteret, cum Principes Aca- lici ne eos quidem in subditos Catholicos, qui annum normalem pro se al- ire non possunt, Jurisdictionem Ecclesiasticam ambiant, multo minus eam os, qui annum Decretorium pro se habent, desiderabunt, sed potius eorum lesiæ Ministros una cum subditis reliquis in aliorum Catholicorum Episcopo- i Diœceses inscribi faciunt, & Catholici Principes eam adeo in subditos Pro- antes Jurisdictionem Eccesiasticam ad se rapere volunt, quam anno 1624. latenus habuerunt, quam pulchra, ajunt, atque exacta æqualitas? 5to de- m obmovent Adversarii nostri instrumento P. W. expresse provisum esse ff), id si in Episcopatu Osnabrugensi Episcopus protestans esset, illum nihilomi- in subditos Catholicos Jurisdictionem Ecclesiasticam habere non posse, sed s in causis Ecclesiasticis, Archi-Episcopo Coloniensi subjectos esse, & sic a

 pari,

ee) Uti VETTERUS in seinem 4ten Einwurf, wieder die von einem Catholischen Landsherrn prætendirte Jurisdictionem Ecclesiasticam, über seine protestirende Unterthanen, p. 108. & 13. eruere conatur monendum hic obiter VETTERUM, qui edidit Wetzlariæ anno 52. Rechtliches Bedencken über drey wichtige die Religions-Freyheit im H. Römischen Reich betreffende Fragen, nil novi scripsisse, sed descripsisse tractatum quendam Anonymi qui sub finem prioris sæculi Ryswick distributus fuit, quique extat in examine Vindiciarum Juris reformandi. p. 16. & seq.

ff) Art. XIII. §. 8. versu: *ne etiam.*

pari, si Catholicus Episcopus sedem occuparet, illam quoque in subditos Protestantes habere non debeat, sed eis liberum in determinandis suis sacris Imperium hoc in casu relinquendum esse, & sic, quia Episcopi duplicem in Imperio nostro personam repræsentarent, non eorum jus Diœcesanum saltem, sed Jurisdictionem quoque Ecclesiasticam laicorum ademptam esse, cum in hoc Episcopatu Osnabrugensi Protestantes, & catholici Episcopi non in Ecclesiasticis saltem, & Episcopalibus; sed in politicis quoque, ac temporalibus continua alternatione succedant; videndum nobis itaque ultimo loco est, an non hoc tertium adversariorum systema male contra nos adducatur, ut ipsum nobis potius pro fundamento serviat, quod satis fecisse videbimur, si singulis ita respondebimus, ut impartialibus dubium non relinquatur, catholicos Principes laicos Jurisdictionem Ecclesiasticam in subditos Protestantes omni jure exercere.

§. XII.

Accrescente paulatim Statuum Imperii potentia, omnem quoque circa felicitatem subditorum nacti sunt dispositionem ita, ut tempore Interregni ita dicti Magni testante historia superioritas illorum territorialis prima vigoris sui incunabula cœperit, quæ ipsis plura per sæcula illæsa perstitit, quamvis nulla lege Imperii fundamentali adhuc fuerit roborata; verum, cum exorta illa religionis dissensio communem quandam perturbationem post se traheret, voluerunt paciscentes superioritatem Principum territorialem hucusque paulo labefactatam, non tantum restaurare, sed illam pro regula, & norma communi in omnibus omnino negotiis ita stabilire, ut quamdiu ejusdem limitatio ex verbis P. W. non eruitur, Principes territoriales illam salvam, atque integram in omnes subditorum actiones exercere habeant, quid enim clarius, quam verba Art. VIII. §. 1. *ut autem provisum sit, ne posthac in statu politico controversiæ oriantur, omnes, & singuli Electores, Principes, & status Imperii in antiquis suis juribus, prærogativis, libertate privilegiorum, libero juris territorialis tam in politicis, quam Ecclesiasticis exercitio firmati stabilitique sunto.* Et sic omnia jura statibus Imperii competentia, ex hoc fundamento deducuntur; primo ita dictum jus reformandi ad eandem regulam §. 30. Art. V. revocatur disertis verbis: *Quantum deinde ad Comites, Barones cum ejusmodi statibus immediatis una cum jure territorii, & superioritatis ex communi per totum Imperium usitata praxi jus reformandi exercitium religionis competat, ac dudum ejusmodi subditis a religione Domini territorialis dissentientibus jus emigrandi concessum est, insuper majoris concordiæ causa cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam religionem pertrahere, eave ex causa, in defensionem, aut protectionem sumere debeat, conventum est hoc idem porro quoque ab utriusque religionis statibus observari, nullique statui immediato, jus, quod ipso ratione territorii, & superioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere* nunc vero annon idipsum de Jurisdictione Ecclesiastica asserendum est, & eam, ex eodem fonte

eo

-o rectius derivabimus? quo magis primo nullo modo demonstrari potest? quod instrumentum P. W. hanc superioritatem territorialem Principum adeo dismembraverit, ut nostra hac in quæstione duplici Principis consideratione (ut Adversarii volunt) opus sit, nec distinguant, utrum ea a Principe Catholico, vel Protestante exerceatur quod tunc alios, atque alios effectus habere debeat, qua ratione igitur hæc Adversantium sententia cum sensu instrumenti Pacis Westphalicæ, superioritatem territorialem statuum tam in politicis, quam Ecclesiasticis firmiter adeo stabilientis combinabitur? eandem sane hæc Adversariorum sententia, quam supra de systemate jurium Collegialium adduximus, responsionem sustinet, falso scilicet laborat supposito, cum nobis de Principibus, quorum jura a tam longo temporis spatio stabilita sunt, loquela sit.

2do Quod annum decretorium attinet, ad quem recursum suum Protestantes amplectuntur, ille hanc regulam territorialem principum neutiquam limitat, imo in nostra hac quæstione attentionem plane meretur nullam *gg*), duplex enim ille annus objectum habet, retentionem exercitii religionis, & bonorum Ecclesiasticorum possessionem ex una, & determinationem juris Diœcesani ex altera parte complectitur; & primum quidem quod est, pro tranquilla saltem possessione, atque retentione exercitii religionis, & respective bonorum Ecclesiasticorum dimicat, quoad secundum vero exceptio est a communi regula, cum enim suspensa esset omnis Jurisdictio Episcopalis intuitu Protestantium, stabilivit ille, in quibus adhuc capitibus jus Episcoporum Diœcesanum in salvo manere debeat sed alia plane ratio est nostræ Jurisdictionis Ecclesiasticæ Dominorum Catholicorum laicorum in Protestantes exercendæ, de qua nos disserimus, nullam nec cum retentione exercitii religionis, nec cum jure Diœcesano Episcoporum affinitatem habet, quomodo igitur eandem juris applicationem facere poterimus?

Itane obliviscantur Doctores Protestantes sese ipsos, multa attulisse ex historia Imperii exempla, ubi ante reformationem jure sacrorum jamjam gavisi fuere Principes Catholici, varii ut LUDWIG de S. R. I. Principum potestate ante paces Religionis REINHARD de jure circa sacra Principum Germaniæ statuere conati fuerunt, quomodo inhabilitatem allegare poterunt Adersarii, sive jus Canonicum, sive Concilium Tridentinum objiciant, non enim exin, sed ex principiis Juris publici universalis Jurisdictionem suam Ecclesiasticam in aliquod collegium e mente P. W. extendit jura sacrorum in ordine ad Protestantes, Catholici non in sensu juris Canonici, sed pro solitario juris territorialis effectu adoptarunt, inque omne collegium inspectionem generalem Principi competere cum

gg) Uti BOCRISIUS in Disputatione „de onere probandi subditis in Religione a Domino territoriali dissentientibus, regulariter incumbente, luculenter probavit.

cum asseruerint, quidni & ipsis Catholicis Principibus eadem Jurisdictio eo ipso attributa est? sed graviora sunt, ad quæ transeo; ipsum P. W. instrumentum, si paciscentes A. C. addicti de eo meditati fuissent, quod Jurisdictionis Ecclesiasticæ in suos subditos diversæ religionis constatus suos Catholicos esse inhabiles, foret (quod dicere nefas) elusorium, audiamus: in Art. V. §. 48. expressis verbis absque omni dubio addixere Jurisdictionem Ecclesiasticam in subditos A. C., quatenus in anno Decretorio gavisi fuere, si itaque inhabilitatem credidissent, e jure Canonico revera una manu quod concedunt, altera eriperent, elusoria foret concessio, sed cum Pax Westphalica pro fonte Jurisdictionis Ecclesiasticæ posuerit superioritatem territorialem *hh*), quod in suo systemate jus Canonicum ignorat, salva res est, id quod jam supra uberius explanatum; liceat hic porro celeberrimi apud Viennenses Professoris Bocrisii in *Dissertatione de potestate indicendi ferias* §. 30. verba mea facere: „Palmarium fundamentum, „quod omnes objectiones cum fumo abire jubet, est sane illud, si unius Ponti„ficis contradictio per suspensam jurisdictionem est impedita, cujus tamen per „ante deducta unice contradicere, & qualitatem inhabilitatis ex suo jure urge„re competiit, sane nemo plane hodie statui Catholico contradicere audebit, & „ubi suspensio illius jurisdictionis fecit dormire illam, quæ inhabiles reddat Ca„tholicos; vel jurisdictioni suspensæ effectum prius demas, aut inhabilitatem „silentio lubentius involvas, quam talia contradictoria hodie in causis mere Ju„ris publici amplius in medium proferre, permisit enim pax Westphalica hodie „omnibus statibus, vel membris Imperii immediatis, quidquid ordinis gratia „ad religionem pertinet, exceptio enim & in nostro casu firmat regulam, quodsi „igitur Domino territoriali nulla dispositio competit circa ea, quæ ad Augusta„nam Confessionem spectant, ceu, quæ credenda, & interna cultus Divini in„ten-

hh) Instrumentum P. W. in Art. V. §. 48. expressissimis terminis statuit, jus sacrorum, Jurisdictionem Ecclesiasticam intra terminos cujusvis territorii sese continere debere, ad solam itaque superioritatem territorialem ad terminos territorii instrumenti Pac. Westph. dispositio respicit, omnino vero jura collegialia, Majestatica, translationem, inque ea subditorum erga Dominum territorialem beneficium ignorat, nulli statui immediato jus, quod ipsi ratione territorii; & superioritatis competit, impediri debere, cum statuat Art. V. §. 30. quid intendit aliud, nisi jura illa superioritati territoriali esse annexa, si P. W. Art. V. §. 27. & 41. perlustremus, imo, si totius. P. W. mens & connexio inspiciatur, jus sacrorum intuitu Protestantium superioritati territoriali semper identificatur, cumque illa inseparabiliter connectitur, sola dicti Art. §. 29. inspectio sat probat, cum ait: tam ratione *juris reformandi, quam aliorum casuum religionem* concernentium, liberæ imperii civitates cum aliis statibus æquale jus habeant, quid quæso clarius quam §. 42. & 43. dispositio, ubi dicitur, nec a sola qualitate feudali, nec a Jurisdictione Criminali, jure gladii, sed a superioritate territoriali jus reformandi dependere.

tendunt, eo magis ergo curabit, quæ ad ordinem religionis ſpectant, ceu in quibus adhuc multum arbitrio hominum, ex Jure publico, & pacificatione quoad ſpecificaliorem determinationem relictum eſt, quoniam ex hoc puncto actiones ſubditorum ex neceſſitate, & utilitate publica, ſub eſſe debent Imperio civili.

Si porro, quid per Jurisdictionem Eccleſiaſticam intelligant ipſi Doctores 'roteſtantes penitius examinetur, apparebit facillimo negotio, hanc in ſubdi-os exerceri Proteſtantes neutiquam nec principiis Catholicorum, nec etiam ι. C. poſſe eſſe contrarium, libertatem conſcientiæ, religionis ſecuritatem, Au-uſtanam Confeſſionem manere in ſalvo, inſimulque Jurisdictionem Eccleſiaſti-am exerceri, optime conſiſtere poſſe luculenter cognoſcetur, diligenter pri-ιo ſeparanda eſt, inquiunt, religio ab eo, quod religioni extrinſecus adhibe-ır, ſeu œconomia religionis *interna* ab *externa* illam nullo modo humanæ vo-ıntatis arbitrio ſubeſſe dicunt, ſed religionem dirigere ad Ευταξίαν & Ευσχημο-σύνην inter civiles curas digniſſima fuit habita, atque ſic verum eſſe, *cujus eſt* :gio *illius eſt religio*. *2do* huc referunt jus religionem novandi, quod quoad jus nmutandi veterem per P. W. reſtrictum eſt, termino Decretorio. *3tio* loco ıs indicendi ferias conſtituunt, quod Dominis territorialibus eo magis tri-uunt, cum hanc ob cauſam Calendarium Gregorianum admittere noluerint, ɔ quod feriarum inductionem ad jura Majeſtatica ſpectare aſſerebant, quartum ıembrum in jure ordinandi Conſiſtoria Eccleſiaſtica abſolvitur, de quo iterum ɔ minus quod etiam Catholicis competat dubitari poteſt, quo clarius P. W. .rt. V. §. 31. inſtitutio Conſiſtoriorum, Miniſteriorum, tam Scholaſticorum, uam Eccleſiaſticorum, jus Patronatus, aliaque ſimilia ad annexa exercitii reli-ionis numerantur, cujus exercitii jus reformandi Dominis territorialibus, ſal-o termino Decretorio, attribuitur, adeoque ex ipſorum Proteſtantium Do-ıinorum mente Dominis territorialibus ſtabilitum eſt, quintum jus conſiſtit ı facultate conſtituendi Miniſtros ſacrorum, & 6tum in jure easdem perſo-as removendi, denegare idipſum Catholicis Dominis territorialibus eo minus oterunt, cum admittant jus divinum hac de re nihil definiiſſe. Objiciunt ta-ıen ulterius: ſane rationi convenit, & inſtrumento P. W. toties quoties incul-atum eſt, negotia religionis per ejusdem cætus miniſtros expediri debere: ſed uid hoc quæſo contra noſtram ſententiam probat aliud, quam quod Catholicus 'rinceps ſubditis ſuis Proteſtantibus non niſi de miniſtris, aliisque ad Dicaſte-ia Eccleſiaſtica ſpectantibus perſonis providere debeat, quam qui ejusdem ſem-er religionis ſint, ſed utrum ex hoc ſequatur Principem Catholicum laicum oſce viros conſtituere non poſſe, mediantibus hiſce perſonis cognitionem ali-uam etiam per viam appellationis in cauſis Eccleſiaſticis ad ſe trahere non poſ-:, quis probabit? quod de ſuſpenſione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Art. V. . 48. diſpoſitum eſt, ſane opus non eſt demonſtrare, quod illa ſuſpenſio jus

Episcopale saltem attineat, reliquis omnibus in suo vigore relictis. (tholici scilicet Principes laici Jurisdictionem Ecclesiasticam exercendo Protestantes, non exercent Jurisdictionem Episcoporum Catholicor quam non prætendunt, cum in missione Christi, quæ in Ecclesia Cath ca deprehenditur, fundatur, atque stabilitur, nec etiam exercent Jurisdic nem Ecclesiasticam Protestantium stricte dictam, quia omnia eorum neg Ecclesiastica per ejusdem religionis consortes expediuntur. Sed videan an non mutua illa, exactaque inter utramque religionis partem ledatur æqu tas? Domini scilicet territoriales Acatholici nullam in subditos Catholicos risdictionem Ecclesiasticam ambiunt, & Catholici status, etsi annum norma pro se non habeant, eam acriter adeo urgent, atque desiderant, verum q crassa utriusque rei disparitas? nonne enim Romano-Catholici Jurisdictio Ecclesiasticam in Divo Petro, ejusque Successoribus continua serie agnosc qui tot, & tot Jurisdictionis partes, in Patriarchas respective, Archi-Epi pos, Episcopos, Abbates communicant, laicum vero, quisquis ille sit, omni Jurisdictionis Ecclesiasticæ vere talis exercitio arcent, quid igitur Aca lici Principes aliud facere possunt, quam, ut subditos suos Catholicos eo, dictum modo, gubernent sane qui Turcas, Judæos, anabaptistas tolerare v eos secundum principia religionis suæ toleret, necesse est alias enim tolerat non tolerat, imo casu, quo & ipsi Catholici Principi laico sese in causis Ec siasticis subjicere vellent, hoc ipso amplius Romano-Catholici non forent. contrario, ubi talis unquam Hierarchia Ecclesiastica ex parte Protestantium peritur? quid impedimenti adduci potest? quominus Jurisdictio Ecclesiastic subditos Protestantes exerceatur, cum penes illos ex regula territoriali quæ co munis est & Catholicis & Protestantibus, derivetur; Catholici imo hac in æqualitatem adhuc magis observant, cum Protestantibus principibus idem ju circa res suas Ecclesiasticas tribuant, quod suis Dominis territorialibus Cat licis concedunt, & concedere possunt idem scilicet jus circa sacra, quod in ju promotionis, protectionis, atque cautionis consistit, idem inquam principil Protestanticis adversus subditos Catholicos permittunt, cur ergo illi id, qu tamen salvis suæ religionis principiis dare possunt, Catholicis denegabunt I minis territorialibus? denique quod Art. XIII. §. 8. versu *ne etiam* ratio Episcopatus Osnabrugensis dispositum est, rationem plane habet particulari mam *ii)* ne scilicet utriusque religiones consortes in continua illa Catholicoru

ii) Considerari etenim debet, quod in Episcopatu Osnabrugensi, tanquam in t ritorio Catholico Ecclesiastico permulti reperti fuerint status mediati. & s diti, cum nunc alternatio perpetua Catholici Episcopi & Protestantis stabil fuerit, determinari etiam debuit, quid, & quantum quivis ratione Jurisdictio Ecclesiasticæ in subditos diversæ religionis exercere habeat; ut omnibus di diis, motibusque obviaretur, quæ itaque dispositio ad Dominum territorial laicum, tam ratione objecti, quam singularitatis, neutiquam allegari potes

Proteſtantium alternatione ſub incertis quodammodo judiciis, atque Eccleſiæ
niſtris vagarentur; neceſſarium fuit ſtabilire, Jurisdictionem Eccleſiaſticam
oteſtantium etiam penes illos manere oportere; hæc ratio autem, cum in
nibus aliis ceſſet territoriis, aliam quoque utriusque rei diſpoſitionem eſſe
ortere facile quivis intelligit. Et quod de facili oppreſſione religionis Pro-
anticæ objicere volunt, inconcinne ſatis hic applicatur, cum primo Domini
ritoriales Catholici in ipſa fidei dogmata manus immittere nec poſſint, nec
int, & quod conſtitutionem Miniſtrorum Eccleſiæ, Dicaſteriorumque Eccle-
ticorum attinet, idem ſane erit, utrum Princeps perſonam habilem præſen-
, vel utrum plebs, ſive cætus hominem quendam idoneum conſtituat, *2do*
mini Proteſtantes didicerunt optime in rebus etiam non magni momenti ſub
etextu gravaminis Comitia adire, multo magis in caſu cujusdam oppreſſionis
ertatis conſcientiæ ad ea ſuis quærelis convolare non dubitabunt; imo ex
axi ipſa hic in Palatinatu noſtro patet falſum eſſe, quod de indubia religionis
: oppreſſione adducunt, nonne enim ſat tranquille utriusque religionis con-
tes in Patria noſtra ſecum invicem vivunt? nonne æqualibus ſinguli civium
ibus, atque privilegiis lætantur? quamvis Proteſtantes ſummam in rebus
s Eccleſiaſticis diſpoſitionem in manibus Sereniſſimi Electoris venerentur,
c omnia itaque ab Adverſariis adducta ſat gravia non ſunt, ut regulam illam
nmunem, univerſalem, perpetuam juris territorialis ſubvertant *kk*), hinc-
e audacter ſtatuo, quod Princeps territorialis nec tanquam Summus Epiſco-
s, nec in vim jurium collegialium exerceat Jurisdictionem hanc Eccleſiaſti-
n ſed ſuperioritatem territorialem ſolam eſſe, quæ illum ad eam exercen-
n qualificat, hæc ſuperioritas autem territorialis æqualis eſt, & pro Prote-
ntibus non magis, ac pro Catholicis pugnat; ergo & Princeps Catholicus,
i vel jam tempore litium religionis ſubditos proteſtantes ſub ſe habuit, vel
i ex poſt etiam Principi cuidam Acatholico in terris ſucceſſit, Jurisdictionem

kk) Sed e contrario ipſa hæc Dominorum Proteſtantium principia, cum ipſum jus ſacrorum poteſtati ſæculari, idque præcipue ex fundamento regulæ territorialis, teſtante ipſo BÖHMERO, & aliis tribuant, ſicut in ſeniu I. P. W. aliter fieri non poteſt; ſi exacta utriusque religionis paritas inſtrumento Pacis Weſtphalicæ toties, quoties inculcata obſervari velit, præſertim cum & ipſum I. P. W. Art. V. §. 48. clare in continuatione ſtatuat: *Catholicorum Auguſtanæ Confeſſioni addicti ſtatus Provinciales, & ſubditi, qui anno 1624. Jurisdictionem Eccleſiaſticam agnoverunt, in iis caſibus modo dictæ jurisdictioni ſubſint, qui Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernunt*, hincque Dominorum Catholicorum in Proteſtantes Jurisdictionem Eccleſiaſticam ſtatuit, illiusque eo ipſi tenet capaciſſimos. Cui §. 1. & 30. Art. V. omnimode aſſentiuntur, cum præſertim in omnibus ab Adverſariis noſtris adductis §§. jura ſaltem ſummi Pontificis, & cleri in materia exercendæ Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in Proteſtantes, nullatenus vero Principum Catholicorum ſæcularium ſuſpendantur, determinentur.

Ecclesiasticam in suos subditos Protestantes justissime exercebit. Jura Catholicorum Principum laicorum hac in materia statim post publicatam pacem a Protestanticis legatis, & Doctoribus Juris publici in dubium neutiquam vocata fuere, imo legatus Suecicus ad monitum Aulæ suæ anno 1654. declarabat, jura Catholicorum hac in re subverti nulla ratione posse. Cui & omnes reliqui Protestantes adstipulabantur, usque dum demum Legatus Brandenburgicus *ll*) Theses publicaverat, inter quas prima fuit, quod Domino territoriali Catholico non competat Jurisdictio Ecclesiastica in subditos Protestantes, sed statim iterum contra generalitatem hujus Theseos Legatus Suecicus rotunde pronunciavit protestatus, se huic Thesi neutiquam adsentire; patet itaque hanc rem in principio controversam non fuisse, cur ergo recentioribus demum temporibus illam dubiam, atque litigiosam reddere conantur? imo Recentiores quidam Juris publici Doctores Protestantes, cum aliter amplius respondere nequirent, eo abierunt *mm*), ut dicerent jus fortioris hac in re, sicut generatim in materia religionis prævalere; quam pulchræ, & pacificæ secundum pacem Westphalicam conclusiones!

FINIS.



Animadversiones Editoris.

Si quid circa Dissertationem Auctoris, uti de juribus *Collegialibus et Majestaticis*, de mutua aequalitate in hac controversia inter Catholicos et Protestantes observanda, de genuina mente Protestantium circa principium, unde Jurisdictio Ecclesiastica sit derivanda etc. fusius pertractatum cupias, vide Diss. FRANCKII, *Censura principii* etc. *Tomo 3. hujus Thesauri N. XIV*. ubi in Animadversionibus subjectis examinavi systema FRICKII de *triplici classe jurium Majestaticorum Episcopalium superiorum, et communium*; FRICKIO nunc respondit MOSERUS ipse, ad quem tamen confutandum systema suum excogitavit *Tract.* Von der Landeshoheit im Geistlichen 1773. Anhang *p. 872. seqq.* item SCHOTTIO, qui in Critica sua concoquere non potuit, a MOSERO candide negari Jurisdictionem Ecclesiasticam Domini territorialis ex translatione vel tacita vel expressa jurium collegialium in eundem facta repeti

ll) Una cum Anonymo in dem Ungrund des juris reformandi.

mm) In der Sammlung einiger Schriften von der im Westphälischen Frieden erlaubten Selbst-Hülf. pag. 299. nota 104.

peti posse: postquam denuo ostendit MOSERUS, quaenam tempore Reformationis, Pacis Religiosae et Westphalicae circa fontem, principium, titulum Juris sacrorum et in sacra fuerint Protestantium genuina fundamenta, id equidem rem facti esse, atque factis demonstrandam, non vero aut ratiociniis aut systematis a recentioribus plane Theologis aut Juris Consultis excogitatis; demum subjungit: „Da die Theorie von dem Unterschid zwischen Landesherrli„chen Majestäts- und Collegial Rechten in Religions- und Kirchensachen „kaum 50 Jahr alt ist; und noch jezo von vielen gründlichen Rechtsgelehrten „nicht angenommen oder ekannt wird; so ist schlechterdings unmöglich, daß „die Evangelische Landesherrn und Kirchen vor 100. 150. und 200. Jahren „von einem solchen Unterschid etwas gewust, und am allerwenigsten selbigen „zum Grund ihrer Handlungen gelegt haben können.

Propius ad scopum nostrum est, quod inquit MOSER l. cit. p. 743. sententiam de jurisdictione ecclesiastica Dominorum territorialium utriusque Religionis nec novam esse, nec Protestantibus in praejudicium quoddam cedere: objectionibus praecipuis, quod 1) tempore Tractatuum P. W. nulli Domino territoriali Catholico inciderit Jurisdictionem ecclesiasticam in subditos suos Protestantes exercere; atque hac ratione 2) una manu denuo Protestantibus ablatum fuisse, quod altera concessum fuerit, eoquod nunc agnoscere deberent jurisdictionem Domini territorialis Catholici loco jurisdictionis Episcopalis demum post tot conatus in eorum favorem suspensae; ita respondet cit. Scriptor, et quidem

Ad 1) inquit expeditum omnino non esse, an non etiam ante Pacem Westphalicam exempla jurisdictionis ecclesiasticae a Dominis territorialibus Catholicis in subditos Protestantes exercitae, uti a Duce Neoburgico in terris Juliacensibus et Montensibus, proferri queant: quodsi etiam ejusmodi quid concedatur, tum necdum a Dominis Catholicis praetensum fuisse; ingens nunc esse discrimen, cum ante eam pacem subditi a Religione Domini alieni vel territorio expelli potuerint, aut si tolerati fuerint jurisdictionem Episcopi, etsi Protestantes fuerint, debuerint agnoscere, hodie ex beneficio anni normalis etiam a Domino invito tolerandos, quare mirum non esse, si saltem jurisdictionem ecclesiasticam ex ipso illo Protestantium axiomate, *cujus est Regio, illius etiam est Religio*, in ejusmodi subditos Domini Catholici exercere velint. Ego vero satis exercitam eam jurisdictionem a Catholicis jam tum fuisse existimo, eoquod exipsis Protestantium ea aetate gravaminibus eluceat, a Dominis Catholicis Religionem Protestantium vel plane prohibitam, vel quoad exercitium ejusque modum restrictam, concessa alia, alia negata, reluctantes mandatis ejusmodi poenis coercitos fuisse, et quae similia sunt adhuc complura.

Ad 2) ait petitionem principii esse, probarique non posse, immo vere potius directe omnibus tractatibus pacis adversari assertum istud, quod mens Protestantium fuerit, ut subditi Protestantes omni omnino jurisdictione ecclesiastica Catholicorum etiam Dominorum territorialium immunes evaderent. Recte enimvero, cum ex omnibus ejus aetatis actis constet, nonnisi de jurisdictione proprie Ecclesiastica Episcoporum tanquam Episcoporum Protestantes conquestos fuisse; de hac vel restringenda, vel suspendenda vel tollenda invicem tractatum fuisse; de eadem dein plura §. 48. A. 5. in favorem Protestantium constituta; de jurisdictione Dominorum territorialium Protestantes Catholicis quaestionem status ne movere quidem potuerunt, nisi eodem halitu sibi evidentissime contradicere, idem ipsum modo affirmare, modo negare, principia sua eaque capitalia ipsimet destruere, atque ita causam suam gladio proprio jugulare maluissent.

De illo quoque casu, ubi Dominus territorialis Protestanticus Religionem Catholicam amplecteretur, aut Catholicus in territorium Protestanticum succederet inquit MOSER l. cit. p. 763. siquis sine praejudiciis loqui velit, ita statuendum esse: cum mutatio Religionis Reservato Ecclesiastico excepto nemini jus quodpiam aufferat, aut diversitas Religionis causa esse queat, cur pars superioritatis territorialis amittatur; ejusmodi Dominum territorialem jurisdictionem ecclesiasticam in Protestantes retinere, salva possessione anni normalis subditis favente: ita quidem loquendum ex analogia, cum ejusmodi eventus sit praeter Legem, neque Pace Religiosa neque westphalica aut nominatim aut satis clare decisus. Miror, cur hic eventus praeter Legem esse dicatur, cum enim Statibus singulis sine distinctione Religionis Jus Reformandi expressis verbis tribuatur, iidem alias in exercitio jurium supremorum tam in politicis, quam ecclesiasticis turbari prohibeantur, mutatio Religionis salvis juribus quibuscunque fieri possit, nemo ex praetextu Religionis jure alias sibi competente excludi jubeatur, hunc quoque casum satis clare decisum esse quivis praejudicio vacuus facile existimabit.



XIII. GE-

XIII.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER &c.
DIATRIBA INAUGURALIS
DE
JURE DIOECESANO
S. R. I. STATUUM PROTESTANTIUM.

Trevir.

§. I.

Jus Dioecesanum *nobis hic est suprema Religio et sacrorum provisio:* PROUT Jus Territoriale *est suprema reipublica cura, et rerum civilium provisio.* *

* *Juris Diœcesani* mentio occurrit in I. P. Osnabr. art. V. §. 48. in Verbis: *Jus Diœcesanum et tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus &c.* quo Loco Jurisdictionis Ecclesiasticæ a Jure Diœcesano diversitas nulla adstruitur, male interpretante Boehmero part. I. Lib. I. Tit. 31. §. 11. contra tenorem Textus: quid enim *tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus* sit aliud, *quam Jus Diœcesanum?* itaque *Synonima* ibi sunt *Vocabula*, melioris Explicationis, vel majoris Cautelæ, et energiæ gratia, ut videtur, selecta.

§. II.

Vocatur quoque *Jus Sacrorum*, seu *Jus in Sacra.* I. P. art. 13. §. 8. et ulgo *Jus Episcopale*, sic, ut apud nos germanos Domini regionum inde a uobus nondum completis sæculis passim se vocitent Episcopos, imo Papas, ocorum, in quibus Episcoporum *veteris religionis* pristina Jurisdictio suspensa st. *

* Vulgata est plerorumque Protestantium Juris Consultorum Sententia, et communis fere doctrina, Principes esse Episcopos in suis Territoriis, inquit *Boehmerus* Loc. cit. §. 19. hic ipse tamen loquendi modus nec ei arridet, nec ejus systemati congruit.

§. III.

§. III.

An recte ab aliis appelletur Jus Reformandi *exercitium Religionis* (de quo I. P. art. 5. §. 30. 39. 42. 44.) valde dubitamus. *

* Nam *Jus reformandi* (id est, veterem religionem a quodam Territorio proscribendi, aut aliam ei superinducendi) non importat *ex sese* sacrorum, in Statu Civitatis, receptorum, curam ac provisionem: Catholicus enim Princeps gaudet *Jure reformandi*, quin religione, quæ a suis Sacris discrepat, expulsa, *Jus* habeat *Episcopale*. Et Episcopi Catholici *Jus Diœcesanum* habent, quin gaudeant *Jure reformandi*. Nempe hoc derivant protestantes ex *Majestate* et *Territorii Jure*; illud vero ex *pactis* Imperii *publicis*, tanquam Exuvias Episcoporum Catholicorum, sibi *ad interim*, donec religionis Amica compositio sequetur, *fiduciaria* Depositi *Lege* concreditas. Ita saltem pragmatici eorum cum Carpzovio, reclamantibus modernis, maxime Boehmerianis, præstolantibus Catholicis, quinam sint prævalituri.

§. IV.

Jus *Diœcesanum* a Jure *Territorii*, seu Potestatem *Ecclesiasticam a civili* separandam esse, convenit inter Catholicos, et Augustanæ Confessioni addictos, *spectatis* utriusque religionis *principiis publicis*. *

* *Principiis*, inquam, *publicis*, quæ cognoscuntur ex Libris *publica Authoritate* præditis, et sic dictis *Symbolicis*, non ex *privatis* Boehmeri, aliorumve ei adhærentium *correctionibus*.

§. V.

Discrimen utriusque Juris ac Potestatis fieri a Catholicis, ostendit Can. cum ad verum 6. dist. 96. Christus Jesus *actibus propriis, et dignitatibus distinctis officia Potestatis utriusque discrevit*. *

* Adde Cap. *Solitæ* 6. de maj. et obed. §. 4. *fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt* Pontificalis *Authoritas*, et Regalis *Potestas*.

§. VI.

Protestantes hactenus Catholicis esse concordes, testatur Confessio Augustana. *

* Cujus Verba ex Editione latino-germanica Theologorum seren. Ducis Saxon. Joannis Georgii de anno 1628. hic transcribo: *nonnulli incommode commiscuerunt Potestatem Ecclesiasticam, et Potestatem gladii.... itaque nostri ad consolandas Conscientias coacti sunt ostendere discrimen Ecclesiasticæ Potestatis, et Potestatis gladii..... politica Administratio versatur circa alias*

res, quam Evangelium. Magistratus defendit, non mentes, sed corpora, et res corporales....... non igitur commiscendæ sunt Potestates, Ecclesiastica et civilis... discernunt nostri utriusque Potestatis Officia; et jubent utramque honore afficere, et agnoscere, utramque Dei Donum, et beneficium esse.... et denique discerni debet Imperium ab Ecclesiastica Jurisdictione.

§. VII.

Hinc tam A. C. addictis, quam Catholicis placet, hujusmodi Principem, ui utrumque gladium, *temporalem* videlicet et *spiritualem* gerit, sustinere *du-'icem Personam, Principis et Episcopi.* *

* Ita, ut qua *Princeps* sæcularibus, *qua Episcopus* Ecclesiasticis præsit. BOEHMERUS loc. cit. §. 19. sæcularem et *politicam* Potestatem teneat, Jure *hæreditario*, *Ecclesiasticam* vero ex *solennibus Germanorum Pactis*, transactione passaviensi, pace religiosa, Instrumento pacis, et immemorialis temporis observantia. CARPZOV. *lib.* I. *Jurisprudentiæ consistor. defin.* II. *n.* 14. TEXTOR *de Jure Episcoporum in terris protestantium anno* 1671. *edit. dissert. Thes.* I.

§. VIII.

Neque debere has duas origine, officio, fine, ac modo, discretas Po-:testates ab uno eodemque Dicasterio Principis exerceri, sed ad evitandam com-iistionem pro Ecclesiastica opus esse *Consistoriorum* peculiari Organo. *

* Nequaquam ergo diversæ hæ Jurisdictiones misceri, sed diversis in Judiciis tractari debent, quia diversa sunt crucifixus, et summa Potestas, Miles et Sacerdos, Imperator et Pastor, Regnum et Thuribulum, corporalia et spiritualia, arma et sacra, bellum atque Pax, Cæsar et Nuncius, Princeps et Minister, Dominus et Servus: monet idem CARPZOV. loc. cit.

§. IX.

Duplicem vero hanc Personam ajunt geri a Principibus istis *contingenter*: t nostris quidem Episcopis advenisse *Principatus* ex Munificentia Regum *, suis ero Principibus *Jus Diœcesanum ex pacto et observantia*, hocque posterius non in erpetuum, sed solummodo *donec durabit Religionis Scissura.* **

* Si quam habent Episcopi Potestatem gladii, hanc non habent Episcopi *ex Mandato Evangelii, sed Jure humano,* donatam *a Regibus* et Imperatoribus. CONF. AUGUST. *art.* 28.

** Hinc BOEHMERUS ibid. §. 22. refert, esse communem Protestantium doctrinam, quod Principes Evangelici *non proprio Jure* Episcopalia exerceant, sed magis ex *Concessione interimistica.* Et TEXTOR cit. diss. §. 28. docet, Status A. C. addictos posse quidem dici *quodammodo Dominos Jurium circa*

sacra, ita tamen, *ut Dominium eorum*, *si casus compositionis Ecclesiast.* *tingeret*, *resolveretur*. Firmiori itaque Vinculo *Principis Qualitas* *qualitati Episcopali* apud nos, quam Episcopi Qualitas principali ap Protestantes: hæc per se mere temporalis, provisoria, et incertæ nis est, illa vero perpetua.

§. X.

Ex qua doctrinâ proclivi sequela fluit I. *Jus Diœcesanum seu Sacro* *promanare ex Jure territoriali* *, neque hujus TOTIUS esse *partem*, u *potestativam*, aut *integrantem*. **

* Alias non forent duæ toto Cœlo diversæ Species, et Jus Diœcesanu nunc utuntur Principes Acatholici, esset hæreditarium, perpetuum que Casu resolubile. Quin adeo ipsum *Jus reformandi*, quod q Jure Diœcesano distinguendum esse supra monuimus, secundum I. P. ı EX Territorii Jure, sed CUM *Jure Territorii et superioritatis* EX ı NI PER TOTUM IMPERIUM HACTENUS USITATA PRAXI *statibus i* *tis competit*. Et merito caute selectus fuit iste modus loquendi: qu enim Status Imperii, saltem præcellentiores, veluti Electores, Du Principes jam ante Pacem Westphalicam possederint superioritatem te lem, nihilominus tamen, cum hæc non fuerit, nec sit hodienum s nulli subordinata, ac independens, merito negabatur, vi illius RELIGIONEM ANTIQUAM in toto Imperio *ceu religionem statu* vigentem, inducta aliqua nova abrogari in terris statuum particu igitur maluere summi et celsi compaciscentes pro fundamento Juris re di ponere *communem Praxin*, eamque, non ab olim, sed *hactenus* : via facti potius, quam Juris.

** Et merito, transeat enim, quod Jus Sacrorum *paganorum*, quæ sunt tionis pure *naturalis* et *humanæ*, sit Pars Majestatis: id tamen secus bet quoad Jus Sacrorum *christianorum*, quæ sunt *divinitus instituta* excelsa, et *supra* omnem humanam *naturam* ac mundanam pote cum vel ipsi gentiles ea Sacra, quæ a Diis prodita fuisse credeban quam Pontificibus, non crediderint.

§. XI.

Fluit II., non cohærere hoc systema Protestantium cum eo, quod Jus Sacrorum competiisse quidem a primordio Ecclesiæ Ministris ac Sac bus tantum in *Subsidium*, eo quod per tria sæcula non adessent Principes c ni; post Constantinum M. vero fuisse id penes Principes; horum oscita diisse illud ad Episcopos; demum inde a transactione Passaviensi *quodam* *Postliminii Jure*, ad eos, quorum erat, reversum esse. *

* Has fabulas contra omnem fidem historicam et Evangelicam cantari, æquus videbit ex duabus solidissimis Barthelianis dissertationibus, Wirceburg 1744. *de jure reformandi antiquo et novo* elaboratis.

§. XII.

Fluit, vel ipso fatente BOEHMERO §. 23. et 43. III. Jus *Episcopale* ıcipibus A. C. addictis *qua Principibus* non competere *, sed *clericis* ** pro- ... esse, ut proinde post Leges Imperii recentiores necessum sit fingere, Prin- *illos esse Episcopos vel Papas in suis Territoriis.*

In confesso hoc est, quod ea, *quæ sunt ordinis seu ministerii* sacri, ut est prædicatio publica verbi divini, administratio sacramentorum, potestas ligandi et absolvendi, quæ *clavium* dicitur. REINKINK. *de regim. eccles. Lib.* 3. *class.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. ubi sic: Principes diligenter cavere debent, ne vel usurpatione, vel administratione confundantur ea, quæ vel ipsa dei ordinatio, et negotii qualitas separavit. Quare Ministerii ecclesiastici partes proprias sibi sumere non debent, utpote prædicare, ligare, solvere &c. D. PAREUS *de jur. reg. quæst. ult. prop.* 5. *pag.* 81. CRAN. *de pac. rel. part.* 2. *probl.* 4. *connex.* 2. non enim iis dictum est: *euntes docete omnes gentes:* vocatione itaque destituuntur, sine qua nemo ministerium sumere debet. nec alieni muneris facienda usurpatio. Cap. *quod quidam* I. q. I. Cap. *nos si incompetenter* in not. II. q. 7. sed quilibet se debet suis terminis continere, Cap. *perlatum dist.* 88. et in vocatione sua permanere. 1. *Corinth.* 7. *v.* 20. ne sacrilegium incurrant Jeroboami, et Usiæ, volentium adolere incensum, quorum illi manus exaruit, hic Lepra percussus est. 1. *Reg.* 13. 2. *Paralipom.* 26.

* His enim solis in Apostolis dictum est a CHRISTO: *Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis super terram erunt, ligata et in Cælo: et quæcunque solveritis super Terram, erunt soluta et in Cælo. Math.* 18. *v.* 18. et ab Apostolo CHRISTI: *attendite vobis et universo gregi, in quo vos* SPIRITUS SANCTUS *posuit* EPISCOPOS, REGERE *Ecclesiam* DEI Actor. 20. v. 28.

§. XIII.

Non ergo Principes A. C. addicti suis in Terris sunt Episcopi NATI, FACTI: a quibus autem? an a CONFESSIONISTIS? an a suis subdi- ? an ab Episcopis et statibus Catholicis? *

Alium acquirendi modum non invenio: non enim ab ipso Deo Jus Episcopale volunt deducere, qui secundum illos Episcopatum plane non instituit.

§. XIV.

Non a CONFESSIONISTIS, nam Confessio Augustana noluit auferre iscopis Jurisdictionem Ecclesiasticam *, et hanc attribuere, (velut modo uuntur) *restituere* Principibus sæcularibus, ac statibus reliquis immedia- , ** ut apparebit legenti. ***

Verba recitemus: *hic necessario et de Jure divino debent eis* (Episcopis) *Ecclesiæ præstare obedientiam juxta illud: qui vos audit, me audit . . . liceat Episcopis*

scopis seu Pastoribus facere Ordinationes, ut res ordine gerantur in Ecclesia.... non petunt Ecclesiæ, ut Episcopi honoris sui jactura sarciant concordiam... nunc non id agitur, ut dominatio eripiatur Episcopis, sed hoc unum petitur, ut patiantur Evangelium pure doceri. Male quidem hoc habuit quosdam immoderatiores, qui lenitatem nimiam Philippi Melanchtonis incusabant; sed hoc confutat ipse in sua ad Camerar. Epist. apud SCHILTER de *libert. Eccles. Germ. lib.* 7. *Cap.* 4. §. 12. ut ego, quod sentio, dicam: utinam, utinam possim, non quidem dominationem confirmare, sed Administrationem restituere Episcoporum. VIDEO ENIM, qualem SIMUS HABITURI ECCLESIAM DISSOLUTA POLITIA ECCLESIASTICA. video, postea multo intolerabiliorem futuram TYRANNIDEM, quam antea unquam fuit. An experientia visionem Philippi non confirmat? idem in alia ad eundem: ego optimo Animo semper putavi, ista concedenda esse; quo Jure enim licebit nobis dissolvere Politiam Ecclesiasticam, si Episcopi nobis concedant illa, quæ æquum est eos concedere? et, ut liceat, certe non expedit: semper ita sensit LUTHERUS, quem nulla de Causa quidam, ut video, amant, nisi quia Beneficio ejus sentiunt, se Episcopos excussisse, et ADEPTOS LIBERTATEM *minime utilem* ad posteritatem: qualis enim, cedo, futurus est status ad posteros in Ecclesiis, si omnes veteres mores sint aboliti, si nulli certi sint præsides? Addantur fragmenta Epistolæ ejusdem Melanchtonis ad Legatum S. S. A. Card. Campeggium apud SFORT. PALLAV. *Hist. Conc. Trid. lib.* 3. *Cap.* 4. *num.* 4. Dogma nullum habemus diversum a Romana Ecclesia.... parati sumus obedire Ecclesiæ Romanæ, modo ut illa pro sua clementia, qua semper erga omnes homines usa est, parva quædam vel dissimulet, vel relaxet, quæ jam, nequidem si velimus, mutare queamus... Romani Pontificis auctoritatem, *et universam politiam Ecclesiasticam* reverenter colimus; modo non abjiciat nos Romanus Pontifex.

** Episcoporum Jura Confessio A. conjecit in duas classes: PRIMA sunt *Juris divini*, SECUNDA *Juris humani*: neutrum genus restituit Principibus. Non illud, *quod est Juris divini*, quia expresse reservavit Episcopis prædicationem, peccatorum remissionem, et retentionem, sacramentorum Administrationem, perniciosorum dogmatum censuram, excommunicationem, et ordinationes salutares. Illud vero, quod *Juris humani* secundum Confessionistas est, tunc demum usurpari ait a Principibus, cum Episcopi non officio suo funguntur: CESSANTIBUS ORDINARIIS *coguntur Principes*, VEL INVITI, *suis subditis jus dicere, ut pax retineatur.* Itaque Pax postea non debuerat eripere Episcopis, officio suo zelose fungentibus.

*** Sed voluit (1) separare Potestatem Ecclesiasticam a potestate gladii, et sic (2) limites ponere priori, nec sui abusu regna mundi transferat, et Imperatoribus adimat Imperium. (3) Improbat novos cultus ex Potestate clavium introductos, reservationes Casuum, ac violentas Excommunicationes. (4) docet, Potestatem Ecclesiasticam æque ac civilem propter mandatum Dei religiose venerandam, et honore afficiendam esse, tanquam summum dei beneficium in terris. (5) enumerat partes Potestatis Ecclesiasticæ tres, nempe Mandatum Dei *prædicandi Evangelii*, *remittendi*, *et retinendi peccata*, *et administrandi Sacramenta* proindeque (6) dicit, de Jure divino nullam Jurisdictionem competere Episcopis, ut Episcopis, nisi remittere peccata, item

cogno-

cognoscere doctrinam, et doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, ac impios, quorum nota est impietas, excludere a communione Ecclesiæ (7) reliquas Juris Episcopalis Partes e. g. judicare in Causis matrimonialibus, decimarum &c. subjungit, esse *Juris* tantum *humani*.

§. XV.

Non a suis subditis. Isti enim, sicut Principibus Germanis non dederunt *estatem civilem*, ita longe minus dare potuerunt *Jus Episcopale*: cum non ebs acceperit a Christo Claves, se Patres, ac Præpositi Ecclesiarum, queis cæteri obedire jussi sunt a Domino. *

Obedite Præpositis *vestris, et subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. ad Hebr.* 13. *v.* 17. *Quæ præcipimus, et facitis, et facietis.... Quodsi quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur.* 2. *Thessal.* 3. *v.* 4. *et* 14.

§. XVI.

Non denique *ab Episcopis et statibus Catholicis*: nam hi quidem, dura sic tulante temporum necessitate, consenserunt in hæc, (1) ut Anno 1552. in *transactione Passaviensi* caveretur, ne Imperator et Status Catholici libertatem gionis et conscientiæ constatuum A. C. addictorum turbarent. * (2) ut Anno 1555. in Pace Religiosa Jurisdictio Episcoporum contra eos quiescere ac pensa esse deberet usque ad finalem christianam compositionem: ** Idque Anno 1648. per Pacem Westphalicam cum largiore quadam extensione non naretur modo, sed insimul placeret, ut Jus Diœcesanum, et Jurisdictio clesiastica intra terminos territorii cujusque se contineret. *** Per hoc tamen non conveniebatur unquam, nec ullibi conventum fuisse legitur, ut totum Diœcesanum, et Jurisdictio Ecclesiastica transferretur ad protestantes, hoc solum discrimen esset, quod posthac exercerentur *per Principes* ea, quæ tenus a solis *Episcopis Catholicis* fiebant.

Passauischer Vertrag §. 8. und mittler Zeit weder die Kayserliche Majestät, wie auch Churfürsten, Fürsten, und Stände des H. Reichs, keinen Stand der Augspurgischen Confession verwand der Religion halber mit der That gewaltiger Weiß, oder in andere Weege wider sein Conscienz und Willen dringen, oder derohalben überziehen, beschädigen, durch Mandat, oder einiger anderer Gestalt beschweren, oder verachten, sondern bey solcher seiner Religion und Glauben ruhiglich und friedlich bleiben laße.

* Pax religiosa art. 7. *ut etiam utrique religioni adhærentes eo magis in stabili pace et bona securitate inter se et simul cohabitare, et permanere possint, ideo Ecclesiastica Jurisdictio... adversus Augustanam Confessionem, Religionem, Constitutiones, et Ministros Ecclesiasticos, ritus, Ordinationes, et ceremonias institutas, sive instituendas usque ad finalem religionis compositionem non exerceatur*

ceatur ... atque ita ... quiescere, atque suspensa esse ac manere debeat. Quo articulo Jurisdictio Episcoporum, aliorumque Prælatorum Catholicorum tantum *in causis specialibus*, *et A. C. propriis* fuit suspensa, non vero in reliquis antiquæ et novæ religioni communibus Jurisdictionis causis: ut patet ex subsequenti textu, et querelis Catholicorum deputatorum in congressibus P. W. apud ANONYMI IRENOPOLITANI *Historiam pacis germano gallo-Suecicæ pag.* 229. *et* 293. sed DD. Protestantes vel minimo (verius magno) aliquo dato, ad ulteriora progressi, ipsam suam sanctissimam Confessionem præ oculis non habentes, demum in pace Westphalica omnem excusserunt Jurisdictionem Episcopalem intra sua Territoria. Sic boni Catholici amore pacis in deteriora semper seducti sunt, delusi clausula interimistica fallaci: *usque ad finalem christianam compositionem religionis: quæ quam* fuerit, et sit A. C. addictis cordi. demonstrant inde a duobus fere sæculis eorundem facta, scripta, et dicta quotidiana, amicabilem (scilicet) undequaque redolentia, imo reservationem illam veluti solatium flebile, ac ridiculum exsibilantia.

*** I. P. Osnabrug. *Art.* 5. §. in antiqua editione 16. in Struviana 48. *Jus Diœcesanum, et* TOTA *Jurisdictio Ecclesiastica* CUM OMNIBUS SUIS SPECIEBUS *contra August. Confess. Electores, Principes, Status, comprehensa libera Imperii nobilitate, eorumque subditos, tam inter Catholicos, et A. C. addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis status usque ad compositionem christianam dissidii Religionis suspensa esto, et* INTRA TERMINOS TERRITORII CUJUSQUE JUS DIOECESANUM ET JURISDICTIO ECCLESIASTICA SE CONTINEAT. Quo Pacto nullus Status Imperii, sive Catholicus, sive alius fuerit, ullam Juris Diœcesani speciem *ultra Territorium suum temporale* amplius protendere potest.

**** Hoc judiciose advertit Magnif. D. Cancellar. Hildeshemiens. ZIMMERMANNUS *in suis vindiciis Hildeshemiensibus pag.* 134. ex hoc fundamento, *quod in alium non possit dici translatum, quod priori nondum est ademptum;* neque sequatur, *exemptos a Jurisdictione eandem in alios exercere posse, cum qualitas suspensionis sit, non, ut Potestatem det, sed ut eam, quæ fuit, quiescere faciat.* Habemus confitentem reum, celebrem suis in I. P. meditationibus, HENNIGESIUM *ad art.* 5. §. 48. *lit. I.* qui post Thomasium increpat CARPZOVIUM (imo vero plurimos ex Protestantibus) quod circa hanc rem tantopere *Papizent.* Monet Principes, ut sibi a Jure Diœcesano et Episcopali caveant, quoties origo ejus aliunde, quam a superioritate Territoriali vult derivari, tum quod facile incidant in Pontificiorum insidias, tum quod prædicantibus suis viam sternant ad eandem Arcem occupandam, qua Principes A. C. addicti Pontificios vix dejecerunt.

§. XVII.

Equidem subtilis HENNIGESIUS *in suis meditationibus ad I. P. art.* 5. §. 48. *Lit. I.* conatur prædicta hoc modo solvere: *Translatione Jurisdictionis Episcopalis non esse opus, sed saltem ejus suspensione, vel remotione: suspenso enim*

Jure

e Diœcesano revixisse statim Jus *Principum* Territoriale *circa sacra, hactenus clerus Pontificius impedimento fuerit.* *

Fortasse invitaverant illum ad hoc subterfugium verba I. P. art. 5. §. 30. *nullique statui immediate Jus, quod ipsi* ratione Territorii, *et superioritatis in negotio religionis competit,* impediri *oportere.* Et alia art. 8. §. I. *in Libro* Juris territorialis *tam in* Ecclesiasticis, *quam politicis, exercitio etc. stabiliti, firmatique sunto.*

§. XVIII.

At, sicut non diffitemur, Dominos territoriales in nostra Germania hae *aliquod Jus Protectionis, et Advocatiæ* circa sacra, quando *hæc Legibus us publicis* firmata sunt: ita nondum capimus, quo Pacto suspensa Jurisionе Episcopali subito revixerit Imperium Principum, nullo charactere scopali coruscantium, in Ecclesiam, *qua talem.* *

Attento, quod cessante Pastore Ovis, ut prima sit, non evadat pastor, neque si Sacerdos dimittat Thuribulum, mox illud ducere liceat regi. Et fatente ipso Reinkinkio de reg. eccl. lib. 3. class. 2. cap. 2. num. 37. *ne supremus quidem Princeps sit* supra, *sed* intra *Ecclesiam.*

§. XIX.

Et vero: quæ Partes Juris sacrorum revixissent? non illæ, quæ sunt *Ju. Divini*, supra §. 14. not. 3. enumeratæ, has enim neutiquam prætendunt rcere Principes et Status: Quanquam Potestatem exercendi conferant sub emate vocationis Pastoribus suis. *

Quod quidem satis est paradoxum: Principes non habent vi suæ potestatis terrenæ potestatem baptizandi, prædicandi, absolvendi, retinendi peccata, excommunicandi, dogmata censurandi, cæteraque obeundi, quæ sunt Evangelici ministerii, et nihilominus ordinant Ministros, qui hæc omnia exercent, postquam vocati sunt: unde ergo Studiosis potius acquisita fuit hæc sacra et sacramentalis Authoritas, quam Principibus? certe omnis in Ecclesia vocatio est a superiore: omnis superior debet posse, quod potest vocatus. Non potest Princeps, quod potest Pastor, quomodo vocabit ergo?

§. XX.

Si autem revixerunt illæ Juris sacrorum partes, quæ hactenus secundum incipia Protestantium Jure tantum humano exercebantur ab Episcopis nostris, l revixerunt illæ, quæ sunt in se vere *Jus aliquod spirituale*, et rursus non conpimus, quomodo unquam in semine potestatis terrenæ vixerint, aut delituet* spiritualia? vel solum volunt dicere, causas aliquas, de se potestati Laica-

Laicali obnoxias, successu temporis, oscitantia Principum, aut superstitione Episcopis reservatas, denuo reversas esse ad Sæculares Dominos? Et tunc non apparet, Jus esse sacrorum, sed mere Sæcularium negotiorum. **

* Quæ sunt in se vere *Spiritualia* e. g. Potestas collativa Jurisdictionis externæ, internæque in Populum fidelem, nullamque de cætero connexionem cum felicitate civitatis habent, non possunt per rerum naturam latere in *Carnalibus*; cum sint diversi Ordinis et Indolis: hinc debent aliunde superaddi. Religio Christi non fuit quidem modus *imminuendi* potestatem sæcularem, sed neque *augendi*, sicut ergo principatus sæcularis ante Evangelium se non porrexit ad ea, quæ sunt in se Spiritualia; ita neque post Evangelium. Et vanum est dicere, quædam Jura esse *vere Spiritualia*, quin tamen sint *concessionis divinæ*.

** Exemplum esto in causis matrimonialibus: matrimonium protestantibus non est Sacramentum, sed contractus pure profanus; ut quid igitur ex Jure sacrorum reviviscente causæ matrimoniales dijudicentur? Quidni ex Jure Imperii cognoscet desuper Princeps, sicut cognoscit de alia quavis societate inter subditos inita? delicta quædam erant *mixti fori*, v. g. Adulterium, usura, fornicatio, suspensa Jurisdictione Ecclesiastica judicent private Principes in vim sui Principatus mundani! decimales causæ ut judicentur ab iisdem, non est opus reviviscentia commentitia Juris cujusdam sacrorum: galli enim, Belgæque catholici, toto dic, exclusis Episcopis, desuper cognoscunt, sub qualitate causarum temporalium.

§. XXI.

Et has postremas causas ventilari coram Consistoriis, in figura Judicii cujusdam, Jus Sacrorum nomine Principum exercentis, superfluum est, minimeque cohærens praxis cum principiis. *

* Nemini gallorum incidit unquam, causas, quæ alibi in Consistoriis solorum Episcoporum exercentur, in galliis autem habentur temporales, et propriæ Judicum Sæcularium, per aliud Organum decidere, quam per Balliviatus et Parlamenta.

§. XXII.

Itaque, ut finiamus, ænigma œdipo dignum nobis est, Jus Episcopale Principum Protestantium, neque a veteribus eorum Juris Consultis bene solutum, neque a recentioribus melius, et Principiis Evangelii conformius. *

* Quidquid THOMASIUS et BOEHMERUS commentati fuerint, illorum systema fortunam habebit Reipublicæ Platonicæ, cum Principes inveteratum Consistoriorum Statum immutare vel tollere non possint. Ne dicam horum Principia, *de æqualitate omnium fidei ac religionis ejusdem Sociorum* æque esse invisa Principibus, ac Episcopis: subvertitur quippe per hoc systema omne Jus Sacrorum, sive fluat ex Jure Magistratus, sive ex Ordinatione Divina.

I. O. H. D.

Ani-



Animadversio Editoris.

ıuctor examinat systemata Protestantium antiquiora usque ad BOEHMERUM, ue aut contradictionis aut sequelarum minime tolerandarum convincit; quod collegiali idem non faciat, mirum non est, quippe quod recentioribus ad- temporibus tot primum asseclas hodie adhuc reclamantibus aliis, quemad- dum alias ex MOSERO ostendimus, nactum est. Exspectandum esse inquit holicis, quaenam opinio an CARPZOVII an BOEHMERI sit praevalitu- id hodie quoque verum est de fatis et successu systematis collegialis, quod luribus adhuc ICtis et Theologis rejici in animadversione ad Dissertationem ecedentem jam dixi; praecipue cum recentissimum hac in re temperamen- ı FRICKII iterum ab aliis repudietur, uti denuo citato loco ostendi. Quid- d autem futurum sit hac Protestantium inter sese controversia, Catholicorum um interest, quippe qui nunquam non atque id quidem jure optimo maxi- contendent, Tractatus pacis interpretandos esse ex principiis tempore ho- n Tractatuum adoptatis, quacunque dein systemata a recentioribus quibus- n excudantur; atque inde idem ipsum jam animadvertit MOSER in den Ab- ndlungen aus dem teutschen Kirchenrecht *N. I.* Grund worauf der vangel. Reichsstände Gerechtsamen in *Religions*-Sachen beruhen. *p. 50.* ait: „Die Catholische werden sich wenig darum bekümmeren, wenn un- re neuere Theologen und Rechtsgelehrten von deme abgehen wollen, was JB. alle Evangelische Reichsstände bishero behauptet und die ansehnlichste vangelische Rechtsgelehrte noch zu unserer Zeit gelehret haben," atque dein titutiones meas Juris Ecclesiastici appellat, ubi idem jam dixeram. Demum tholicos nonnisi ex THOMASIO systema territoriale Protestantium didicisse, jue dein post ICKSTADIUM in rem suam vertisse; quam falso asseratur, n ex Dissertatione Auctoris elucet, tum a MOSERO ex ipsis Actis P. W. isque l. cit. ostenditur.



XIV.

JOHANN. HENRICI BOCRIS, U. J. D.
in Academia Bamberg. dein Viennensi Prof. P. O. &c.

DISSERTATIO
DE
ONERE PROBANDI SUBDITIS
IN RELIGIONE A DOMINO TERRITORII
DISSENTIENTIBUS,
REGULARITER INCUMBENTE, SI JUS REFORMANDI OB ANNUM NORMALEM CESSANS ET LIMITATUM
OBTINEAT,
AD ILLUSTRAND. §. XXXI. ART. V. INSTRUM. PAC. WESTPHAL.

Bambergae 1745.

Ante omnia binis verbis B. L. præmonere necessarium duximus, ne Dissertationem nostram Systemati Ecclesiæ Catholicæ, ejusve principiis orthodoxis contrariari præmature judicet, ut potius ad finem usque eam perlegat, quo facto demum cogniturus erit, quid velint consectaria inter nos aliena, quo propria illa omnia colliment, convictus tandem conjecturabit. Consectaria nostra e Systemate Protestantium ideo promanare fecimus, quoniam eorum dogmata sub incudem voçandi animus erat, quare & ipsorum Systema præ oculis habere necesse erat.

§. I.

Satis duram crucem fixit Interpretibus Pacificationis Westphalicæ *§. 31. Art. V. I. P. W.*, & in querelis iis Protestantium, quas Gravamina Religionis nuncupant, adhuc inter Status diversæ Religionis tantopere dubius mansit, ut interpretatione authentica perquam indigere videatur.

Verb

Verba ipsissima ita sonant:

Hoc tamen non obstante Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum sive privatum Augustanæ Confessionis Exercitium Anno 1624. quacunque Anni parte, sive certo Pacto aut Privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia dicti Anni habuerunt, retineant id etiam imposterum una cum annexis, quatenus illa dicto Anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt, cujusmodi annexa habentur institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum, quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus aliaque similia Jura, nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus, & accessionibus. Et hæc omnia semper & ubique observentur eousque, donec de Religione Christiana vel universaliter, vel inter Status immediatos, eorumque Subditos mutuo consensu aliter erit conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur.

§. II.

Jus reformandi in regula Statibus Jure Territorii addictum est, quemmodum id dilucide adserit. *§. 30. Art. V. I. P. W. Statibus cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi hactenus usitata praxi Jus reformandi competat*, ad qualem fontem vero praxis hæc, in Pacificatione allegata, sit originetenus referenda, illico explicatum dabimus.

Princeps, ex primis civitatis conditæ Regulis, quæ in salute Reipublicæ nituntur, ad id primario obligatur, ut in Republica sua verior saniorque Religio floreat, quapropter, ne Respublicæ sub specie Religionis damnum incurrant, vel civitas ipsa denique distrahatur, curare debet, ut quæ intuitu Religionis Reipublicæ commodo vel incommodo sint, necessario observentur, quoniam igitur perversus hominum animus, si unquam noxiis opinionibus studet, vel dum mens hominum in transversum agitur, saluti Reipublicæ vix excogitandas molestias inferre valet, veram Religionem primarium Reipublicæ salutis fundamentum esse, eo ipso patescit, cui sedulo invigilat, si de modo reformandi meditatur Princeps. Reformare enim denotat, mutare in melius, tollere abusus & noxia. Jus reformandi ipsum vero est Facultas eliminandi Sacra introducta, eorumque loco nova substituendi, nisi quatenus id Annus decretorius circumscribat in Germania. Accipe aliud Fundamentum hujus Juris ex limpidissimis Jurispublici universalis Principiis haustum, quod in praxi tenuit Germania nostra, cujus est Regio, illius est Religio, non solum Praxis imperii Jus reformandi in Paroemia illa deprædicavit, sed & testis olim erat MAURITIUS HASSIÆ LANDGRAVIUS in effato suo: *Die Freyheit in Religions-Sachen ist der Stænde hœchstes Regal*, cum quo concordat Gallorum illud; Un Roy, une Loy, une Foy; Ex Territorii Jure igitur sive Imperio Summo originetenus propullulare Jus reformandi, ex hisce claro clarius patescit. Quodsi igitur Annus normalis 1624. minus obstat in facultate illa legitime exercenda, semper ad Jus Territorii, jubente id Instrumento Pacis audenter revertimur, & Statibus nostris illud Jus intrepide

 assigna-

assignamus, vi cujus alienæ Fidei asseclas merito ejiciunt, quoniam in limitatione Annus normalis ipsis nullum obstaculum ponit, Jus reformandi regulam esse, Annum normalem vero exceptionem ad hæc ex observantia Imperii & nutu Constitutionum ejusdem ita derivabimus; Clausula illa Ryswicensis sat illustris, dum vim Anni decretorii restringere voluit, id ipsum testatur quod regulam Juris reformandi inde restauraverit & illam ipsam asseruerit; ita quidem, ut in iis terris Imperii, ubi Valor Clausulæ ob Pacta recentiora attenditur, Dominus Territorii semper ubique in regula Juris reformandi constituatur, dum exceptio, in Pace Westphalica, per Annum normalem introducta, per Clausulam Ryswicensem iterum exulet, qua Clausula certe valde mutata est, conditio Religionis Protestantium in terris & locis numerum quingenarium superantibus, Catalogum exhibet Illustr. MOSER *im vollständigen Bericht von der so berühmten als fatalen Clausul Art. IV. Pac. Rysw.*

§. III.

Quoniam vero Civitates non primario propter Religionem introductæ sunt, nec dici potest, quod Cives intuitu Religionis submiserint voluntatem suam Imperantis arbitrio Illustr. BOEHMER in Jure Publ. Univ. p. 45[?]. exinde patet, licet Principi Inspectionem generalem circa Sacra in Civitate superius adscribere minus dubitaverimus, id tamen monendum esse, per ea ipsi facultatem in conscientias subditorum simul attribuere, nos non cogitasse.

Quotiescunque vero Status Religionis quicquam e securitate publica participat, eædem regulæ Jurispublici universalis, uti antea diximus tanquam Leges originariæ civitatis constitutæ, id serio inculcant, Principem debere circumspicere, ut finis constituti cœtus Civilis minus pereat, quare igitur Princeps invigilet, ut nihil seditiosi in Republica doceatur, dogmata Quietem publicam turbantia prohibeantur, ne sub obtentu Religionis conjurationes aliaque Reipublicæ damnosa forte contingant, factum id sepius esse. Vid. desuper *Monathlichen Staats-Spiegel* 1706. *Novembr. p.* 20. 22. *in Sachen* SEBASTIAN EDZARDI, ejusmodi Exemplum seditionis experta est Lindavia, in qua Plebem excitavit adversus Magistratum Ecclesiæ Minister M. ALEXIUS NEUCUMB, eandem Rebellionem nuper Campidoni adversus Magistratum movit ambitiosus & avarus Pastor M. SCHALTER, adde plura e HOBBES. *de Cive* C. 13. §. 8. Quodsi igitur nemo Protestantium uti quidem certe scimus, Principi generatim ex his modo adductis exemplis ejus curam circa Sacra & inspectionem in Ecclesiam necessario suadentibus denegabit, sub hac Inspectione vero, ne turbæ a quocunque membro, sub obtentu vitæ æternæ consequentæ, excitentur, Jus circa Sacra intelligimus, evidenter concludimus, Jus circa Sacra Principi qua Imperanti, merito ex limpidissimis Juris publici universalis Principiis inter ea attribui, nec ulli summo Imperio ex inde denegari.

§. IV.

Jus igitur reformandi ex natura Civitatis & ex Instrumento P. W. cuilibet Statui Imperii in regula competit, Status controversiæ vero, qui dubius adhuc

vide

:tur, ad id redit, quodsi neque Dominus Territorii, neque subditi diversæ gionis quasi Possessionem Anni decretorii indicare, & probare poterunt, qua parte ex his duobus fortior militet præsumptio.

uæstio hæc, quæ multos eruditos hactenus in transversum egit, primarium objectum elucubrationis nostræ efficit, Non ignoramus, JConsultos Protestantium, Dominum Territorii tam stricte Anno normali alligare, ut quicquid Juris in illo minus exercuerit, in illo exercendo, neque hodie ipsi fundatam intentionem competere, Quandoquidem vero illa ipsa pacificatio Westphalica in Jure Territorii Jura Ecclesiastica territorialia posuit, paciscentium mens eadem erat, quæ in Principiis Jurispublici universalis, & natura Civitatis referuntur, quippe quæ anima Juris Territorialis merito dicitur, hinc antea a nobis pro firma regula in hac lite Jurispublici allegata fuere, quoties igitur aliquis, qui neutrarum Partium est, valorem verborum istorum rite expendit, *quatenus exercuisse probare poterunt*, nunquam assertum illud, ut opinamur, pro Domino Territorii præsumptionem fortissime militare, in dubium vocabit, potius ita sanam ac genuinam mentem Pacis eam ipsam conjecturabit, & indubiam pronunciabit. Omnem Territorii Dominum uti debere Jure reformandi & annexis eatenus, quatenus subditi nec debite docent, se in Anno Decretorio eorum Jurium & exercitii fuisse, *specietenus* capaces. Si enim unquam in Casu Juris publici Particularis Partes dubii sunt & ancipiti Decisione, uti in nostro casu, premuntur, Decisionem unice ex Jure Communi, publicum Universale putamus, mutuandam esse, omnes eruditi censuere, quare igitur hæc interpretationis prima Principia modo deseramus, vix capimus.

§. V.

Dominum Territorii fundatam habere intentionem Juris reformandi, ex esumptione Juris Publici universalis munitum, subditos vero absque onere obandi, nec audiendos esse, nec advertenda eorum, querelarum genera sub ecie Justi adlata, id satis absque alio labore sensus formulæ *quatenus* probare terunt, evincit.

Sententiæ nostræ quin ipsi veritati publicæ accedit negotiorum publicorum & Judicii alacris experientissimus HENNIGES, pondere verborum convictus, *in Medit. ad Inst. Pac. Spec. IV. p.* 542. *in not. Ibi*, hæc est insignis limitatio ex adverbio *Quatenus* quod modum seu mensuram usus sive exercitii Religionis explicat, neque enim qui subditi Anno 1624. suæ Religionis exercitium aliquod habuere, eo deinceps pro arbitrio & sine modo uti possunt, sed eatenus saltem, quatenus Anno exercuere, vides igitur, vocabulum, quod Illustris Interpres alterius Religionis, contra nos alias in epicrisi valde acerbus, sua animadversione & elucidatione vere dignum judicavit; exceptionem sistere, econtra præsumptionem pro Domino territorii, uti id & fecit Lex Pragmatica, pariter in se continere, deinde quam multa præjudicia Comitialia, ac Casus Juris publici nostri, toties quoties id ab omni dubio liberum dedere, Jus reformandi in regula competere Domino Territoriali; quod idem dictum est, ac cum semper pro se præsumptionem habere, tamdiu agere

re ex illa libertate Juris publici universalis, usque dum Annus Decretorius efficiat exceptionem, sive subditis suppeditet Jus excipiendi contra Jus alias quæsitum Domini sui; Impræsentiarum enim illud argumentum stringens urgere amplius nobis liceat. Quodsi effectus regulativi Juris reformandi adhuc in viridi observantia vigent, causam primam sive regulam Paciscentibus deminuendi nunquam animum fuisse præsumptio adest, sed potius id asserendum, exceptionem *in* §. 31. factam, uti alibi sic & hic regulam Juris ipsius firmare, posito casu. Succedere in Territorium Principi Lutheranæ Fidei Statum sic dictum reformatum, nonne ex effectu Juris reformandi ipsi licet in regula, Concionatorem Aulicum suæ Religionis in Aula sibi constituere & mandare quo Fides sua, per illum ubicunque modo commoretur, prædicetur, item quodsi Civitas quædam novi Domini Territorialis Religioni esset addicta vel se modo addiceret, nonne poterit ipsi, sumptibus quidem Civium, Templum adscribere, ubi cultui proprio vacare ipsis licebit, hinc ipsum exercitium Religionis assignare, cuncta hæc, quin plura obtinet *Art. VII. Instr. P. W.* Objectionem illam, quam speramus, attamen nec tanti esse credimus, quod scilicet ab A. C. addictis inter se non valeat consequentia ad Status Catholicos & Protestantes. Nobis enim sufficiat, quod si vel ultro concederemus, hæc exempla ex speciali Lege, Personis ex illa Religione absque extensione ad aliam competere, hoc tamen nemo negabit, nos finem propositum ita attigisse, dum ab exemplis illis regulam Juris reformandi adstruximus, & exceptionem in Anno Decretorio latere, ita ab effectu Juris dilucide probavimus, quibus in iisdem terminis adstipulatur, Excell. Dominus PERTSCHIUS *in Element. Juris Canon. L. I.* §. 45. n. 6.

§. VI.

Quoniam Paciscentibus ea intentio salvis sanæ rationis regulis nunquam obtrudi potest, ipsos scilicet credidisse, conclusa Pace, nullas amplius inter diversæ Religionis Status controversias de Religione exoriri posse, explicationem verborum eorum , *Quatenus id probare poterunt*, modo ad tempus conclusæ Pacis nec ultra extendendam esse, ipsi Instrumento pacis minus conformem esse, merito arbitramur.

Eam tamen interpretationem placuit adferre Perillustri Autori *der Gesätzmässigen Vertheidigung der Frage, ob ein Catholischer Lands-Herr in Deutschland die* Jurisdictionem Ecclesiasticam *über die in seinem Land befindliche, der Augspurgis.* Confession *vervvandte Unterthanen zu exerciren befugt seye.* p. 118. in verbis *das* quatenus id probare poterunt *verstehet sich nur auf die Zeit des Friedens-Schlusses, und die darauf erfolgte* Executionem, *allvvo ein jeder* Restituendus *seine in* Anno normali *gehabte* Possession, *als die alleinige* Cynosuram restitutionis *hat ervveisen müssen, vvann der* Restituent *solchen Vorgeben vviedersprochen hat.* Consectaria hujus opinionis vere ea sunt. Licet Paciscentes ad tranquillandum Germaniæ, tot Religionis turbis immane quantum scissum statum, æternam Legem pepigerint, ex hac Opinione tamen illud firma consequentia adstruitur, vel ad brevissimum Executionis Recessus tempus respexisse Status transigentes, quibus illa sequela accedit, cujus ibi res non

decisa

decisa fuisset, quemadmodum id alias in Citationibus peremtoriis justum est, illi, quod sane satis doleat, hodie Pacificatio nec ulli adjutorio, nec fundamento cedere debet, non aliter, quasi cum recessu Norimbergensi Executionis iterum vis Instrumenti pacis, uti id ex dictis illis libere sequitur, penitus expirasset eo modo, quo modo id forte fit, si res judicata executioni semel demandata fuit, quale simile quantopere claudicet, per se patescit. Quin sequeretur porro, & Annum normalem ultra illa tempora Executionis hodiernam normam Status & Possessionis litigantium, minus præbere, in contrarium ea est nostra Opinio: Pacem Westphalicam & Annum normalem hodie adhuc Judices esse controversiarum Religionis idque eo magis, cum ipse §. ille tam dubius extet, ut adhuc sub Judice lis sit & tamdiu quidem illa dispositio maneat onus subditorum usque dum amicabilis illa compositio, quæ illud Instrumentum taliter qualiter exulare jubebit, feliciter contingat. Necessaria igitur est consequentia, sæpius laudatum §. 31. *hoc tamen non obstante*, in Quæstione Dominum inter & subditos sistere usum modernum, nec rite in casu Quæstionis silere, non enim deprehendimus illam sequelam pro genuina. Pacificationi Westphalicæ subsecuta est executio Norica, E. §. 31. J. P. penitus est ad impletus, nec amplius intuitu oneris probandi tangere debet subditos, quibus onus hoc, cum executionem facere placuit Statibus, eo ipso impositum adhuc est, quoniam si ob executionem essent tuti, secure eam allegarent, ulterius dicta nostra ita probabilia reddimus: Vocabulum quatenus est vox relativa, & ponit species exercitii, nec vero Genus vel regulam Jurisdictionis Ecclesiasticæ comprehendere voluit, ut ille ipse §. 31. testimonium de hoc afferto præstat, dum species recenset, in quibus, si probaverint sua Jura subditi, tuti permaneant, qua opera specialis recensionis supersedere potuissent Paciscentes, si Jus circa Sacra in genere attribuere voluissent subditis, & Domini Imperium relinquere nudum. Ponamus igitur casum illum, subditos prætendere Jus disponendi circa Hospitalia, nonne nunc vigore hujus vocabuli *quatenus* Dominus Territorii tamdiu potius fundatur in Jure hoc sibi competente usque dum Possessionem Anni decretorii ex sua Parte probaverint, non obstante, quod in Anno decretorio habuerint Exercitium Religionis publicum, Jus Patronatus &c. destituuntur enim eatenus hac specie Juris, quæ proprie in Quæstionem venit, quatenus probare non potuerunt ejusdem Possessionem.

§. VII.

Urgent aliam objectionem, pro subditis præsumptionem stabilire volentem, quam in tam longa Domini Territorialis taciturnitate ponunt, quare igitur a possessione hodierna ad quasi possessionem in Anno decretorio necessariam, probabiliter concludunt, hinc ob eam fictam præsumptionem, uti alias Juris, in Dominum Territorii onus probandi in lite coorta rejiciunt.

Præ aliis hanc opinionem aliquatenus palpabilem, uti scimus, primum tuitus est Illustr. Autor, *der Gesætzmæssigen Vertheidigung* pag 94. & 115. ibi. *wenn ein Catholischer Lands-Herr niemahls einig* Jus in bona Ecclesiastica *solcher Unterthanen ausgeübet, sondern* I.) *die* administratio dispositio & gubernatio rerum

rerum & bonorum Ecclesiæ tam mobilium quam immobilium *einig und allein von denen Unterthanen ohne das im geringsten die Weltliche Lands-Obrigkeit sich darein gemischet hætte, besorget, folglich von der Obrigkeit weder einige* Oeconomi *oder* administratores *und dergleichen bestellet, noch Rechnungen von ihnen gefordert, oder wegen derer von ihnen* super rebus Ecclesiæ *getroffenen Handlungen die geringste Nachfrage gehalten, sondern alles dieses denen* protestanti*schen Unterthanen, als einer zwar in* Civitate *befindlichen, jedoch* ab Imperio civili hactenus derelinquir*ten* Commun *zu besorgen, und zu verwalten frey gelassen, wann ferner* II.) *sich einiger* Provision circa pia loca, Domus Religiosas *Hospitæler und dergleichen, niemahlen bis hiehero unterzogen, sondern die* protestir*ende Unterthanen mit deren Aufsicht, Verwaltung, Handlung, Veræuserung, je und alle Weeg nach eigenen Gutbefinden verfahren haben. Wenn nicht minder* III.) *der Weltliche Lands-Herr sich niemahlen um Bestellung der Schulen bekümmert, sondern die* protestir*ende Unterthanen solche nach eigenen Gefallen und Willkühr besorget haben. Wenn* IV.) *der Lands-Herr zu keiner Zeit dessen was* ad Jurisdictionem Ecclesiasticam in specie sic dictam *ordentlicher Weis gerechnet wird, sich unterzogen,* circa con- & destitutionem, excessus & delicta, *so viel in das Kirchen-Weesen einschlaget, niemahls etwas geordnet, noch* dispon*irt, sondern die Unterthanen solches alles bishero entweder vor sich geübet, oder doch deshalber in* immunitate *sich befunden haben. Wenn ebenmæssig derselbe* V.) *in allerley vorgekommenen* S. Ecclesiasticis *weder* cognosc*iret, noch* judic*irt hat, sondern alles dieses die* protestir*enden Unterthanen entweder selbst, von einer solchen Zeit her*, de cujus initio non constat *ausgeübt und* exerc*iret, oder wenigstens darinnen weder eine Weltliche noch Geistliche Catholische Herrschafft erkannt, mithin sich in* libertate perpetua *befunden haben, wie kan dann nun gesagt werden, das die* Præsumptio in Regula *vor den Lands-Herrn* versire, *soll dann nun denen* subditis *solches Recht und* Immunitæt *blos um des willen anjetzo erst in Zweifel gezogen, und sie bey dessen Verlust zum Beweis von neuen auch gefordert werden, weil die* Clausula in Instrumento Pacis *stehet*, Retineant ea subditi, quatenus in Anno decretorio exercita fuisse probare poterunt. *Da der Lands-Herr bey der* Executione Pacis *stille geschwiegen auch über* 60. *Jahr lang* ab Executa Pace *an dergleichen* Jura *nicht einmahl gedacht, noch solche verlangt, oder geübet hat, sondern alles und jedes vor eine* per Instrumentum Pacis *abgethane und ausgemachte Sache gehalten und in solcher Maas* a subditis possedirt *und geübet worden.* Fatemur merito Illustrem Auctorem magna ingenii vi & eruditione in hisce cogitasse, ita ut speciem veritatis præseferre hæc dicta merito ab initio videantur. Ast cum consectaria hæc ex inadæquato, nec vero principio deduxerit, illa ipsa nec veritati infallibiliter congrua apparere poterunt, sed aliqua perscrutatione facta, non tam firma manebunt. Notissimum est, Status Imperii a turbis Religionis adeo defatigatos, propterea Annum normalem excogitasse, ut æterna regula inde adsit, unde levato velo & de plano cum remotione Apicum Juris controversiæ Religionis illico definirentur, dicitur inde Annus decretorius: *Die Haupt-Richt-Schnur des auserlichen Ruhestandes der Religions-Ubung in Deutschland, und derer damit verknüpfften Rechte und Befugnisse.* Jubet ulterius Pax Westphalica, ut in determinandis controversiis ad nudum factum Possessionis respiciatur, ut neque de Possessione Civili quæratur, nulla res vero, quæ quæstionem petitorii

pro

pro objecto habet, amplius per modum litis audiatur. Quodsi igitur ad factum nudum Possessionis Anni normalis in controversiis de Jurisdictione Ecclesiastica Dominum Territorii inter & subditos Protestantes motas, unice respiciendum est, vides, omnia illa operose congesta nihil prodesse subditis, quæ vage exposuit in recensitis articulis Perillustr. Auctor, intentionem neque Tanti Viri pacificationi & stabilitæ legi, Imperii conformem apparere. Et quoniam omnes illi articuli, quos ex Deductione ipsa verbotenus extraximus, ad petitorium apertissime inclinant, & simul subditos instigant, agenti Domino Territorii, vel potius Jure suo in regula utenti, opponere exceptionem præscriptionis, uti illud ex Art. I. & ex verbis illis ita liquet, *ab Imperio civili hactenus derelinguirten Commun*, & in fine ex verbis, *de cujus initio constat*, vides, illa Principia manare ex Principio, a Pace Westphalica reprobato, & petitorio processui proprio, vel ipsum Annum normalem destruente: deinde porro contra adlata monemus, in dictis Domini Auctoris adesse præsupposita, quæ petitionem Principii sapiunt. E. g. *Der Lands-Herr habe dergleichen* Jura *vor eine im* Instrumento Pacis *abgethane, und ausgemachte Sache gehalten*, cum tamen desuper controversia cooriatur, & DD. de dubio §. sensu adhuc hodie querantur, quem tamen ex sua opinione hic loci decisum, & universaliter adprobatum pronunciat, deinde quomodo res in Instrumento Pacis decisa, potest dici ea questio, cum nondum ad Instrumentum illud prorsus sit qualificata, quoniam subditi cum tempore & Jure suo Annum normalem ex propria Confessione non attingunt, sed in longissima Possessione & præscriptionis Jure sese fundant.

§. VIII.

Ergo hæc sub æquitatis involucro adlata monita subditis nil opitulantur, asi longævus temporis, quin ad septuaginta annos extensus temporis decur-, subditos ab onere probandi liberare posset.

Durum admodum videtur, non attendi tempus septuaginta Annorum, sed quidinde, sufficit nobis, quod nec de illo incommodo curaverit Pax Westphalica, licet ita quidem grave videatur subditis, tamen Juris est, & imputandum Pacificatoribus, qui præcise onus probandi ad Annum decretorium, nec ad præscriptionem adstringunt. Nullus alius terminus a Domino Territorii attendendus, Fac, subditos in Anno 1625. fuisse in possessione omnium eorum Jurium, quæ supra recensere Perillustri Autori quidem placuit, ast vix credimus, quod ex ea possessione, vel ex sexagenario exercitio illis Patrocinium præstare velit, vel illam possessionem Anni 1625. quicquam proficere afferat, cum tamen spacium unici Anni, hinc fere nihil differre videatur. Quod tamen omne hoc negotium revera dirimit. Adde, Dominum Autorem in Discursu nimis generaliter locutum fuisse, nos, nobis quidem persuademus, Principem Protestantem olim in Regimine suo parum curasse, an subditi suæ Religionis ab Anno decretorio usque, vel alio tempore Consistorium taliter qualiter instituerint, an rationes de Reditibus Ecclesiasticis reddiderint nec ne, quoniam Directorium ipsi ex Summo Imperio nunquam denegarant exercentes, sed cum forte in Territorium Augustanæ Confessionis Princeps Catholicus succedit, linea alterius Fidei extincta, multa sane coincidunt,

quæ efficiunt, ut quæstionem præjudicialem subditis movere liceat, de q
bus ob unitatem Fidei Domini & subditorum nunquam cogitavit pristina i
perantium successio. Ponimus, fuisse in Anno decretorio subditis Protest
tibus Consistorium proprium, nonne adhuc superest quæstio, an Dominus T
ritorii Director illius Judicii fuerit, an subditi proprio Jure illud habuerint,
quo si urget probationem Dominus, quis ab illa liberos dixerit subditos, i
confiteatur, casu contrario eos illud ex arbitrio retinere non posse. Nec i
gebit aliquis, forsitan prorsus ad Catholicum Successorem non pertinere qu
stionem, an Consistorio præfuerit dirigendo Princeps A. C. addictus & A
tecessor, dum Catholicum Successorem Annus decretorius abstinere jube
ast quoniam in tam arctos Cancellos effectus Anni decretorii redigere fine i
surdo non licebit, objectionem nec magni ponderis esse exinde patefit, i
bimus enim eam notabilem Instantiam, si Princeps Sacris Protestantium i
dictus in Anno decretorio præfuit Consistorio vel universæ Jurisdictioni I
clesiasticæ, E. Catholico Successori ab ea abstinendum esset, si huic argum
to calculum adjicimus, illa absona sequela etiam vires nancisceretur. In A
no decretorio Saxo & Palatinus addicti erant A. C., & votum in Comit
a Protestante Domino Territorii datum fuit, E. neque in Collegio Electo
li hodie Palatinus aliter, ac in illo Anno critico votum ferre poterit: Atte
tione sua digna est hæc observatio, uti votum est indubium annexum Te
ritorii, ita vigore Pacis Jurisdictio Ecclesiastica, cum vero in ea specie Ju
Territorialis absque absurdo non excludatur, ergo nec a parili. Quoti
simul ad formalia illa *probare poterunt*, accurata mente attendimus, sen
vocabulorum eorum casum & valorem ad futurum eventum, nescio que
evidenter differt, nec ita pure decidit, ut quasi conclusa Pace, subditi Ju
& obligationi suæ satisfecerint, jubent regulæ interpretationis sanæ, casu
subditorum probationis in secula etiam prorogare, cum hæc mens fuerit i
dubia paciscentium, hactenus forsan lubenter non intellecta. Quemqu
enim secundum eas notiones interpretari debemus, quæ menti ejus i
hæsere, ubi eum intelligere, nec sensum alienum affingere volumu
Illust. Cancell. WOLFF. *de Notione Juris N. G. & Civ.* §. 6. Alienus se
sus, qui vere affingeretur paciscentibus, in eo sese dilucide exserit. *Ar
V.* §. 31. plane esset, si aliter sentiremus, de superfluo, nec hodie exigu
utilitatis. Argumentum hoc in eo subsistit. In illo, juxta Terminum *qua
tenus probare poterunt*, jubentur subditi ire ad species exercitii Religioni
non enim sufficere affirmat. §. ille, toties quoties allegatus, illos fuisse i
possessione exercitii Religionis publici; E. invalida simul præsumptione pe
tere subditos omnes Juris circa Sacra effectus, dicteria hæc non sequi, san
ratio dictitat. Quodsi igitur Dominus Territorii minus, econtra subditu
probare debet, hinc §. id in ore habet, quod in cunctis nondum probatis Im-
perans fundatam habeat intentionem exercendi, & licet Domino Autori de-
ductionis illius, ob insignem eruditionem commendabilis, ultro largiamur,
per Recessum Executionis tutum esse subditum, id solitarie ita concedendum
est, in hac vel illa specie, quæ nunc in controversiam minus venit, ast non
etiam quoad cæteras, quas multas comprehendit Jurisdictio Ecclesiastica ex-
tra onus probandi versatur, ea quidem de causa, quoniam hæc lis primum
resuscitata est, dum antea nunquam fuit mota desuper Quæstio: E. nec tem-
pore executionis Pacis decisa erit. Licebit igitur hodie Domino inquirere

in

in plures effectus Juris circa Sacra, de quibus ob tenebrosa tempora scientiæ Juris publici non cogitabant Interpretes, & multos modos reperies, quibus omnibus objectionibus non obstantibus, quin hodie, non excutere valebunt onus probationis subditi, toties quoties necessarium, & Paci Westphalicæ conveniens. Quæ modo in medium protulimus, sunt Pomum-Eridos Gravaminum Religionis, ita ut Status & subditi non de toto, sed de partibus noviter detectis, & ut effectus e Jure reformandi promanantibus in litem vocentur, id quod praxis Comitialis aperte testatur.

§. IX.

Multum interest in Jure publico nostro R. G. sic dictos Reformatos inclusos esse Paci Westphalicæ vel minus, quodsi enim non essent inclusi, gaudet successor Catholicus Jure reformandi illimitato, sed cum de eo nos neque dubitemus, neque contrario adstipulemur, communi sententiæ lubenter accedimus.

Usus hujus observationis in superiori Seculo contingit, dum Reformati Bentheimenses inclusionem Pacis Anno 1694. contra Comitem & Dominum suum ARNOLDUM MAURITIUM WILHELMUM in puncto Religionis urgerent. Conf. clausulam concernentem apud LUNIGIUM *im Reichs-Archiv. Parte Spec. Cont. unter Grafen und Herren* p. 15. *Sintemalen denn auch 5tens Krafe ausdrücklicher Disposition* Instrum. Pac. Art. V. §. Jus Diœcesanum 48. *die ganze Pæbstliche Jurisdiction* cum omnibus suis speciebus *gegen die der Augspurgischen Confession zugethane Unterthanen* (*worunter dann* in specie *die Reformirten vermœge* Art. VII. Instrum. P. *mit gehören* suspendiret. Licet Reformati cum Lutheranis in Comitiis notorie Corpus, ab ipsis dictum Evangelicorum efficiant, attamen hinc inde legitur, unionem illam illis ipsis nec ex omni parte beatam videri, alii inclusionem adserunt Protestantes, alii quidem negant. Conf. HENNIGES. *medit. ad J. P. Spec.* p. 816. PFANNER. *histor. Pacis Westphalicæ L. V.* §. 48. RHETIUS *de Auctor. Jur. Canon. inter Protest.* Ad hæc Lutherani simul monent, stylum Curiæ & Imperialem, qui juxta *Capitulat. CAROLI VI. Art. I. II. & III.* indubie Reformatos includit, non implicare, eos secundum Historiam Imperii, vel in sensu Theologico veros esse A. C. Socios, ita WERNSDORFF *in Dissert.* quod Reformati non sint Socii August. Confessionis 1722. CYPRIANS *Unterricht von der Kirchlichen Vereinigung derer Protestanten C.* 8. §. 3. ex quibus & insertis Actis publicis apertissime evincitur, nunquam illos pro Sociis fuisse agnitos. Ipsi Lutherani vero ulterius procedunt, distinctos A. C. Socios dari ex ipsissimis Legibus Imp. Pragmaticis depingere student. Ita enim Legibus conformem dissimilitudinem *ex* §. 1. *Art. VII.* elucere dicunt, eamque ex illis verbis *inter se Duas Partes constituant*, fundatur vero scissio ea in distinctione illa famosa, dum A. Confessio dividitur invariatam & invariatam, quam Philippus Melanchthon nimio ac intempestivo Pacis studio interpolasse dicitur, strenuos esse in hac sententia & difformitate Protestantes, satis apparet ex LOESCHERI Historia Motuum *zwischen den Evangelisch-Lutherisch- und Reformirten* L. I. C. 7. §. 9. add. HOFFMANN *in der gründlichen Vorstellung derer*

derer Religions-Beschwerden C. I. §. 16. p. 43. *Cel.* Estor. *delin. Jurisprud. Eccles. Prot. p.* 12. & 14. Jure talionis igitur in contrarium utuntur Reformati contra Lutheranos ubi pari modo societatem eorum & unionem respuunt. Vid. *den Franckfurthischen Mercur. T.* 17. *pag.* 725. *add. Bibliothec. Bremens. Class.* 5. *Fasc.* 6. *pag.* 1088. cum quibus concordant Litteræ Statuum confoederati Belgii *ad Civitatem Hamburg* 6. *Jun.* 1722. exaratæ.

§. X.

Competente itaque in regula Domino Territoriali Jure Reformandi, si absque probatione nudus existit subditus, beneficium emigrandi ipsi ex Instrum. Pac. & §. dicto adseritur, quod necessitatis esse ex ipso Jure publico universali patesit.

Quodsi emigrationem voluntatis esse adserunt quidam interpretes Juris publici, nescimus, cui usui sit Jus Reformandi ex utilitate publica & Instrumento Pacis. *Art. V.* §. 36. in claris verbis principi concessum, *ibi aut a Domino jussus fuerit*, emigratio enim ea cum per se pœnam non constituat, neque relegationem involvat, sed saltem comparative & respectu majoris mali evitandi beneficium dicatur. Buckisch *ad Instr. Pac. Westphal. Art. V. Obs.* 82. non habent emigrantes, quid querantur. Quodsi enim alia Justa expellendi causa in subdito emigrante de præsenti deberet adesse, Relegatio per se locum obtineret, quare ipsi, ut bona sua commode vendere possit in vim beneficii concessit Pax Westphalica, ac ita ne nimis celeriter vel intempestive expellatur, unica pacificationis mens erat. Henniges, *medit. ad Instr. P. Art. V.* §. 36. *p.* 623. *sqq.* Boehmer, *Jur. Eccl. Prot. L. I. Tit.* I. §. 89. Beck *Diss.* de eo, quod Justum est circa emigrat: civium Relig. causa factam §. 27. *sqq.*

§. XI.

Jus circa Sacra & Jus Reformandi pro Synonimis habent quamplurimi JConsulti magni nominis Protestantium, & igitur, dum quidam alii, ubi Perillustrem Cancellarium Boehmerum *in Consult. P.* 1. *p.* 180. *sq.* tanquam unum pro omnibus nominasse sufficiat, contrarium amplectantur, res hæc dissensui Interpretum adhucdum subjecta est.

Ita affirmativam & synonimicum sensum tuentur. Hildebrand. *de Anno decretorio p.* 58. & 59. Gundlingius, qui Jus Reformandi describit tanquam inspectionem in Statum Ecclesiæ *in dem Discurs über den Westphælischen Frieden*, ita Thomasius *in tr. vom Recht eines Fürsten in Theologischen Strittigkeiten* p. 92. *das vornehmste* Regal *das einem Fürsten* circa Sacra *zukommt ist das Recht die Dissentirende zu toleriren sq. add.* Kemmerich, *in Diss. de Jure Principis circa dogmata Fidei. p.* 50. Jus tolerandi Dissentientes effectus est Judicii illius decisivi, quod superius Principi vindicavi, vi cujus is, quænam dogmata, fidei libere in Republica profiteri ac docere liceat, decernit.

§. XII.

§. XII.

Quodsi tamen rem ex Principiis Juris publici Universalis & juxta Naturam Juris circa Sacra expendimus, hoc a Jure reformandi differre tanquam genus a specie, verum est.

Ita juxta definitionem §. 2. datam, in Jure reformandi Dominus Territorii Jus nactus est, dissidentes in Religione expellere, Templa & Scholas eorum una cum reditibus sibi attribuere, vel alii fini dicare, dicunt alias, cum Jus circa Sacra conservationem Cœtus Ecclesiastici intendat, Jus reformandi vero eundem Cœtum dispellat, hæc duo inter se maximo opere difformia esse. Liceat nobis verba Illustr. Autoris *der Gesæz-massigen Vertheidigung* p. 107. inserere, & epicrisin nostram qualem qualem addere. Ibi, *Gleichwie nach Ausweiss der Kirchen-Historie, das Geistliche Regiment, wie es in seiner æusserlichen Verfassung stehet*, ad Exemplum *derer Weltlichen Staaten eingerichtet, mithin auch in selbigem ein sichtbares æusserliches Oberhaupt, demselben allerhand* Officiales & Ministeriales subordiniret, *und ihnen eigene* Territoria *zugoberniren*, assigniret *worden*, *also hat man auch unter dem Namen des* Legis Diœcesanæ, vel Juris Diœcesani *alles dasjenige Recht über die æusserliche Kirche zusammen gefasset, was sonsten unter dem Titul des* Juris Territorialis quoad Politica, *oder im Weltlichen Staat verstanden wird, so daß man nichts unschickliches begehet, wenn man das* Jus Diœcesanum *ein Geistliches* Territorial-*Recht nennet, weil der* Diœcesanus *eben wie ein* Territorial-*Herr, soweit sich sein Gebieth erstrecket, über die darinnen befindlichen Personen, und Sachen* velut in Subditos Spirituales sibi subjectos, *alle Obrigkeitliche Gewalt, welche* sub Prætextu *der* Spiritualitæt *oft gar weit erstrecket, wird ausüben.* Verba hæc Illustr. Autoris non putant Jus Diœcesanum ex mente Juris Canonici tale, quoniam ad solos Status & Subditos Catholicos pertinet, qui Diœcesani seu Episcopi Sacro Imperio Provincias suas addictas volunt. Jus Diœcesanum ergo nihil aliud significat, quam Ecclesiam, cui Episcopus præest, per Excellentiam autem ille Districtus Diœcesis appellatur, cui multæ Provinciæ addictæ, & sub unius Regimine Ecclesiastico constitutæ fuerunt, varias provincias Ecclesiasticas ad Diœcesin pertinere, jam Synodus Nicæna confirmavit. Vid. *Concil. Nicæn. C.* 5. & 6. Sicuti igitur Jus Diœcesanum Territorio certo non inhærebat, cum id tamen Perillustr. Autor voluerit, ibi: *Soweit sich sein Gebieth erstrecket*, ita de Jurisdictione Episcopi Ecclesiastica eum non edisseruisse, exinde patet, cum Jus Diœcesanum, *nicht wie eines* Territorial-*Herrn Recht auf sein Gebieth erstrecket*, sed in alia Territoria sese insinuat, quodsi vero Jus circa Sacra, tanquam Jus Majestaticum considerat, uti & verba ipsius & Pax Westphalica ex Jure Territorii id delineare consuevit, Jus circa Sacra tandem ad Statum naturalem & universalem publicum ex hujusmodi Principiis est præcise reducendum, abstrahendo ab illis Principiis, quod Ecclesia sit Respublica, Jurisdictio ea circa Sacra in Jure publico Ecclesiastico cuique Principi adplicabilis, qui Summum Pontificem nescit, est unice reperienda; Quemadmodum id vero in Statu naturali & domestico, ceu qui originem dedere Civitatibus, optime concipi potest, suppeditavit CONRINGIUS *in Dissert.* „de Majestatis Civilis auctoritate & officio circa Sa„cra ibi ex supra adlatis jamdum est manifestum, & civili proprie dictæ &

 „herili

„herili Majestati per se se competere, id omne sine quo scopus rerum „publicarum non potest obtineri, impossibile autem est, ut vel vera feli„citas civilis vel dominatus possit comparari, citra potestatem in Religio„nis negotia, ipsumque cultum divinum proinde non potest non patere, „quod Majestas omnis civilis sive herilis per se & ex natura sua habeat „summam Potestatem circa Cultum Sacrum, quantum illa ab homine exer„ceri potest;

Quodsi vero ejusmodi Principia in publicum emittimus, nil magis exinde probamus, quam quod Religio naturalis si ita compellare velimus, circumspectioni Principis subjiciatur, quod est argumentum, quare Episcopi Jus Diœcesanum, vel ex Conciliis œcumœnicis, vel ex Historia Ecclesiastica, vel denique si et inspectio imperanti competierit, tanquam plane aliud ex Jure Ordinis & Sacramentorum administratione addictum Jus, relinguere nolebant. Ex his ergo, & ex Principiis Juris publici universalis, quæ sectantur illi Interpretes, illud unicum modo sequitur soli imperanti competere Jus circa Sacra. Hinc paradoxon audit, quoties extra statutum speciale Pacis Westphalicæ & Anni normalis subditis illud absque ullo fundamento Juris attribuitur, cum in suis Principiis supra adductis nec Dominus Autor deductionis id concedere videatur, sed ubique ad Jus Majestaticum provocet, nec ex ipsa natura rei possibile evadit, sed in omnium ore illud verum est. Jus circa Sacra ad exemplum Juris Territorialis venire considerandum, Verum ejusmodi exercitium subditi pro Jure suo allegare nequeunt, dum in ipsos plane nulla species Juris summi, nisi per pacta reservata cadit, quæ dum facti sunt, probatione indigent; iterum verum consectarium adest, præsumptionem esse ubique pro Domino militantem, nec si doceatur vel ex Juris publici traditis exceptio, quam in Pacto reservativo quærimus, subditus de eo Jure nec cogitare, quin sibi adserere debet.

§. XIII.

Aliter tamen res ex dispositione Instrumenti Pacis Westphalicæ comparata est, quippe quod juxta inferius deducenda Jus circa Sacra, & Jus reformandi omnino pro synonimis arbitratum est.

Instrumentum Pacis Westphalicæ Jura Principis circa Religionem unice e Territorio promanare, hinc inde asseruit, sed nullo certo nomine econtra varia formula ea designandi usum est, modo enim illa Ecclesiastica, sub vocabulo Juris reformandi, modo juris Diœcesani, jurisdictionis Ecclesiasticæ &c. comprehenduntur, uti id ulterius probant. *Art. V.* §. 29. *Art. V.* §. 30. 39. 42. 44. 48. *Art. VII.* ex qua Veritate illam sequelam obtinemus, sufficere id Domino Territorii, quod e Pace Westphalica effectu Juris Territorialis Jus circa Religionem exercere valeat, sive id Jus Reformandi, sive Jus circa Sacra nominare velit, cum ipsa Pax-id in suo contextu fecerit & ita imitari illam optimo Jure licebit, qualem igitur Differentiam Juris Reformandi & juris circa Sacra urges, eas tamen omnes non attendit unica norma decidendi controversias, puta ipsum Instrumentum Pacis, ex cujus Analogia id patet, Legem illam, utrumque Jus indissolubili nexu Majestati vel superioritati Territoriali cohærere, pronunciasse, nec obstant, quæ habet Illustr. Autor

der

der Gesätzmässigen Vertheidigung p. 110. *ferner wurde folgen, daß denen Geistlichen Standen das* Jus Sacrorum *in* §. 30. ex Jure Territoriali *wære gegeben, hingegen in* §. 48. *eben dasselbe* ex Jure Episcopali *ihnen wieder genommen, ja ihnen gar sothanes* Jus Sacrorum *aus einen solchen* Fundament attribuiret *worden, welches sie selbst niemahls vor gemein erkennet haben, gestalten die* Episcopi *die* Jurisdictionem Ecclesiasticam *durchaus nicht vor einen* effectum superioritatis Territorialis *halten, wie es doch nach denen wahren* Principiis *ohnstreitig ist*, sed optime Autor ex se ipso declaratur, & quomodo hæc verba salva Pace Westphalica e nostra intentione intelligi debeant, ita explicat. Ded. Cit. p. 114. *die Bischöffe* qua tales deduciren *ihr* Jus Dioecesanum & Jurisdictionem Ecclesiasticam *nicht aus dem* Jure Territorii, *in welcher Maas sie auch solches nicht nach denen Weltlichen* Territoriis *einschræncken, sondern soweit ihre* Dioecesen *gehen, selbiges* exerciren, *ausser das alle ihre Gewalt in* Territoriis Statuum Protestantium *nach den Friedens-Schluß* suspendirt, *oder vielmehr ob* moralem Impossibilitatem compositionis Religionis *gar aufgehoben worden ist, hingegen das* Jus Reformandi *haben sie gleich anderen Staaten*, qua *Landes-Herrn in ihren* Territoriis *auszuüben, wozu sie dann weiter keiner fremden Obrigkeitlichen Hülffe, und* Assistenz *gebrauchen, da sie neben den Geistlichen Hirten-Staab, zugleich auch den Degen führen, aus diesen erlæutert sich zugleich, das die in dem* Art. VIII. §. 1. *befindliche* Expression Liberum Juris Territorialis, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis Exercitium *ebensals keinen anderen* Sensum, *als daß* Jus Reformandi *haben, wie es bisher ist* explicirt *worden*, i. e. *dass es das blosse* Brachium seculare *bedeute, Massen die Catholische Bischöffe vveder* tempore Pacis Westphalicæ *noch seithero* statuiret *haben, dass das* Jus Dioecesanum *ein* Effectus, *oder* Depentenz *vom* Jure Territoriali *vvære, dahero ist es unmöglich, dass unter dieser* Formula loquendi *denen Catholisch-Weltlichen Herrn ein mehrers* Jus Sacrorum *eingeraumt vvorden vvære, als vorhero schon in* Art. V. §. 30. *als dem rechten Sitz der* Materie *ist* determinirt *vvorden.* Principia, quæ hic attulit in Veritate apparenter consistunt, dolemus igitur, quod ita quoque se habeant consectaria, uti sequentia indicant. Episcopatus aliquis ex prima erectione, erat Potestas spiritualis a Christo Ecclesiæ a se fundatæ concredita, Jus Dioecesanum igitur ad Districtum referebatur, in quo plures Ecclesiæ Parochiales cœtum Fidelium ad æternam Salutem & Dogmata salvatoris instruebant, & sub unius Regimine Ecclesiastico constitutæ fuerant, hoc Jus non poterat pro Effectu Territorii secularis tradi, quoniam objectum erat via ad vitam æternam, primarius Effectus erat Potestas Ordinis & Sacramentorum Administratio, quæ ex Principiis Religionis, æque ac Juris Canonici nulli seculari attribui unquam poterant, quoniam vero Princeps ex Jure Majestatico curam Religionis certo sensu ferre debet, quod in Pace superioritati Territoriali adpropriarunt Status, Principes Imperii a Sacris Catholicorum recedentes, Jure postliminii; ut ipsi ajunt, Jus circa Sacra sibi ex Jure Majestatico competens, & Territorio adhærens, ita quidem recepere, quod antea ex Religionis nostræ Principiis Dioecesano unice reliquerant. Factum est inde in Pace Westphalica illud, ut Jus Dioecesanum fuerit suspensum, quippe quo minus amplius opus erat, cum non sequerentur amplius Episcopi dogmata, quare nec Jura ordinis usui erant, vel Dioecesis, rebus sic stantibus, concipi poterat. Ergo Jus circa Sacra Majestaticum antea Dioecesano relictum, rursus

Prin-

Principi ex superiori principio cessum fuit, quod unanimi ore ex Territorio promanat, cum igitur Dominus Autor Principi Ecclesiastico Jus Territoriale minime deneget, Jus circa Sacra vero *universis* Principibus in verbis illis Art. VIII. §. 1. *Liberum Juris Territorialis tam in Eccles. quam Politicis Exercitium*, vigore superioritatis Territorialis constitutum fuit, Vides Principi seculari nullum esse Juris circa Sacra Fundamentum, si nec illud & Episcopo, Territorio prædito, tanquam anexum, sed absque respectu Juris Diœcesani, huc plane absque confusione non referendi, concesseris, casu contrario id potius sequeretur, cum omnes subditi Juri Majestatico circa Sacra subjecti esse debeant, illos A. C. addictos Parentes a te independentes vel *souverains*, contra naturam Juris Publici, Faciem Imperii, & Leges hujus systematis singulari ausu pronunciari, sed quod hoc minime fieri posset, jam dum observavit Dominus Pertschius *in Elem. Jur. Canon. L. I.* §. 96. cum Princeps Jura circa Sacra Jure superioritatis, sive quod necessario in tale Collegium, quod vocant Ecclesiam, habere debet, exerceat, consequens est. Ut omni Imperanti, hæc facultas vindicanda sit, nec Principem ea tuto carere posse, & ut ob ejusmodi Exercitium, non ut Caput Ecclesiæ aut Episcopus, aut Papa in suis Terris considerari queat, dum enim ratione A. C. & conscientiæ suæ ab *Art. VII.* satis tuti sint subditi, & Jus Diœcesanum suspensum, nescimus, quare tam anxie Jus hoc Territorii, & quod Magistratui suo, qua tali competere ipsi dicunt, excutere desiderent. Calamus igitur mentem Perill. Autor forte præcurrit, ita ut dum dixerit *dass denen Geistlichen Stænden das* Jus Sacrorum *in* §. 30. Jure Territoriali *vvære gegeben vvorden*, *in* §. 48. *eben dasselbe* ex Jure Episcopali *ihnen vvieder genommen vvorden*, potius illud dicere voluerit, *vvas denen Geistlichen Stænden in dem* §. 48. *an dem* Jure Diœcesano *entzogen und dem Lands-Herrn heim gegeben vvorden*, *dass seye ihnen sovvohl* ex §. 30. *als* 48. *als ein* Jus Territorii *über Leuthe*, *vvelche in ihrem Staat*, *als ein gevvisses* Collegium *leben*, *falls es nicht vvider das Gevvissen gehet*, *gleichfals überlassen*, *und als eine Weltliche Sache mit ihrem Land-Staat*, *Friedens-Schlussmæssig bis* ad amicabilem compositionem hoc sensu Juris publici *verknüpfft vvorden*, cui tamen vel minima hæsitatio de Veritate hac Pacis Westphalicæ, Jus Reformandi, & Jus circa Sacra esse unum idemque, in mente resideat, ipsi *Art. III.* §. 1. evolvere & accurata mentis trutina verba illa expendere placeat. Universi & singuli S. R. I. Electores, Principes, Status &c. restituti sunto plenarie in eum utrumque Statum in *Sacris* & Profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, & licet quis regerat, Status Ecclesiasticos non esse destitutos, sufficit hisce tamen, quod hoc loco nec subditis quid datum, nec ii pro independentibus declarati fuerint, sed Jus circa Sacra dari omnibus, ex his eluceat.

§. XIV.

Jus circa Sacra Imperanti vigore summi Imperii competit, hinc Jus Majestaticum illud efformare patescit, idque ex universalibus Protestantium fulcris atque principiis quæ tamen ab omni Catholicæ Religionis cynosura longe recedunt.

Cum ex mente Protestantium Ecclesia sit Collegium in Republica, D. Pertsch. l. c.

l. c. L. 1. §. 83. uti in reliqua Collegia ita & non minus in Ecclesiam competit Imperanti Jus inspectionis generalis, jus circa Sacra igitur est summa & suprema Inspectio Principis, quam vi superioritatis exercet, & cavet ne quid ab Ecclesiis in detrimentum Reipublicæ geratur. Sequitur ex hac notione Juris hanc Facultatem, hinc Jus circa Sacra ipsum, omni Imperanti vindicandum esse, nec Principem ea tuto carere posse, inde tam solliciti erant JConsulti Protestantes, ut ostenderent, & maxime Germaniæ Proceres jam ante Reformationem & Paces Religiosas, Jus circa Sacra exercuisse, uti id observavit Cel. PERTSCHIUS *Elem. Jur. Canon L. I.* §. 86. ex Idea vero Collegii Ecclesiæ affista, novam sortiuntur distinctionem, quatenus jus circa Sacra Principi dupliciter, ac respective competere adfirmant, Princeps Collegio illi accedit, quatenus membrum illius est, & in hoc casu reliquæ Personæ Ecclesiam constituentes, Jura quanta quanta erant, Principi, qui ad clavum Reipublicæ sedet, sua Jura resignasse finguntur, competit nunc imperanti Jus circa Sacra vel Jure Collegii, vel Jure superioritatis Territorialis, quatenus igitur Princeps non est membrum Collegii, eatenus destituitur Jure circa Sacra ad Jura Collegialia relato, quod largiamur, E. g. si Protestantes ad Jus circa Sacra Collegiale referunt, ut approbata Sacrorum norma animus subditorum recte instilletur, si posset condere formulam fidei, de doctrina publica disponere, Jus constituendi Superintendentes, tunc ea cura caret Princeps, jubente id Pace Westphalica, conscientiæ & Credendorum Libertatem inculcante, in tolerantia fundata, ast cum illa Jura Collegialia Principis Jus Majestaticum non absorbeant, & defectus in una specie totum genus non adimere velit, Principi sequentia Jura tanquam effectus superioritatis & quibus ipse ex confessione D. PERTSCHII carere non potest, optimo Jure exempli gratia asserunt, jus scil. circa fastos dies nefastosque, lætitiam publicam, aut luctum, ritus & Ceremonias Sacrorum, solemnia Precum publicarum, hymnos & cantica ad probandi, & improbandi, denique circa legem in Festis Catholicorum ab operis manualibus abstinendi. add. Perill. D. de CRAMER, *in Diss. de Jure circa Sacra Majest. & Collegial. p. 27. & Adjunct. sub Lit. A.* Lit. A.

§. XV.

Thesis igitur illa vera est nec Protestantium Principiis contraria: Prin[illegible]ps Catholicus Jurisdictione Ecclesiastica gaudet in suos subditos A. C. addictos, [illegible]atenus illa ex Jure Superioritatis, minus vero Collegii promanat, quoniam [illegible] Jure carere prorsus non potest. §. *præced.*

Aliter proinde dici non potest, ac Status Protestantes Statibus suis Catholicis Jurisdictionem illam circa Sacra alienæ Fidei in ipsa pacificatione addixisse, ac dum Episcopale Jus fuit inibi suspensum, Ita Domino Territoriali Jus circa Sacra fuisse relictum; probant id formalia & loca Pacis Westphalicæ uberius, ita enim extant verba notabilia illa in *Art. V.* §. 30. in fine *nulli Statui immediato Jus quod ipsi ratione Territorii, & Superioritatis in negotio Religionis competit impediri debere*, Negotium Religionis pro ipsa Jurisdictione Ecclesiastica ex mente paciscentium partim ex adjuncto sub Lit. B., partim ex eo con- Lit. B.

conjecturamus, cum & Protestantes Status in illis formalibus nil aliud, nisi Jus circa Sacra sibi vindicare curarent, hinc constatibus ob paritatem, quod modo pro Jure Statuum communi in publico declararunt, rursus auferre, nec alienum sensum dictis illis affingere poterant: adde vocabula in *Art. V.* §. 40. reperienda, Statibus immediatis sive *Ecclesiasticis*, sive Secularibus &c. *per totum Imperium*, *nulli Statui immediato*, ob generalitatem horum exclusivam in hoc puncto contra Catholicos amplius urgere non permittentia; Porro cum nec praxis defuerit in Germania, actu Catholicos exercuisse in subditos A. C. addictos Jurisdictionem illam Ecclesiasticam, si de adimenda ea cogitassent Status Protestantes, clarius, sed non in tam generalissimis terminis, data alias insuper ubique in Instrumento erga constatus Jurium Paritate, loqui debuissent, & quomodo pax illa aliam patiatur interpretationem, cum Sole meridiano clarior sit ipsa concessio, in verbis posita *per totum Imperium*, item *nulli immediato Statui*, quæ nullum plane dubium relinquunt, Mens Protestantium hic anima pacti erit, constat igitur, id modo egisse, ne occasione Jurisdictionis illius Ecclesiasticæ subditis aliquid injungeretur, quod Augustanæ Confessioni vel conscientiæ repugnaret, & quare prospexissent, ne aliquid occasione Jurisdictionis Ecclesiasticæ contingeret, si nec illa ipsa & Statibus Catholicis ex mente paciscentium concessa fuisset, a posteriori vix unquam solidius argumentum, quam hoc formari poterit, ubi ab hoc ad aliud tuto concludere valemus. Ulterius votum aliquod Status A. C. addicti in collectione *einiger Schriften von der Geistlichen Gerichtbarkeit derer Catholischen Landes-Herren im Deutschland über die in ihren Land befindliche Unterthanen* p. 4. nobis cum in omnibus est unanime, quod insigne Testimonium præbet, cum ex actis publicis desumptum, hinc præsumptionem fortissimam pro genuina mente paciscentium in se continet. *Das* Jus circa Sacra *mithin die* Jurisdictio Ecclesiastica, *als dessen vornehmste* Species *der* Territorial-Superioritæt *kostbarstes und vornehmstes Kleinod sey, welches man keinen Landes-Herrn, soweit er sich dessen gebrauchen will, benehmen können, ist soviel mir wissend bis dato aller Evangelischen* Publicisten *einhellige Meinung*, vid. STRUV. *in Syntagm. I. P. C.* 23. §. 30. 1237.

§. XVI.

Sed licet quidem in Instr. Pacis exacta æqualitas inter utriusque Religionis Status *Art. V. §. 1.* imperata fuerit, ob Statuta Juris Canonici infra recensita, Status Catholicos Protestantium Jure parili frui posse, inde negant, eo ipso vero Jurisdictionis Ecclesiasticæ inhabiles pronunciant.

Ex multis aliis Legibus Juris Canonici, unicum *C.* 16. *X.* de foro competenti allegant Protestantes, exinde inferunt Laicum Jurisdictionem Ecclesiasticam ambientem, Crimen Sacrilegii committere, ipso facto incidere in bannum spirituale, ergo tale Jus etiam in Pace Protestantibus licet concessum, minime affectare posse Catholicos, ast quoties mentem ipsam Paciscentium expendimus, hæc instantia nullius momenti esse potest. Catholici enim in ordine ad Protestantes in Pace Westphalica Jus circa Sacra in eo sensu acceperunt, non qualem de eo tenent tradita Juris Canonici, sed id pro mero effectu Juris Territorii

rii adoptarunt, ita ut Statibus ibi collectis Jus circa Sacra, & Superioritas Territorialis suo modo essent synonyma, quemadmodum id Catholici eo facilius subire poterant, quoniam Jurisdictio hæc quæstionis in tales subditos erat concessa, qui ex conceptu suo Ecclesiam pro Collegio venditabant, inque omne Collegium Principi inspectionem generalem competere, ipsi asserebant, uti cœlum a terra, ita mens Juris Canonici, & Pacis Westph. evidenter inter se differunt: adde, quodsi paciscentes Protestantes de eo meditati fuissent, quod Jurisdictionis Ecclesiasticæ in hoc sensu sumptæ, plane inhabiles fuissent Status Catholici, ipsum Instrumentum Pacis, quod tamen fulcrum securitatis Germanicæ potius habuere, pro ludibrio dedissent, cum in *Art. V.* §. 48. expressis verbis absque omni dubio addixere Jurisdictionem Ecclesiasticam in subditos suos qualiter in Anno decretorio gavisi fuere, compara igitur illud cum hoc themate eosdem de inhabilitate vere cogitasse, E. illud sane absonum defendis, quod Protestantes Catholicis sub nomine Juris potius umbram & nihil cesserint, & in vanum simul pacti fuerint, ita ut hac manu dedissent, quod altera rursus eripuissent.

§. XVII.

Nec licebit unquam A. C. addictis Statibus convolare ad præsidia Juris Canonici contra Catholicos, cum illa nec contra se allegari patiantur, in genere vero in ipsa Pacificatione serio interdictum fuit, ab ejusmodi methodo facere exceptiones, regula omnibus, nullo excepto, concessa.

Ut Thesin nostram rite probemus, verba Legis æque ac Doctoris famigeratissimi propterea allegamus Evolv. Perillustr. Cancell. BOEHMERI *Consult. P. I. p.* 163. *in not. Ich seze hierbey*, inquit, *als ein umstændliches richtiges* Principium *voraus, dass die Römisch-Catholischen Unterthanen Geist- und Weltliche an die Reichs-Gesæze verbunden zu seyn sich achten, und dahero auch dem Osnabruckischen Friedens-Schluß* parition *leisten müssen, als welcher seiner Verfassung nach alle und jede* non minus absentes, quam præsentes Ecclesiasticos, æque ac Politicos sive Status Imperii sint sive non *verbinden sollen. Art. XVII. I. P.* §. 2. ut nulla Jura Canonica, vel Civilia communia, vel specialia, Conciliorum Decreta, Privilegia, Indulta, Edicta, Commissiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Rescripta, & aliæ Religiosorum Regulæ Ordinum, & Exemtiones, Contradictiones, Appellationes, aut ullæ aliæ exceptiones contra hanc transactionem audiantur & admittantur; *So richtig nun dieses* Principium *nach allen Göttlichen und Weltlichen Rechten sich befindet, so unverantwortliche und gefährliche* Demarchen *haben bishero die Römisch-Catholische in der Evangelischen Landes-Fürsten Land gemacht, und in der That unter vielen* subterfugiis *zu verstehen gegeben, (ob sie es wohl mit dem Mund nicht bekennen, daß sie an die Reichs-Gesäze nicht gebunden, und dem Osnabruckischen Friedens-Schluß keine* Parition *zu leisten schuldig, die sie Theils mit ihren* Exemptionibus, Privilegiis, *und* Ordinum Religiosorum Regulis, *Theils mit denen* Inhibitionibus Papalibus, Mandatis, & Decretis, *so doch alle in dem Osnabruckischen Friedens-Schluß, und dessen Verfassung aufgehoben, und cassirt seynd*, eludiren *wollen, es ist dabey mehr als zubekannt,*

was vor gefahrliche Principia *der* Clerus Romanæ Ecclesiæ *in Deutschland gegen Weltlicher Obrigkeit Gesaze, und allgemeine Verordnungen zu äusseren pflege, als welchen derselbe sich gaenzlich entziehen, und nur der Geistlichen* Jurisdiction *des Pabsts, und Bischöfe unterworffen seyn will, davon leyder einige ærgerliche* Decreta in Jure Canonico *anzutreffen; welche in Geistlichen- und Kirchen- Sachen allein des Pabsts* Jurisdiction *die Römisch- Catholische Clerisey unterwirft, welchen aber mit Recht sowohl die Protestirenden, als unterschiedliche Catholische Lehrer widersprochen, und behaupt haben.* Sententiam istam Clericos Sacratissimæ Potestati civili non subjici, sed magis præesse, omni Juri naturali, Divino veteri & novo, Gentium, Civili, Canonico, Conciliis, veteris Ecclesiæ Statutis, omnium Europæ Populorum Decretis, Praxi Ecclesiæ sub Imperatoribus Romanis, Græcis, Germanis Legibus Imperii Comitialibus Summorum inter Pontificios Virorum sententiæ, Paci & Bono publico generis humani, & sanæ denique rationi directo contrariam esse. En! quam justam facile retorsionem contra increpantes in factum Cleri Romanæ Ecclesiæ suscipere possemus, si tempus concederet, ita quidem, ut qui in oculo fratris conspiciat festucam, nec tamen trabem in proprio videat, quod enim tam multis verbis vitio vertunt Clero, in possessione immemoriali, quin libera concessione Summorum Imperantium ipsa constituto, id ipsum agunt, dum A. C. addictos subditos ab Imperio Civili immunes reddere, & ex arbitrio eximere conentur.

§. XVIII.

Hactenus igitur id satis evictum fuit, Statibus Catholicis Jurisdictionem circa Sacra competere in subditos suos A. C. addictos ex Principiis Juris publici universalis, & particularis addendum nunc est, & illos idem Jus exercere vigore Pacis Westphalicæ, cui rei probationis loco sequentia verba Instrumenti inserviunt, quæ hinc inde id in ore habent.

Ita *Art. VIII.* §. 1. ibi: libero Juris Territorialis, tam in Ecclesiasticis quam Politicis exercitio *Art. X.* §. 3. Ducatum Pomeraniæ, Rugiæque Principatum una cum ditionibus, cœterisque omnibus ac singulis Ecclesiasticis, & Secularibus Juribus *Art. X.* §. 8. Civitati vero Bremensi ejusque Territorio & subditis suus Status, Libertas, Jura, & Privilegia in Ecclesiasticis & Politicis sine impeditione relinquantur *Art. XI.* §. 12. Regia Majestas Sueciæ restituat Domino Electori Pomeraniam ulteriorem cum omnibus Appertinentiis, Bonis, & Juribus Secularibus, & Ecclesiasticis &c. *Art. III.* §. 1. universi & singuli S. R. I. Electores, Principes, Status &c. restituti sunto plenarie in illum Statum in Sacris ac Profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt. *Art. XI.* §. 4. Salvis tamen Civitati Mindensi suis Regaliis, & Juribus in Sacris, & Profanis. *Art. XIII.* §. 1. *vers. fin.* Quoties vero Catholicus Episcopus Osnabrugensis rerum potitur, nihil omnino in Augustanæ Confessionis Sacra arroget sibi Juris aut obtineat. *Art. V.* §. 48. Catholicorum Augustanæ Confessioni addicti Status Provinciales & subditi, qui Anno 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam agnoverunt, in iis casibus modo dictæ Jurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernant, *Art.*

Art. V. §. 29. Liberæ Imperii Civitates &c. tam ratione Juris reformandi, quam aliorum casuum Religionem concernentium, in Territoriis suis, & respectu subditorum, non minus ac intra muros, & sub urbia idem cum reliquis Statibus Superioribus Jus habeant *Art. V.* §. 42. A sola qualitate feudali, vel sub feudali sive a Regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii, sive aliunde procedant, Jus reformandi non dependet. Idem Art. §. disponit, sola Criminalis Jurisdictio, *Cent-Gerichte*, solumque Jus gladii & retentionis Patronatus Filialitatis, neque conjunctim neque divisim Jus reformandi tribuunt. En plenissimam habes, data opera, probationem I.) universis Statibus Imperii Jure Territorii competere Jus circa Sacra, II. Jus hocce ut & Jus reformandi ex analogia Instrum. Pacis pro Synonimis haberi, ac quod modo Jus reformandi nuncupet Pax Westphalica, modo Jus circa Sacra appellari, III.) dum omnia alia Jura juxta *Art. V.* §. 42. 44. e. g. Jus feudi, & centena excluduntur, sed Territorio Jus circa Religionem adpropriatur, paciscentes in vocabulo Juris reformandi & Jurisdictionis Ecclesiasticæ nil aliud nisi Superioritatem Territorialem ipsam intellexisse.

§. XIX.

Sed instas forte, hos, qui allegati a nobis fuere Articuli, de Protestan-is solis loqui, id quod præcipue negamus, cum vocabulum, Status genera-ontrarium ostendat, ut vero largiores simus, de superfluo probamus, & ım mentem Protestantium fuisse, eos idem Jus Statibus Catholicis dedisse, ı ex Pace Westphalica ipsi circa Sacra fruuntur.

uperius jam jam illud oppositum rejecimus, ob inhabilitatem ex Jure Canonico effictam, Status Catholicos cum protestantibus non pari Jure circa Religionem frui posse, nec in sensu Pacis eos ad illud exequatos fuisse, nunc contra illa Principia contrarium allegabimus, idque quidem, Jus circa Sacra Protestantes eodem modo concessisse Catholicis, quo illo eo Jure hodie uti cupiunt, Exemplum ex *Art. XIII.* §. 8. ipsa Pax ita, quidem suppeditat. Scivere Paciscentes in regula Jus Territorii inferre Jus circa Sacra, quoniam vero hanc regulam non uti alias generaliter erat in Pace approbata, intuitu Episcopatus Osnabrugensis admittere volebant, unicam hanc exceptionem in Instrumento reperire licet, quæ contrarium concludere permittit. Quodsi minus alias universis Statibus in Jure Territ. Status Protestantes Jus circa Sacra attribuere voluissent, nec opus fuisset, hac unica & speciali exceptione, quodsi vero rem ipsam acu tangis, nihil Catholico Episcopo ademptum proprie est, nisi Jus Diœcesanum, sequitur id ex verbis. *Nihil omnino in Augustanæ Confessionis Sacra arroget sibi Juris, vel obtineat Catholicus Episcopus*, licet tamen in subsequentibus ejus Superioritas Territorialis & annexa, extra dubium sint posita. *Cætera Superioritatis, & Regiminis Jura in Civilibus, & Criminalibus Augustanæ Confessionis Episcoporum illibata permaneat.* Illud igitur obtinemus, Episcopo Catholico non licere effectu Juris Diœcesani disponere circa Jura Sacrorum A. C. addictorum, Jus circa Sacra ipsi vero, ut aliis Statibus ex Territorio omnino competere: Interpretatio hæc Articuli XIII.

 genu-

Ne vero longius a scopo aberrare videar, in *sacra*, aut *sacrorum* potius *jura*, prout in *Castris* Nobilium exercita olim fuere, proximius inquiro. Vestigia horum prima exhibet ætas illa, quæ *Oratoria* privata atque *Sacella* in Magnatum villas introduxit, cujusmodi nullum tribus prioribus Ecclesiæ Sæculis occurrere, in aprico est. *a*) Labente autem *Sæculo IV.* Usus illorum aliquis jam cœpit in *Oriente*, *b*) qui *in Occidentem* & serius pervenit & rarius. *c*) Cumque Oratoria vel domesticam solum Devotionem, quæ in privatis familiæ precibus absolvitur, vel usum quoque Sacrorum quempiam, ac Officii divini Celebrationem jam tum temporis spectarint, non prætermittendum, priora facillime passim permissa fuisse, *d*) quantum vero ad posteriora, non eandem in utraque Ecclesia, *Orientali* nimirum & *Occidentali*, disciplinam deprehendo: *Illa* quidem hoc in Genere multo liberalior ex ratione domestica sui status ac moris, *e*) parcior econtra *Occidentalis* nostra extitit, nec nisi *Capellas* Regum *palatinas* & *Dominicas* sacra hac Proëdria insignivit. Arsere tamen paribus mox Votis Proceres, atque ægrius impetrarunt, ut in suis quoque Castris extra ordinem Missas tenerent *propter fatigationem familiæ. f*) Degenerante sensim hoc pio usu in abusum, indeque vilescente Ecclesiarum publicarum honore, graves desuper querelæ motæ sunt in Synodis Provincialibus, *g*) latique Canones, Oratoriorum multitudinem coërcentes. Qui cum suo frustrarentur eventu, istius ætatis vitio, Medium denique illud expedire visum est, si ejusmodi *Capellis* Usus Sacrorum ordinarius concederetur, assignata simul certa plebis ruri degen-

Oratoria & Capellæ in Castris.

degentis portione, quo factum, ut earum pars magna Parochiæ faciem indueret. *b*)

a) Quo tempore nullas adhuc ruri fuiffe Ecclefias ex *S. Ignatii*, *Juſtini & Cypriani* teftimoniis probatum dedit *THOMASSIN. de Vet. & Nov. Ecc. Diſcip. P. I. L. II. Cap. XXI.*

b) Tefte *ATHANAS. Apol.* 2. *& CHRYSOST. homil.* 18. *in acta*, cujus extat infignis adhortatio fuadens erectionem talium Oratoriorum ap. eund. *THOMASS. ibid. Cap. XCII.*

c) Ita teftatur fua ætate, ineunte nim. *Sæc.* V. *INNOCENTIUS I. in Epiſtola* 1. *ad Decentium* Epifcopum Eugubinum, Ecclefias rurales necdum cognitas. Idem colligitur ex teftimoniis *GREGORII* M. ap. *Eund. l. c.*

d) Patet ex Capitular. Regum Francorum, Capitular. *Ingilheimenſi* VI. ubi: *qui in Domo ſua Oratorium habuerit, orare ibidem poteſt, Miſſas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat &c. item Novell.* 58.

e) Vi cujus non licebat uno die in una Ecclefia, in qua ordinarie Altare folummodo unum, nifi unicam tantum Miffam celebrare, ut aperte declarat *Synodus Altiſiodorenſis cit. a Thomaſs. non licet ſuper uno Altario una in die duas Miſſas dicere.* unde tot Oratoria, qui mos GG. & ex eo patet, quod *Leo Papa* modo permiferit fecundam Miffam infeftis folennioribus, *nequa pars populi ſua Devotione privetur. epiſt.* 81. *ad Dioſcor. Ep. Alexandr.*

f) Vt permifit *Concil. Agathenſe anno* 506. *Can.* 21. exceptis feftis Domini & aliis folennioribus, quibus ad Ecclefias publicas fuit accedendum. *Aurelian.* I. *Can* 25. *de anno* 521.

g) *Ticinenſi de anno* 855. *Pariſienſi VI. de Anno* 829. *Capitular. Ludovici Pii Lib. V. Cap.* 334.

h) *THOMASSIN. P.* 1. *L. II. C.* 93. *& ſeqq. Concil. Aurel. IV. Can.* 26. *ſiqua Parochiæ in potentum Domibus conſtitutæ ſunt &c.*

§. VI.

Penes quem Jus Sacrorum in Capellis Caftrorum.

In quibus, five earum *erectio* fpectetur, five *Sacrorum* Ordinatio, aut affignatæ dotis *adminiſtratio*, primas ubique partes jure fuo fuftinuit Epifcopale Regimen; quodfi enim de iis recens exftruendis actum, Epifcopi Nutum ante omnia revereri, Ejusque flagitare Confenfum oportuit, *a*) adeo, ut nec Augufta Regum Cæfarumque Majeftas huic fefe Directioni fubduceret, ut eandem potius & Authoritate Legum & Exemplo roboraret. *b*) Ad eandem paftoralem Sollicitudinem femper pertinuit, idoneos ibi Miniftros *inſtituere*, & quidem prout vifum eft, vel Clericos alterius majoris Ecclefiæ certis folummodo Diebus illuc delegare, *c*) vel titulo beneficii annexo Sacerdotes proprios ibi præficere, *d*) quo in Capite licet fubin nonnihil remiffum, (ut §. *ſequenti* patebit) ipfa tamen *Sacrorum Ordinatio directiva* integra femper & inviolata penes Ec-

clefiaſti-

clesiasticos Ordines perstitit; Hæc fuit præcipua vereque characteristica Mytræ Episcopalis Gemma, atque Decus a Pastorali Pedo nunquam divulsum: hinc erat in arbitrio *Præsulum* (non vero *Nobilium*) facultatem peragendi sacra in hisce Castris aut laxare amplius, aut arctius constringere, *qualia*, *quoties*, *quando*, & *quomodo* ibi celebranda sint divina Mysteria, suis Nutibus determinare. *e*) Ipsimet demum proventus, quos veluti sacram Dotem acceperant Christi Sponsæ Ecclesiæ, ita in Potestate Episcopi extitere, ut eos suo lubitu in Clericorum, quos eo missitabat, aut *Presbyteri Cardinalis* (ut *voce isto ævo consueta* utar) aut etiam pauperum usus converteret. *f*)

a) Id probant ex una parte preces *Nobilium* ad Episcopos & summum Pontificem directæ, & ex altera parte prohibitiones Episcoporum in *Concil. Paris. VI.* & *Ticinensi ap. THOMASS.* & jam in *Chalcedonensi generali anno* 451. *Can.* 4.

b) Ita sanxit tum de suis, tum aliis Capellis *Ludov. Pius Lib. V. Capit.* 334. in verbis: *Placuit nobis, ut sicut ab Episcopis - - - admoniti fuimus, ne Capellæ in palatio NOSTRO vel alibi sine permissu vel jussu Episcopi, in cujus est Parochia, fiant.*

c) Ut voluit *Gregor. M.* observari in Capella Matronæ nobilis *Arimini in Epistola ad Episcopum Ariminensem* desuper data, cujus verba adducit sæpe laudatus *THOMASSIN. P. I. L. II. C.* 93.

d) Idem *Gregor. M. l.* 9. *ep.* 12. Episcopo *firmano* rescripsit his verbis: *Presbyterum quoque te illic constituere volumus Cardinalem &c.* nimirum in Castello cujusdam Comitis *ap. eundem.*

e) Unde aliquando permissum ab Episcopo ibi baptizare, aliquando prohibitum, relicta solum facultate celebrandi, cui & sui limites erant, de quibus vid. *THOMSSIN. locis supra cit.*

f) Docente id *synodo Antiochena a.* 341. *Can.* 24. & 25. *Aurel. I. anno* 521. *Can.* 17. *Toletan. III. anno* 589. *Can.* 19. *Tolet. IV. anno* 633. *Can.* 32. *Cabilonens. II. anno.* 813. *&c.* Ex quibus licet particularibus synodis Ecclesiastica tamen illius ætatis Disciplina patesit, quod etiam reges suis Constitutionibus roborarunt, ut inter alia patet ex *Lib. VII. Capitular. Capit.* 366. *placuit, ut omnes Ecclesiæ cum dotibus & omnibus rebus suis in Episcopi proprii potestate consistant atque ad Ordinationem vel Dispositionem suam semper pertineant.* Addatur *THOMASS.* P. 1. *L.* 2. *c.* 93. citans plura loca *Gregorii M.* ubi extant *formulæ fundationum* id ipsum innuentes.

§. VII.

Possessori vero *Nobili* locorum sacris ejusmodi Capellis insignium relicta erat gloria in quibusdam *Juribus honorificis*, quibus beneficam sibi filiorum munificentiam tum remunerari, tum excitare studuit grata Parens Ecclesia. Antiquissimum inter ea occurrit illud, quo Ecclesiis, Oratoriis aliisque sacratis Locis indita sunt eorum nomina, & elogia, quorum larga pietas in iis extru-

Quid nobilibus Juris concessum hac in parte.

ſtruendis, aut dotandis, & reparandis eminuit; unde diverſi tot Eccleſiarum tituli deſcenderunt. *a*) Huic progreſſu temporis alia quædam ſuperaddidit uſus, velut Jus Proceſſionis, Precum, *b*) Thuris, Sepulturæ &c. *c*) Nobilius cæteris eſt celebre illud jus ſuo arbitrio proprium deſignandi Miniſtrum, qui (prævio tamen Ordinarii Examine & annutu) *d*) ſacra ibi Munia obeat, quod juris ſolis primum Epiſcopis, in alterius Epiſcopi Territorio ſeu Diœceſi Eccleſiam vel Oratorium ædificantibus, uſitatum fuit, *e*) poſtea modo ad *Laicos Ordinariorum indulgentia* perductum. *f*) Addunt demum Alii (quod tamen *oneri*, quam *honori* ſimilius) Jus Inſpectionis & Intendentiæ, ut & ſacrum Miniſterium, & rerum Adminiſtratio, menti fundatorum reſpondeat. *g*) Quæ jura uno in complexu *jus Patronatus* poſterior ætas cœpit ſalutare. Atque hos intra limites ferme concluditur, quid quid *juris circa Sacra* penes *Nobiles* eo cognitum ævo, quo diſſidia Religionis adhuc fuere incognita, ſiquid ſuccrevit porro, inter Novalia illa pertinet, de quibus infra.

a) Teſte *PAULINO ſæc. V.* ſcriptore *ep.* 10. *apud Van. Eſpen P. II. Jur. Eccl. tit.* 25. *Cap.* 1. *& FRANCIS. FLORENS Tractat. de Jure Patronat.* ubi rem exemplis illuſtrant.

b) Cujus jam meminit *Synodus Emeritenſis* in Luſitania *anno* 666. *Can.* 19. in fine: *Eorum nomina, a quibus Eccleſias conſtat eſſe extructas, vel qui aliquid his ſanctis Eccleſiis videntur aut viſi ſunt contuliſſe, ſi viventes in Corpore ſunt, ante altare recitentur tempore Miſſæ &c.*

c) Vid. de his fuſius *VANESPEN. l. c. Cap.* 7.

d) Juxta communem Eccleſiæ Diſciplinam, quam commendat *Concilium Ticinenſe Can.* 18. „*ſæculares Viri, ſi in Domibus ſuis myſteria divina jugiter exerceri debeant - - ab his tractentur, qui ab Epiſcopis examinati fuerint* „& ante hoc Aurelianenſe IV. Can. 7. „ *ut in oratoriis Domini prædiorum minime contra Votum Epiſcopi - - - peregrinos Clericos intromittant.*

e) Ut ſpecialiter tribuit *Concil. Arauſican. I. anno* 441. *Can.* 10. quem ipſum paulo poſt inſtauravit *Arelatenſe II. anno circiter* 452. *Can.* 36. in verbis: *hoc ſolum ædificatori Epiſcopo credimus reſervandum.*

f) *FLORENS & VAN ESPEN citati.*

g) Quod aliquando competiiſſe fundatoribus Eccleſiarum & eorum hæredibus colligit *VAN ESPEN ex CC. Hiſpaniæ ſæc. VII.* habitis *Toletan. IV. Can.* 33. *& Tolet. IX. Can.* 1. ſed ad juſtos limites reductum in *Trid. ſeſſ.* 24. *Cap.* 3. *de reformat: Patroni vero in iis, quæ ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque Viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum proventibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione ac fundatione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant &c.*

§. VIII.

§. VIII.

At videor mihi videre alios, qui fertiliorem in ista, de qua dictum est, Epochæ Peritiasi segetem jam reperiant, amplioresque inde jurium *circa Sacra* manipulos *pro Nobilibus* colligant, explorare tamen juvat, quid difflatis paleis in cribro remaneat. Nervum sic instruunt: Dominium ajunt, in *Res Sacras*, arbitrium in *Personas*, cura ipsorummet *Sacrorum directiva*, hæc certe sunt, quibus Summam sacrorum jurium absolvi nemo negarit. Et quonam horum non radiabat olim *Nobilitas?* Eamus per singula:

Argumenta Contraria.

I. *Res Sacræ*, quo nomine veniunt aut ipsæ Ecclesiæ, aut possessiones & prædia illarum Splendori & Conservationi destinata, erant omnino in *proprietate*, ac *Dominio Nobilium Possessorum*, *a*) unde manabat facultas eadem alienandi, vendendi, *b*) donandi, *c*) dividendi inter hæredes, *d*) & cæt. reditus quoque suberant liberæ Eorum dispositioni, in quos vellent, usus convertendi. *e*)

II. Quantum, pergunt, ad *Personas* sacro Ministerio fungentes, suo arbitratu eas passim instituebant, nullo Episcopi negotio præter consuetam Ordinationem interveniente, in Capellas non solum, sed & Paroecias jam inducebant, jam denuo expellebant, *f*) Leges vivendi, & Normam iis præscribebant, *g*) ut taceam servitia domestica satis in gloria sæpe ac sordida, quæ obibant, adeo, ut in *familia* dicam an *famulitio* ejusmodi Dominorum *Nobilium* existere viderentur. *h*)

III. Ex quo Dominio tum *in res*, tum *Personas Sacras* (concludunt demum) sua sponte fluit *Potestas Sacrorum directiva*; ad quos enim nutus vivit Minister, ad eosdem agat & operetur, necesse est, & qui dominatur loco, Actionibus quoque ibi producendis dominari intelligitur.

a) Ita testantur & *Canones PP. & Capitularia regum. Concil. Rom. anno* 826. *sub Eugen. II. Can.* 21. *Monasterium vel Oratorium Canonice exstructum a DOMINIO constructoris invite non auferatur. Inter LL. Lotharii I. Lex* 85. *statutum est, ut siquis liber homo per consensum Episcopi Ecclesiam in sua construxerit proprietate, fontesque ab Episcopo in ea fuerint consecrati, ideo non perdat suam PROPRIETATEM.* Addatur *libri V. Capitulare* 213. ubi ejusmodi Ecclesiæ vocantur *Ecclesiæ laicorum. Diploma Hugonis III. Ducis Burgundiæ anno* 1172. apud *AUBERT. MIRÆUM in Notit. Eccles. Belgic. Cap.* 98. *Tom. I.* ubi: *quoniam autem ista Ecclesia specialiter mea est &c.*

b) Argumento *leg.* 10. *Cod. de HH. & Manichæis*, ubi *Anastasius* irritam declarat talem Venditionem factam HHis ob periculum ruinæ Ecclesiæ imminens. Consonat *Caroli M. Capitulare Francofordiense de anno* 794. *Capitulo* 52. *de Ecclesiis, quæ ab ingenuis hominibus constituuntur, licet eas tradere, VENDERE, tantummodo ut Ecclesia non destruatur, sed serviuntur* (Sirmond. serventur) *cotidie honores.*

c) Ut probatum dedit *LEUCKENFELD in antiq. Walckenridens. P. I. Cap. XI.* §. 7.

§. 7. & reliq. ubi adducit varia Diplomata ejusmodi Donationum a Nobilibus factarum Monasteriis, ut illud *Conradi Comitis de Dellenberg* anno 1235. per verba: *Ecclesiam in Villa Mackenrod, quæ ad nostram pertinebat Dominationem, conferimus Dilecto nobis Conventui in Walckenrede præsentium tenore &c.* aliud *Comitis de Gleichen* de anno 1253. *Comitis Werckenrodensis* de anno 1204.

d) Quod permissum legitur in Capitularibus *Lib. V. Capitul.* 99. consonat *Regum Francorum Capitulare Wormatiense de anno* 829. *capit.* 2.

e) Hujus jam usus viguit *in occidente sæc.* 6. de quo meminit *Can.* 1. *Concilii Parisiens. III.* anno 557. „*accidit, ut temporibus Discordiæ sub permissione beatæ memoriæ Domini Clodovæi Regis res Ecclesiarum aliqui competiissent, compositasque res improvisa morte collapsi propriis hæreditatibus reliquissent.* & ex *Can.* 3. *Concilii Rotomagensis anno* 1047. eruitur, reditus Ecclesiasticos fuisse in manu laicorum, tertia tantum parte eorum presbyteris assignata. *In Oriente* passim Clerici expensis laicorum alebantur, proinde non habebant reditus proprios. *Novel.* 57. *Nov.* 123.

f) Exemplis plena sunt PP. Concilia, pleni historiæ Eccl. libri.

g) Prohibendo, ne Archidiaconi, cujus tum temporis potestas maxima, constitutionibus pareant, ut liquet ex *Concilii Aurelianens. III. Can.* 10. *anno* 540. *ap. CABASS. Aurel. IV. Can.* 26. & *Ticinens. Can.* 18. *Cabilonens. c.* 14. junctis *Capitularibus Caroli M. anno* 800. *ap. BALUZ. Tom. I. Capit. pag.* 329. *seqq.*

h) Hunc ævi sui morem exhibet *AGOBARDUS* Archi-Ep. Lugdun. initio sæc. 9ni florens *Lib. de privileg. & jure Sacerdot.* §. 9. & *Concil. Juliobonense* suo adhuc tempore perdurasse innuit *Can.* 4.

§. IX.

Præmittuntur quædam ad dilucitationem.

Quibus ut ex ordine obviare queam, facis adinstar pauca quædam præmittenda censeo. Crevere, ni fallor, præfata Germina tum potissimum temporis, cum in agro Domini, Ecclesiam intelligo, inimicus homo superseminaret zizania, cum debilitatis *juribus sacris* fortiora potentum *facta* prævalerent. Campum sistit *ævum Merovingicum, a)* & *Pipiniano-Carolingicum*, quo silentibus inter arma legibus, Libertates & jura Ecclesiarum infringi, Resque Ecclesiasticæ ad manus Laicas pertrahi cœpere, suadente ita aut dira *necessitate*, aut *dura Violentia* cogente. *Hac* armati potentiores, turbidis temporibus piscantes, adhamabant passim possessiones Ecclesiarum, & Monasteriorum, usurpabant suo lubitu proventus sacros, jura in utrumque genus amplissima sibi arrogabant. *b)* *Illa* adacti Reges ac Principes, ut laboranti utrique Reipublicæ subvenirent, opibusque ac Copiis contra Paganorum incursus adessent, *mero primum imperio, tum dissimulante ad tempus Ecclesia* loca sacra cum terris, prædiis & reditibus vindicarunt, atque inter Duces, Comites aliosque belli Præfectos tanquam beneficia distribuerunt. *c)*

Man-

Manavit quidem ista *perversitas* (si THOMASSINI calamo uti liceat) ı omnem late Europam, adeo, ut nec Alpes eam remorari valuerint; *d*) in iermaniæ tamen sinu, ubi enata est, grassari quoque vehementius ausa, li-:t ab ea subin paulisper respirare datum, sub a. m. CAROLO M. LUDOVICO IO, & CAROLO CRASSO, qui & Sua, & Prædecessorum suorum facta, uæ necessitas imperarat, hac remittente per LL. publicas correxere, *e*) nihil on agentes, ut Possessiones Sacræ ad eas, unde venerant, manus postliminio :dirent. Et redierunt sane plurimam partem, certis licet Oneribus affectæ. *f*) 'um vero pientissimos hosce Conatus nova denuo fata interciderent, *b*) vota-ue supra vires ambularent, *prudens Oeconomia* in eo acquiescendum duxit, ut 'iri Nobiles in antiqua rerum Ecclesiasticarum Possessione permanerent qui-em, at nonnisi per accedentem prius Sacrorum Præsulum consensum ratiha-ita, & velut de novo stabilita, insimul autem prohibitum, ut ne deinceps in ıcram hanc messem profana falce involarent. *i*) Quæ salutaris provisio uti-am posterioribus sæculis tam illibata perstitisset, ut non varias rursus patere-ır vexas, cum aut recurreret periodica necessitas, *k*) aut dormientibus homi-ibus *l*) Simon evigilaret.

a) Non ergo *Carolo Martello* tribuenda Origo hujus Usurpationis quippe jam 200. ante eum annis cognitæ sub *Clodovæo I. Childeberto & Clotario I.* & prohibitæ in *CC. Gallicanis Aurel. IV. Parisiens. III.* quanquam sub *Martello* iterum recruduit ulcus, ut observat *THOMASS. P. II. Lib. III. Cap. XI. & FLORENS Tract. de jur. Patronatus.*

b) Hinc illæ lacrymæ, illæ querelæ S. *Bonifacii*, quas fudit ad *Zachariam* Pontif. „ *modo maxima ex parte per Civitates Episcopales sedes traditæ sunt Laicis, cupidis ad possidendum* &c. ap. *THOMASS.* cit. Hinc tot lamenta, Decreta, & fulmina CC. in ævo jam antiquo, ut *Vasionens. de anno* 442. *Can.* 4. *Aurelianens. III. anno* 538. *Can.* 22. ap. *Cabassut. Aurel. IV. Can.* 25. *Agathens. Can.* 4. *Parisiens. III. Can.* 1. 2. 6. *Arvern. Can.* 5. ap. *THOMASSIN.* add. Capitulare Regum Francor. circa ann. 744. Capitulo 8. *de invasoribus rerum Ecclesiæ.*

c) Id unum Regibus Francorum expedire visum ad *Nobilium* operam contra *Sarracenos*, *Saxones*, *Frisones* sibi demerendam ex una, & ex altera parte ad violentas eorum usurpationes hoc pacto temperandas, in quo non potuit non servire tempori sacrorum Antistitum prudentia. Irrepsit mos iste jam *Sæc. VI.*, ut de *Clodovæo* testatur *Can.* 1. *Concilii Paris. III. supra cit.* per verba: „*sub permissione beatæ memoriæ Domini Clodovæi* „ *&c. De Carlomanno Concilii Liptinensis anno* 743. *Can.* 2. relatus postea inter Capitularia ejusdem Regis. De *Pipino Concil. Suessionens. anno* 744. *Can.* 3. qui & exprimit consensum utriusque Cleri Congregati. Item *Capitulare Metense anni* 757. *Capitulo* 4. quod inscribitur: *De his, qui res Ecclesiasticas verbo Domini Regis tenent.* Quod & ipse *Zacharias Papa* in litteris ad *Bonifacium* datis ratum habuit, quæ extant ap. *THOMASS. P. II. Lib. III. Cap. XII.* Ulterior PP. Consensus proditus in *Concil- Aquisgran.* sub *Ludovico anno* 836. *Can.* 19.

cujus notanda verba: *sed quia id exigit Reipublicæ necessitas.* Videri etiam possunt plura hac de re Diplomata ap. *LEUCKFELD in antiquit. Kelbran. & Walckenridens.*

d) In *Bavaria* id tentavit *Arnulphus* teste *OTTONE FRISINGENSI* ad ann. 939. „*Ecclesias & Monasteria Bojoariæ crudeliter destruxit, & possessiones earum militibus distribuit.* Et *Hispaniam* licet serius penetrasse, patet ex *Concilii Coyacensis anno* 1050. *can.* 3. De *Italia* vero satis innuunt *Synodus Rom. sexta* sub *Symacho sæc. VI.* ineunte, cujus Verba relata in *GRATIANO Can.* 57. *Causa* 16. *q.* 1., & sub *Joanne VIII.* alia *Romana*, item *Tricassina II.* sub *Eodem anno* 878. *Can.* 2. *Troslejana anno* 909. *can.* 3.

e) Videatur *Capitulare Caroli M. lib.* 3. *Cap.* 321. ap. *BALUZ.* „*omnibus Nos ipsos Corrigentes posteris Nostris exemplum dantes &c. Et aliud Ejusd. de anno* 803.

f) Præterquam enim, quod ista restitutio indiscriminatim fieret dato Monachis, quod ad Clerum, & Clero, quod ad Monachos pertinebat, reservarunt sibi hac occasione Laici *jus nominandi* ad Ecclesias a se possessas, unde tot Patronatus Laici; aliquando etiam imposuerunt onus *metati*, *donorum annuorum &c.* aliquando plane inverso stylo eos sibi deposcebant Vasallos, quorum ipsi fuerant, nec nisi sub nexu feudali bona Ecclesiastica restituere, in animum inducebant. Consulatur *THOMASSIN.* l. c. & Cap. XXI.

g) Ut erat inundatio *Normannorum in Galliam*, contra quos ut ante contra *Saracenos*, præsidium *Nobilitatis*, & militiæ hac ratione velut mercari, erat necesse. Præter Difficultates alias, quæ *Ludovicum Pium* & Episcopos in Conventu *anno* 823. *apud Compendium* idcirco habito moverant, ad bona quædam Laicis permittenda, hac lege, ut strenua Ecclesiæ defensione ea resarcirent, teste *AGOBARDO*, qui præsens aderat, *Lib. de Dispens. rer. Ecclesiast.* apud *THOMASS.* Cap. 16.

h) *Primum* colligitur ex *Capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii* ap. *BALUZ. L.* 1. *Cap.* 188 - - *siquis ex jure Ecclesiastico hactenus nostra largitate aliquid possedit, si illa deinceps habere voluerit, ut ad proprios Episcopos veniat - - - & ab eis hæc impetrare satagat.* & in *Capitulari anno* 803. sancitum: *Nullus res Ecclesiæ nisi precario possideat*, quod Consilii a summo Pontifice & Episcopis sibi suggestum declarat Imperator per Verba: *adjuncto Leonis Papæ & omnium Episcoporum, quorum consilio usi hoc egimus, Spiritu Spiritui nostro.*„ In quo Avi, Patrisque vestigia legit *Lotharius* per *Capitulare de anno* 824. teste *BARONIO.* *Alterum* edocet nos *Concilium Rotomagense anno* 1050. *Can.* 10. prohibens, ne deinceps Ecclesiæ terræ *beneficientur.*

i) In quam incidisse videri poterat *Carolus Calvus*, cum *Lothario & Ludovico* fratribus bello implicitus, & a suis deferendus prope, nisi *Loca Sacra* donaret, ut *ejus Capitularia* sonant, *minarum necessitate* cessit, & varia Monasteria, ipsumque Episcopatum Remensem inter suos milites divisit, Nicolai tamen Papæ & Episcoporum monitis, forte & ærumnis (Si *LUPO FERRARIENSI* fides) ad saniora reductus. Idem tentavit *Ludovicus Balbus* assentatorum Pseudo-principiis imbutus, quæ eum *Hincmarus* dedocuit.

k) Præsules intelligo nimis humanos, aut humanis affectibus, v. g. nimio favore erga

erga familiam &c. indormiscentes, quorum oscitantia alacres fecit *Nobiles* Laicos ad capessendas Ecclesias, ut factum *Sæc. XI.* in *Civitate Diensi*, ubi redux e *Concilio Calibonensi* Legastus Apostolicus deposuit Episcopum Simoniacum, qui permiserat Episcopatus sui *Ecclesias fere omnes a militibus & quibuslibet sæcularibus possideri.* ap. Thomass. cit. sæp. Cap. XXI. jung. Can. 2. Concilii Tolet. IX. per verba: *quia fieri cognoscitur, ut Episcoporum quorundam vel insolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam.* Quæ sacrilega nundinatio sopita quidem fuerat in Concil. Arelat VI. Can. 5. Moguntino Can. 29. & 30, Turonensi III. Can. 15. eodem anno 813. habitis, ipsomet Carolo M. navante operam, & jam antea Pipino in Capitulari Vernensi anno 755. Cap. 24.; iterum tamen expergefacta posteriore ætate nequam, hinc fulminata denuo in Concil. Roman. anni 1059. Can. 3. & alio Turonensi anni 1060. Can. 4. & aliis.

§. X.

Ex his mutuari lucem necesse fuit, qua superius obmota perlustrem, *ju·te* inter & *facta* (quo fere res tota recidit) discernam. *Ad* 1*mum* igitur, ·, Ecclesias (de *Oratoriis* enim *privatis* plane non moror) computatas ali·ndo fuisse in *proprietate* ac *Dominio* Nobilium; sed explicatione indiget hæc asis tempore illo usitata, aliquando enim *proprietas* ac *Dominium* in Ecclesias stabatur *objective* seu pro eo, quod *Dominio* substabat, ut, quemadmodum dicitur in Dominio illius, intra cujus solum pertinet ratione *situs*, sic quoque lesiæ dicerentur in *Dominio* v. g. Constructoris; *a*) aliquando nihil aliud so·at, quam jus eligendi sibi Sacerdotem proprium, eoque tanquam Ministro ·o utendi; *b*) aliquando concordabat iste loquendi modus persuasioni homi·n ac communi æstimationi. *c*) Subin etiam quandam Dominii speciem to·bat plusculum largiens Dispensatio. *d*) Et hoc quidem *de Jure*. *De facto* ·m quis mirabitur? Ecclesias recenseri solitas in proprietate Nobilium, quas ı omni jure ac utilitate tenebant, vel suamet authoritate, vel Regum bene·, unde attentata plurima juri adversa, inique occupata, iniquius alienata, dita, *e*) donata, *f*) divisa, *g*) fato inter Loca Sacra, ipsosque reditus com·ii, quod prohibitiones & fulmina ab arce tum Sacra, tum profana remora· vix ac ne vix quidem potuere. *h*) Solvuntur Opposita.

2*dum*, quod de Arbitrio in personas splendide magis, quam vere prola·, similiter ne umbram *juris*, sed *pura puta facta* indigitat; & quidem quod hibeatur ad Nobiles pertinuisse institutio, Ministrorum, sola Ordinatio ad scopum, fallacia in aperto est, qua institutionem subdole separant a Colla·e Ordinum, ut ita Colorem quendam putatitiæ suæ potestatis institutivæ ndicent, cum nemo nesciat, eas olim indivisibili nexu fuisse conjunctas, inde Episcopum unico actu perfecisse, quod hodie (sejuncta institutione ab inatione) gemino exequitur. *i*) Poterant ergo Nobiles præsentare, insti·e non poterant. *k*) Quæ porro de Ministris Ecclesiæ modo admissis, modo

do expulsis, *l*) jam arbitrio Nobilium viventibus, *m*) jam ad vilissima servitia mancipatis, *n*) congesta sunt, conatus erant, facta erant, abusus erant.

3*tium* Suapte infirmitate ruit, inverso namque stylo melius sic arguo: Ubi nullum Dominium in res Sacras, Regimen in personas nullum, ibi nec Jus sacrorum Directivum, geminæ basi isti superstructum subsistit, primum & alterum deficit ex modo dictis, igitur & tertium ruat, oportet. Accedit, quod alia omnia doceat idipsum, ad quod provocatur, ævum, quodsi enim sacrorum Directio extitit tum penes Nobiles Laicos, cur Episcopus prohibuit, in eorum Capellis conferri Baptismum? cur ipsamet authoritas Regia fontes sacros, inde ab Episcopo auferendos statuit? *o*) ut alia silentio premam.

a) Qui sensus est *Canonis* supra §.VIII. lit. a. allegati ex *Concil. Rom.* quo *dispensatorie* cavebat, *Eugen. II.*, ut si Domini in suis Districtibus aut prædiis *Ecclesias* aut *Sacella* exstruxerint sine licentia Episcopi, non statim auferrentur, aut destruerentur juxta Disciplinam Canonum antiquiorum, sed relinquerentur in *Dominio*, id est, *solo* Constructoris.

b) Ita sentit *THOMASSIN P. II. Lib. I. Cap.* 30. remque declarat Exemplo Pulcheriæ Imperatricis in Oriente; hinc si id Juris habuit Laicus, dictæ sunt Ecclesiæ *Laicorum.* Consonat Synod. Salingestadiensis anno 1022. Can. 13. *Nullus Laicorum alicui Presbytero suam commendet Ecclesiam præter Consensum Episcopi.*

c) Qua dicebant istas Ecclesias *suas*, quas fundassent, dotassent, exstruxissent. Sic Ecclesiam Collegiatam Goslariensem ab Henrico III. exstructam ejus Successores Augusti vocabant *Suam*, ut variis testimoniis illustrat *HEINECC. in historia Goslariensi ad annum* 1039. hinc & notatum supra, quod Ecclesiæ nomen Authoris sortiebantur.

d) Iis præsertim in Regionibus, ubi adhuc novella Religio potentum patrocinio egebat, ad eam firmius implantandam, & pietatem Neo-Christianorum excitandam, prudens Oeconomia plus permisit, quod in sequelam haud trahendum, cum a Statu Ecclesiæ turbulento ad tranquillum, a Cunis ejus ad ætatem plenam, argumentari non liceat.

e) Venditionem Ecclesiarum *abusum* vocat ipse *BOEHMERUS Jur. Eccles. Lib. III. tit.* 38., quem perstringunt Agobardus & Petrus de Marca verbis ibidem relatis. Siquando eam permisere Reges, serviebant temporis Genio, quo Ecclesiæ inter Villarum & Castrorum pertinentias reputatæ, veluti constat ex Diplom. *Henrici III. a Gewold. & aliis ap. BOEHMER cit.*, cum iis vendebantur, contractu non afficiente Ecclesias ipsas, sed solum jura & commoditates annexas, v. g. jus habendi Ecclesiam, opportunitatem audiendi suo lubitu Missam sine itinere &c., quæ pretio æstimari queunt.

f) *Donationis* duplex genus occurrit, vel enim Nobiles suis Donationum formulis solum *Jus Patronatus*, quod ipsi vi fundationis habuerant, transferebant in Monasteria & hujus libera *facultate* gaudebant, *Ex Cap.* 8. *de Jur. Patronat.* Quod factum videtur fuisse a Comite Conrado de Dellenberg in Diplomat,

mat. sup. alleg.; vel dicebantur donare ipsas Ecclesias *cum bonis mobilibus & immobilibus*, ut exprimitur in Diplomate Comitis de Gleichen, & tum hæc non tam Donatio, quam restitutio erat ad manus Ecclesiasticas, quam maluerunt facere Religiosis, quam Clericis, ex variis causis, quas hic adducere non vacat.

g) *De Divisione Ecclesiarum* variant Scriptores; quidam per eam intelligunt factum, quo defuncti Possessoris, qui Ecclesiam aut nexu feudali, aut allodii nomine aut saltem Jure Patronatus tenuit, hæredes singuli singulos Presbyteros in unam eandem Ecclesiam introduxere, atque ita divisis inter plures Ministros proventibus dicebantur *dividere* Ecclesias, quæ est mens *FRANCISCI FLORENT. Tract. de Jure Patron.*; alii paulo aliter sentiunt, voluntque tum divisas dici Ecclesias, cum hæredes inter semetipsos partirentur bona & reditus, non Parochiarum modo, sed aliquando etiam Episcopatuum, exigua portione Parochis & Episcopis remanente, de quo conqueritur Concil. Aquisgran. Primo mederi studuerunt PP. in Concil. Cabilonensi II. sub Carolo M. *Can.* 26., qui refertur in *Decretal. Lib. III. tit.* 38. *Cap.* 1. & *Concil. Triburiensi can.* 32. sub Arnulpho Rege *ibid.* relat. *Cap.* 2., irrogatis simul gravibus pœnis in contumaces. Alterum prohibuit Carolus M. *L.* 1. *Cap.* 77. & pluribus aliis, quamvis ut Verum fatear, exiguo cum effectu, siquidem tempore Ludovici Pii mos iste adhuc perduraverit, qui propter ævi perversitatem ejus emendationem in aliud tempus distulit, uti patet ex *Lib.* 1. *Capit.* 104. Quod attinet cit. sup. Capit., ubi permissa hæc Divisio, ea supponunt Consensum Episcopi accedere. „*Si secundum providentiam & admonitionem Episcopi cohæredes eas voluerint tenere, & honorare faciant, si autem hoc contradixerint, ut in Episcopi potestate maneat, utrum eas ita consistere permittat, aut Reliquias exinde auferat*,, Lib. V. Cap. 99.

h) Difficultas hunc morbum sanandi patet ex modo dictis; quibus jungatur animadversio Capit. Lib. VII. Cap. 292. in eos, qui Dotis Ecclesiarum Dominium sibi arrogarunt. Et Concilii Aurel. IV. Can. 25. Lateran. I. anno 1123. Can. 4. & Turonens. sub Alex. III. anno 1163. Can. 3.

i) Res est pervulgata ex Ss. Canonibus & scriptoribus Ecclesiasticis, Ordinandos in ipsa Ordinatione fuisse *intitulatos*, pronunciante Lectore utrumque Nomen, & Ordinandorum, & Tituli seu Ecclesiæ, ad quam ordinabantur, ut extat formula in Vet. Rituali Rom.: *De titulo S. Mariæ eligimus* NN. ad Ostiarium *ad eundem Titulum*; hanc publicationem excipiebat Ordinatio, sine ejusmodi Titulo alioquin irrita & nulla, qua peracta a Pontifice solenniter procedente Ordinati deducebantur ad statutos Titulos &c. vid. plura ap. *Flor. & Van Esp.*

k) Licet in hoc sibi non raro plus sumpserint, *nescio, qua temeritate* (verba sunt Caroli M. in Capitulari de anno 800. ap. Baluz.) aut *quod gravius, ducti Cupiditate*, ait Concil. Cabilon. II. Can. 42., propterea ab utraque tum Regia, tum Ecclesiastica authoritate reprehensi.

l) Sacrilega ætas, quæ prece, pretioque nundinabatur Beneficia, Clericis audacter ambientibus, Laicis audacius concedentibus; unde intrusionum, & Depositionum Laicarum nec modus, nec finis, nisi quem statuerunt Concilia, nomi-

nominatim præter Cabilon. mox cit., Arelatens. VI. Can. 4. & 5., Remense II. Can. 12., Turon. III. Can. 15., Moguntinum Can. 37., quæ sub Carolo M. uno anno habita, eorumque Constitutiones in Conventu Aquisgran. collatæ & suo modo confirmatæ, teste Chronico Eginhardi ad ann. 813. Eo quoque collimarunt Constitutiones Bonifacii, *ut Laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, nec mittere præsumant sine Consensu Episcoporum suorum.* & litteræ Hincmari ejusdem Argumenti, ad Comitem Theodulphum vacantis Parochiæ fundos invadentem, & venum exponentem, extant *ap.* THOMASSIN. P. II. *Lib. I. Cap.* 30. & 31.

m) Conatus hosce jurisdictionis Ecclesiasticæ turbativos ipsa illa C. C. superius citata repressere. *Ticinense* tales nomine Presbyterorum indignos judicat, *quos acephalos prisca Ecclesiæ consuetudo nuncupavit.* Et *Carol. M. cit. Capitular.* dicit, *auribus suis insonuisse, quod quidam in suos Ministros talem potestatem habere Pontifices non permittant, qualem rectitudo Ecclesiastica docet.* Accedit aliud *Capitulare* ejusdem *Caroli M.* de anno 802. statuens, *ut presbyteros, quos Comites in suis Ministeriis habent, omnino Episcopis suis subjectos exhibeant, ut Canonica institutio jubet.* Aliud erat *in Capellis palatinis* Regum, & quorundam Ducum ab ordinaria Jurisdictione Episcopi exemtis, ut *Innoc. III. Cap.* 16. *de privileg.* ait, quod *Capella Ducis Burgundiæ* (de quo supra) *gaudere dicatur hujusmodi privilegio &c.*; quæ *Exceptio* magis firmat *Regulam.*

n) Meminit de hoc, fateor, *AGOBARDUS*, sed tanquam de *fœditate, & consuetudine impia omni lacrymarum fonte*, ut ait, *deploranda, ut ejusmodi Clericiones inveniantur, qui aut ad mensas ministrent, aut saccata vina misceant, aut canes ducant, aut caballos, quibus fœminæ sedent, regant, aut agellos provideant.*

o) *Primum* ostensum jam supra, *alterum* habetur in LL. *Lotharii I. Leg.* 85. Et cur præterea rationem sui Ministerii reddere Episcopo jubentur Clerici in *Capitulari I. Carolomanni Cap.* 3., & a *Pipino* in *Capitular. Suessionensi* anno 744. *Cap.* 4.

§. XI.

Alia objectio.

At aliud mihi obsistere video Argumentum *a simili*: quod *Imperator in Imperio*, quod *Status in Territorio*, inquiunt, hoc *Nobilis* est *in Castro*; sed penes illos extitit *Jus Sacrorum* multo ante famosas Lites Religionis Causa exortas, cur ergo a *Nobilibus* exul fuerit? *Minorem* probant inprimis cum LUDEWIG *a*) argumento *Juris Publici Universalis*, quo juxta communem Jure Consultorum Calculum ipsa Lex Naturæ *Sacerdotii & Imperii* Curam defert uni eidemque Superiori in Republica, cum alioquin biceps hæc foret, ac proinde monstrosa. Confirmant dein Exemplis variorum Ducum, ac Principum, qui *Sacrum* hoc *Cimelion* contra artes, astusque Papales servassent strenue. *b*) Et quidem, quantum ad *Germaniam*, juris hujus primordia inde a temporibus *Henrici Aucupis* repetunt aliqui, easdem illi cum Superioritate Territoriali cunas statuentes; *c*) alii *d*) ejusdem Vestigia detegunt jam ante *Carolum M.* ab iis exerciti,

qui

qui 7. *Germaniæ Provinciis* regebant, antequam cum reliquis, quas Victores Franciæ Reges retulere, exuviis, *Carolo M.* cesserint, extincta dein cum *Ludovico Infante Stirpe Carolina*, Jus Sacrorum rediisse volunt ad populum Provincialem, ab hoc in Duces sibi electos translatum, ac eo usque retentum, dum *Bojaria* & *Saxonia* in plures partes discerptis, *e*) *Suevia* & *Thuringia* Ducali Præsidio viduatis, *f*) Episcopi, qui antea in *Territoriis Germaniæ clausis Landsassii* fuissent, una cum Superioritate Territoriali ad *Jus Sacrorum* eluctati fuerint, licet ex adverso in aliis Provinciis, ut *Vandalia Brandeburgica*, & *Bohemiæ Regno*, idem fatum non expertis, in suo nexu perstiterint, in *Francia* demum Rheno vicina ab Imperatoribus *arte, prece, pretio* (sunt Verba LUDEWIGII) quid non obtinuere?

a) *Dissert. de Principum potestate in sacris ante Paces Religionis.*

b) In quibus conquirendis Duces sequuntur præter cit. *LUDEWIG*, *SCHILTERUM de libertate Ecclesiar. German.*, *HERTIUM Tom. II. De superioritate Territ.* §. 11. 12. *HORNIUM in Jur. Publ. Cap.* 6. §. 60. *RHEINHARDUM de Jure Principum Germaniæ, cum primis Saxoniæ circa sacra ante tempora reformat. exercito.* & vel maxime *PFEFFINGERUM ad VIT. Lib.* 3. *Tit.* 2. §. 8.

c) Ut *de LUDEWIG & HORNIUS cit. loc.*

d) Cum *RHEINHARDO cit. ibid.*

e) *Sæc.* nimir. XII. in *Henrico superbo* ac *Leone.*

f) In *Cunradino sæc. IX.*

§. XII.

Non equidem præpropere argumento huic filum præscindam, ut facile possem, ac deberem, intento solum digito ad ingens illud Discrimen, inter *Status Imperii*, ac *Nobiles*, quo ab *illorum* Juribus ad *hos* perperam concluditur, neque tamen id dissimulando litem hanc meam faciam: *Quousque se exerat Imperatoris & Statuum potestas circa Sacra?* cujus Discussione jam plures orbem eruditum illustrarunt; *a*) sed velut in transitu notabo solum, qua ratione adscitis ex aliena penu subsidiis contraeundum. Et vero *rationem* quod attinet, ea ad *Statum Juris Naturæ*, unde deducta est, releganda denuo; *b*) *in statu* per factam *Sacerdotii* ab *Imperio Diaphoram c*) alterato, aut elevato potius, nullius est ponderis; quemadmodum nec Reipublicæ monstrositas metuenda a potestate duplici *diversæ lineæ*, *superioris* una, quæ ad finem nobilissimum & simpliciter ultimum, Salutem æternam, tendit, altera comparative *inferioris*, quæ finem solummodo temporalem, & intermedium, tranquillitatem publicam, respicit. *d*) *Exemplis* multum immorari non vacat; præcipuas hic partes teneat *Cautela Catholica*, necesse est, tum præ oculis habenda observatio laudati modo HAMMERI Respo- ad ob- ctione

 p. m.,

p. m., qua, quidquid *puncto Sacrorum* a Regibus & Principibus gestum circumfertur, ad *geminam classem* revocat: *e*) Vel enim *facta* ejusmodi aperte involvunt *illicitam usurpationem* Potestatis Clavium, *f*) vel pertinent inter effectus *Juris Advocatiæ*, eosque aut *ordinarios*, *g*) aut *extraordinarios*; *h*) malunt alii adjungere *tertiam* eorum, quæ non nunquam permissa sunt ex *Dispensatione* Ecclesiæ, aliquando *Voluntaria*, v. g. *titulo antidorali* ad remunerandam Principum munificentiam, *i*) aliquando *necessaria*, dum *prudenti Oeconomia* tempori serviens quasdam juris sui particulas reliquit. *k*) Quæ subin ex historia Germaniæ prolata sunt, gemino laborant supposito: 1. *Jus Sacrorum* Superioritati *Politicæ indivulse* olim adhæsisse, quasi *Status Juris Pub. Univ.* in *Republica Christiana* regnasset, ac proinde 2. Episcopos tum demum, Jurisdictionem Ecclesiasticam, & externum Regimen Sacrum obtinuisse, cum Pedo gladius felici connubio copulari cœpit. Quod denique attinet famosam *hypothesin Ludwigianam*, hæc refragante tum *Jure Publico Universali*, tum probatissimorum Coævorum testimonio, vel ab ipsis *Protestanticis* magni nominis Authoribus, ut *Ens Cerebrinum Ludwigianum*, merito exploditur. Æstimet modo æquus rerum arbiter, quodnam causæ suæ Patrocinium inde evincat *Perillustris Nobilium Ordo*, cum ipsis *Statibus* tam parum remaneat.

a) Quos inter jure suo eminent *BARTHEL Differt. de jure reform. antiqu.* *HAMMER Differt. de jure Princip. Cathol. circa sacra.*

b) *Quo statu naturali* perdurante penes *Patres familiarum segreges* erat *Cura sacrorum*, ut de *Melchisedech* testantur sacræ Paginæ: *Melchisedech Rex Salem & Sacerdos DEI altissimi Gen.* 14. *v.* 18.

c) Quod contigit *quarta mundi ætate*, seu *Epocha*, *anno* scil. juxta accuratioris Chronol. Calculum *ab orb. cond.* 2513. de quo legere est *Exodi* 19. *v.* 5. & 6. *exod. C.* 28. *v.* 1. & *seqq. exod. c.* 29. *v.* 1. *seqq.*

d) Est equidem utraque in *sua sphæra* suprema, extra ordinem tamen potestatem Politicam quadantenus & suo modo subordinatam probat *HAMMER*, ex utriusque fine.

e) *Differt. cit. cap.* 2. §. 10.

f) Contra has *invasiones jur. Eccl.* extat *sanctio Pragmatica Caroli IV. de anno* 1377. hujus generis plura congerit, in iisque triumphat *LUDEWIG*, quale est factum *Theodonis IV. Bojariæ Ducis*, qui S. *Emerammum* Episcopum Ratisbonensem, ad summum Pontificem pro sui Defensione properantem, in via intercepit, perque Carnifices in eum desæviit, præclaro præventionis jure; *Arnoldi* Ecclesias & Monasteria spoliantis *facinus* vocat jus *Eminentis Dominii; Henrici* in sacra Capita grassantis *crudelitatem jus sacrorum* prædicat *LUDEWIG cit. Differt.* Cap. 3.; hic jure merito occinendus illi familiaris lessus: *NÆNIÆ.*

g) Qui se ad tuendam Ecclesiam, tum in Capite, tum in membris & bonis, ad Decreta illius authoritate externa munienda, manu tenenda & executioni danda

danda exerunt, quod insigniter præstitere *CONSTANTINUS, MARTIANUS, VALENS, & VALENTINIANUS &c.*

k) Quibus vices Ecclesiæ *ex ipsius Consensu* ab Advocatia externa *tanquam ministra* supplentur, quando ipsum Ecclesiæ Regimen vel in *statu perfecte formato* nondum existit, vel *ab actu secundo* per accidens est impeditum; huc plura pertinent in *ævo Caroling.* Regum Negotia, uti illud, in quo vim ponit *MASCOV.*, Decreta *Synodi Moguntin.* Carolo M. ad *emendationem* esse oblata, non quasi *authoritate definitiva* polleat, sed inspiciat solum, nequid a PP. quoad Disciplinam bona fide statutum, unde aut cum Rege, aut cum neocredente populo oriatur collisio, & *Francorum Ecclesia adhuc lactans* a matre abstrahatur. Hanc *provisionalem* sacrorum curam a Regibus Francorum demereri studuerunt ipsimet summi Pontifices singularibus prærogativis, quo spectat, quod vel maxime urget *SCHILTER de libertate Eccles. Germ.*, transmissio *Clavium D. Petri cum vexillo urbis Romanæ*, quam ad *Carolum M.* factam defuncto *Hadriano* a *Leone* ejus successore refert *ADO ap. SCHILT.*; non enim hæc symbola erant *supremæ in sacris potestatis*, ut vult *SCHILTER*, & *Mariana*, sed signa solum specialis *protectionis*, & *tutelæ*, ad quam neo-Pontifex una cum toto grege, urbe præsertim Romana, de novo aspiraret, *Clavibus* Ecclesiam, *Vexillo* urbem, Cujus Dominium & Exarchatum *Carolus* tenebat, repræsentantibus.

l) Quale quid constat jam *Clodovæo* circa collationes Beneficiorum a *Remigio* Archi-Episcopo Remensi indultum, ut refert *DUCHESNE Hist. franc. Tom. I. p.* 850. *ap. THOMASSIN.* qui addit: „*effundunt in Ecclesiam donorum & „beneficiorum flumina Christiani Principes, quocirca æquissimum est, ut sua „ipsa vicissim pietatis in eos refundat testimonia*„ Idem videtur dicendum de Regibus *Galliæ*, Ducibus *Bavariæ &c.*

m) Ex metu majoris mali, v. g. in electionibus Pontificum admittendo interventionem Cæsarum, exspectando eorum Consensum & Confirmationem, ad præcavendas tumultuosas factiones & violentas intrusiones, ut ait *celeberrim. BARTHEL*, quibus Electioni Ecclesiasticæ excidium immineret. Exemplum hujus non est quærendum ex tribus prioribus Ecclesiæ sæculis, sed primitus ex *Sæc. quarto;* Cum enim *Ursicinus* Romanus Diaconus *S. Damasi* electionem impugnaret, & Ecclesiam nefando Schismate turbaret, PP. in *synod. Rom.* congregati (vi *Epistolæ synod.* 14. sub *Damaso Tom.* 2. *Concil.*) opem *Valentiniani* primi & *Gratiani* Imperatorum implorarunt, quorum jussu *Ursicinus* in exilium missus, Basilica, quam Schismatici occuparunt, *Damaso* restituta, Pax & quies Ecclesiæ reddita. Quod autem Imperatores ante dicti hoc non peregerint ex *jure Majestatis directivo*, patet ex eo, quia aliaslm peratores in primis tribus Ecclesiæ sæculis hoc jus debuissent exercuisse, quod tamen est contra apertam eorum sæculorum praxin; *Jus* autem *Advocatiæ* debuit pro istis Circumstantiis sese exerere, quia per Schismata non tantum affligitur *Ecclesia*, sed & ipsum *Imperium*, cumque Ecclesia ob defectum gladii temporalis ea sopire nequeat.

§. XIII.

Brevis Anacephalæosis Cap. I.

Redux igitur e primo itinere Calamus rogat veniam, quod pro votis deferre secum nequeat ea, quæ peroptat S. R. I. Nobilitas, *præcipua Sacrorum Jura*, sterile ævum non exhibet nisi *Secundaria* quædam, videlicet *Jus Patronatus*, quod in *Castris* usitatum passim, licet ex vario tenore fundationis, Privilegii & Consuetudinis varium; *a*) & *alicubi saltem b*) ad imitationem Statuum; *Jus protectionis* & *Advocatiæ*. Secundum forte iter in fertiliora Sæcula erit bis secundum.

a) Sic subinde præter *jus præsentandi*, vi *fundationis* sibi reservarunt, aut *Privilegio*, *Recessu*, *vel Observantia* acquisiverunt *jus inspectionis* in Ratiocinia, & administrationem proventuum &c.

b) Ubi nempe exercent jurisdictionem æmulam illius, quæ Statibus convenit.

CAPUT II.

Quid tempore Dissidiorum, hisque per P. R. compositis puncto Sacrorum obtinuerint Nobiles?

§. I.

Exordia Dissidiorum Religionis.

A Statu Ecclesiæ tranquillo ad intercapedinem turbidam præfixo mihi tramite progredior. *Sæculum*, ut constat, decimum sextum est, quo *novaturiente*, *a*) *Germania* nostra *Systema Religionis*, & quod consequitur, ipsius *Imperii* maximopere cœpit innovari, quo initio, quo progressu, quo exitu, hic fusius meminisse, foret ab instituto deviare. Illud huc facit, negandum a nemine, quod in isto *Reformationis*, ut vocant, negotio veluti *Pomum Eridos* fuerit, cumprimis *Libertas*, tum & *Sacra fames*, hanc saturare, illam a suavi licet Ecclesiæ jugo vindicare cordi habuerunt *Novatores*; inde quid factum? Loquantur mei loco inter ipsos *Protestantes* magni nominis Viri, *b*) Versa plurimum Orbis Christiani Scena. Primi fuere quidam Status Imperii, qui manus intulerunt in messem *alienam*, quia *Sacram*, nova jam hujusce, pomi Dulcedine pellecti potestatem omnimodam *circa Sacra* (qua ad id usque temporis caruere) *c*) sibi arrogarunt, eo quidem magis, quo totius *Novationis* Caput Consilio, primus vero affectu, Saxoniæ Elector, via *facti* præiret, qui & accersito in præsidium *Recessu Imperii de anno 1526.*, *d*) & conquisitis 100. *Gravaminibus*, *e*) æquitatis colorem quendam orbi obtendere conabatur. Mox etiam ulterius progressi præter aridam libertatem pinguioribus bolis, bonis nempe Ecclesiasticis, inhiare cœperunt, quippe, dum a rore Cœli jam jejunabant, saltem in pinguedine terræ deliciaturi.

a) Feli-

a) *Feliciter*, an *infeliciter*, æstiment ii, qui antecedentia & consequentia accuratius, & sine præjudicio ponderarunt.

b) *LUD. HUGO. de stat. Reg. Germ. C.* 3. §. 25. *seqq. SAM. STRYCK. Vol.* 1. *Disput. Hall.* 4. *C.* 1. §. 1. *ETBEN in elect. feudal.* C. 10. §. 3., qui producit in medium Exempla Principum, quibus solenne fuit, jam ante Reformationem, *se Papas esse in suo Territorio.*

c) Eodem *HUGONE & STRYCKIO* fatente *locis citatis*, quidquid contradicat *LUDEWIG*, venia dignum censens esse *STRYCKIUM*, velut in antiquis minus accurate versatum, in *Dissert.* supra allegata, & *PFEFFINGER* ad *VITR. Lib. III. Tit.* 19. §. 26. *Lit. a.*, ubi cum multis sequacibus non satis accurate loqui dicit citatos Authores, sed diu ante *Transactiones* Status Imperii *Laicos* Actus jurisdict. Ecclesiasticæ exercuisse, allatis *rationibus & exemplis*, quibus ex regulis sup. Cap. 1. §. 12. statutis facile obviabitur.

d) §. Demnach haben wir 2c. ubi statutum: „Es soll ein jeder Stand in seinen Land „wegen des Glaubens also handlen und verfahren, wie Sie es gegen GOtt, und die „Kayserl. Majestät zu verantworten getrauen.

e) Qui partus erat ad destruendam funditus omnem *hierarchiam* Ecclesiasticam natus, teste *Laurentio Surio in Commentario rer. in orbe gestarum p.* 100., & *Ludovico Meinburco historia Lutheranismi Lib.* 1. *Sect.* 56.

§. II.

Morbus, & *Sacro* Ecclesiæ, & *Politico* Imperii Corpori, utrique quassato jam & luxato, peræque infestus, in quo sanando licet neutrius summi Capitis sollicitudo & Vigilantia defuerit, a) diu se tamen elusam propterea doluit, quod mediorum, quæ utrinque sapienter inventa sunt, applicatio difficilis reddita, tanto quidem magis, quanto pertinacius ipsa, quæ ægrotabant, membra omnem medicinam respuerent, imo plane mutato ordine æger curare medicum attentaret. b) Tandem hisce ærumnis, quæ annos jam amplius 30. perduraverant, modus aliquis statui videbatur in Conventu *Lyncii* primum, mox *Passavii* indicto, per *Transactionem* in eo initam *de anno* 1552. 2. Augusti, ubi, quantum ad Religionis Controversiam, ratione hujus inter partes dissidentes prohibita est omnis in Imperio *molestia*, *violentia*, & *contemptus*, simul atque semestralis indictus terminus pro habendis Comitiis, in quibus, qua via, quove modo componi possent Discordiæ, actutum consultaretur. Atque utinam quam salubriter lata, tam sancte ab omnibus servata fuisset *Pax* hæc *interimistica*, sed necdum quievit Mavors, ferro adhuc & flamma in Episcoporum ditiones desæviens, c) unde factum, ut *semestre* Conventioni præfixum in *triennium* prorogari debuerit. Quo elapso demum in *Comitiis Augustanis* anno 1555. 25. Septembris conclusa est nominatissima illa PAX RELIGIOSA, arma silere jussa, dissidia sopita, reddita in tantum Ecclesiæ & Imperio quies, ac mutuæ tranquillitati quoad Religionis punctum eo modo consultum, quo legere est in §. und damit solcher

Conventus varii de iis componendis. Præcipue Transactio Passaviensis & Pax Religiosa.

solcher Fried 2c. §. Dargegen sollen die Stände 2c. §. Damit auch 2c. & *seqq.* Atque hæc est superficialis quædam delineatio *istius ævi*, quod secundo loco peragrandum sibi Calamus sumpsit.

a) Quis enim nescit saluberrimos Conatus *Leonis X.*, *Hadriani VI.*, *Clementis VII.*, *Pauli III.*, summorum Pontificum? *Caroli* vero V. Imperatoris, & *Ferdinandi* Rom. Regis studium loquuntur plura de Causis Religionis vel principaliter, vel incidenter habita Comitia, velut totidem Consilia medica, ut anno 1520. *Wormatiæ*, anno 1522. *Norimbergæ*, anno 1524. *ibid.* anno 1526. *Spiræ*, anno 1529. *ibid.*, anno 1530. *Augustæ*, anno 1531. *Ratisbonæ*, anno 1532. *Norimbergæ*, ubi primo *Pax Religionis* sic dicta sancita est, & postmodum confirmata in *Transactione Cadanica* 1534. quæ extat apud *HORTLEDER Lib. III. Cap. XIII.* Post hæc anno 1441. *Spiræ*, anno eodem *Ratisbonæ*, vulgo der Regenspurgische Friedens-Stand, anno 1542. *Spiræ*, eodem anno *Norimbergæ*, 1543. *ibidem*, anno 1544. *Spiræ*, anno 1545. *Wormatiæ*, anno 1547. *Augustæ*, *&c.* ferme, *ut de ancipiti morbo medici disponere solent, aliud atque aliud Experimentum periclitando*, sunt verba *LEHMANNI in Prooemio ad Acta P. R.*

b) Eo fine in separatis conventibus sese congregarunt *Protestantes*, ut 1mo *Gutterbaci* in oppido Archi-Episcopi Magdeburg. anno 1523. 16. *Octobris*, *Schmalkaldiæ* anno 1531., ubi pepipere famosum *fœdus Schmalkaldicum*, præter varia utrobique Colloquia, quibus tanquam membrorum contra Caput congressibus in simile quid conspiratum, quod *Menenii Agrippæ Apologus* exprobrat ap. *Livium Lib. 2. Histor.*

c) Experta id præprimis Patria nostra ab *Achille*, quem vocant, dire vexata, & ad gravissimas conditiones ineundas adacta, 20. Oppidis & Præfecturis *Ditionis Bambergensis* hosti assignatis, *Herbipolis* ingenti summa pecuniæ redemit vexas, *Moguntia*, *Spira*, *Wormatia*, *Augusta Trevirorum*, eadem, aut majora fata subierunt.

§. III.

Quid hic temporis circa Nobiles actum?

Quæstio nunc prona fluit, quid hacce rerum facie, *hac Sacrorum Metamorphosi*, egerint *Nobiles?* nimirum quod agere temporis ratio suasit; Inspexerant namque in Exempla Statuum, partim tacite detestando, qui pauci fuere, partim applaudendo, qui multo plures; a) Mox eodem *Novationis* suavi toxico imbui cœpere, illorumque facta sibi pro norma habere, dumque ita Status in turbido gnaviter piscari cernerent, nec sibi feriandum duxerunt. Vidisses hinc non jam quot *Urbes & Oppida*, sed fere quot *Castra & Vicos*, totidem novos *Episcopatus*, aut *Papatus* potius, aras contra aras, exurgere, ita quivis Princeps in suo Territorio, quivis Nobilis in suo Castro *Episcopum & Papam* se se jactitabat. Quare de *facto* nullum superest dubium; de *jure* autem ista occasione obtento, si quæratur, *Transactio* quidem *Passaviensis* de *Nobilibus* altum silet, quippe generaliter solum *A. C. addictis* contra *Romano-Catholicos*, & *his* contra *illos* de se-

curs

cura tranquillitate prospiciens. *b*) At vero in P. R. jam ampliores favores decerpendi extant pro *Nobilibus*, iis nempe, qui S. R. I. *Immediati* dicuntur, die ohnmittelbahre Reichs-Ritterschafft. *c*)

a) Sic ipse *Lerchius* p. 453. ex *Cyriaco* Spangenberg adducit plures *Nobilium* familias, *Novatori Luthero* adhærentes Exemplo, aut etiam persuasione quorundam Statuum. Et *Nobilitas Franconica* præsertim in Ditione *Wirceburgensi* diu ante *Transact. Passav.* Ecclesias & Scholas reformasse legitur ap. *LEHM. Lib. III. Cap.* 53.

b) Per verba §vi. „Und mittler Zeit weder die Kayserl. Majestät, wie auch Churfür„sten, Fürsten und Stände des heil. Reichs, keinen Stand der Augspurgischen Con„fession verwandt der Religion halben mit der That gewaltiger weis, oder in andere „Weeg wider sein Conscienz und Willen dringen, oder derhalb überziehen, beschä„digen, durch Mandat, oder einiger anderer Gestalt beschwehren, oder verachten, „sondern bey solcher seiner Religion und Glauben ruhiglich und friedlich bleiben las„sen.„ Et §vus sequens: Es sollen auch ꝛc. pro Catholicis æque generalis est, nullam nisi *Statuum* mentionem faciens.

c) Hic uti ex professo nominari primo, ita & describi *Nobilitatem Immediatam* fert locus, est autem *illa* Corpus personarum Nobilium soli Imperatori & Imperio sine medio subjectarum. Ita passim LL. Imperii publicæ, ut *Recess. Imp. August.* de anno 1500. §. Wir oder der, so an unser statt ꝛc. R. I. de anno 1555. §. Und in solchen Frieden ꝛc. R. I. *Ratisbon.* de anno 1576. §. Dann weiter wollen ꝛc. ubi: Dem Reich ohne Mittel und sonst keiner anderen Gerichtbarkeit unterworffen. Et de *Nobilitate Sueviæ* jam 1487. *Decretum Friderici III.*: Uns und dem heiligen Reich ohn alles Mittel für anderen zugehörig, und unterworffen ist.

* Quo Charactere sibi proprio discernuntur a Nobilibus Imperii *mediatis*, vulgo Landsassen, quorum definitionem difficilem judicat *LETSER Diss. de Landsassiis, Amtsassiis, & Schrifftsassiis.*; satis sit, hic notasse differentiam in modo & ordine subjectionis.

§. IV.

Juvabit igitur præfatæ Constitutionis adyta subire propius, quodque in iis pro S. R. I. *immediatis Nobilibus* Religionis *Palladium* extet, perscrutari. *a*) Certum cumprimis est, *Nobiles immediatos* ad *Comitia* illa *Augustana*, in quibus *Pax Relig.* condita est, convocatos haud fuisse, *b*) neque aut per se, aut per Deputatum quendam comparuisse, *c*) cum jamjam in *R.* 1. *Augustano* de anno 1500. *Voti* ac *Sessionis* expertes declarentur, cui prima vice Status singuli subscripsere omissa deinceps *Nobilitate* Ritter und Knechte. *d*) Ac proinde vix quidquam circa eos statutum fuisset, nisi Compaciscentes *Protestantici* sine omni mandato, *motu* solum *proprio*, suæ potissimum Religionis Consortum Causa, *e*) illorum negotia utilissime gessissent, & iteratis precibus ægre *f*) demum impetrassent, ut etiam *Nobilitatis immediatæ* haberetur ratio, inque illius favorem *specialis* §vus Tabulis *Pacis* adjiceretur. *g*) Hic sane primus fons, hæc, ni fallor,

Nobilium in P. R. habita ratio in tantum, ut eadem comprehenderentur.

fallor, sedes unica, unde plusculum *Juris circa Sacra*, *immediati Nobiles* videntur derivare.

a) At occurrit aliquis sub ipso limine interpellando: quid necesse ad LL. Imperii *antiquas* recurrere, cum sat clara sit *nova* J. P. W. Decisio! clarissima, fateor, sed nunquid ipsummet J. P. sæpe sæpius, ut *Art. V.* §. 1., &, qui ad scopum est, ejusd. *Art.* §. 28. *Pacis Religiosæ* meminit? Deinde annon ordo exigit, a prioribus ad posteriora procedere? Quidni hæc ab illis lucem non raro petunt? Et demum hæc trita ipsius *Nobilitatis* in Juribus suis indagandis via est, cur eadem incedere nefas sit?

b) Præterquam, quod id nemo neget, abunde patet ex *Declaratione Statuum Romano-Catholicorum* ad Rationes *Protestantium* in *Conventu Compositionis Francofurti* anno 1631. facta §. insonderheit aber ꝛc. ubi: „weil die Fränckische „Ritterschafft weder ein Stand des heil. Reichs ist, noch bey einer völligen Reichs-„Deputation oder anderen Conventibus *Sessionem*, aut *Votum* hergebracht, ja „so gar zum Reichs-Tag Anno 1555., da man doch den Religions-Frieden „ex Professio tractirt, und geschlossen, nit beschrieben worden.„ Quod & fatentur ipsimet *Protestantes* in ihren anderweit wiederhohlten Vorschlag zu gütlicher *Composition* respondendo: „die freye Reichs-Ritterschafft in Francken, „und anderen Crayßen, ob sie gleich nit Reichs-Stände, noch anno 1555. zu Ab-„handlung des Religions-Frieden nit mag beschrieben worden seyn, ist sie doch „mit ausdrücklichen Worten ꝛc. ꝛc.

c) Quidquid sit de illorum præsentia in Conventibus antiquioribus; argumenta *pro*, & *contra* extant apud *PFEFFING:* in *VITR. Lib. IV. Tit.* 1. §. 30. *seqq.*; an autem voluntaria ista non comparentia, quæ, ut ajunt, in ipsorum commodum facta, in præjudicium vergere queat, non discutiam, saltem cum *priori Sæculo* anno 1686. triplex Nobilitas tria vota curiata in Comitiis peteret, impetrare non potuit.

d) *SCHILTER Jur. Publ. Tom. I. L.* 1. *Tit.* 22. §. 5.

e) Bedencken der Weltlichen Fürsten, und Augspurg. Confessions-Verwandten über den Religions Frieden d. d. 21. *Maii* 1555. exhibitum: & 19. *Jun.* in Comitiis lectum, ap. *LEHM. Lib.* 1. *Cap.* 8. per verba: „Nachdem aber etliche von der „Ritterschafft an See- und anderen Stätten, die die Augspurg. Conf. von vielen „Jahren her offentlich gehabt, und gehalten, So sollen dieselbige allermassen, und „gestalt wie andere Stände von mehreres Friedens wegen bis zu gemelter einhelliger „Vergleichung der Religion auch dabey gelassen werden, doch einen jeden an seiner „weltlichen Obrigkeit ohnschädlich.„ quem ſvum Constitutioni inseri petierunt.

f) Id satis innuit *Ferdinandus I. in Replica* 30. *Augusti* verbis: „Daß in diesen Fried „auch begriffen seyn sollen die von der Ritterschafft, darob haben die Römisch-Kö-„nigliche Majestät etwas Verwunderung empfangen ꝛc.„ *LEHM.* alleg. *Cap.* 16. quanquam non diffitear, Rationem adjectam potius favorabilem esse, quam odiosam. *Catholici* in sua *Duplica* 7. *Septembris* persistunt in negando, *Protestantes* instant postulando, Nobilitatem immediatam esse inserendam.

g) Tenor est iste: „Und in solchen Frieden sollen die freye Ritterschafft, welche ohne „Mittel der Kayserlichen Majestät und Uns unterworffen, auch begriffen seyn, also

„und

„und dergestalt, daß Sie obbemeldter beyder Religion halben auch von Niemand „vergewaltiget, bedrängt, noch beschwehrt sollen werden.

§. V.

Sed qua ratione, & in quantum hoc controversum?

Quanquam autem Controversiam illam de Beneficio constitutæ *Pacis Rel.* *immediatos Nobiles* pertinente, allegatus modo §vus sat clare dirimat quoad *AN:* suis tamen involucris obsitam adhuc relinquit alteram de *mensura &* *lo*, *QUO*, & in *QUANTUM* iisdem patrocinetur: Ita quidem sentire sua-it tum lites paulo post P. R. desuper exortæ, Statusque præsertim Ecclesia-os inter, & immediatam Nobilitatem in Camera Imperiali ventilatæ, *a*) tum, e his forte Classica præcinuere, variæ sententiæ Interpretum, quos integrum ıe Sæculum dubia inter se acie digladiari vidit. Campum huic bello (si Sub-orum hinc inde pugnas, pugnosque exceperis) incruento aperuerunt, fors ı Verba §vi, Also und dergestalten ꝛc., quæ comprehensionem Nobi-m in P. R. quadantenus modificant, ipsum autem modum, quem sua natura uunt, aperte satis non exprimunt; unde varia enasci dubia pronum fuit, ipsam usque P. W. indecisa. Sic dubitatum est:

I. *An per P. R. Nobilitas immediata puncto Sacrorum sit omnino æquata Stati-, pariaque prorsus jura obtinuerit?*

II. *Quid vigore dictæ Pacis possit quoad subditos in suis prædiis & Castris?*

III. *An idem obtineat in iis prædiis, aut Castris, quæ a Statu Imperii in feu- tenet?*

a) Ut testantur Causæ Truchsäß contra Würzburg anno 1574., Cassel contra Crailsheim anno 1580., Grumbach 1536., Altenstein anno 1588., Münster 1588., contra Würzburg. G. contra Bamberg anno 1629. &c.

§. VI.

An Nobilitas immediata per P. R. puncto sacrorum sit omnino æquata statibus, pariaque plane jura obtinuerit?

Quantum quidem ad Dubium I., in partem *affirmativam* resolvendum id etur ex sequentibus momentis: 1.) Verba §vi sunt *relativa*, Lex autem re-ens debet intelligi secundum Legem, ad quam se refert, adeo, ut, quæ per ıc disposita sunt, per illam repetita censeantur; idque eo magis, quod 2.) atio ista plane *generaliter* procedat, ideoque ad omnia Pacificationis præce-ıtis Capita sit extendenda, etiam contra eos, in quorum arbitrio fuit, illam rctare. 3.) Hanc ipsam extensionem confirmat particula augmentativa ch, daß sie auch von niemand vergewaltiget ꝛc., quæ ampliationem & ilem Dispositionem inducit. Accedit 4.) ipsa Observantia Imperii, LL. erpres optima, qua constat Nobilibus peræque, ac Statibus in Camera Im-iali Processus agnitos, Mandata expedita, &c. Rem denique totam conficit

5.) Ipsum

Rationes dubitandi.

5.) Ipsum I. P. O., quod *pro perpetua Pacis Relig. Declaratione* habendum est, ex *ART. V. §. 1.* vers. *quæ vero &c*, dum *ART. V. §. 28.* Nobiles immediatos quoad Religionem *idem Jus* habere dicit, *quod Statibus competit*, & quidem vigore *Pacis Relig.*, ergo jam vi hujus erant Statibus æquales quoad jura illa, ipso testante & declarante J. P.

§. VII.

Rationes decidendi pro negativa.

At vero Præsumptiones hasce fortiores aliæ prorsus elidunt. Non fuit sane mens Statuum utrinque paciscentium, Nobilitatem immediatam sibi exæquare penitus, quod ita ostendo: Si ea Mens, isque animus sedisset Paciscentibus, non video, cur æqualitas ista ab A. C. Statibus proposita, tamque ardenter desiderata, non etiam secundum eum tenorem Tabulis Pacis esset inserta, quo petierant? *a*) sed cum tantum absit, insertam fuisse appendicem istam, æmulæ cum Statibus æqualitatis bajulam, ut potius alia omnino illi substituta fuerit; tantum quoque abesse debet, ut Paciscentes in ejusmodi quid conspirasse, ut potius alia omnia cogitasse, ac disposuisse credantur. Quemadmodum enim Transactionis ea est natura, ut, de quibus nulla facta mentio, de his neque conventum inter partes censeatur, ita multo magis ea, quæ ab una quidem parte petita, attamen in Conventionis Instrumento expressa haud sunt, pro omnino denegatis haberi debent. Majus hisce, ac firmius accedit robur ex *Actis* I. P. O, quæ quidem infra patebunt apertius, at velut prælibando solum pauca huc pertinentia, sciscitari liceat: Cur ea, quæ Protestantes durantibus P. W. *Tractatibus* in ihrer ferneren Erklärung de 9. Junii 1646. *b*) proposuere, cur a *Comite Trautmansdorff*, non sunt admissa? cur a Catholicis in ihren endlichen Compositions-Vorschlägen de 2. *Jul.* e. a ista tanquam *extensio* reprobata? Cur in formula a *Salvio* concepta, quæ cæteroquin vix non verbotenus extat in *Instrumento Pacis*, sola illa Verba displicuere: *penitus æquata maneat supradictis Electoribus, Principibus, & Statibus?* Cur Elector Saxoniæ *c*) ipsemet judicavit omittenda esse Verba: *Vigore Pacis Religiosæ?* Cur demum *Catholici* in suis *Ultimis* 24. Jan 1648. loco *penitus æquata maneat*, substituerunt *idem Jus habeant?* prout quoque a *Cæsareis* approbatum, & in I. P O. relatum extat. Quid aliud hæc innuunt, quam Paciscentes Osnabrugenses negasse, ac pernegasse, *d*) Nobilitatem immediatam jamjam vi P. R. in juribus Religionem concernentibus esse Statibus *æquiparatam. e*)

a) Vid. præced. §. IV. *lit.* e. per verba: Allermassen und dergestalt ꝛc.

b) In verbis: „Die freye Unmittelbare Reichs-Ritterschafft soll beyden Religionen, „und daran hangenden Rechten halben den Ständen gleich gehalten werden ꝛc.

c) In seinen Gutachten circa *med. Januar.* 1648.

d) Negando enim *Clausulam instrumento* inseri posse: *æquata maneat*, certe aliquid

quid negant, at non negant Nobilitatem (quoad jus circa sacra) æquari Statibus, imo vero id diserte pronuntiant *ART.* V. §. 28., cum ergo nihil aliud restet, eam jamjam *vi Pacis Rel.* æquatam fuisse, inficiantur.

Quippe formalia illa: *penitus æquata maneat*, & ista: *idem jus habeant*, *quod Statibus competit*, nisi vehementer fallor, *quoad substantiam* haud discrepant, sed solum *quoad differentiam temporis*, quod priora jus de præterito jam adstruant, posteriora ex nunc modo, & in futurum concedant.

§. VIII.

Solvuntur Rationes dubitandi.

Quare cum ex his palam fiat, tum de Mente ipsorum Paciscentium pri-'a, tum de subsecuta Interpretatione Statuum authentica nostri §vi, quæ in mbæ conspirant, quod assertitiam æqualitatem istam abhorreant, aversen- operam profecto perdunt, qui sensum obtrudere alium invitis Legislatori- conantur: Unde ad I. & II. concedo, Verba §vi esse *relativa*, sed *genera-* sse nego; ad quid enim clausula ista limitativa, & restrictiva, also und estalt ɛc.? quodsi autem Lex referens limitationem aperte involvat, se ipsa lit, Legem illimitatam præcedentem esse quidem ejus decempedam, sed nisi *suo modo*, & *quantum* ad eam refertur. Deinde si verbis pugnandum, 'e §vo non adjecta sunt ista Verba: gleich anderen Ständen pro votis sup- ıntium? Quibus brevissime res tota absolvi potuisset. Sane, si prout ab o petiere A. C. Status, *a*) Subditorum quoque ea habita fuisset ratio, ut ɔrum gratiam P. R. appendix accessisset quædam his aut æquivalentibus ter- is: und in diesen Frieden sollen auch die Unterthanen begriffen seyn (quod :n pace tanti Ordinis dixerim) omnino forent verba *relativa*, quis tamen ret idcirco Statibus æquiparari subditos *Statumque in Statu* formari? Ad particula annexiva Auch esto, importet similitudinem quandam, æquali- n non evincit, plus enim non operatur, quam Verba subsequentia expri- t, quæ quidem Libertatem Religionis & securitatem præstant Nobilibus, :qualem, & ejusdem latitudinis cum Statibus, litera non loquitur. Ad Aut hanc, quæ adstruitur, Observantiam summi Paciscentes non viderint, certe reformasse censentur, cum eorum conatus in oppugnanda Clausula h anderen Ständen ɛc. praxin plane contrariam indigitant. *b*) Ad V. ℞. 1. :rgo non admissa formula Salvii: *Æquata maneat?* cur status quidam voluere l additamentum: *Vigore Pacis Religiosæ*, omitti debere? ℞. 2. Sic ergo W. ratione Nobilitatis non constituit jus *novum*, sed est mera *declaratio* Pa- Rel., quis Publicistarum hoc dicet? ℞. itaque 3. sensum illorum Verborum: *re Pacis Rel. & præsentis Constitutionis*, hunc esse, quod jura Nobilitati im- iatæ concessa circa Religionem partim *Paci Rel.*, partim *Paci W.* tanquam inæ basi ac fundamento Imperii publico innitantur, quod verum manet, solum aliqua in P. R., plura postmodum in P. W. noviter indulta sint, de infra.

a) Qui

a) Qui *Paci Rel.* hunc Articulum inferi postularunt: „Doch sollen alle Unter„thanen beyder Religion ihres Gewissens und Bekanntnis halben von ihren Obrigkei„ten frey gelassen werden.„ *SCHILTER de Pace Rel. Lib. singulari Cap. V. ap. Lehman.*

b) Deinde quis nescit, in decernendis processibus stari *Narratis?* de quorum Veritate ante litem contestatam constare nequit. Et cur denique toties motæ sunt querelæ de difficultate obtinendi sententias in Camera Imperiali, ut videre est *ap. LEHM. Lib. III. Cap.* 45.

§. IX.

An Nobilitas immediata vi P. R. habuerit jus reformandi subditos in suis prædiis & Castris? Præmittuntur quædam circa subditos generatim.

Dubium II. priori admodum affine: *Quid immediata Nobilitas vigore P. R. circa Religionem possit, quoad subditos in suis Prædiis & Castris?* Multum exercuit, non modo docentium Cathedras, verum etiam Tribunalia summa judicantium, *a)* isto *ævo*, cui impræsentiarum calamus immoratur. Operæ igitur pretium erit, ipsamet *Pacis Rel. Acritata* (quantum quidem ad *subditos*) obiter percurrere, indeque luminis prævii adinstar quædam huc accersere. Placitum primum, in quod ratione subditorum haud difficulter conventum, hoc erat, ut A. C. Statuum immediatorum subditis liceret in Religione *dominante* vel permanere, si eam jam amplexi fuissent, vel adhuc amplecti, *b)* & similiter Statuum *Catholicorum* subditis itidem in *dominante* Religione avita aut permanere, aut ubi defecissent, ad eandem regredi; Quem in finem ratione utriusque Religionis omnis vis, molestia, læsio, turbatio, ac violenta invasio prohibita. Quodsi vero subditi alienum a Religione *dominante* animum gererent, iis non nisi ad *beneficium emigrandi* flebile descendendum. Cum vero in his nec Statuum mediatorum, nec aliorum A. C. Asseclarum sub-Dominis Catholicis viventium facta mentio, sollicitos ea res tenuit A. C. Status, adeo, ut & hisce Contribulibus suis, qua poterant, via consultum irent; *d)* ac primo quidem brevissimam ingressi, conceperunt formulam in terminis latissimis, ad subditos omnes indiscriminatim extensam, Religionis suæ dilatandæ zelo Duce ac suggestore; *e)* Quæ cum neque Statibus *Catholicis*, neque *Regi Ferdinando* arrideret, *f)* eam nonnihil temperabant, non jam amplius pro omnibus subditis, sed pro *Nobilitate*, pro *Civitatibus Hanseaticis*, & quibusdam aliis intercedentes. *g)* Neque tamen pronas Constatuum aures habuerunt. Instabant denuo apud *Regem Ferdinandum*, at ille similiter restitit. *h)* Versi sunt in omnem partem, ad Vaticinia tandem delapsi, præsagiebant, Casum *Exclusionis* subditorum loco pacis & quietis, nonnisi funestorum motuum facem incentivam fore; immotus ad omnia *Ferdinandus* perstitit in sua sententia, iterato declarans, *i)* punctum de *Urbibus Hanseaticis* plane ommittendum, quoad alterum de diversæ Religionis subditis quibuscunque, *Articulo* de *Emigratione* posito insistendum esse. Quo tenore etiam ipsa *Pax Religiosa* concepta, 10. 7bris in pleno lecta, eodemque adhuc die

ad

ad manus Regias oblata fuit. At necdum præclusas, ut videri poterat, sibi fores duxere *Protestantes*, iterum, iterumque pulsarunt, importune, opportune sollicitarunt, quo id effectum, ut ad *ultimas* eorum Supplices de 20. 7bris Rex decerneret, reassumenda esse actitata, reassumta sunt, disceptata utrinque multa, decisum nihil, nisi quod producant famosam *Declarationem Ferdinandinam*, quam tandem hisce ipsorum precibus clementer ajunt annuisse. *k*)

a) In ipsa Camera Imperiali inter Assessores *Catholicos*, & *Protestantes* de hoc sæpius disceptatum fuisse, testis est *LEHM. in Act. P. R. L. III. Cap.* 53. *pag.* 623.

b) Ita pronuntiat §. und damit solcher Fried ꝛc.

c) §. immediate subsequens: Dargegen sollen die Stände ꝛc.

d) Ausschuss im Fürsten-Rath in dem Bedencken über Begreiffung des Religions-Frieden *ap. LEHM. Lib. I. C.* 5.

e) Formula extat §. nostro præced. lit. a.; Zelum Religionis ex eo colliges, quod, ut ait *SCHILTER* ibi alleg., Provinciæ hæreditariæ Austriacæ pleræque omnes viderentur velle Religionem mutare, adeoque magna accessio esset expectanda, sed & in Episcopatibus Saxonicis maxima pars Statuum mediatorum A. C. recepissent. ita ille.

f) Qui jam 3. *April.* declaraverat: "Das Ihro Königliche Majestät die Extension „des Religion-Friedens auf die Unterthanen nit könten oder wolten eingehen, ehe „wollten sie alle Handlung zerschlagen lassen. „ *SCHILTER ap. LEHM. cit.*

g) Bedencken über den Religions-Frieden *ap. LEHM. sup. cit.* §. nostro IV. Lit. e., ubi verba recitata sunt.

h) De 21. *Jun.* in ihren Ursachen und rationibus, warum die Freystellung der Religion *in genere* zu setzen sey. *LEHM. Lib.* 1. *Cap.* 15., quibus *Ferdinandus* in *Replica* de 30. *Aug.* respondit, neque *Civitates mediatas*, neque *Nobiles mediatos* huic constitutioni inserendos esse, ex ratione, quod neque hos, neque alios Subditos oporteat roborare, aut defendere contra suos Dominos. De Nobilibus *immediatis* mitius quidem pronuntiavit, alias tamen ob rationes locum in Constitutione iis non duxit concedendum. *LEHM. Lib. I. Cap.* 16.

i) *Protocollum Actionum* de 7. *Septembris* puncto tertio & quarto *LEHM. Lib. I. Cap.* 19.

k) In verbis "Daß Dieselbe aus Kayserl. Majestät aufgetragener Vollmacht, und der „rer Churfürsten und Stände alter Religion Räth und Gesandten Ubergab, und „Heimstellung diese Vorsehung thun: Welche aus der Geistl. Ständ von Adel, „Stätte, Communen und Unterthanen von Jahren her, der Augspurg. Confession „anhängig gewessen, und noch desselben Glauben und Kirchen Ceremonien beypflichtig „seyn, das sie darvon durch ihre Obrigkeiten und in ihren Nahmen nicht gedrungen, „sondern dabey bis zur Christlichen Vergleichung der streitigen Religion ruhig ge„lassen werden sollen.

* Sed inprimis ista *Declaratio* varie semper impugnata fuit, lite usque ad tempus

pus P. W. producta, & *apud LEHM. Lib. III. Cap.* 22. *Vot.* 3. ex novem rationibus pro irrita habetur. *HENNIG.* ipse ad J. P. *ART.* V. §. 30. fatetur, suspicione non carere, cum 1. in *Archivo Moguntino* nulla hujus rei gestæ indicia extare dicantur. 2. *Ferdinando* in vivis superstite, nunquam fuerit producta, sed diu post ejus obitum. 3. Inter Constitutiones Imperii minime relata. 4. *Maximiliano II.* ejus filio anno 1576. 24. Junii Ratisbonæ exhibita, petita confirmatio, sed denegata fuerit, ut patet ex Resolutione Cæsarea de 24. Novembris e. a. *ap. LEHM.* modo *cit.* Contrarium sentit D. *de MEIERN* in *Actis* P. W. *Publ. Tom.* 6. *Lib.* 44. §. 13.

** Deinde ista *Daclaratio* ad summum faveret dictis Statibus mediatis, & quidem iis solum, qui sub Principibus Catholicis *Ecclesiasticis* degunt, quique jam dudum A. C. accesserant, sine turbis ac motibus in Imperio orituris vix ab ea abstrahendi; de accessuris postmodum non loquitur.

§. X.

In Prædiis mediatis communis negat competere.

Ad hanc Libellam, quæ Nobilium immediatorum subditos fata maneant? dimetiri accuratius is demum poterit, qui præfatorum jurium silentium ex eorum saltem *analogia* disertum facere norit; ego, quæ ex iisdem clara, clare, quæ dubia mihi, dubie proponam, divinationes vero illustratioribus aliis relinquam. Atque inprimis compertum est, & hic loci minime prætermittendum, prædia aut castra a Nobilibus immediatis possessa venire sub gemina classe, ut *mediata* sint alia, alia *immediata*, *a*) quorum intuitu duplicis quoque generis subditos sortiantur, non iisdem, sed aliis alios juribus utentes. Horum inter sese diversitas, atque insignis differentia, quemadmodum summorum paciscentium oculis continuo illuxit, ita certe in ipsum Pacificationis negotium, legesque exinde propter ferendas suum influxum habuit. Quantum igitur ad subditos prædii *mediati* inquilinos, nihil in eos juris circa Sacra ex P. R. decerpere posse Nobiles, sat aperte loquuntur *Acta Pacis*, *b*) atque iteratæ Protestationes adversus eos, qui pro Statibus *mediatis* hoc in genere plusculum ambiebant; cum enim *Nobilis* (esto quoad suam personam *immediatus*) in ordine tamen ad ejusmodi prædium non *immediati*, sed *Landsassii* charactere veniat, non alia etiam, ac Landsassiatica ibi forte utetur. *c*)

a) *Mediata* sunt, quæ in alterius Status *immediati* Territorio sita sunt, non *geographice* solum, sed & *Politice*, id est, ita, ut ejus superioritati Territoriali subjaceant. Notæ horum Characteristicæ sunt: si Dominus Territorii in iis exerceat *Jus collectandi, lustrationis, itineris, & sequelæ*, wann sie ihm mit Steuer, Musterung, Reiß und Folge zugethan. *Immediata* sunt, quæ soli & uni Imperio, & Imperio nexu *immediato* subsunt, & obligantur, licet *geographice* in Statuum Territoriis sita sint. Signum horum est, si nihil in arcam Domini Territorialis contribuant, nec nexu subjectionis eidem sint obnoxia, sed vel ad fiscum Cæsaris, vel ad circulum, in quo sita sunt, vel ad ordinem Equestrem, idque nec hodie, nec heri, aut nudius tertius contribuant.

b) Præ-

b) Præjudicium insigne est *ap. LEHM. Lib. III. Cap.* 22. in causa *Ortenburg.* contra Bayern puncto mandati auf den Religion-Frieden. An saltem ejusmodi Nobilis in prædio mediato liberum exercitium suæ Religionis habeat, & quale? infra discutietur.

c) Communis cum *HERTIO Dissert. de subjectione Territoriali* §. 3.

§. XI.

In prædiis immediatis alii affirmant ex his momentis.

De prædiis Nobilium *immediatis* magis anceps Quæstio; Eam quidem *Annotator ad Vitriar. a*) ita resolvit: *in P. R.* §. und in solchen Frieden ꝛc. *specialiter provisum fuit Nobilibus Imperii immediatis*, der freyen Reichs-Ritterschafft in 3. Crayssen, *Sueviæ, Franconiæ, & Rheni, ut gauderent potestate mutandæ Religionis in Pagis & Castris suis.* Neque etiam rationes desunt, quæ huic sententiæ pondus adjiciant; Quodsi enim I. *Pax Rel.* Statibus Imperii consuluit non solum quoad ipsorum *personas*, sed etiam in ordine ad *prædia* sua *immediata* & subditos, per §. und damit solcher Fried ꝛc., *b*) idipsum de *Nobilitate immediata* constituisse censenda erit; præcipue cum II. iis omnibus salubriter prospectum, quorum interest, sed vel maxime interest subditorum, ipso testante Legislatore in *Præfatione* ad P. R. „an dem allen Ständen und Unterthanen „zum höchsten gelegen;" neque apparet, cur subditi *Nobilium immediatorum* sint deterioris Conditionis, quam subditi *Statuum.* Accedit, quod III. non ipsa duntaxat *Paciscentium* intentio hoc tacite innuat, quæ ratione Religionis omnes in Imperio turbas sedatum ivit, quales & in prædiis Nobilium exoriri posse, nemo inficiabitur; verum etiam IV. ipsa Verba §. und in solchen Frieden ꝛc. aperte exprimant, dum enim a sæpefatis Nobilibus vim ac molestiam omnem procul arcent, *c*) an illorum bona & subditos prædæ dabunt? cum turbatio potissimum in bonis contingat; & quam quis molestiam bonis aut subditis infert, Domino inferre censeatur. Igitur & menti Legislatorum, & sensui Verborum conformius est, Nobiles *immediatos* nec quoad suas *personas*, nec *quoad bona* & subditos Religionis causa inquietari oportere.

a) *Lib. III. Tit.* 19. §. 40., ubi adducit multa *Vota Cameralia*, & longam seriem *Jur. Publ. Interpretum.*

b) Per verba: „Auch ihre Haab, Güter liegend und fahrend, Land, Leuthen, Herr„schafften ꝛc. ruhig und friedlich bleiben lassen.„

c) Daß sie von niemand vergewaltiget, bedränget, noch beschweret sollen werden.„

§. XII.

Alii negant ex motivis

Videntur hæc equidem non exigui ponderis, quin tamen ad easdem partes ita facile pertrahar, remoram mihi opponunt sequentia: I. quod expeditum adeo, & indubitatum omnibus necdum sit, an decantatum *Jus reformandi novum*, ut

sequentibus. ut vocant, præcipue quatenus secundum totum ambitum consideratur, reipsa sit Creatura *Pac. Rel.?* cum magni nominis DD. id controvertant. *a)* Saltem ex ipsis *P. R. Tabulis* locum *aperte* probantem vix produxeris; *b)* quæ vero ex *Instrumento P. O.* passim afferri solent, ad Criseos exacte limam parum sibi constare videas. *c)* Cum igitur de ipsis Imperii Statibus dubitetur, an *Pax Rel.* in tantum iis suffragari voluerit, ut *ejusdem vigore* exercerent *jus reformandi* inter subditos, saltem *quoad partem vindicativam*, *d)* id de Nobilibus erit multo magis controversum. Quanquam hoc etiam permisso, II. *Textus* & tota *Series* P. R. in eo conspirent, quod Nobilitatem immediatam intuitu Religionis neque æquiparent Statibus, ut ostensum supra, neque etiam ad mediatorum fata detrudant, sed hos inter ac illos media veluti via eandem incedere velint, nec pari cum Statibus favore dignam, nec pari cum mediatis onere gravandam; cum itaque Constitutio *Statibus* faveat tam *quoad suas personas*, quam *subditos*, *mediatis* utrumque deneget, ne ergo alterutris æquentur, sequitur, quod Nobilibus immediatis *quoad* suas solum *personas* consultum voluerit. Inde est III, quod, ubi de Statibus loquitur Pacificatio, fiat quoque subditorum mentio, *e)* ubi autem de Nobilibus, non item, quæ tamen necessaria prorsus fuisset, si hunc iis favorem cum aliorum præjudicio conjunctum concedendum putasset; imo vero IV. subditos aperte exclusisse videtur per Clausulam limitantem: also und dergestalt ꝛc., quæ ne otiosa sit, certe quidquam restringat, oportet, at quid aliud, nisi facultatem reformandi subditos, non apparet.

a) *HAMMER Diss.* jam laud. *de jure Principis Cathol. circa Sacra Subsect. II. Cap.* 4. §. 3. *HENNIG.* ad J. P. *ART. V.* §. 36. *lit. d. RHETIUS* de *Jur. Imper. circa Sacra Cap.* 4. §. 12. *SCHWEDER Jur. Publ. part. spec. Sect. II. Cap.* 12. §. 3. *LYNCKER in Dissert. de eo, quod justum est circa personas diversæ Religionis. ap. BUDER.*

b) *HENNIG.* modo cit. dicit, circa hanc rem verba paulum dubia, & obnoxia scrupulositatibus.

c) *HAMMER* modo cit., ubi ad lapidem lydium periclitatur. Et præterea ipsummet J. P. O. *ART.* V. §. 30. ad *communem per totum Imperium hactenus usitatam praxin* recurrit.

d) Quæ ad extirpationem Religionis alienæ sese exerit, refertur namque hic *Articulus* inter 6. *Dubia, quæ ex parte Assessorum Catholicorum concepta, & 16. Junii anno* 1582. in Senatu lecta *ad decidendum Imperatori & Statibus in Comitiis transmitti debuerunt. LEHM. Lib. III. Cap.* 30. *Et Protestantes, ap. eundem LEHM. Cap.* 45. in ihren Concilio, oder Bedencken etlicher der Chur und Fürsten Augspurger Confession verwandter Räthe über unterschiedliche unlautere puncten des Religion-Friedens, idipsum referunt inter *dubia*, & optant per Comitia clarius explicari. Concordat *BUCKISCH Observ.* 99. *ad J. P. Art. V.* §. 36., id tum adhuc in obscuro, & sub nube latuisse, inquiens, & modo per P. W. pleniorem Decisionem accepisse.

e) Præ-

e) Præterquam, quod id necesse non fuisset, cum *Status* Imperii temporibus posterioribus sine bonis immediatis & subditis *regulariter* concipi nequeat, eoquod horum possessio sit quædam conditio & qualitas necessaria *Status*. *STRUV. Corp. Jur. Publ. Cap.* 16. §. 5. At Nobilis immediatus manet talis, etsi bona immediata non possideat.

§. XIII.

Quibus ex utraque parte in statera appensis, quantum hinc trahitur, tantum retrahi inde videtur; nec mirum, quodsi enim in ipsa Imperiali Camera, a) dum eadem hæc Quæstio agitata fuit: *An Nobilitas immediata non solum quoad suas personas, sed etiam quoad subditos in suis pagis & Castris gaudeat libertate Religionis?* in diversa scissi abierint Assessores, negantibus *aliis*, *aliis* vero affirmantibus, *quibusdam* Judicium suum omnino suspendentibus, eoquod Verba §. und in solchen Frieden admodum *generalia*, *dubia*, & *incerta* sint, an, & quatenus ad bona & subditos sese extendant, & demum *uno* ex iis ad consuetudinem provocante, hujus legis paulo obscurioris interpretem. At quomodo consuetudo partis unius, cui pars altera sese identidem opposuit, quo modo, inquam, illa introducere queat interpretationem legis contra voluntatem eorum, sine quorum consensu Lex non potuit constitui? b) Quare pensatis omnibus nihil aliud conficitur, quam *Pacificationem Rel.*, quantum ad præsens objectum litis, *clare decisivam* non esse, atque hinc de *Jure* (quidquid sit de *praxi*) c) manere *dubium*, an pro tempore P. R. & *W.* intercidente, Nobilitas immediata Religionem inter subditos suos reformare potuerit? Sane cum ipsimet *Protestantes*, pro Nobilitate velis omnibus remigrantes, certi nihil evicerint, sed jure interim dubio ac suspenso, spe sola obtinendæ in futuris Comitiis sententiæ definitivæ acquieverint, d) non erit aut infidelis calamus, aut ignavus, si & suum ipse Judicium hic suspendat. Saltem ex *Actis P. W.*, & ex *Responso Catholicorum* ad *Gravamina Protestantium* 1645. mense Dec. exhibita, non obscurum est colligere, Nobilibus immediatis jus reformandi quoad bona etiam immediata, subditosque illis appertinentes, *irrefragabiliter* haud competiisse. e) Id quod amplius confirmat *Edictum restitutionis Cæsareum* anno 1627. *Mühlhusii* confectum, & anno 1629. in Imperio publicatum, quo (ipsa Nobilitate licet non sine querelis fatente) *Pax Rel.* tantum ad Personas Nobiles, ut ajunt, *restricta* est, subditis haud comprehensis, nec jurisdictione Ecclesiastica in eos suspensa, simulque hos reformandi potestas denegata. f) Præplacevia medieorum, qui in P.R. nihil circe hoc decisum afferunt.

a) Ut in Causa Truchsäß contra Würtzburg ex *Gylmann* refertur ap. *LEHM. Lib. III. Cap.* 43. p. 537.

b) Non enim hanc Legem Imperii fundamentalem, & Transactionem publicam pars una pro suo lubitu in alterius necem interpretari potest, quam interpretandi facultatem ipsimet Imperatori denegarunt Status *protestantici* in *Comitiis Aug.* 1566. teste *LEHM. Lib. III. Cap.* 53.

c) Qua quidem contrarium obtinuit ex una parte, sed altera perpetuo contradicente, quæque modo in P. W. suum robur, & vim Legis obtinuit.

d) In suo Concilio sup. memorato, oder Bedencken über unterschiedliche anlautende puncten des Religions-Frieden. *LEHM. Lib. III. Cap.* 45.

e) In Verbis: „Weniger nicht haben die Catholische sich vorhin mehrmalen beschweret, „und noch, daß Die sie von der freyen Ritterschafft A. C., welche der Kayserl Ma„jestät ohnmittelbahr unterworffen, Dero ihnen in Religions-Frieden indulgirten „Freyheit des Glaubens sich dahin zu misbrauchen unterstanden, daß sie in ihren An„gehörigen Dorffschafften die Catholische Religion abzuschaffen, und die A. C. in „Ubung zu bringen, Macht haben sollten, da doch der Religions-Frieden ihrent„halben nur *personal* ist, und sie darin anderer Gestalt nicht, als daß sie der Reli„gion halber von Niemand vergewaltiget, bedrangt, oder beschwert werden sollten, „begriffen, und daß es hiemit andere Meinung nicht gehabt, ist aus dem Verlauf „des Religions-Friedens genugsam abzunehmen, weil die Stände A. C. damahlen „zwar begehret, daß die freye Ritterschafft allermassen und Gestalt, wie andere „Stände, dem Religions-Frieden einverleibet werden mögte, solches aber von Ih„ro Kayserl. Majestät, und denen Catholischen nicht bewilliget werden wollen, wor„auf dann dieser Articul mit obgemeldter Restriction verfasset worden.„

f) Ita habent *Nobilitatis Gravamina* apud *de MEIERN Tom. II. Lib.* 9. §. 6., quæ exhibuerunt Osnabrugæ 3. Novemb. 1645. in verbis: Seye ihnen von geraumen Jahren hero, bevorab aber seit des - - Kayserl. Restitution - Edicts mercklicher unbefugter Abbruch gethan worden, indem man solchen Frieden Römisch-Catholischer Seits sehr enge restringiret, und nur auf ihre, derer vom Adel, Personen gestellet, die Unterthanen aber nicht comprehendiret, sondern, als ob die suspensio der Geistl. angemasten Jurisdiction auf dieselbe nicht gemeinet, ihnen auch auf, und in den ihrigen das Exercitium Religionis der A. C. gemäs anzuordnen ꝛc. nicht gebührte ꝛc.

§. XIV.

Quid in bonis feudalibus?

Quæ si ita se habeant, ut Nobilium jus reformandi in prædiis suis immediatis allodialibus, ac omnino liberis, ambiguum appareat, an non multo magis controversum id erit in illis, quæ insuper *qualitate feudali*, aut *subfeudali* afficiuntur? Hoc saltem, si cætera omnia abessent, ex paritate rationis omnimoda (si non fortiore) inferendum putem; At vero faciamus (ne priorem retexere telam videar) faciamus, inquam, *Pacem Rel.* Nobilitati immediatæ fuisse largitricem *juris reformandi* subditos in suis prædiis & Castris immediatis, (quod dubium supra pronuntiavimus) an idcirco hoc ipsum obtinuisset in iis, quæ a Statibus Imperii in feuda recognoscit? Ita equidem videtur non contemnendis J. P. DD, a) Nihilominus in alia omnia eundum censeo, quo vel ii etiam præcedunt, qui *primum* tanquam indubium adstruunt, non ausi hanc reformandi facultatem ad ejusmodi *feuda* provehere, sed intra *allodialium* prædiorum septa coarctant; b) quibuscum sentire suadet, prætermissis aliis omnibus, ipsa *feudi* natura, quæ ex limpidioribus *Juris Germ.* fontibus ad nos talis dimanat,

manat, ut boni feudalis Dominium tribuat uni folique *Domino*, quem vocant *Directo*, Vafallo autem nonnifi *usumfructum* illius *qualificatum*, feu *Germanicum*. *c*) Cum igitur ufufructuario alienam a mente proprietarii Religionem introducere nullatenus liceat, id neque Vafallo citra Domini Confenfum licebit. Accedit *jus reformandi novum* unice fundari in decantato Lemmate: *Dominus Regionis est etiam Dominus Religionis*, cum igitur Vafallus Regionis, quam infeudum tenet, *regulariter* Dominus non fit, Vafallus qua Vafallus, jure reformandi haud gaudebit.

a) Præcipue *Gylman. Symphor. Part.* I. *Tom.* I. *Tit.* 3. *Vot.* 2. *n.* 15. feqq., ubi fcribit, §. und in solchen Frieden ꝛc. comprehendi omnes, & fingulos immediatos Nobiles una cum fubditis, & poffe eos, quoties libuerit, Religionem mutare *etiam in feudis ab Ecclefiaftico Statu dependentibus*; quod latius profequuntur *Bidenbach*, *Knichen* &c. ap. *Breitfchvverd*. Confilio *de jure immediati Ordinis Equest. circa Exercitium Relig.*

b) Illuftrator *Vitriarii Lib. III. tit.* 19. §. 41. *Lit. a.*

c) Illuftris L. B. de *Senckenberg in Primis lineis Juris feudal. in Prolegomenis* §. 11. & 18. *it. Part. II. Cap.* 7. §. 142. & *feqq.* & *Part. II. Cap.* 12. §. 336. *FELZIUS Differt. de feudis oblatis* §. 5.

d) Id quod etiam innuit ipfum J. P. O. *ART. V.* §. 42., ad quem *HENNIG*. lit. d. ita ratiocinatur, in verbis: *Nemo fpecie Dominii directi, vel utilis jus in feudo reformandi fibi arroget, nifi de jure Territorii ad fe cum feudo illo pertinenti docere poffit.*

§. XV.

Solvitur objectio petita a paritate Statuum.

Nec obftat, quod fuis hifce armis quæ in alios ufurpant, fibimet jugulum petere videantur *Imperii Status*, cum & ipfi infignia plerumque *feuda* a *Conftatibus*, recognofcant, a quibus tamen in Reformationis negotio, & annexis, manus ligari fibi haud patiuntur, aut ergo, quod juris in alios ftatuunt, eodem & ipfi utantur, aut alios pari fecum beneficio perfrui finant. Nam 1) hæc objectio recoquit æqualitatem iftam, jam fupra in fumos abire vifam. Deinde licet *Status* a *Statu* terras quasdam jure beneficiario teneat, id tamen non aliter contingit, quam falva qualitate *Status*, juribusque Imperii, ac Superioritate Territoriali, quæ oritur ex Complexu Regalium, quem Status nonnifi ab Imperio, a fuo Conftatu autem folas terras, recognofcit; *a*) Cum præterea ejusmodi *feuda* paffim fint *oblata*, Territorio autem in feudum oblato ipfa Territorii Superioritas haud transferatur, quippe quod fpecialem pactionem requirit, *b*) Status alterius Conftatus Vafallus adhuc eadem gaudet, proin & jure reformandi hujus velut teffera ac pediffequa. Qua & *Nobilem* fulgere fiquis fine Circulo probatum dederit, facillime jungo dextram. Et nunquid demum Status Imperii tanquam fummi Pacifcentes potuerunt mutua Conventione

hæc *naturalia feudi* ultro citroque temperare, sibique invicem, qua Vasallis, Religionis causa plusculum largiri, sive dein de jure jam quæsito stabiliendo, sive de favore recens captando, actum dixeris, quod & fecisse illos innuitur per §. Und damit solcher Fried 2c., quem, si verbotenus forte dubius videretur, observantia subsequens nulli contradictioni obnoxia luculenter explanat. *c*) Cujusmodi nihil Nobilitati commune esse, & *Tractatus P. R.* antecedentes, & post eam *Actitata* satis commonstrant. *d*) Verum porro est, quod Constitutio feudi neque tribuat, neque auferat jura Religionis, *ordinarie & in Regula*; *e*) sed nec minus & illud verum, quod omne hic punctum ferat *usitata Imperii Praxis*, prout per *LL. fundamentales* suo robore *firmata*, quæ cum ante P. O. *Tabulas* de bonis Nobilium diserte nihil statuerint, ex una parte, & ex altera præfata jura concesserint solum Statibus aut *qua* talibus, aut certe *qua Dominis* suorum bonorum immediatorum, quales etiam erant respectu illorum, quæ ab iis in feuda possidebat Nobilitas, sane & in his jura illa recte exercuerunt, non quidem ex *qualitate feudali* promanantia, sed ex *praxi* primum *orta*, in *Dominio*, aut potius *Superioritate Territoriali*, *fundata* & radicata, atque per Palladium LL. Imperii *stabilita*.

a) Sic olim *Ducatus Würtenbergensis* factus est feudum *Domus Austriacæ*, *salvo jure Status* Imperii, licet hic nexus feudalis per *Transactionem Pragensem* anno 1599. cum *Rudolpho II.* initam denuo fuerit sublatus. Hodie vero Episcopus Tridentinus, & Brixiensis Vasalli sunt ejusdem Domus Austriacæ, de juribus tamen Regalibus ab Imperio investiuntur, ideoque Statuum jure, sessione, ac Voto gaudent. *STRUV. Corp. Jur. Publ. Cap.* 16. §. 3. citans *ETBEN in Elec. feudalib. Cap.* 11. §. 15. Confer. etiam *SUEDER in Theatro Prætensionum Tom.* 1. *Cap.* 35. *p.* 208. *& seqq.*

b) *STRUV.* l. c. *Cap.* 20. §. 43. *HERTIUS de superioritate Territor.* §. 64. & seqq.

c) Esto, apertam in P. R. mentionem factam haud fuisse de iis Ditionibus, quas Status a Statibus in feuda tenent, certe observantia subsequens, inter ipsos Paciscentes communis, vicem interpretationis subiit.

d) Sic plures annos post P. R. Decisione caruit lis ista, & Dubiis annumeratur per *Comitia* declarandis *ap.* sæpe *cit. LEHM. Lib. III. Cap.* 45. Et anno 1646. durantibus P. W. *Tractatibus*, dum hanc Decisionem pro *Nobilitate* urgebant A. C. *Status*, *Plenipotentiarii* Cæsaris in *Declaratione* ad eorum *Gravamina* reposuerunt: „die freye Reichs Ritterschafft bleibet billig bey demjenigen, „was ihrenthalben in dem Religion-Frieden verordnet, kann auch einige weitere „*EXTENSION*, so anderen Obrigkeiten in Stätten und Landen an ihren *jure re-* „*formandi*, oder sonst in andere Weeg nachtheilig seyn mögte, nicht verstattet wer- „den. apud *Londorp. Tom. VI. Act. Publ. Lib.* 3. *Cap.* 36. §. 14.

§. XVI.

§. XVI.

Coronidis loco in ævum, unde egredior, liceat retrospicere breviter, inque nonnulla, quæ ad dilucidandum ejus *Systema* faciunt, *porismata* dedu-e. Reflexio in Caput II.

I. Nobilitas Imperii immediata beneficio *Pacis Relig. Autonomiam*, seu ertatem Religionis, & promanantia inde quædam commoda, favorem tamen n Statibus æqualem, aut jus reformandi secundum omnem, qua se diffun-, latitudinem indepta non est.

II. Hinc Nobilis immediatus, ubi ubi Terrarum in Imperio Romano ex-:ns, non solum in adoptanda Religione alterutra liber erat, ac independens, ·um etiam in Castro aut prædio suo *immediato*, licet intra Terminos diversæ ligionis Statuum *Geographice* sito, liberum habebat suæ Religionis Exerci-m, nonnisi tamen *pro se*, & *familia*.

III. An autem ea *libertas* Religionis tum eligendæ, tum exercendæ, ad miliam Nobilem *privative*, an etiam ad famulitium ejusdem laris & foci, : extenderit, ex littera *Pacis* non liquet, id potius ex deductis supra famuli-est denegandum, cum per P. R. Nobilibus in materia Relig. tantum quoad m *personam* sit prospectum.

IV. Id quod multo minus ad extraneos, licet subditos, est pertrahen-n, sed in hos puncto Religionis salva manebant jura Statuum, aut Ecclesia-orum *ordinaria*, aut *provisionalia* protestantium, ubi priora quadantenus escebant.

V. Dum Vigore §vi: Damit auch rc. P. R., jurisdictio Ecclesiastica in C. Status suo modo *suspensa* dicitur, id ipsum ex *Analogia* juris de Personis bilibus intelligendum.

VI. In *harum* tamen *Subditos* Pastoralis Præsulum sollicitudo vigilare per-it, pedoque compulsorio uti, cum enim nullum jus certum & liquidum tum ıporis extaret adhuc, quod istos e sphæra Ecclesiasticæ potestatis extraheret, tra jus dubium in suo Possessorio recte perstitere locorum Ordinarii.

VII. Circa *Status* vero *Catholicos* sicut in *Nomothesia Religiosa* immutatum nihil, nihil relaxatum (prout nec relaxari, aut immutari quidquam potuit) multo minus circa *Catholicos Nobiles*; unde quemadmodum illi, sic & hi ıs Ovilis oves eidem antiquo Pastori suo, quem *posuit Spiritus S. regere Ec-am DEI*, perpetuo obedientiæ ac Subjectionis Spiritualis nexu adstricti in ıibus permansere.

VIII. *Exceptio* est in *Casu*, quo ad aliena sacra animum appellere pla-:it, tum enim vero *connivente* ob duram necessitatem Pastore, sacer ille ba-

culus

culus *interimistica suspensione* quiescere cœpit, mutata subin Voluntate, & deviante ovicula ad gregem reduce, mox iterum evigilaturus.

CAPUT III.

Quid Nobilitati immediatæ puncto juris circa sacra per I. P. O. indultum, tum generatim, tum præcipue in suis Castris?

§. I.

Resuscitata post P. R. Dissidia & per P. W. composita.

Quam fuerat in Votis omnium, *Pacem Relig.* lucidissimam & constantem esse *Cynosuram*, ut juxta illam Cursus Imperii, præsertim *puncto Religionis*, pacifice dirigeretur, tam ex adverso fuit in fatis, eandem, dum orbi recens illuxerat, variis jamjam nubibus involvi, varias vix non Lunæ adinstar phases subire. Unde dum præter nativas quasdam, adventitias adhuc a partium studiis umbras reciperet, non potuit non ejus observantia languescere. *a*) Ast quemadmodum ad salutem publicam maxime interesse visum, sacerrima ejus Placita firmitate inconcussa perstare, ita mox Recessus Imperii posteriores eandem confirmarunt. *b*) Neque sic tamen tempestas omnis pacari potuit, quin aliæ ex aliis terræ nubes hinc inde Imperium obducerent, quæ, quibus gravidæ erant, cruentis imbribus omnem late inundarunt Germanam (ne ipsa Petri navicula a fluctibus libera permanente) totumque Imperium tantum non sæculo integro dirissime afflixerunt, fœdarunt, lacerarunt. Saucia hisce ærumnis, ac bello præcipue tricennali exulcerata prorsus Patria, respirare nonnihil cœpit sub *Tractatibus* illis *præliminaribus* Homburgi anno 1641., veluti jactis quibusdam sementis Olivarum illarum, quæ biennio, intra quod nasci debuerant, in quadriennium excurrente, *c*) demum prognatæ sunt, maturitatem vero suam nonnisi elapso alio triennio adeptæ, dum *Congressibus* paciferis, quos simul & *Monasterii* & *Osnabrugæ* in Westphalia, partibus quidem (ex ratione Politica) divisis, concentrico tamen Spiritu ac Studio, celebrabant, finis impositus, *Pax* conclusa, & celeberrimum illud *Instrumentum*, ut vocant, *Monasterio-Osnabrugense* 1648. conditum fuit, eo quidem (quoad rerum ac temporum Ratio sinebat) proposito fine, ut, quod jam erat saucium, tanquam *Panacæa d*) consanaret, quod confractum, ceu salutare Vinculum alligaret, & quod infirmum, tanquam *Norma judicandi* de se *perpetua e*) amodo ac deinceps consolidaret.

a) Ut dolenter effertur apud *LEHM. in Proemio ad Acta P. R.*

b) In *Recessu Imperii Ratisbon.* de anno 1557. §. 69., in R. J. Augustano 1566. §. 1., R. J. Ratisbonensi anno 1641. §. 15.

c) Siqui-

c) Siquidem Vigore *Tractatuum Præliminar.* Congressus aperiendus erat anno 1643. Mense Julio, quod modo 1645. factum.

d) Hoc præconio effert J. P. der Europäische Herold T. I. p. 843.

e) Ita insignitur in R. *Imperii novissimo* §. 6. in verbis: Ein gegebenes *fundamental*-Gesätz des Heil. Reichs, und immerwährende Richtschnur, und ewige norma judicandi.

§. II.

Quemadmodum igitur *Nobilitas immediata* eodem cum aliis infausto turbine involuta fuerat, a) ita & merito in partem faustioris illius negotii venit, quo arma in olivas versa sunt, ut, quæ fuit laborum ac luctus socia, foret quoque lætitiæ, & quietis. Quantum autem ex istis Olivarum racemis (in ordine ad punctum *Religionis*, quem mihi scopum unice præfixi) jure suo decerpat, in lucem proferre accuratius vix potero, quam si ipsos earundem Natales hac super re consulam, quidque *P. W. Tractatus* de *Nobilitate*, ejusque *juribus circa Sacra* edisserant, veluti per modum *Extractus* ob oculos sistam. Quod ut ordinatius aggrediar, relegam vestigia summorum Conditorum, & cum iis de passu ad passum procedam. Dux mihi præibit *Joannes Godefridus de MEIERN* in insigni suo Volumine *Actorum P. W.*, quod in Republica literaria jure suo jam Civitate donatum est. In ea quoque Nobilitati prospectum.

a) De quo conquesta est in *Conventu Compositionis* Francofurti anno 1631., & amplius in *Tractatibus* P. W.

§. III.

Primum, quod sub ipso Vestibulo *Congressus Monasterio-Osnabrugensis* (quantum quidem *ad immediatam Nobilitatem*) occurrit, est Propositio quorundam *Gravaminum 3. Novembris 1645.* exhibitorum, quibus *Nobilitas Franconiæ, Sueviæ & Rheni* præter alia conqueritur de nimia P. R. *Restrictione ad Solas Illustrium Personas*, deque negata subditos reformandi facultate, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ *Dominatu.* a) Sequuntur 15. *Decembris* e. a. Gravamina *Protestantium* communia, quæ *Gravam.* II. Nobilitatem immediatam conjungunt Statibus quoad ea, quæ isti Religionis intuitu prætendunt &c.; Quibus *Catholici* in ihrer Antwort und Gegen-Beschwerden 2. Febr. 1646. occurrunt abscisse negando, P. R. ultra Nobilium *Personas* ad subditos pertrahendam. c) Hoc Responsum Catholicum excipiunt a parte *Protestantium Media Compositionis* 25. Febr. 1646. proposita, quibus Nobilitatem immediatam A. C. ratione Ecclesiarum, Scholarum, hospitalium, & appertinentium redituum plenarie restitui petunt in Statum anni 1618. Ad quæ *Compositionis Media* Catholici regerunt in ihren unvorgreifflichen Gegen-Vorschlägen 7. Martii, se ex *amore Pacis* id saltem Extractus quidam Actorum P. W. in Causa Nobilitatis.

permissuros, ut *Nobilitas* in possessione Religionis, & bonorum Ecclesiasticorum, qua anno 1627. 12. *Novembr.* fuit, ad 40. annos quieta permaneat. *e*)

a) Verba extant supra *Cap.* II. §. XIII. lit. f. relata ex *MEIERN* T. II. *Lib.* 9. §. 6.

b) In verbis „welches alles von der freyen Reichs-Ritterschafft, und Derselben Erb „Gehuldigten Unterthanen und Hintersassen nicht weniger zu verstehen." *MEIERN.* T. II. *Lib.* 15. §. 2.

c) Verbis itidem *Cap.* II. §. XIII. lit. e. citatis: weniger nicht ꝛc.

d) „Werden erstlich den Evangelischen Grafen, Frey-Herrn, Ritterschafft ꝛc. alle Kir „chen, Schulen, Hospitalien und darzugehörige Gefälle und Einkünfften . . . billig ple „narie restituiret, und in den Stand gesetzt, darinnen die Destituti sich anno 1618 „und vorhero befunden. *MEIERN. loc. cit.* §. 5.

e) Ubi „Der Reichs-Ritterschafft halber, obwohl keinen von derselben die Catholische „Religion in seinen angehörigen Dorffschafften, oder einige Aenderung darinn vorzu „nehmen gebühret hat, sondern vermög Religions-Friedens, sich damit zu con „tentiren, wann es für sein Haupt wegen der Religion unvergewaltiget bleibet, so „lässet man doch Catholischen Theils, um mehreren Friedens und Ruhe willen, da „hin gestellet seyn, daß dasjenige, so bis aufs Jahr 1627. schon darwieder gesche „hen, auf die oben bewilligte 40. Jahr unangefochten verbleiben, künfftig aber „Niemand von ermelten Ritterschafft in seinen Dorffschafften, Gebieth, und Kir „chen, er seye zugethan oder wende sich noch künfftig, zu was Religion er wolle, „der Catholischen Religion etwas zu Abbruch, Hinder- oder Aenderung vorzunehmen, „sich unterfangen solle; vielweniger aber ist zu gestatten, daß der unmittelbaren Ca „tholischen Ritterschafft von den benachbarten Chur- und Fürsten (immassen vor die „sen von Chur-Pfaltz, wiewohl Dero sonst für ermelte Reichs-Ritterschafft insgemein „behauptender Religions-Freyheit schnurstracks zuwieder, vielfältig geschehen) in den „Dörffern unter ihre Bottmäßigkeit gehörig, oder wann sie in den Dörffern ja keine „Bottmäßigkeit hergebracht, und doch daselbst, oder sonsten in Stätten ihre Adeliche „Ansitz und Schlösser haben, in dem Exercitio Catholicæ Religionis auf ihren „Häusern der geringste Eintrag oder Hinderung, unter was Prætext es auch immer „seyn möge, hinführo mehr geschehe. *MEIERN* l. c. §. 9.

§. IV.

Continuatur Tractatuum Series.

Ab his ultro citroque exhibitis Scriptis aliquando ad Colloquia & Conferentias ventum est; habitique per utriusque Partis Deputatos Consessus plures, in quorum uno 14. *Aprilis Protestantes* postulatam sæpius æqualitatem Status inter ac Nobiles denuo instaurant, simul & sollicitant, ut ubi forte jurisdictione carent, nihilominus in suis Castris circa *liberum Religionis Exercitium & administrationem Sacramentorum*, non impediantur. *a*) *Catholici* in alio de 18. *April.* insistunt prioribus, & ad normam anni 1627. iterato provocant. *b*) Quod & repetunt iidem in ihrer hauptsächlichen Erklärung ad *Gravamina* de 1. Junii. *c*) Id, quod ægerrime tulit Nobilitas, hinc ad jura sua sarta tecta, ut ait, servandos,

ıda, & declinandam Clausulam iis derogatoriam de Exercitio Religionis ad mam anni 1627. astiigendo, per *Deputatum suum Wolffgangum* de *Gemmingen* Junii supplices obtulit, in quibus jura sua latius deducit, adjecta in fine usula Instrumento Pacis inserenda. At nec minus *Protestantes* in ihrer fer-en Erklärung *9. Junii* sua pro Nobilium juribus, eadem cum statibus decem-la dimetiendis, vota repetunt. *e*). Quibus sibi haud satis consultum rata No-tas, per Eundem de Gemmingen novam formulam insinuat *f*) *4 Augusti*, ›iduo post rursus aliam recudit. *g*) Interponunt hic *Catholici* unvorgreiffliche *olutiones 30. Junii*, & ad Quæstionem: wie es mit der unmittelbahren ichs-Ritterschafft zu halten? Resolvunt: wie in Prager Frieden deswegen hehen. *h*) His porro succedunt *Catholicorum* endliche Compositions-Vor-äge in puncto *Gravaminum* 6. Julii, & intuitu Nobilitatis P. R. unice stan-n esse asseritur. *i*) Remonstrant *Protestantes* in ihrer endlichen Gegen-Er-ung 14. Augusti ipsammet P. R. hanc æqualitatem sat superque innuere, proinde Nobilitas & deinceps gaudeat. *k*) Quibus *Catholici* propter Contra-iones interfluas amplius respondere detrectant, nihilominus in lucem pro-Catholisches Bedencken *19. Septembris*, quo dispositioni P. R. inhærendum tur, cum præsertim *Nobilitas Catholica* in A. C. addictæ Postulata non con-er. *l*)

) „Wegen der Freyen Reichs-Ritterschafft hätten sie nur zwey kurtze Erinnerungen zu „thun a) die Freye unmittelbahre Reichs-Ritterschafft solte, die Religion betreffend, „anderen höheren Ständen gleich gehalten, und ihnen sambt ihren Erbgehuldigten „Unterthanen und Hintersassen darüber gantz kein Eintrag gethan, oder so es geschehen, „dieselbe restituiret werden. b) In ihren Freyen Adelichen Schlössern, und Häu-„sern sollen sie an Ubung gemelter Religion und Administration der Sacramenten „nicht gehindert werden, ob sie schon zu Dorff, oder Stadt keine Bottmäßigkeit ha-„ben. *MEIERN* l. c. §. 11.

) „Auch die Immediat-Reichs-Ritterschafft diesfalls so weit includiret würde, daß sie „bey demjenigen, was sie in ihren Dorffschafften vor bemelten Jahr 1627. vor Ver-„änderung vorgenommen, dabey schiedlich gelassen werde. *MEIERN.* ibid.

„Selbige Ritterschafft soll in Possessione vel quasi Exercitii Religionis, wie sie „sich anno 1627. den 12. Novembr. befunden, gelassen werden *MEIERN* T. III. „*Lib.* 20. §. 12. N. II.

Cujus tenor est iste: „Daß die Freye unmittelbahre Reichs-Ritterschafft der Reli-„gions-Sachen halber, und was davon dependiret, anderen höheren Ständen gleich „gehalten, und ihnen samt ihren Erbgehuldigten Unterthanen und Hintersassen darüber „gantz kein Eintrag gethan, sondern dafern etwa einiger beschehen wäre, sie dawider „restituiret werden sollen. *MEIERN* T. III. *Lib.* 20. §. 8.

„Die Freye unmittelbahre Reichs-Ritterschafft soll der beyden Religionen, und daran „hangenden Rechten halben den Ständen gleich gehalten, und ihnen samt ihren ge-„huldigten Unterthanen, und Hintersassen darüber gantz kein Eintrag geschehen, son-„dern dafern etwa einiger beschehen wäre, sie dawider restituiret werden, wie ingleis „chen

„chen in ihren Adelichen Freyen Schlössern und Häusern, ob sie schon zu Dorff, oder „Stadt keine Jurisdiction haben, sollen sie doch privatim vor sich, und die ihrigen „an Ubung gemelter beyden Religionen, und Administration der Sacramenten nicht „gehindert werden. *MEI.* l. c. §. 14.

f) „Die Freye Reichs-Ritterschafft soll an Orth und Enden, da sie keinen Reichs-Stand, „als Land-Sassen unterworffen seynd, gleich obberührten Fürsten und Ständen, bey „dem klaren illimitirten Innhalt des Religion-Friedens, und dieses Vergleichs vor „Ihro Persohn, wie auch auf dem Land habende Freye Häuser, und gehuldigte Un„terthanen gelassen, und ihnen darüber gantz kein Eintrag geschehen, sondern dafern „etwa einiger beschehen wäre, sie wieder in dem Stand, wie sie anno 1620. gewesen, „restituiret werden.„ *MEIERN* T. III. *Lib.* 23. §. 16. N. II.

g) Ubi priorem sibi præjudicare visam sic corrigiti: „Die Freye unmittelbahre Reichs„Ritterschafft solle an Orthen und Enden, da sie respectu bonorum keinen Stand „ländlich, oder beweißlich unterworffen, gleich obberührten Fürsten und Ständen, „bey dem klaren illimitirten Verstand und Innhalt des Religion-Friedens, und die„ses Vergleichs in allen Stücken gelassen, auch ihnen und ihren gehuldigten Untertha„nen darüber gantz kein Eintrag gethan, sondern dafern einiger beschehen, sie dar„wieder restituiret werden. In ihren Häusern, die als obgemeldt frey seynd, sol„len sie an Administration der Sacramenten, jedoch privatim für sich und die Ihrige „allein, nicht gehindert werden. *MEIERN* T. V. *Lib.* 38. §. 1.

h) In *Pace* autem *Pragensi* anno 1635. inita §. 22. ita habetur: „Die von der Freyen „Ritterschafft sollen bey dem Exercitio Aug. Confess. wie es der Religion-Fried „mit sich bringt, ruhig gelassen, und ihnen darüber gantz kein Eintrag gethan, son„dern dafern etwa einiger beschehen wäre, sie darwider restituiret werden.

i) Ibi: „Die Freye Reichs-Ritterschafft bleibet billig bey demjenigen, was ihrenthalben „in dem Religion-Frieden verordnet, kan auch einige weitere Extension, so ande„ren Obrigkeiten zu Städten oder Landen an ihren jure reformandi, oder sonst in „andere Weeg nachtheilig seyn mögte, nicht verstattet werden, und hat dieses Orths „mit ihren Religions-Exercitio zu verbleiben, wie sie anno 1624. in possessione „vel quasi gewesen. *MEIERN* T. III. *Lib.* 20. §. 24.

k) „Die Freye ohnmittelbahre Reichs-Ritterschafft solle an Orthen und Enden, da sie „respectu certorum bonorum keinem Stand als Land-Sassen unterworffen, gleich „obberührten Chur-Fürsten und Ständen etc. ut sup. lit f. usque ad verba: In „ihren Häusern exclusive. *MEIERN* Tom. III. *Lib.* 21. §. 9.

l) „Anbelangend die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft, verbleibet es bey der klaren „Disposition des Religion-Friedens, und zwar um so vielmehr, angesehen die Ca„tholische unmittelbahre Reichs-Ritterschafft zu den gegentheiligen Begehren sich kei„nes Weegs bekennet.

§. V.

Quæ porro in eadem causa agitata. — Interea Puncto *Satisfactionis* Suecicæ illud de *Gravaminibus* Religionis multum remorante, apparet iterata *Catholicorum* Declaratio, sive *Cæsareanorum* *Ultima* sic dicta, 30. Novembris 1646., quibus Exercitium Religionis Nobilium ad normam anni 1624. regulandum proponitur. a) Displicuit hic prolixior

xior agendi modus *Protestantibus*, ait de Meiern, jamque nolebant amplius Conferentias Conferentiis, Declarationes Declarationibus cumulare, sed ultimas operi manus adponentes, *Projectum* quoddam, ut ajunt, Instrumenti Pacificatorii, utroque, & latino, & Germanico, idiomate, concipiunt, traduntque *Legatis Suecicis* 27. Febr. 1647., in quo circa *Nobiles* ita cautum: *Libera & immediata Imperii Nobilitas una cum subditis & bonis suis, in iis locis, ubi ratione certorum bonorum & respectu Domicilii aliis statibus non reperiuntur subjecti, vigore P. R. illimitata, præsentisque Conventionis, in juribus Religionem concernentibus penitus æquata maneat supradictis Electoribus, Principibus, & Statibus, nec in iis sub quocunque prætextu impediatur, aut turbetur, turbati vero omnes omnino restituantur in integrum.* Quæ erat ipsissima formula *Salvii* occasione Conferentiarum hunc inter & Comitem de *Trautmannsdorff* jam prius concepta. Eandem paulo post Cæsareani tum in suo *Ultimato* sic dicto de 5 Martii, tum in *Instrumento* 3. Junii per Director. Moguntin. publice dictato, verbotenus recitant. Quæ tamen a *Catholicis* mutata est in suis *Declarationibus ultimis* per Vota majora approbatis, & 24. Januar. 1648. exhibitis, ubi: §. 10. *pro Verbis: penitus æquata maneat, ponatur: idem jus habeant.* Rationem assignant *Notæ* ab Aula Cæsarea Electori Saxonico communicatæ, quæ Instrumento Pacis Cæsareano-Suecico condendo velut lima adhibitæ, ad Clausulam de Nobilitate ita observant: *ART. V. num.* 10. Kan bleiben, ausser der Worte: *Vigore Pacis Rel. illimitata, item: penitus æquata.* Dann es ist noch eine starcke Frage, ob die Freye Reichs-Ritterschafft eben dies jus reformandi habe (nimir. vi. P. R., de quo supra) gleichwie die höhere und andere Stände des Reichs? dahero vermeinten Ihro Kayserl. Majestät, daß dieser Pass also einzurichten wäre: *Vigore præsentis Conventionis* (NB. omissa P. R.) *in juribus Religionem concernentibus, & beneficiis inde promanantibus idem jus habeant, quod &c.* Quibus Aulæ Cæsareæ, & Catholicorum Votis reliquorum etiam Statuum Suffragia accessere, ut Ratione Nobilitatis in unum denique consentirent Placitum, quod J. P. eo tenore insertum quo *ART.* V. §. 28. legitur: *Libera & immediata Imperii Nobilitas &c.* quidque demum conclusum.

a) „Die von der Freyen Reichs-Ritterschafft sollen neben ihren Unterthanen, im Fall „die ihnen mit hoher und niederer Obrigkeit zuständig, und nicht etwann ans„derwerts notorie mit Lands-Fürstlicher Obrigkeit verfangen wären, bey dem Ex„ercitio der alten Religion oder der A. C. an Enden und Orthen sie solches anno „1624. in Ubung gehabt, ruhig gelassen, und ihnen darüber gantz kein Eintrag ge„schehen, sondern dafern etwa einiger beschehen wäre, sie darwieder restituirt wer„den. *De MEIERN* T. III. *Lib.* 21. §. 40.

b) *MEIERN* T. V. *Lib.* 39. §. 20. N. 1.

§. VI.

Jus reformandi novum ad Exemplum Statuum Nobilitati immediatæ per P. W. in Regula concessum.

Hunc veluti fontem præmonstrare necessum fuit, ut ex eo Nobilium jura in sacris limpidius deriventur. Præcipuum, quod inde scaturit, atque velut Tò *Kyrion*, est *jus reformandi*, sive *generalius* acceptum, prout quandam Sacrorum jurium Universitatem denotat, sive *Specialius* ac *pressius* sumptum pro facultate Religionem aliquam juxta LL. Imperii de novo introducendi, & priorem heterogeneam, vel in toto, vel in partibus abrogandi, quod utrumque (saltem *in thesi*) exemplo Statuum merito sibi vendicat *immediata* Imperii *Nobilitas*, quidquid rigidior quorundam Crisis obmoveat, quod 1. in *Art. V. §. 30.*, quæ basis ac sedes est juris reformandi, solorum Statuum, nulla Nobilitatis, mentio fiat; sed potius 2. idem §. tanquam Conditionem necessariam, ac fundamentum, cui *Jus reformandi* superstruitur, prærequirat *formatum Territorium*, quod Nobilibus hodiedum in controversiam vocatur. Et denique 3. *Tractatus P. W. prodromi* satis innuunt genuinam Paciscentium Catholicorum præcipue mentem, qui, dum de regulando Nobilium Religionis Exercitio actum, hoc identidem ad annum Normalem, modo 1627., modo 1624., peræque ac circa Subditos placuit, alligandum petiere.

At vero quis nescit, jam non amplius, quid ab altera parte petitum, attendi debere, sed quid ab utraque conventum, neque eum, qui in quapiam Constitutionis parte quidem siletur, idcirco pro excluso, sed pro tacite saltem incluso habendum, si jam prius per clausulam generalem in totum aperte intraverit? Ille autem Defectus Superioritatis Territorialis, cui tanquam conditioni *regulariter*, *& respectu Statuum solummodo* alligata est reformandi potestas, eo minus præjudicat Nobilibus, quo compertum magis, quod imprimis jus *reformandi ex* superioritate Territorii tanquam fonte haud profluat, sed *ex usitata* potissimum *Imperii praxi*, qui titulus sane Nobilitati peræque, ac Statibus patrocinatur, fuitque Ratio eandem sub speciali P. W. Palladio recipiendi; ut taceam, quod HERTIUS de *super. Territ. §. 13.* scribit, *novum non esse, eos etiam, qui superioritate Territoriali destituuntur, --- quemadmodum alia jura, ita jus circa sacra vel in totum, vel ex parte quæsitum habere. a)* Deinde si non *Superioritas Territorialis*, Die Landes-Hoheit, certe alia quædam jura insigniora exornant Nobiles, vi quorum & in ipsos quodammodo cadere potest pervulgatum illud: *cujus est Regio, ejus & Religio.* Quanquam si hæc omnia abessent, Assertum nostrum emphatice satis liquet ex prælaud. §. 28. per Verba: IDEM *jus habeant, quod Statibus competit &c.* At quomodo IDEM, nisi, quod cæterorum caput ac fons est, *jus* quoque *reformandi* haberent? Igitur Nobiles immediati jus reformandi si non una cum superioritate Territ., certe ex *Pacto Imperii publico*, ut ait BOEHMER *Dissert. de jure Liturgiar. Eccles. §. 75.*, hodie jure optimo exercent. *c)*

a) Exem-

) Exemplum adducit in *Landgraviis Hassiæ*, quibus in *Comitatu Solmensi* jus omne circa sacra pacto a *Ferdin. II.* Imperatore confirmato concessum est, quo hodiedum utuntur.

) Quæ etiam Status Catholici in sua *Declaratione* circa *Gravamina* Relig. 30. *Novembris* §. præced. lit. a. allegata Nobilibus immediatis non abnegarunt, in verbis: „Die von der freyen Reichs Ritterschafft sollen neben ihren Unterthanen im „Fall die ihnen mit hoher und niederer Obrigkeit zuständig &c.

) Ut adeo necesse non sit adstipulari iis, quæ *TEXOTR de Nobilitate Imperii immediata* §. 56. habet, quod *hoc jus circa sacra minime asseri posset, nisi Nobilibus immediatis simul assereretur & competeret Territorium, jure Superioritatis munitum.*

§. VII.

Actuale vero *Exercitium* juris reformandi pro varia loci habitudine, ac sse subditorum variis limitibus circumscribitur. Sic *Nobilis* Imperii immeus *Protestanticus* in prædio immediato *respectu subditorum protestantium* exerjus reformandi novum generalius acceptum, secundum omnem, qua in A. Statibus late patet, ambitum, *Salvo tamen statu anni normalis*, si qua illius te jurisdictionem forte Ecclesiasticam alicujus Episcopi Catholici agnoverint. ovisse autem censentur, si neque *anno Decretorio*, neque *immediate ante il* jurisdictio Ecclesiastica *actualiter & publice* a subditis Quæst impugnata, oque quietæ possessioni relicta fuerit, licet Exercitium illius vel *rarum*, & ad *aliquos solum actus*, vel plane *nullum* hoc tempore extiterit, cum in *Art. V.* 8. J. P. præcisa mentio fiat *jurisdictionis Ecclesiasticæ*, non *Exercitii*, illa au *indefinite* pronuntiata totum aliquod potestativum, continens omnes spe-, haud dubie innuat. *a*) Idipsum quidem obtinet intuitu subditorum *Catho-um*, at nonnisi consentanee principiis Catholicæ Religioni intrinsecis, & itæ in anno Decretorio Possessioni. Ad ejusdem juris *analogiam*, mutuæ alitatis leges, & systematicum Imperii Ordinem, Nobilis etiam *Catholicus ubditos Protestantes* recte exercet jus reformandi novum, *b*) sed & hoc cum rdicto: *uti possidetis* in anno normali, & sine dominatu in Conscientias, ac cipia A. C. intrinseca. Quæ omnia tanquam *pro basi* §. *cit.*, totam *ART. V.* pagem pro *norma*, usitatam in Imperio praxin *pro tessera*, & Exemplum uum pro *mensura* habent.

Exercitium ejus pro varietate bonorum ac subditorum Variat.

) Confer. *HAMMER. Dissert. de jure Princip. circa sacra* Cap. IV. §. 3.

) Sive dein jam in anno normali avitæ Religioni fuerit addictus, sive postmodum ad illam reversus, de quo postremo litem moverunt protestantes anno 1664., cum *Dux Mecklenburgensis* eorum Castra deseruit, incassum sese fundantes in anno normali pro *Regula* venditato, quos ipse eorum HENNIG. ad *Art.* V. §. 31. lit. a. *nimis subtiles rerum æstimatores* derelinquit, metuens, *ut propositum tenere queant*, tandem vocat hæc *artificia, ut pinguiori essent conditione,*

ne, quæ ne odorentur, *Status Catholicos adeo obesæ naris fore*, non dicit existimandum.

§. VIII.

Alia jura & beneficia inde promanantia.

Cumque *Nobilitas immediata* tam quoad *jura Religionem concernentia*, quam *beneficia inde promanantia* ad parallelam cum Statibus sortem per *Tabulas* P. evecta fuerit, *a*) pertinet ad eam cum potestate Sacrorum directrice tota cultus externi Oeconomia, modo in conscientias jus sibi nullum arroget; ita Nobilis immediatus *A. C. addictus* inter subditos *homogeneæ* Religionis sibi vendicat jus dispensandi de personis, rebus, Causisque Ecclesiasticis, una cum annexis; *b*) quare penes illum est instituere & removere ministros, ferre leges circa Liturgiam, & Ceremonias adiaphoras, indicere ferias, jejunia, dies pœnitentiales, & Orationis, Fast- und Buß-Täg & similia, Ecclesias, aliaque loca sacra visitare, eorum reditus administrare, dispensare & judicare in Causis Protestantium matrimonialibus. *c*) Quæ suo modo, & quo ad aliqua saltem, procedunt etiam circa *heterogeneæ Religionis* subditos, non aliter tamen, ac salvis per omnia principiis tali Religioni intrinsecis. *d*) Nobilis autem *Catholicus* præfata jura exercet solum quoad *heterogeneæ Religionis subditos*, sed ea nonnisi juxta Normam & Præscriptum Principiorum, quæ ejusmodi Religio tanquam intrinseca sibi adoptavit *e*).

a) Id quod non solum de membris *antiquis*, sed & *recentioribus* immediati Corporis Equestris peræque intelligendum recte ostendit Author Der vertheidigten Freyheit und Ohnmittelbarkeit der Reichs-Ritterschafft in Francken, Schwaben, und am Rhein ersten Theil. 2. Absaz *pag.* 869. & seqq. contra *Adversarium Wirtenbergensem*.

b) Ipso id fatente *BOEHMERO in Jur. Eccles. Lib.* 1. *Tit.* 2. §. 87. a quo tamen jura Nobilitatis alias deprimi conqueritur *FELZIUS Diss.* mox citanda §. 9.

c) Sive ad Classem Contractuum *Civilium*, sive inter causas *mixti fori* referantur. Ipsorum autem Nobilium A. C. Causæ matrimoniales ventilantur in prima Instantia coram Directoribus & Assessoribus sui Ordinis, *FELZIUS Diss. de superioritate Territ. Nobil. immed.* Part. spec. §. 12. quidquid dicat *BOEHMER*, eos in his Causis judicem ordinarium competentem non habere, sed via extraordinaria v. g. compromissi, uti debere *Respon. Noviss. Tom. III. Part. I. Respons.* 15. §. 23.

d) Hinc in Causis matrimonialibus *Catholicorum* ordinarie cognoscere nequit, quorum Principia eas inter *spirituales*, quippe rationem sacramenti tangentes, collocant.

e) Sic nequit subditis prohibere *usum Calicis &c.*

§. IX.

Exceptio trina ab

At modo dicta (ut jam præmonui) in *Thesi* solum ac *Regula* procedunt; *Exceptionem* notatu dignam innuunt illa Verba §vi: *Nisi forte in quibusdam locis*

ratione

ione bonorum, & *respectu Territorii vel Domicilii*, *aliis Statibus reperiantur sub* I. P. ad-
cti. Sunt hic, qui dubitant, utrum *propositionis hujus Exceptivæ subjectum* sint jecta.
subditi Nobilium, an vero etiam *Nobiles ipsi?* Primum quidem tuetur *Au-
r Deductionis* anno 1750. editæ, cui titulus: Verthätigte Freyheit, und
hnmittelbarkeit der Reichs-Ritterschafft in Francken, Schwaben, und
ı Rhein; id quod stabilire conatur ex *Tractatibus P. W.*, ubi extat Clausula
ione Nobilitatis *Germ. idiomate* concepta, & ab utriusque Religionis Statibus
probata hoc tenore: „die von der freyen Reichs-Ritterschafft sollen Ne-
en ihren Unterthanen, im Fall NB. DJE ihnen mit hoher und niederer
Obrigkeit zuständig, und nicht etwa anderwärts notorie mit Lands-Fürstl.
brigkeit verfangen wären rc. Sicut igitur, *subinfert*, hæc limitatio: im Fall
rc. afficit solos subditos, ita & hi soli in præfata Exceptione subaudiendi
ınt, ut sensus sit: *Nisi forte HI*, *nempe subditi &c.* præsertim, cum alioquin
a Verborum series male cohærens, & vitiosa foret. *a*) Verum subtilitas ista
rimis recedit non solum a communi & recepta aliorum interpretatione, *b*) ve-
m etiam ab ipsis interpretandi Regulis, quæ nonnisi illius linguæ genium
ectari jubent, qua Lex lata est, cum igitur non *Germanico*, sed *latino idioma-*
latæ, & approbatæ sint *J. P. Tabulæ*, ad *hujus* quoque, non vero *illius* ge-
ım Explicatio accommodanda. *Deinde* non usque quaque convenit cum statu
oditorum, qui cum per se sint subjectitiæ conditionis, quid ad eos ista Ex-
ptio: *nisi reperiantur subjecti*, & quidem inter alios modos etiam: *Ratione bo-
rum?* quod quomodo subditis quadret, divinare vix licet. *Postremo* si non
n verbis, quam rei immorari placeat, in idem utrumque recidet, nimirum
mmos Paciscentes in effectu nihil hic aliud egisse, quam ut juribus sacris *No-
ium* (non subditorum, quibus præscindendo a Possessione anni normalis nul-
n competit) certi limites statuantur, ultra quos sese non exerant; Quidquid
tur sit, in eo facile conveniunt omnes, nec ipse primæ sententiæ Patronus
fiteri potest, *c*) vi hujus *Exceptionis tres* allegari *Casus*, quibus Nobilium
testas circa sacra, cæteroquin Statuum æmula, quiescere, ac potentiori al-
i cedere debeat; *Primus* est, si Nobilis quoad personam suam immediatus
edium *mediatum* possideat, *ratione* cujus *boni* alteri ex Imperii Ordinibus suo
odo subest. *d*) *Secundus* Casus priori plane affinis est, si habeat subditos ad
strum suum quidem *immediatum* appertinentes, in quos etiam jurisdictionem
gteticam vel *Communitatis:* die Vogteyliche Herrschafft, oder die Dorff-
d Gemeins-Herrschafft, exercet, sed Jus *Territorii* Statui cuidam quæsitum
. *e*) *Tertius* denique est, si ejusmodi Persona Nobilis intra fines alicujus Sta-
s *Domicilium* fixerit. *f*) Hisce Casibus sive eadem, sive diversa sacra colue-
ıt Nobiles, in ea juris sibi quidquam arrogare idem foret, ac falcem in alie-
m messem mittere. Quoad *Exercitium* Religionis autem attendendus est an-
s normalis ex *ART. V.* §. 31. J. P., uti & in Casu, quo jus Territorii con-

troversum est, donec super possessorio & petitorio cognoscatur & decidatur. Idem J. P. *eod. ART.* §. 43.

a) Quod observat *Weinland in Otio Academ. hyemali pag* 53. ab eod. Auth. citatus, nisi hæc exceptio intelligatur de subditis Nobilium, sequeretur J. Pacis conditores latinæ linguæ imperitos fuisse, cum Constructio: *Nobilitas* reperiantur *subjecti*, aut *membra* reperiantur *subjecti*, regulæ notissimæ adversaretur.

b) Ita enim *HENNING.*, *BUCKISCH*, & alii communiter interpretantur.

c) Qui pag. 86. hæc habet In übrigen bescheidet mann sich gar wohl, daß ein Reichs freyer von Adel, wann er nebst seinen ohnmittelbahren Rittergut, auch an einen andern Orth noch besonders ein Landsässiges Guth besitzet, und auf diesen oder anderwärts in eines Reichs-standts Territorio seine Wohnung aufschlagt, sich nicht beyfallen lassen könne, sich seiner immediatäts Gerechtsamen zu prævaliren, und daselbst einige jura circa sacra überhaupt zu exerciren, oder eines offentlichen GOttes dienstes insonderheit sich anzumassen.

d) Sic plurimæ illustres familiæ possident bona mediata. v. g. ab *Egloffstein*, *Lochner &c. in Palatinatu superiore*, ubi *Landsassiatus* viget.

e) Qui Casus in Patria nostra passim est obvius, ubi Nobiles resident in avitis Castris, quibus contigui sunt pagi ad ea pertinentes, respectu quorum habent quædam jura, v. g. *Vogteiæ*, *Communitatis*, *Territorialis* autem *Superioritas* notorie competit Principi, atque adeo in hos circa sacra nihil possunt sibi sumere.

f) Quidquid dicat *ATRER in Vindiciis Libertatis Corporis Nobil. immediator. Cap. II.* §. 31., esse universalem Germaniæ Consuetudinem, personas illustres & immediatas per inhabitationem neque forum Domicilii constituere, neque subjectas fieri. Et *KNIPSCHILD Tractatu de Nobilitate Lib. I. Cap.* 11.; cum enim præter huncce §. 28. Art. V. J. P. etiam §. 30. in terminis: *quantum deinde ad Comites, Barones, NOBILES, Vasallos - - Statibus Imperii immediatis SUBJECTOS* pertinet, eam subjectionem adstruat, huic Legi fundamentali quoque insistendum.

§. X.

Quid de bonis, quæ Nobilitas e statibus Imperii in feuda tenet?

Movet hæc Exceptio nonnullis dubium, an sub ista Clausula: *Ratione bonorum*, & illa veniant, quæ Nobilitas a Statibus Imperii in feuda tenet? Notum est, diu ante P. W. lites idcirco exarsisse: præsertim inter Ordines Imperii Ecclesiasticos, & Nobilitatem Franconicam, ab *hac* quidem Jus reformandi in ejusmodi feudis prætensum, ab *illis* vero ut universim disputatum, ita respectu bonorum *feudalium* plane negatum fuit; Controversiam diremerunt *Osnabrugenses Tabulæ* Nobilitati *in bonis suis feudalis & allodialibus* (modo *immediata* sint) *a*) eandem omnino facultatem circa sacra largientes, ut adeo vix dubitandi locus hodie supersit, nisi verba Sanctionis restringi velint ad illa duntaxat feuda, quæ Nobiles immediate ab Imperio tenent, hic autem sensus a mente sanci-

ſancientium vel ideo alienus eſt, quod horum perpauca ſint, illorum vero plurima, neque de feudis Imperii, ſed Statuum exortæ fuerint turbæ ac lites, quibus ſedandi ea norma præſcripta, quam §. 28. exhibet, ergo nonniſi de his caviſſe cenſetur. Ut taceam, quod §. 42 ſalubriter proviſum, *a ſola qualitate feudali vel ſubfeudali jus reformandi non dependere*, quo Dominis directis *principaliter* (uti & per conſequentiam ipſi Vaſallis *qua talibus*) præcluſa eſt via, eo prætextu ſacro Religionis Negotio ſe immiſcendi. Aliud foret, ſi Status Imperii in ejusmodi feudo aut jus Territorii notorie quæſitum haberet, aut anno Decretorio die 1ma Jan. quidquam ibi prætendiſſet, introduxiſſet, vel ſibi arrogaſſet, quo Caſu iſte ſtatus præciſe attendendus, nihilque contra illum innovandum. Sed hi, uti & reliqui Caſus, v. g. de feudo ad Dominum directum reverſo, aut *jure pignoris* alteri obligato, & per reluitionem liberato, item de Convaſallis diverſæ Religionis, ad eam juris Decempedam dimetiendi erunt, *quam ART. V.* §. 27. § 42 & 43. innuunt.

a) *Immedietas* autem per hoc non tollitur, quod nexu feudali a Statu dependeant, aliud enim eſt bona *immediata* poſſidere, aliud illa poſſidere ut *feudum immediatum*. Solus igitur modus habendi eſt mediatus; ſic pars *Ducatus Bipontini* pene magna eſt feudum Epiſcopi Wormatienſis, & tamen Dux Bipontinus Ratione illius habet Votum & Seſſionem in Comitiis. Idem eſt de Comitibus Erpacenſibus, Vaſallis Electoris Palatini, pluribusque aliis. Et in *Actis Comit.* Ratisbon. anno 1654. inter alia hæc leguntur: Die Graffſchafft Falckenſtein am Donnersberg und an der untern Pfaltz gelegen empfängt der Hertzog von Lothringen vom Heil. Römiſchen Reich immediate zu Lehen, und verleyhet ſie nachmals den Graffen oder Herrn von Falckenſtein, daß alſo his reſpectibus dieſe Graffſchafft ein Kayſerl. und Lothringiſches Lehen iſt. Neben dieſer Lehenbahren Qualität iſt ſolche Graffſchafft ein immediatum Sacri Imperii &c.

§. XI.

Illud magis controverſum videtur: An Nobili immediato, dum in prædio *mediato* reſidet, *perſonalis immedietas* ſua ſaltem tribuat jus inſtituendi Exercitium Religionis ſuæ intra privatos ædium parietes pro ſe & familia? ſiquidem aliena a Religione Dominante ſacra profiteatur; Refertur hæc *Quæſtio* jam inter *Problemata* CRANII anno 1619. edita, *a*) qui momenta momentis in utramque partem e diametro conferens, ſubjungit *affirmativam æquiorem & humaniorem eſſe, licet quoad rigorem Conſtitutionis Religionis, & verba ipſa magnum adhuc habeat Dubium, & altiorem requirat indaginem.* CRANIO quoad partem *affirmativam* adſtipulatur BUCKISCH *Obſervat.* 63. in J. P. Aſt momenta, quæ uterque eadem allegat, tanti ponderis non æſtimo, ut æquitatis bilancem trahant; eſto enim, quod urget *Buckiſch*, ejusmodi Nobilem ratione ſuæ perſonæ manere immediatum, quippe nonniſi *homagio reali* obſtrictum, in ordine tamen ad ſacra perſonalis hæc immedietas juris quidpiam tanto minus ipſi largietur, in prædio tali mediato exercendum,

An ſaltem liberum Religionis Exercitium habeat in bonis mediatis?

quanto apertius juri reformandi Dominorum Territorialium ibi subjicitur, per J. P. *ART. V. §. 30*,, vi cujus sicut illi emigrationem imponere, ita quoque alienis sacris intra suum districtum interdicere possunt. *Neque dicas cum eodem Buchisch*, facultatem prohibitivam circa publica solum sacra versari; quis enim tam angustos juri reformandi Principum Imperii Cancellos posuit? hos sane respuit lemma istud amplissimum: *Cujus est Religio, illius est de Religione quomodolibet exercenda Dispositio.* Cui tanquam *Regulæ* eo fundatius insistendum, quo ea magis firmatur per *Exceptionem* circa Nobiles quosdam *Silesiæ & Austriæ inferioris*, quibus *ART*. V. §. 39. is præ reliquis Landsassiis favor specialis indulgetur, ut ob A. C. bonis cedere non teneantur, neque tamen ullum Religionis suæ *Exercitium* ibi permittitur, sed ad loca solum vicina exire; cum igitur hæc veluti *Exceptio* jus reformandi statibus competens respectu Nobilium *Silesiæ* &c. in tantum coarctet, ut ad emigrationem imperandam procedere nequeat, in reliquos illimitatum persistit; at cum ne illis quidem Exercitium Religionis quoddam concedatur, reliquis id multo magis denegatum censeri debet. *c*) Aliud itidem foret, si Dominus Territorialis hanc illis gratiam largiri vellet, aut possessio *anno normali* habita adsisteret.

a) Extant apud *LEHM. Tom. I. Lib. I. Actor.* P. R. *Problem.* II.

b) In Verbis: *Quod vero ad Comites, Barones, Nobiles &c. in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsenti in Austria Inferiore degentes Comites, Barones & Nobiles attinet, quamvis Cæsareæ Majestati jus reformandi Exercitium Religionis non minus, quam aliis Regibus & Principibus competat, tamen ... ad interventionem Regiæ Maj. Sueciæ, & in gratiam intercedentium A. C. Statuum permittit, ut ejusmodi Comites &c. ob professionem A. C. loco, aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confess. Exercitium in locis vicinis extra Territorium frequentare &c.*

c) Nec ipse *HENNING*. suæ Religionis Consortibus Landsassiis plus largitur, quam *Devotionem Domesticam*, consistentem in eo, si paterfamilias, aut alius e familia præeundo in preces, prælegendo, exhortando, psallendo Domi Devotioni vacet, veluti *furtim* & *sine ullo strepitu*, qua recte negat comprehendi ea, quæ sine persona Ecclesiastica ad cultum Divinum rite ordinata peragi nequeunt; atque in hoc differt *Devotio* ab *Exercitio* Religionis Domestico. Vid. *HENNING*. ad *Art*. V. §. 34. & 39. J. P.

§. XII.

Eximia Nobilitatis jura per Capitulationes

Cæterum nec illud hic prætermittendum, quod Eximia Sacrorum jura, quibus S. R. J. *immediata Nobilitas* æmulo Statibus Splendore coruscat, sicut per *P. W.* potissimum accensa sunt, ita novis veluti radiis collustrata fuerint, per subsecutas *Capitulationes Cæsareas*. Et inprimis per Capitulationem Ferdinandi IV., quæ quinquennio post Tabulas Osnabrugenses excepit, ut ex ejusdem

m *Art. 3. 12. 15.* & 26. pluribus patescit. Idipsum deinde repetiit Capitulo Leopoldi §. 3. 7. 18. 27. & 39. Caroli VI. *Art. I. §. 7. Art. III. §. 7. t. XV. §. 3.* Caroli VII. *Art. I. §. 11. Art. XVII. §. 8.* & novissima Franci I. gloriosissime imperantis *Art. I. §. 11. Art. VIII. §. 21. Art. XI. §. 1. t. XIV. §. 6. Art. XV. §. 2. 6.* & 8. *Art. XVIII. §. 3. Art. XXII. §. 5.* &c. ıibus locis ceu totidem sacris sub Palladiis Nobilitatis jura & Privilegia Saırum, aut nominatim, aut in genere sarta tecta custodiuntur. nes quoque Cæsareas confirmata.

§. XIII.

Atque hæc est *Oeconomia* jurium circa Sacra *universim*, quibus S. R. I. mediata Nobilitas resplendet, inde facile erit componere libellam ad ista, æ *speciatim* in *suis Castris* sibi vendicat. Et quidem pro varia *Castrorum nobi-n* indole, prout nimirum vel *mediata* vel *immediata* sunt, ipsum quoque *syste-* punɛto jurium circa Sacra multum variat. Sane si vel in prima *Castrorum* :unabula reflectimus oculos, jam inde hanc illorum diversitatem velut conıitam nullo negotio detegemus; Originem namque ex supra dictis potissimum xerunt e turbidis Diffidationum temporibus, quibus potentiores in suis latiıdiis cœperunt exstruere arces, tanquam securiora contra hostium incursus suorumque receptacula, tum & publicæ salutis quædam quasi munimenta. :que ea Gloria *Nobilibus* solum *immediatis* propria & *monopolica* fuit, sed ıulis quoque studiis arsere *mediati*, non minus & suæ & Patriæ securitati influctus illos velificantes. Hinc ea *Castra* bonam insimul partem surgebant terris ac prædiis *mediatis*, Domino Territoriali eo minus invito, quo fors in iis Regionum suarum antemurale cerneret. Quemadmodum igitur hæc *stra* prædiorum naturam, ut immutarint, tantum abest, ut eandem potius n iis sive *mediatis*, sive *immediatis* qualitatem induerint, ita quod paulo ante *bonis* Nobilium *mediatis* & *immediatis*, idem nunc de *Castris mediatis & immetis* esto judicium. Jus circa sacra in Castris Nobilium

§. XIV.

Falluntur ergo, qui Nobili immediato *indiscriminatim* largiuntur in suo *stro* jus exstruendi *Capellam*, ibique sua sacra exercendi, quod quidem in stro *immediato* procedit; *a*) in *mediato* autem propria authoritate illud sibi ıdicare nequit, sed gratiam illam aut a Domino Territoriali, si Nobilis A. , aut ab Ordinario loci, si avitæ Religioni adhæreat: Aliquando etiam ab oque simul, si Nobilis Catholicus in Territorio Acatholico *Castrum* possideat, ırare necessum habet. Quodsi vero Dominum Territorialem inter & Nobiı lis obversetur circa *Qualitatem Castri*, an liberum sit ac immediatum, an ɔerioritati Territoriali obnoxium, quæ tum Sacrorum fata manebunt Nobiı ? R. quantum equidem ad exercitium publicum attinet, hoc Casu jux. cita- Pro varia Castrorum qualitate varium.

tum supra *Art. V.* §. 43. J. P. possessione anno Decretorio habita intermissa standum, dum Causa cognita, & decisa res eam faciem induat, quam norma *LL. Imperii*, & *Juris Publ. Analogia* præscribit. Onus autem probandi qualitatem fundi Nobilis *ordinarie* ipsimet Nobili incumbit, cum Dominus Territorialis sese firmissime muniat, noto notiori illo brocardico: *quidquid intra fines Territorii situm est, etiam juri Territoriali quoad præsumptionem est obnoxium,* b) non secus ac illud, quod intra fines Imperii situm, ad Imperium quoque pertinere præsumitur. c) Quæ probatio tum rite procedet, si ostenditur, quod ejusmodi *Castrum* ab *antiquis temporibus* d) in Catastrum Equestre relatum fuerit, quod onera exinde vel ad fiscum Cæsaris, vel ad Circulum, in quo situm est, vel ad Arcam Equestrem præstita, & possessores ratione illius ad Conventus Equestres fuerint vocati; præterea quod Ordo Equestris jurisdictionalia in tale Castrum, ejusque possessores exercuerit, Dominus vero Territorialis neque *collectas*, neque *servitia*, neque *sequelas*, aut *homagia* &c. weder Steuer, Reiß, Musterung, Folge, noch Huldigung &c. ex eo unquam receperit, hac tamen limitatione, ut si Dominus Territorialis *hac* vel *illa* Regalia ac jura, quæ ex Castri immedietate alias sequerentur, sibique idcirco in Regula competere haud possent, nihilominus in istud *Castrum* a se exercita probaverit, in eorum possessione sit tuendus, cum nihil in Imperio nostro notius, quam observantiam omne vix non punctum ferre, juraque miro sæpius ac diverso modo diversa inter subjecta divisa esse. e) Cui principio uti in Causis Statuum inter se, ita & adversus Ordinem Equestrem omnino deferendum. Dixi *ordinarie* Nobilem onere probandi gravatum esse, si enim Domini Territoriales perpaucos actus possessorios, aut nullum prorsus actum concludentem, ad Superioritatem suam in *Castrum nobile* probandam, allegare valeant, præsertim si nec ullum unquam *homagium* suis Antecessoribus præstitum, nec *collectas Turcicas* vulgo die Türcken-Steuer, exinde unquam receperint, f) ejusmodi *Castra* subjectioni Territoriali obnoxia pronuntiare, & probationem in contrarium exigere, idem foret, ac omnem juris Analogiam subvertere, & immedietatem ad non entium Classem damnare g)

a) De quo explicandus *BOEHMER* in *Consultat. & Decis. Jur. Publ. &c. Tom. III. Part. I. Respons.* 14., ne contradicere videatur iis, quæ habet *Jur. Paroch. Sect. II. Cap. I.* §. 19. in Verbis: *inde jus habendi templum privatum in Castro, cum jure ibi exercendi sacra, nobilibus propria authoritate non competit, sed demum id ex Speciali Concessione Superioris impetrandum est.*

b) Cum communi *STRUB.* Neben-Stunden XXV. Abhandlung p. 153.

c) Quo argumento constat Cæsarem aliquando usum fuisse contra Ducem Brabantinum.

d) Hinc bona *mediata noviter coëmta* excluduntur, ut habet *Clausula* inserta Sententiæ Camerali in Causa Nobilitatis Wetteravicæ contra Comitem Solms-Brauu-

Braunfels 30. Maji 1732. *puncto mandati de relaxando arresto &c.* in Verbis: „Wird zu recht erkannt, daß beklagten Hrn Graffen und seinen Vorfahren über die „in der Herrschafft Hungen Seßhaffte Freye Reichs-Ritterschaffliche Mitglieder, „und deren Adeliche Güter (darunter gleichwohl die vor, und nach etwa beyge„kauffte oder sonsten *acquirirte* Bauren-Güter nicht zuziehen) wider die „Reichs-Immediatät sich der Bottmäßigkeit anzumassen . . . nicht gezienmet &c.

e) Ex quo tamen haud inferendum, *Castrum* non manere *immediatum*, sed Domino Territorii fieri obnoxium, cum jus Territoriale sit *Complexus* variorum jurium, quorum Jurisdictio est tantum *particula*, sed non sequitur: qui habet partem, habet etiam totum. Sic vg. Elector Coloniensis multa Jurisdictionalia exercet in urbe Coloniensi, quæ tamen manet immediata. Confer. *STRUVII Dissert. De præscript. Jurisd. Territor.*

f) Ita qualificata fuit Causa modo relata Comitis Solms-Braunfelsensis, contra quem pronuntiatum in Camera, eoquod nullum actum *possessorium concludentem* allegare potuerit, neque quod *homagium*, aut *Steuræ Turcicæ* de bonis Quæst. præstitæ unquam fuerint, etsi alios quosdam actus nominarit, quibus agnita fuerit ejus Jurisdictio, vg. quod Nobilitas apud Comitem intercesserit pro remittenda multa suo Satrapæ *Martini* dictata ratione der Unterburg, item pro facienda executione requisitoriales ad Eundem dederit.

g) *Illud enim vult immedietas*, ait de *LUDOLFF*, *Syst. Jur. Cam.* p. 19. *seq.*, *ut quis liberas habeat ædes a quocunque Imperii Statu.*

§. XV.

Ab hoc tamen præfati juris rigore hodie multum receditur. Passim enim membra Imperii immediata, ubi Castra in heterogeneæ præsertim Religionis Territoriis sita inhabitant, id solatii aut expresso aut tacito subin Statuum Consensu, vel quod plurimum fit, ex familiaritate, conniventia, vel gratia haud difficulter impetrant, ut *Domesticum* ibi suorum Sacrorum *Exercitium* habere liceat, modo justos limites, quos tum ratione *Sacrorum*, tum ratione *personarum*, & *modi* aut *Liturgiæ* præ reliquis Exercitii speciebus angustiores habet, non excedat. Cum enim *Exercitium* Relig. *domesticum*, *quantum quidem ad Sacra*, ea solummodo complectatur, quæ juxta cujusvis Religionis principia ad substantiam præcepti de Sabbatho per Divina sanctificando præcise requiruntur, consectarium inde fluit, Nobilem *Catholicum* in Castro ejusmodi *mediato* vi Exercitii *Domestici* ultra Missam privatam, *a*) *Protestanticum* vero ultra Cantionem. & prædicationem, quidquam aliud nec a Sacellano suo Domestico, aut alio illuc ventitante non Parocho, exigere, nec hunc peragere posse; unde ab iis actibus manus abstineat, necesse est, quos communiter *Parochiales* vocant; *b*) Quo in computu utraque Religio plurimum conspirat, ut eo revocent *administrationem Sacramentorum c*) *baptismi*, *d*) *Communionis*, *e*) *Confessionem*, *f*) *Copulationem*, sive assistentiam in contrahendo matrimonio, *g*) actum *Sepulturæ*, &c *h*) in quibus omnibus proprio loci *Parocho* tanquam *ordinario* eorum *ministro* privative tali,

Quid circa Exercitium Domesticum in Sacello Castri, & ad quos actus se extendat?

tali, aut cum hujus licentia desuper accepta alio, utendum. Neque hunc nexum Parochialem solvit Religionis diversitas, aut mutatio; quanquam nova hic distinctio subintret inter *actus utrinque communes*, ad quos salvis principiis Religioni intrinsecis *alterius* Religionis Minister adhiberi potest, & *proprios cuilibet Religioni, atque intrinsecos*, quorum Validitas a *determinatæ* Religionis Ministro dependet; quoad *illos* Parochum loci, diversis quantumlibet sacris addictum, præferre tenetur Nobilis familia, quoad *hos* vero ad propriæ Religionis Ministrum publicum in vicinia confugere non prohibetur, imo & ad locum domiculum vocari in Casu infirmitatis, datis de non præjudicando Reversalibus, passim in praxi obtinet. *i*)

a) *Exhortatio* etiam, aut Instructio Catechetica, saltem in Casu, quo nimium ob distantiam difficilis est ad *Parochiam* accessus, permissa videtur, quanquam tum non tam *suo*, quam *Parochi nomine* ac vice ejusmodi minister agat.

b) Præcipue cum nequidem Exercitium *privatum actus Parochiales* complectatur, quam *quatenus concessum*, aut anno Normali *possessum*, quoad cœteros vg. Sepulturam &c. Parochus in vicinia adhibendus.

c) Trident. *Sess.* 24. *reform. Cap.* 13. in Verbis: *Suum perpetuum peculiaremque Parochum assignent . . . a quo SOLO licite Sacramenta suscipiant. HARPRECHT & Protestantes communiter* apud *BOEHMER Jur. Paroch. Sect. IV. Cap. I.* §. 11.

d) Olim quidem baptismi solennis Minister ordinarius erat Episcopus *Synod. Vernens. Can.* 8. hodie autem Parochus, juxta *Pontificale Romanum Pauli* V. Circa Protestantes diserte statuit *Ordin. Magdeb. Eccles.* C. 3. §. 2. „Die Tauffe „sollen verrichten jedes Orts Prediger in der Pfarr, darinn das Kind gebohren.„

e) Trid. *Sess.* 24. *de reform. Cap.* 13. *cit. Clementin. I. de Privilegiis;* quoad *Protestantes Ordin. Magd. Eccles. c.* 7. §. 17. „Denen Persohnen, so in seine Kirch „nicht gehören, das Heil Abendmahl reichen, soll hiemit allen Predigern in Städten „und auf den Dörffern verbothen seyn„

f) *Cap.* 2. & 4. de *Pœnit. & Remiss.;* quoad *Protestant. Ordin. Magd. c.* 5. §. 1. „Daß ein jeder vor seinen ordentlichen Pfarr-Herrn des Kirchs-Spiels, darinn er wohnet, Beichten, und Absolution erhalten solle.„

g) Trid. *Sess.* 23. *de reform. Cap.* 1.; quoad *Protest.* Ordin. Magd. c. 10. §. 16. "Und sollen weder in denen Städten, noch auf den Dörffern frembde Leuth, so in „eines anderen Pfarrers Kirch-Spiel gehören, ohne desselben Wissen und Willen, „noch viel weniger die gar Frembde und unbekannt seynd, aufgeboten, oder copuli„ret werden.

h) *Cap.* 5. & 6. *de Sepulturis. BOEHM. Jur. Par. Sect.* III. *Cap.* 2. §. 12.

i) Quod tanquam æquitati, & humanitati consonum agnovisse videntur Status Catholici, dum in *Tractatibus* P. W. 21. Novembris 1646. sequentia declararunt: "Die Obrigkeiten mögten in dergleichen Religions-Sachen von selbsten „solche billige Christliche Temperamenta gebrauchen, damit sich derentwegen je„mand zu beschwehren, einige befugte Ursach nicht haben möge.„

§. XVI.

§. XVI.

Nec obſtat, 1. quod in *ART.* V. *§. 48. jus Diœceſ. & tota Jurisdictio Eccleſiaſtica*, proinde & *Parochialis* ab ea descendens, in *A. C. Nobiles* eorumque ſubditos ſit ſuſpenſa, id enimvero ſi genuinus verborum tenor inſpiciatur, de Poteſtate Episcopali aliorum Statuum Territoria alias pertranseunte, intelligendum, quæ ſicut in A. C. Status, ita & in Nobiles immediatos ejusd. Religionis una cum ſubditis, Caſtrisque aut prædiis *immediatis* (quippe quorum intuitu ſolum quoad hoc punctum Statibus æquantur) regulariter ſuſpenſa eſt; ſimiliter & reſpectu *mediatorum*, ſi ea in *Status Proteſtantici* Territorio ſita ſint, ſecus autem, ſi intra fines Principis *Catholici*, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici, jaceant. Nec 2. firmioris tali eſt illud recens inventum, *Perſonas illuſtres*, ſicut & Principes, vel ipſa immedietate ſua ab omni nexu Parochiali exemtas eſſe; Vel enim Nobilis immediatus reſidet in Caſtro *mediato*, vel *immediato?* ſi in *mediato*, tum ſicut ratione *Territorii* ac *Domicilii* ſubjicitur Statui pro eo, ac innuit *ART. V. §. 28.* J. P., ita & *Parochiæ* ſubjacebit, quam conſtituendi modus præcipuus eſt *Domicilium*; ſi in Caſtro *immediato* reſidet, vel eſt *Catholicus*, vel *A. C. addictus*? ſi *primum*, tota in eum jurisdictio Eccleſiaſtica Ordinariorum ſalva manet, quibus & jure antiquo, & novo *Tridentini* incumbit, *unicuique ſuum proprium ac ſpecialem Parochum aſſignare*, quomodo igitur a nexu Parochiali ſit exemtus, quo nec Reges & Principes Catholici ſeſe eximunt? *a*) Si *alterum*, poteſt quidem in ejusmodi *Caſtro immediato* uti ſuo jure (quod ſupra §. XIV. aſſertum eſt) exſtruendi Capellam, & privatum Religionis ſuæ Exercitium introducendi, *juribus tamen Parochialibus per omnia ſalvis.* Quod ſi aliquando latius egrediatur, *facti* eſt, nec niſi per Poſſeſſionem anno normali habitam, & a Nobili probandam, juſtificandum. *b*)

Obmota quædam diluuntur.

a) *Sic Menochius Conſil.* 389. n. 30. ex *Gabriele Biele* de Rege Galliæ ita loquitur: *Rex Francorum, etiamſi aſſidue vagetur, & nunquam Pariſiis moretur, quia tamen in Metropolitana Civitate præcipuum habitaculum habere præſumitur, ejus Civitatis Archi-Epiſcopo tanquam proprio Sacerdoti ſubjicitur.* Similiter de Rege Angliæ *Eadmerus Lib.* VI. *Hiſtor. pr.* refert: *comprobatum ab aliis eſt, magis ad Archi-Epiſcopum Cantuarienſem id pertinere*, ea ratione, quod Rex & Regina ſpeciales ac domeſtici *Parochiani* ſunt ipſius &c.

b) Ut conſtat ex *Receſſu* de anno 1700. inter Principatum Bambergenſem, & Nobilitatem immediatam *Loci* Gebürg §. 7. ubi: „Was ſiebendens die Gravamina „in Eccleſiaſticis betrifft, wovon dermahlen beym löblichen Ritter-Orth Gebürg, „allein der Stiebariſchen Familien Beſchwerung wegen der Schloß-Kirchen zu Pretz„feld vorgekommen, iſt ſolcher Punct auf Beybringung des Beweiſes, ob, und wie „weit man Stiebariſcher Seiten in anno 1624. in Ubung und Gebrauch des GOttes„Dienſt in beſagter Schloß-Kirchen vor die Herrſchafft, Dero Bediente, und zu ge„dachten Schloß Pretzfeld gehörige Unterthanen geweſen ſeye, dergeſtalten, daß dem „Hochfürſtlichen Vicariat an deme, was es allenfalls dargegen einzuwenden hätte, „nichts

„nichts benommen seyn möge, ausgesetzt worden, quo facto Ihro Chur-Fürstl. „Gnaden sich gnädigst anerkläret, daß besagte Stiebarische Familia contra teno„rem J. P. in Casibus ad illud qualificatis nicht gravirt werden solle.

§. XVII.

Quos limites habeat circa personas, & modum, seu Liturgiam?

Quantum deinde ad *Personas*, quibus ad sacra in ejusmodi *Castro mediato* frequentanda aditus pateat, hæc facultas ad alios non porrigitur, quam qui nomine *domesticorum*, aut *familiæ* veniunt, quales censentur ii, qui vel in ipso *Castro* aut inter ejus *septa* una cum Domino suo habitant, vel extra quidem, sed nullum separatum focum habentes; *a*) reliqui Officiales, servi ac subditi, quicunque extra arcem vel sedem Domini, licet in eodem pago habitantes, & proprio lare muniti, impræsentiarum pro *exteris* habendi, ne alias non solum inter personas, sed ipsa etiam Religionis Exercitia, ingens confusio oriatur. Ita demum, quantum ad *modum* & *Liturgiam*, illud cavendum, ne simplicitatem Cultus divini ad substantiam præcepti de Sabbatho præcise requisiti transgrediantur: unde non licet in ipso Sacello, turri, aut alia parte editiore, campanas publice suspendere, ad familiam Sacrorum causa convocandam, neque organum pulsare, sacculo sonante ad colligendas oblationes uti, & quæ sunt alia hujus modi, juxta moralem æstimationem hominum Exercitii *privati*, aut plane *publici* characteristica. Quibus tamen non accensenda affixio insignium Nobilium, appensio horologii sonantis &c. Cum hæc etiam in *Castris* aliisque ædibus, nulla Capella, nulloque Religionis Exercitio gaudentibus, passim usu veniant.

a) Sondern welche des Hern. Gebrödete Diener, Dienstbothen, und Ehehalten seynd, und ihr tägliches Essen, und Trincken entweder in dem Schloß, oder Burg haben, oder doch solches von dannen abholen müssen, ut habet *Manuale Pacificum* SCHÜZII anno 1654., adeoque proxime post P. W. editum, *Quæst.* 18; cui & consentit *Animadversor* in illud anno 1689. *Ap. Lehm. Tom. I.*

b) Ut Templariis, hospitalariis, & aliis, Oratoria in domibus suis habentibus, pohibuit *Innoc. III. Cap.* 10. *de Privil. & Excess. Privil.*

§. XVIII.

Exceptiones quædam a præfata Regula.

Hæc vero de Exercitio Religionis domestico in Castris Nobilium mediatis ad actus solum *ministeriales* (exclusis *Parochialibus*) restricto, itidem per modum *Regulæ* procedunt; *Exceptio* est 1mo, si ipsum Castrale templum Parochiæ faciem induerit, idque vel tempore antiquo, quo (ut ex dictis *Cap. 1.* constat) privata olim Oratoria Nobilium, accrescente sensim populi ruralis multitudine, qualitatem Parochialem assumpsere, vel ex intervallo, dum v. g. templo Parochiali, quod in pago extabat, ruinam minitante, novum aliud pro votis, & commoditate Nobilium intra ipsa Castri septa, prævio, quorum interest, consen-

consensu exstructum fuit, juribus quoque ac reditibus prioris Ecclesiæ illuc translatis. *a*) 2*do*. Si possessio anno normali habita quoad Exercitium talium actuum in Sacello Castri celebratorum Possessori Nobili sit præsidio, quæ tamen ex prædictis §. XVI. ab eo probanda. 3*tio* denique, si pacto, Conventione, aut privilegio ampliora jura acquisiverit.

a) Ut in Castro *Henneckenrode* ad Nobiles de *Saldern* olim pertinente factum fuisse volunt *Anti-Vindiciæ Hildes. ap. HENNING. in ART. V.* §. 31. J. P. *lit.* x.

§. XIX.

Dum itaque, quod pro investigandis S. R. I. Nobilium juribus circa sacra inieram, tergeminum ævum hisce in tantum absolvisse mihi videor, ut quale quale saltem illorum Schedion L. B. oculis stiterim; illud pro coronide advertendum censui, in præsenti Schediasmate rationes me meas pro re nata ita subduxisse, ut ea, quæ *CAP. I.* prolata sunt de Nobilitatis immediatæ juribus circa sacra, in *Systemate Catholico Regulam* conficiant, quæ dein *CAP. II.* & *III.* de tempore Diffidiorum, iisque suo modo medicante P. R. & W., subjunxi, nonnisi per *modum Exceptionis* se habeant, quam reformatæ Germaniæ fata superinduxerunt, ut proinde ea, *Osnab.* præsertim *Tabulæ*, puncto sacrorum jurium noviter indultorum, Nobilibus solum *Protestanticis*, & *Catholicis respectu subditorum itidem protestantium*, patrocinentur. *a*) Quantum vero ad Nobiles immediatos *Catholicos*, respectu subditorum Catholicorum, *Regula Capitis I.* inconcussa persistit, circa hos enim, uti & ipsos Status Catholicos, P. W. nihil immutavit, qui nec ejus præsidium tunc ambiebant, neque hodie implorant, sub instituta a Christo *Regni omnium Sæculorum* forma felicissime coadunati. Reflexio in præmissa.

a) His namque solum prospicere laborarunt *Status Protestantes*, ut *Tractat.* prævii sat loquuntur, nec ipse *Author* der vertheidigten Freyheit &c. diffitetur.

§. XX.

Neque somniant jus Diœcesanum & jurisdictionem Ecclesiasticam vi J. P. in se suspensam esse; *a*) sed Pastorale sacrorum Præsulum Pedum, Virgam illam vigilantem, tenerrime exosculantur. Norunt Potestatem Sacram esse altioris sphæræ, nullamque ejus particulam aut in *Loca*, aut *personas*, *Resve* sacras sibi competere, licet quandoque de iis nominetenus investiti fuerint; *b*) unde si de Capellis vg. in Castro noviter erigendis, ut ibi divina fiant, si de Ministris (quos aliquando præsentandi jus habent) instituendis, aut confirmandis, si de rebus quovis modo alienandis agitur, ad authoritatem Episcopi recurrunt; Norunt sacrum hunc complexum, qui ex locis, Personis, ac rebus consurgit, vigili Ejus oculo perpetim substare; unde quando & quoties in Domino Peculiaria quædam circa Nobiles Catholicos.

mino visum fuerit, instituta visitatione, aut quavis alia cognitione lustrare intimius, integrum relinquunt. Perbene demum norunt, Causas Ecclesiasticas esse sacratioris fori *privative*, *ex Cap. decernimus 2. de judiciis*, quas es cum inter alias sint matrimoniales v. g. subditorum, iis sese haud ingerunt; licet aliæ *mixti fori* v. g. Testamentariæ, non adeo *certæ semper jurisdictionis* respectu Judicum *Ecclesiasticorum & Secularium* habeantur, ubiquidem in *Regula* ex natura *causarum mixtarum* locum habet Præventio, cum eo ipso, quod *mixtæ* sint, utriusque fori judicium peræque fundent; sed in *hypothesi*, *observantia & statuta locorum* persæpe *exceptionem* faciunt, quæ idcirco in subsidium illustrandæ rei præsentis adsciscenda. Reverentur defluam ex Jure Divino Ordinis Ecclesiastici Potestatem legislativam; hinc siquæ ab eo Ordinationes aut Decreta in materia *spirituali* emanaverint, eorum publicæ promulgationi sese haud interponunt, relicta sibi partim in obsequio, partim in ministerio executivo gloria; tametsi ratione aliorum, quæ forte in *temporalia & politica* incidunt, ad evitanda *Sacerdotium* inter & *Imperium* dissidia prudens Ecclesiæ Oeconomia vel dissimulatione, vel mutua complacentia, recessu aut observantia plusculum indulgeat. Agnoscunt præterea nexum Parochialem, tum se, tum subditos stringentem; hinc ad Exercitium *Domesticum* alienos Parochianos non admittunt, aut si de Ordinariorum indulgentia precario admiserint, sequelam juri Parochiali detractivam inde haud formant. Quæ aliaque devotæ erga Matrem Ecclesiam filiæ officia S. R. I. Nobilitas eo tenerius cordi habet, quo & avitæ Majorum virtutis tenacior, & futuræ inter posteros gloriæ flagrantior existit.

a) Contrarium innuente clarissima litera *ART.* V. §. 48.

b) Id enim investituræ genus ultra capacitatem subjecti nil operatur, sed vel denotat jus *Patronatus*, vel speciale munus Advocatiæ, inspectionis &c.

§. XXI.

Conclusio. Filum hic Ariadne retrahit, meique me instituti ratio subsistere jubet, cui & promptus obsecundo, modo levidenses conatus meos illud exspectet judicium, præfixum tramitem inoffenso pede me decurrisse, qua quidem spe, qui mihi fidus Achates fuit, suum cuique tribuendi, neminemque lædendi animus, plane me erigit. Voti instar illud appendo, ut quemadmodum ad amicam, quæ Principatum inter & Nobilitatem Immediatam Loci Gebürg hactenus observata sunt, dubiorum compositionem primæ jamjam lineæ ductæ sunt in *Politicis*, ita *in Sacris*, parallelæ ducantur, sicque fiant utraque unum. Det DEus Pacis, ut non modo in Patria nostra, sed & Imperio universo, *Misericordia & Veritas obvient sibi*, *Justitia & Pax osculentur.*

TANTUM.



Animadversiones Editoris.

Ad *Cap. I. §.* Argumenta hic allata ab Auctore, atque deinde ab eodem confutata denuo instauravit nostris diebus, uti fieri solet, Gallus quidam recentior in Tract. *Memoire sur le Patronage etc. 1769. cit. in Instit. meis P. 2. §. 62.* ubi quoque eidem respondi: iis, quae pro responsione adducit Auctor, adhuc addendum, hanc vocem *Ecclesia*, olim nonnisi reditus temporales, cum spiritualia sub nomine *Altaris* intelligerentur, significasse, quod denuo jam observari in *Instit. meis l. cit. §. 49.*

Ad Cap. II. §. 4. Potissimum impedimentum, ut vult SCHMAUS in seinen Academischen Reden p. 193. cur anno 1686. et 87. ubi de hac re tractabatur Corpus Nobilium immediatorum vota curiata quaedam in Comitiis non obtineret, illud erat, eoquod nec Imperator subsidiis illis, quae a Nobilitate obtinet, renuntiare vellet, neque haec praeter ea onera nova quoad matriculam Imperii admittere. Aliud est, si quaeritur, an non quotiescunque Statuum Imperii mentio fit, siquidem id materia subjecta patiatur, id quoque de Nobilibus immediatis sit intelligendum: rem hanc illustrat Responsum iisdem ab ipso Directorio Comitiorum anno 1654. datum, cum aegre ferrent, se in Recessu ejusdem anni una cum aliis Statibus nominatos non fuisse: „Demnach der freyen ohnmittelbahren Reichs-Ritterschafft gevollmächtigte „Abgesandte zu verschidenenmahlen bey dem Reichs Directorio und nicht weniger bey dem Kayser erinneret und inständig gebeten haben, daß, gleichwie „in den vorigen Reichs Abschieden Friedens-Schluss, Wahl-Capitulation, „Reichs-Hofraths, und Cammer Gerichts-Ordnungen obgedachter freyer „Reichs-Ritterschafft zur Versicherung derselben wohl hergebrachten Standes „und theuer erworbenen Freyheiten jederzeit specialiter gedacht worden, also „es auch in dis orts verfassenden Reichs Abschid in locis et terminis utilibus „gleichmäßig geschehen möge, die puncten aber, welche auf disem Reichstag „abgehandlet worden, also bewandt seyen, daß bemeldter Ritterschafft, ihrer „Reichskündigen Exemtion wegen, die begehrte special-Einrukung vor dismahl „nicht eben bey allen puncten dienlich, und die Auslassung dahero keineswegs „schädlich seye, weilen das Instrumentum pacis demselben einverleibet und dadurch die freye Reichs-Ritterschafft in ihren Anliegenheiten gar wohl und genugsam verwahret seye; also werde solches hiemit, und daß es keine andere „Meynung habe kräfftiglich attestiret, und NB. zugleich bezeuget und declariret, „daß alle und jede Beneficia, welche in jetztgemeldten Reichs Abschied enthal-

„ten, vor offt genante freye ohnmittelbahre Reichs-Ritterschafft und alle der„selben incorporirte Mitglider, NB. nicht weniger als Churfürsten und Stän„de des Reichs gemeint, und daß sie sich derselben jetzt und hinführo jederzeit „mit und neben Churfürsten und Ständen in geist- und weltlichen würcklich „zu gebrauchen und eben so wohl zu erfreuen haben sollen, als wann solches „specifice ihrentwegen bedingt und eingerucket worden wäre; gestalten dann „auch solches bey dem prorogirten Reichstag ausdrüklich mit mehreren verse„hen werden solte." Inde universim, si nil aliunde obstet, in simili casu intelligi Nobilitatem immediatam simul cum aliis Imperii Statibus inquit Moser *Tract.* von denen teutschen Reichsständen 1767. *p. 1396.* postquam plura huc spectantia ibidem retulisset.

Ad Cap. III. §. 8. In causis matrimonialibus præsertim Nobilium immediatorum Protestantium jurisdictionem sibi competentem a supremis Dicasteriis, senatu praecipue Imperiali Aulico strenue sustineri exempla recentia apud Moser neuestes Staats-Handbuch. 2. Theil. 7. Kapitel. 1. Buch. *p. 28.* ostendunt. Anno 1765. 5. Septemb. in causa von Bose, *veniae aetatis*, architectus exhibiti porrecti gravibus verbis objurgabatur ob principia interspersa supremae jurisdictioni Caesareae in hujusmodi causis contraria; „ihm „wurde die geschehene Aeusserung einiger ganz irrigen und auf Schmälerung „der Kayserlichen jurisdiction in causis Matrimonialibus abzilenden princi„piorum alles Ernstes verwisen, und dergleichen pro futuro, bey Vermei„dung schärferer Ahndung untersagt, auch der Agent erinneret, künftighin „bey Einreichung derer ihme ad exhibendum zukommenden Schriften mit meh„rerer Behutsamkeit zu Werk zu gehen." Anno 1765. 13. Septemb. demandatum fuit Nobilitati ad Rhönam et Werram, ut omni ratione transactionem tentaret inter Nobilem de *Weybers* et ejus uxorem; circa alimenta uxoris et educationem prolium necessaria interim decerneret, et transactione non secuta acta ad impartiales, ut dicunt, transmitteret, sententiamque salva appellatione publicaret. Anno 1766. 25. Jun. decidit Consilium idem Imperiale Aulicum in causa Comitis *de Baar* et conjugis puncto alimentorum etc. Anno eodem 24 Nov. in causa *de Seckendorff* contra *Seckendorff* sententia in causa divortii ab impartialibus concepta Nobilitati Franconicae districtus *ad montes*, Orts Gebürg, qua Commissioni Caesareae publicanda transmissa fuit, salva denuo appellatione. Anno 1767. 23 Febr. in causa de *Quad* contra Marchionem Onolzbacensem decretum fuit, ut eidem rescriberetur, ad Caesarem relatum fuisse, quod ejusdem Consistorium querelam in causa divortii inter Baronissam *de Quad* et ejus maritum non solum admiserit, sed opposita eidem exceptione fori non competentis nihilominus in contumaciam pronuntiare ausum fuit; cum vero hac ratione in jurisdictionem Cæsaream involarit, acta omnia nulla decla-

declarari: deinde fiat „gegen die Freyfrau von Quad, gebohrne von Thün„gen, mandatum S. C. dahin: daß dieselbe von dem an das Anspachische „Consistorium incompetenter genommenen Recurs alsobald abstehen, sich noch „zur Zeit einer anderweiten Verehelichung enthalten, und ihre etwa habende „Ehescheidungs-Klage zuforderst bey Ihro Kayserl. Majest. ein- und aus„führen solle. ꝛc.



XVI. IPSI-

Schmidt, Anton

XVI.

IPSIUS EDITORIS DISSERTATIO DE PROCESSIBUS IN CAUSSIS RELIGIONIS AB IMPERATORE NON PERMITTENDIS AD CAPIT. CAESAR. ART. I. §. XI.

Heidelbergae 1771.

§. I.

Gravamina Religionis in Germania

Quantum inde ab exordio suo controversiarum in Germania nostra pepererint infausta Religionis dissidia, nemo est, qui ignoret. Medicina utcunque adlata transactione *Passaviensi* An. 1552 & subsecuta pace Religiosa A. 1555.; verum novas continuo easque permultas de genuino sensu plurium in ea pace textuum controversias enatas fuisse illico videre est vel in uno illo sat celebri libro JCTORUM DILINGENSIUM *de Compositione Pacis*; plures diremit Pax W.; sed quantum denuo de variis hujus ipsius locis interpretandis litium pullularit, infinita prope ultro citroque scripta, quorum quotidie plura lucem adspiciunt, luculenter testantur. Seges inde gravaminum ita dictorum Religionis, quae si, prout referuntur in Actis ipsis publicis, inspicias, plerumque deprehendes inniti, interpretationi quidem dictae P. W. a parte una tanquam pro aris focisque defensae, quam tamen altera genuinam esse negat.

Ut quae in angulo viculi cujusdam contingunt, in oculos omnium offendant, sollicite ejusmodi gravamina lucis publicae facere contendunt Protestantes, uti non solum ex nota STRUVII Historia gravaminum *Jen.*, 1722. & HOFFMANNI *gründlichen Vorstellung der im teutschen Reiche obschwebenden Religions-Beschwerden* 1720. adparet, sed & illa multa cura actis publicis sub vario nomine, *der neuen Staats-Canzley*, *neuesten Staats-Acten*, Actorum Eccles

Ecclesiasticorum &c. hodie edi solitis inserta reperies. Utinam autem a Catholicis, quibus ad eam rem satis subsidii est, genuina quoque facti series, aut confutatio pari collectione opponeretur.

§. II.

Protestantes equidem, qui potissimum de gravaminibus ejusmodi advers P. W. tenorem sibi illatis queruntur, omni semper studio in id incubuere, remedia, quæ demumcunque aptissima crederent, & quam maxime efficacia L. Imperii publicis pro gravaminibus istis tollendis designarentur. Capitulaoni primum CAROLI VII. insertum, ut jus esset unius Religionis consortiis literis peculiaribus apud Cæsarem pro gravamine abolendo intercedendi, esar etiam ad responsionem promptam literis ejusmodi præbendam, & siquim conforme quid LL. Imperii postulant, preces ex officio complendas tenetur. Verum cum ne sic quidem satis sibi prospectum autumarent, adjectum :, ut ne in ejusmodi caussis Religionis processus quidem porro permitterenr. Quid de illis insertum Capit. Cæs. Art. I. §. II. circa modum illa obolendi?

Verba hæc sunt: *wo auch selbige* (Protestantes) *sich gegen das* Instrumentum Pacis, *Nürnbergischen Executions-Receß*, arctiorem modum exequendi *und andere Reichs-Constitutiones beschwert zu seyn erachteten, sollen und wollen Wir Uns auf ihre, deren Augspurgis. Confess. Verwandten, Churfürsten, Fürsten und Ständen, (die Reichs-Ritterschafft mit einbegriffen) samt oder sonders, an Uns thuende Vorstellungen, ohne allen Anstand, obgedachten Reichs-Grund-Gesätzen gemäß, entschliessen, sofort sothane Unsere Entschliessung denenselben zu wissen thun, solche auch ohngesaumt zum würcklichen Vollzug bringen*, NB. *keineswegs aber* in causis Religionis *Processe verstatten.*

Occasio, cur verba hæc Capitulationi CAROLI VII. inserta fuerint, inde repetenda videtur SÜNDERMAHLERO in Diss. *de jure agendi in caussis Religionis non cuivis permisso*, 1759. §. 3. Cum frequentius ab Anno 1715. 1716. 1717. 1720. pro aliis, quos adversus P. W. in caussis Religionis prægravatos prætendit, intercederet Corpus Evangelicorum, Cæsar autem tum hoc jus intercedendi pro alienis non probare videretur, ut videre est ex celebri Decreto Commissionis 1720. 12. *April in der alten Staats-Canzley Tom.* 36. Principes quidam veterum potissimum prosapiarum *Offenbaci* convenientes varia concepere monita, quæ Electoribus pro adornanda Capitulatione CAROLI VII. porrigenda voluere: atque inter Ecclesiastica secundum conceptum erat his verbis *in der alten Staats-Canzley Tom.* 82. *der regierende Kayser soll und will nicht hinderen, daß die Religions-Beschwerden* ad Corpus Evangelicorum *gebracht, und an Kayserl. Maj. von dar Vorstellungen gethan werden: er soll und will vielmehr auf solche Vorstellungen gebührend reflectiren, und solche nicht anderst als zur geschwinden Erledigung der* Gravaminum *nach dem Buchstaben des* Instrumenti Pacis, *und* Arctioris modi exequendi *und Verordnung der Local-Commissionen* NB. *lediglich* ad exequendum secundum nudum factum possessionis in anno normali *an den Reichs-Hofrath kommen lassen.*

Quanquam vero Electores hisce monitis opponerent, quod *Conventus Offenbacensis* legitimi Collegii formam non habuerit; percurri tamen ea voluere, ut, siquid ibi ad Imperii commodum salubris consilii contineretur, id in usum verti posset: sicque, rem urgente HANNOVERANO, §. 11. his quibus postea repetitus est, verbis primum in CAROLI VII. Capitulatione conceptus fuit. Conf. etiam AUTOREM *der Abhandlung von der Geschichte derer wichtigsten deutschen Reichs-Grund-Gesätze* 1767. 8. *Haubtstück* §. 191. seqq.

§. III.

Sensus dubius ejus loci Capit. & Scopus hujus scriptionis.

Ultima isthæc verba cum processum quemvis tum ordinarium tum summarium videantur excludere; Protestantes exinde complures in caussis Religionis, illico atque gravamen quoddam a subditis Corpori ita dicto Evangelico insinuatum fuerit, decerni ad suam intercessionem commissionem, ut ajunt, localem debere volunt, quæ in ipso gravaminis loco solum factum possessionis anno normali habitæ brevissime definiat, atque gravatum in jura sua restituat. Atque, quod magis mirere, hoc procedi modo volunt, quin subditi ipsi vel apud judicium Imperiale Aulicum, vel Cameram ipsimet conquesti fuerint, atque ibidem demonstrationem saltim quandam, multo vero minus probationem plenam gravaminis sui produxerint. Implorari Corpus Evangelicorum ita dictum, aut Circuli Directores sufficit; hisque adeo incumbet ad nudam implorationem gravati, etiam, quod mirandum summopere, ubi de genuino P. W. sensu necdum convenit, illico restitutionem, executionem, auxilium decernere.

Novi ab JCtis Protestantibus uti PUTTERO *Introductione in rem judiciariam*, §. *140.* HOFFMANN *deutsche Reichs-Praxis 3. Theil* §. *2211.* TAFFINGER *Instit. Jurisprud. Cam.* §. *440.* adeo non rejici Jurisdictionem supremorum Imperii tribunalium in caussis gravaminum, ut potius verbis sat luculentis ab illis adstruatur: quare id extra controversiam est, a gravato hæc judicia adiri implorarique posse; sed illud est, quod brevi hac scriptione disquirimus; an qui se læsum putat, gravamina sua supremis hisce judiciis præsertim si adversus Territorii Dominum querelas moveat, insinuare necessario teneatur; an, si id ab aliquo factum, processus omnino omnis etiam summarius eliminandus; an res omnis per commissionem ad locum destinatam definiri, demum, an potius satis sit, a Corpore Evangelicorum ejusmodi querelas ad Cæsarem referri, atque in hoc etiam casu denuo, processu omni eliminato, nonnisi executio decernenda, aut a directoribus Circulorum id etiam Dicasteriis non speciatim committentibus, suscipi queat.

Vide CÆSARINI FÜRSTENERII *teutsch vaterländische Gedanken über einige Stellen der neuesten Wahlcapitulation*, 1766. *f.* 24. ubi inquit: *Es bleiben mithin keine andere Erledigungsmittel übrig, als gütliche Verhandlungen zwischen beyden Religionstheilen bey der Reichsversammlung, allerunterthänigste Vorstellungen*

lungen an den Kayser, Lokal-Commissionen, im Nothfalle die Zuflucht an die hohe Garants des Westphälischen Friedens, und die stuffenweise platzgreifliche Selbsthilfe. STRUBEN *in dem* 4. *Theil* 27. *Abhandl. der Nebenstunden* §. VIII. inquit de Protestantibus: *nur wollen sie die Sachen* (Religionis) *nicht mit der auch* in caussis summariis *gewöhnlichen Weitläuftigkeit behandeln lassen &c.* & ante eos AUTOR *modi procedendi in caussis Restitutionum ex instrumento P. W.* quarundam Legationum Evangelicarum præscitu impressi; qui extat una cum refutatione & nova defensione *in der Sammlung einiger neuerer vorhin gedruckter, und bisher ungedruckter Schriften von der im westphälischen Friedens-schluß erlaubten Selbsthülfe &c.* 1756. in hac collectione *f.* 4. *n.* 7. apertum esse existimat, in caussis Religionis omnem processum excludi; & qui adversus refutationem eundem defendit, *ibid. f.* 5. ad locum citatum Capitulationis Cæsareæ provocat. Omnium autem luculentissime sensa sua prodit ipsum Corpus Evangelicorum in literis ad Imperatorem 1751. apud SCHAUROTH *T.* 1. *fol.* 863. *daß solcherley attentaten weiter nichts, als* pactorum publicorum executio contra attentantes . . . *oder allenfalls* NB. *bey vorhandenem Zweifel* circa factum possessionis in Anno Normali *die summarische* cognitio NB. executoris in loco executionis *übrig bleibe;* item *daß die* nuda possessio in anno normali, *welches* factum possessionis per solam commissionem localem NB. a directoriis circulorum, *und sonst auf keinerley Art und Weise zu eruiren sey &c.* item *über alles aber Euer Kays. Maj. Wahl-Capitulation Art.* 1. §. 11. *nicht nur schon an sich alle Processe in Religionsangelegenheiten überhaupt, auch* NB. *auf gegenwärtige Zeiten für ganz unzuläßig erkläret &c.*

§. IV.

Sensus noster probatur ex LL. Imperii P. W. anterioribus.

Verum per hæc Capitulationis verba non ademptam esse Cæsari, aut ejus nomine supremis Imperii judiciis summariam saltem de gravaminibus Religionis cognitionem, atque eos, qui se læsos putant, hodie adhuc per sese ipsos obstringi, ut eandem in dictis ante judiciis cognitionem caussæ subeant, neque in re, quam una pars liquidam negat, illico atque necessario arripiendam viam Commissionis localis, immo ipsius executionis, persuadent mihi LL. Imperii tum P. W. anteriores, tum ipsa hæc P. W. variis in locis, tum demum, quæ recentius de hac re acta publica extant.

Quod primum concernit, cognitionem eam supremis Imperii dicasteriis propriam fuisse patet ex R. I. 1529. §. 10. 11. 12. R. I. 1530. §. 65. 66. 67. seqq. R. I. 1541. §. 29. 1542. §. 131. 1544. §. 94. 95. Suspensi quidem sunt *processus Banni* adversus A. C. addictos antea in iis judiciis in caussis Religionis usitati, sed ad tempus solum, idque extra ordinem ex Cæsareæ potestatis plenitudine. Subsecuta dein Pace Religiosa 1555. §. 32. injungitur Cameræ, ut adversus eam pacem prægravatis, &, quod probe notes, Cameræ opem implorantibus, debitam judicis opem præstet: repetitum idem in R. 1566. §. 6. Immo vero, cum Camera A. 1583. tempore visitationis ordinariæ, visitatoribus insinuaret, persæpe in ejusmodi caussis paria Adsessorum vo-

ta existere, atque quid hoc rerum situ sibi porro faciendum esset, exquireret; hique per Decretum 15. *Maji* eod. anno hasce caussas ad Cæsarem remitti vellent; questus est *Brandenburgicus* præcipue Legatus, hac ratione jurisdictionem Cameræ ab Imperio concessam suspendi, idque excedere Visitatorum potestatem. Vide *Corpus Juris Cameralis, Visitations- Abschiede und Memorialien das Kayserl. und Reichs- Kammergericht betreffend* a p. 168. *seqq.* Cum dein in Conventu Electorali sub RUDOLPHO II. aliqui Electores hac de re, præcipue circa jurisdictionem Senatus Imperialis Aulici aliter sentire viderentur, Legatus *Saxonicus* gravibus verbis contradixit, præter alia plura apud LONDORP. *in Actis publicis 1. B. 7. Cap.* inquiens: *Ein Theil solle dem anderen, der bessere* rationes *hätte, weichen: wann man solche Sachen keiner* cognition *und* decision *unterwerfen wollte, hätte es ein seltsames Aussehen.* Eandem demum cognitionem sibi, tanquam Imperii supremo capiti reservavit Imperator in *Pace Pragensi 1635.* §. *12.*

Ex qua LL. Imperii brevissima synopsi, cum verba ipsa subjungere pagellarum harum angustiæ non sinant, satis, ut puto, perspicue adparet, quid de hac re ante P. W. ex earum mente justum fuerit: quis vero tum uspiam hic judicis legitimi cognitionem exclusit? aut ad nutum partis unius adsertum remediis ejuscemodi in manifestum aliorum præjudicium procedi voluit?

§. V.

Ex ipsa P. W. Jam vero in ipsa hac celeberrima pace eandem quoque legum Imperii mentem integram perstitisse, varii ejusdem textus quam clarissime demonstrant. *Art. XVII.* §. *7.* de controversiis post P. W. fors exstituris decernitur, ne quis jus suum vi vel armis persequatur, sed NB. *unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fracta Pacis;* qui *§phus*, si ex nexu cum antecedentibus, uti sanæ hermeniæ leges volunt, consideretur, procul dubio etiam de caussis circa Religionem controversis est exaudiendus. *Art. V. §. 54.* dicitur eundem in finem: *Cæsarea Majestas mandabit, ut non solum in isto judicio Camerali causa NB. Ecclesiastica, ut & politica inter Catholicos & A. C. Status vel inter hos solos vertentes . . . adlectis ex utraque Religione pari numero Assessoribus discutiantur & judicentur: sed idem etiam in judicio Aulico observetur:* ad quem finem dein etiam aliquot ex iis, qui A. C. profitentur, in istud judicium adlegi jubentur. §. 56. vero *cit. Art.* ubi vota inter Adsessores tum Cameræ, tum judicii Imperii Aulici Catholicorum quidem in unam, A. C. vero addictorum in alteram partem conspiraverint, controversiam ad Comitia remitti jubet.

Caussæ quidem hac ipsa Pace decisæ præcipuo quodam, quoad promptissimam executionem, privilegio gavisæ sunt, uti tum ex edicto Cæsareo 7. *Nov.* 1648. Arctiori modo exequendi 2. *Mart.* 1649. Recessu Executionis confecto a Deputatis 1649. & præcipue 1650. *dem Executions Haupt*- Recess liquido patet;

tet; verum cum id §. 26. 28. 30. ejusdem recessus verbis perspicuis ad caussas jam antea a Deputatis in certas classes distinctas, aut eas saltem, quæ ante primum militiæ a provinciis deducendæ præfixum terminum (Evacuations-*Termin*) MOGUNTINO tanquam Directori insinuatæ fuerint, restringatur; per sese consequitur, privilegium tam singulare ex mente eorum, qui dictas Imperii leges conceperunt, non extendendum ad controversias post P. W. demum enascituras.

§. VI.

Quodsi nunc leges P. W. recentiores spectare libeat; notissimus est §. 193, Ex LL. P. W. recentioribus.
I. N ubi gravissime prohibetur, ne Status aut sibi invicem, aut subditis ad jura per P. W. adquisita præjudicium vi aut arbitrario agendi modo infe-r; sed quæcunque sibi deberi existimant, competenti juris via quærant. que officit id, quod §. 192. denuo nova Deputatio Imperii fuerit decreta restitutionibus ex mente P. W. adhuc exequendis; ubi si deputati circa caus-quampiam convenire nequeant, ea denuo ad Comitia remittenda esse jube-: nam vel primo obtutu textum inspicienti, nexumque cum aliis examinanti arebit, ibi nonnisi de casibus ipsa P. W ut prætendebatur saltem decisis, mi-e vero de controversiis postea exstituris sermonem fieri. Adde ejusdem *Rec.* *24.* ubi decernitur, quid de effectu suspendente in Revisionibus circa caus-Religionis porro obtinere debeat; luculento denuo argumento jurisdictionis stis caussis supremis tribunalibus propriæ. Sane adeo hæc quondam extra troversiam posita erant ipsis Protestantibus, ut cum A. 1703. occasione que-rum Cleri *Wormatiensis* adversus urbem in caussa supplicationis publicæ vi rturbatæ, Senatus Imperii Aulicus severa plane adversus urbem mandata, & missionem demum decerneret, non Urbs solum in suis literis ad Corpus ngelicorum supplicibus apud FABRI *alten Staats-Canzley 9. Theil p. 32.* viter se lædi quiritaretur, cum jus processus ordinarii sibi adimeretur, re i momenti per Commissionem solum summarie pertractanda; sed & ipsum Corpus in literis ad Cæsarem, quibus eidem Urbis caussam commendarunt, d SCHAUROTH *Sammlung Conclus. Corp. Evang. Tom. 3. p. 819.* petierit, e jus quæsitum processus ordinarii Urbi subtraheretur.

epte itaque inquit AUTOR *modi procedendi in der Sammlung &c. cit. f. 24.* gravatis liberum relinqui, an mandata ab Summis Dicasteriis petere velint nec ne; cum ibi verbis clarissimis jubeantur, via juris agere: adversus legem tam claram liberum sit vero viam juris vel facti eligere? Sed qui defensionem concinnavit, respondet, neminem quidem pratrocinari iis, qui se gravatos fraude & dolo dicunt: sed an sint revera, an non, a Catholica unice parte dijudicandum non esse: atenim a supremis Dicasteriis, quorum Adsessores ex utraque Religione constant, id dijudicandum dicimus, atque ubi insuper concesso jure eundi in partes tam sollicite omni Protestantium præjudicio prospectum est. Quare nescio, quid dicam de iniquiori illo STRUBENII adserto

to *cit.* 27. *Abhandl.* §. 5. hac ratione in arbitrio Catholicorum fore, an paci Westphalicæ aliisque circa Religionem legibus satisfacere velint, nec ne.

§. VII.

Ex Analogia aliorum textuum Capit. Cæs.

Post tam continuam legum Imperii seriem una semper constantique ratione jurisdictionem cognitionemque supremorum Imperii tribunalium circa Religionis gravamina agnoscentium, adserentium, confirmantium, explicantium, quis credat pauculis illis Capitulationis Cæsareæ verbis systema Imperii in re gravissimi momenti immutari plane; novum, eumque insolitum procedendi modum introduci; idque in præjudicium perquam grave ipsorum Imperii Statuum? Provide cautum est *in Capit. Art. 18. §. 6. 7.* adde *Art. 19. §. 6. Art. 15. §. 7.* ut quoties subditus territorii Dominum in jus apud Suprema Dicasteria vocare velit, hæc antequam adversus illum quidquam decernant, informari prius instruique a Dicasteriis Status hujusmodi se curent, unde constet, an illa in jus vocatio frivola non sit, & nonnisi ex audacia hominis Domino suo refractarii prognata Jam vero in materia quam maxime delicata, Religionis videlicet, concessum sit non solum subditis adversus Dominum querelas, ut plurimum frivolas, Ratisbonam usque, quandocunque lubet, deferre, sed & illico mandata adversus Dominos decernenda erunt, Commissio ad locum immensis sumptibus mittenda, executio expedienda. Quis non videt, hæc quam maxime absona esse, ueque menti legum Imperii in caussis aliis, ut plurimum levioribus, minime consona?

In hanc rem jam inquiebat CAROLUS VII. in *Decr. Commiss. 12. April.* 1720. jam *cit. Daß es gleichsam in dem H. Reich scheinen, und darauf kraft der schriftlich übergebenen Vorstellung dahin getrieben werden wolle; als ob Ihro Kays. Maj. als dem Oberhaupt, und Dero höchsten Reichsgerichten oblige, sobald eine Parthey* A. C. *Verwandten theils seye, daß man weder* via ordinaria processuum *verfahren, oder gleichsam alle* Leges *überfahren müsse; oder diesen weniger, als anderen Reichsgliedern und Unterthanen die* probatio juris &c. *obliege &c. . . . nach der gemeinen Regel aber, wo kein Kläger, seye kein Richter.*

§. VIII.

Ex actis publicis recentissimis.

Atque hæc sunt, quæ, uti quidem existimo, satis luculenter evincunt, relatis jam aliquoties Capitulationis verbis nil aliud a Cæsare promitti, nisi, quod in caussis quidem ipsa P. W. jam definitis, sicubi necdum restitutio facta, eam quidem, ubi caussa liquida fuerit, sine ulteriori processu quovis, non decernere solum, dum imploratus fuerit, velit, sed & remediis alias a legibus Imperii præscriptis effectui dare: in caussis vero circa Religionem post P. W. controversis processus *ordinarii* ambages sinuosas removere, quin tamen *Summarius* propterea apud suprema Imperii Dicasteria verbis istis excludi videatur: multo autem minus, quod ad mandata commissionesque decernendas illico

:o Imperator teneatur, cum subditi querelas suas nequidem summis tribunalibus insinuent, sed ad Corpus Evangelicorum delatas solum hoc ipsum Corpus Cæsari exponat.

Sane nobiscum sentire videtur ex Protestantibus vir celeberrimus de SELCHOW *in Elem. jur. Publ. Tom. 1.* §. *276.* ubi dum laudata jam sæpe Capitulationis verba ipsemet recitat, nil colligit, nisi caussas Religionis non per ambages processus ordinarii circumducendas: & §. 458. negat, Repressalia in his caussis licita, nisi dum in supremis Dicasteriis remedium juris nullum locum aut effectum habuit.

Protestantes ipsi in scripto, quod Pro Memoria dicunt, Commissario Principi Cæsaris ad Comitia oblato 13. *Oct.* 1719. apud SCHAUROTH *Tom.* 2. *p.* 539. volunt tantum, ut gravati se in ambages processus ordinarii apud Senatum Imperii Aulicum induere non teneantur: respondit CAROLUS VI. Decreto Commissionis gravissimo 1720. ubi verbis plane energicis Imperatoris in his causis jurisdictionem tuetur. Aliis vero scriptis demum Protestantes, uti in *Pro memoria* 9. Nov. 1720. apud SCHAUROTH. *l. c. p.* 737. 12. *April* eod. Anno ibid. *p.* 759. & aliis, clarius jam dum ad nudam facti narrationem Commissiones ad locum gravaminis mittendas voluere: denuo jurisdictionem summorum Tribunalium defendente Cæsare in Decretis Commissionis 9. 14. *Febr.* 1721. ibid. *Tom.* 2. *p.* 835. 30. *Junii* 1722. ibid. *Tom.* 3. *p.* 106. & aliis: & præcipue 3. *Maji* 1724. ibid. *p.* 134.

Verum si hæc citatis Capitulationis verbis, utpote primum a CAROLI VII. tempore insertis anteriora dicas: JOSEPHUS II. modo gloriosissime imperans, cum Corpus Evangelicorum in litteris ad eundem 1767. 18. *Maji*, denuo has Commissiones locales urgeret, respondit in Rescripto ad Commissarios suos 8. *Junii* 1769. *Ubrigens und vors andere finden Wir in mehr erwehntem* Intercessional - *Schreiben keine hinlängliche Beweg - Ursachen, daß Wir von dem in denen Reichs - Gesätzen, besonders in Westphälischen und anderen allgemeinen Reichs - Friedens - schlüssen jüngeren Reichs - Abschieden* NB. *vorgeschriebenen rechtlichen Weg und bestimmten mehrfältigen* Normal - *Jahren, welche unsere Vorfahrer am Reich jederzeit, gleich nunmehro Wir selbsten genau eingehalten, und deren ohnverrückte Beobachtung der Reichs - Versammlung mehrmahlen erkläret: ja selbst der A. C. verwandte Reichs - Stände in anderen zu ihrem Vortheil gereichenden Fällen obberührter massen verlanget haben, im mindesten abgehen: gestalten die Abänderung derley allgemeinen Reichs - Friedensschlüssen und Gesätzen nicht von einem Theil des Reichs, oder einzelnen Ständen, sondern von der ganzen Reichs - Versammlung, und denen contrahirenden dabey betheiligten Mächten nach der bekannten Verfassung abhänget. Wir und auf Unsere Kayserl. Verordnung die beyde Reichs - Gerichter werden dahingegen denen sich in Religionsachen beschwerenden Theilen, wann* NB. *selbe die Sach gehörig anbringen und fortsetzen, mit Beyseitigung aller* NB. *weitläuftigen Processen vorzüglich aller anderen mit dem dazu in Gesätzen vorgeschriebenen executivischen Verfahren diejenige Rechtshilfe zum schleunigsten angedeihen lassen, welche &c.* Inde & Senatus Imperialis Aulicus apud FABRI *Staats-Canzley Tom.* 27. *Cap.* 2. ita decrevit: *würden nun die angezogenen Gemeinden*

den &c. ihre angebliche Religions-Beschwerden NB. *selbst unmittelbar bey Kayserl. Maj.* judicialiter *behörig einklagen, so erfolgt sodann ferner Kayserl. Verordnung.* In Responso ad litteras Collegiales Electorum 4. *Aug.* 1764. item ait Imperator: *daß der Vollzug des ausgesprochenen Rechtens noch nicht erfolgt seyn sollte, es nur einzig und allein daran ermanglet, daß die Partheyen der behörigen Ordnung nach noch zur Zeit sich darum nicht gemeldet haben.*

§. IX.

Hæc interpretatio non fovet gravamina Religionis, aut remedia eorundem adimit.

Neque video, unde ii, quibus hæc explicatio non arridet, aut ex aliarum Imperii legum Analogia præsidium repetere queant, aut quale inde Religioni suæ præjudicium jure timere possint. Gravamina, inquiunt, Religionis nullum sic finem sortientur aut exitum: adeo jam excreverunt, ut cumulus per sese jam satis ingens quotidie augeatur: experientia ostendit, frustra implorari supremorum Dicasteriorum præsidia: aut res ibi inani partium sumptu usque in infinitum ampliatur, aut executio deest.

Verum novi inprimis, equidem de hoc gravaminum cumulo multa splendide proferri; quodsi illa, prout in ipsis Actis publicis extant, inspexeris, aut falsa subditorum narratione nituntur: conf. *Churpfälzisches Gesandschafts Pro-Memoria in caussa Mandacensium Sammlung der neuesten Staatsangelegenheiten 1. Bands 2. Stück f. 191.* item *neue Staats-Canzley Tom. 23. zweyter Abschnitt f. 162. seqq.* Aut nituntur principiis, quæ inter Protestantes saltem recentiores & Catholicos controversa sunt, atque adeo gravamina esse ab his nunquam conceduntur. Conf. hic DAHM *in Diss. de Jure Comitiorum Imperii circa sacra* §. *XI.* Aut plane ipsi P.W. menti adversantur, uti dum annus normalis passim ad politica a refractariis subditis protenditur: uti in caussa *Cronenbergensium neueste Staats-Acta Tom. 2. cap. 2. neue Staats-Canzley Tom. 11. cap 1. Tom. 15. cap. 10. Tom. 21. zweyter Abschnitt f. 267. seqq. Pyrbaumensium neue Staats-Canzley Tom. 2. cap. 15. Tom. 9. cap. 1. Tom. 11. cap. 1. Marck-Nordheimensium neue Staats-Canzley Tom. 12. cap. 5. Zeulizheimensium* ibid. *f. 189. seqq. Herbolzheimensium neue Staats-Canzley Tom. 13. cap. 7.* aliorumque ibid. *Tom. 18. cap. 4.* Adde *neueste Staats-Acta Tom. 5. cap. 3.*

Siquæ veritate nituntur, ut quid tergiversatio ista, ea supremis Dicasteriis genuine proponendi, ibidemque æquas justasque adferendi probationes? tum Senatus Imperialis Aulicus nulla norat gravamina, quæ legitim eeidem insinuata, ibidemque modo legibus præscripto urgerentur, ut patet ex *Conclus. cit.* 19. *Jan.* 1769. In Camera quoque Imperiali caussæ omnes Religionis decisæ jam erant, ut patet ex literis hujus Collegii excelsi 31. *Aug.* 1764.; denuo vero celerem harum caussarum cognitionem atque executionem dupliciRescripto utriq; Dicasterio verbis gravissimis inculcavit Imperator modo gloriosissime regnans 19. *Jun.* 1770. Quid vero nunc ultra desideres, quod a supremo hoc legum Imperii executore ac vindice Augusto fiat? aut utrumque Dicasterium Imperii

quid

quid ultra agat? quare quam inanes sint querelæ paulo ante adlatæ, quæ tamen tantopere repetuntur, per sese facile adparet. Conf. hic ea, quæ de jurisdictione supremorum tribunalium graviter scribit AUTOR *der kritischen Betrachtungen über verschiedene Staatsfragen* 1770. 1. *Theil*, *f.* 82. *seqq.*

§. X.

Atenim nimium grave est subditis, ita queruntur *Landstulenses neue Staats-Canzley Tom. 16. zweyter Abschnit 5. cap.*, quodsi per sese ipsi, aut procuratores nomine suo constitutos suprema semper Dicasteria adire debeant; neque id necesse erit, cum eodem §. *cap. 11. Art. 1.* non obscure jus agendi pro alienis quoque subditis Statibus A. C. attribui videatur.

Nec subditis gravatis præjudicium infert.

Belle enimvero, eoquod rusticis quibusdam inquietis grave accidit, suprema tribunalia adire, Status ipsi onerandi erunt illico, maximo suo præjudicio, Commissionibus localibus, neque id ægre ferant: quis sublimium jurium Statibus Imperii tot legibus firmatorum gnarus aut studiosus tale quid ferat? Sane multiplici experientia adparet, quod, si speciem quandam caussæ suæ justam subditi habere sibi videntur, viam aut Wetzlariam aut Viennam probe norint: quid inde colligas, nisi, quod non tam justitia caussæ in fucatis tot gravaminibus persæpe confisi, quam præpotenti Corporis Evangelicorum patrocinio, falsa narratione, aut exaggeratis ad invidiam querelis emendicato, ea, quæ intendunt, extorquere nitantur?

Jus autem istud agendi pro subditis quoque alienis ex detorto in sensum plane falsum jure intercedendi, quod *l. cit.* capitulationis solum conceditur, eleganter profligavit SÜNDERMAHLER in Diss. *de jure agendi non cuivis permisso in caussis Religionis* item ego in *Instit. meis Juris Eccles. Part. II.* §. *CCLXXIX. seqq.*

§. XI.

Porro a quibusdam ad hanc rem fingitur Principibus Circuli directoribus & convocantibus perpetuam delatam esse commissionem, vi cujus ad solam partium, quæ se adversus P. W. gravatas prætexunt, implorationem, mandato etiam Cæsaris nec exspectato nec obtendo, executiones decernere queant. Vide AUTOREM *defensionis, modi procedendi &c. in der Sammlung* jam *cit. f.* 19 STRUBEN *l. c. §. 2.*

At enim hoc denuo adsertum nullo Imperii legum fundamento nititur, ipsisque, quæ brevi post pacem illam confectam acta sunt, omnino confutatur. De hac Commissione perpetua ad caussas post P. W. demum controversas exituras, ibidemque non liquido decisas altum silent edictum FERDINANDI III. pro executione maturanda: Arctior modus exequendi: Recessus executionis 1649. & præcipuus 1653.: sane nec verbulo ex iis omnibus commissio ejusmodi

Contrarium non evincitur a Commissione quadam perpetua in caussis P. W. Circuli Directoribus adscribi solita.

modi perpetua, eaque tam paradoxa extundi poterit. *Art. 16. §. 2.* ipsius P.W. partibus concessum fuit, ut pro executione obtinenda vel Circuli Directores adire queant, vel etiam alios designare, ex quibus Imperator Commissarios pro eadem peragenda seligat: unde luculente patet, adeo præteriri potuisse Circuli Directores: hæc autem qua ratione commissioni cuidam perpetuæ ipsis delatæ conveniunt? Ipsimet Directores persæpe negarunt brevi post P. W, immo in caussis ibidem quam clarissime decisis, uti est celebris illa telonii ad *Visurgim* concessi Comiti *Oldenburgico Art. 9. §. 2.* renitente acerrime Urbe *Bremensi*, se executionem sine peculiari Cæsaris mandato peragere non posse: aut sese ad eam faciendam promptos, ubi primum ejusmodi mandatum receperint, uti FRIDERICUS WILHELMUS *Elector Brandenburg.* in literis 1650. 14. Febr. ad Ministrum suum: cujusmodi adhuc plura producit scriptor paulo post citandus. Hæc quidem esse referenda ad nudam quandam, ut ajunt, formalitatem aut nonnisi concernere modum executionis vult de SELCHOW *Juristische Bibliothek 3. Band 1. Stück n. IV.* sed ratione id quadam eaque efficacia non evincit.

Adde quod *R. I. N.* §. 191. quoad caussas adhuc residuas exequendas denuo novam potius Deputationem Imperii decreverit; eccur vero non potius Commissariis istis perpetuis eas reliquit? §. 193. vero quoad caussas controversas deinceps extituras viam facti severissime proscripsit, læsoque per mandata, quæ inhibitoria vocant, atque via juris ordinaria succurri voluit. Conf. ANON. *in dem Versuch einer pragmatischen Erklärung des Westphälischen Friedens nach den Artikeln von der Execution und Assecuration &c. 1. Theil. a §.* 30. 1767.

§. XII.

Nec a quibusdam factis Corporis Evangelicorum.

Magis adhuc a legibus Imperii alienum videtur, quod ipsummet Corpus Evangelicorum executionem in gravaminibus Religionis in præjudicium supremæ Imperatoris jurisdictionis, jurisque exequendi sibi arrogarit; quemadmodum casus satis notus celebrisque executionis *Hohenloicæ* ostendit, ubi sub prætextu ejusmodi gravaminum illatorum subditis *Hohenloicarum* linearum Catholicarum, *Onolzbacensi* Marchioni executio ab eo Corpore demandata atque peracta fuit: quæ enim ullibi jurisdictio in alios Status? quod jus exequendi vel verbulo aut in P. W. aut aliis Imperii legibus concessa Corpori isti fuere? ut taceam nullibi ab iisdem legibus agnosci legitimam distinctionem Imperii Statuum in diversa Corpora intuitu Religionis, quod toto cœlo diversum est ab eo, dum *Art. 5. §. 52.* Status ob eam caussam partes efficere dicuntur. Quare recte FRANCISCUS I. *Decreto Commissionis 1752.* apud SCHAUROTH *Tom. 3. f. 965.* huic executioni tanquam legibus adversæ, atque propterea irritæ contradixit, atque ab ejusmodi principiis recens ab una parte adoptatis datisque effectui ipsam denique Imperii compagem ruinæ sane quam proximæ exponi edixit.

Profecto quamvis in Imperio executionem nonnisi Imperatoris nomine rite fieri demonstrant THOMASIUS *de Offic. Direct. & Duc. Circul. in Execut. sentent.* MOSER *de jure exequendi in Imperio:* STRYCK *de jure exequendi sententias Imperiales:* & alii, & compendio SÜNDERMAHLER *Diss.* 1. *de potestate jus suum vi & armis persequendi in Imperio haud permissa &c.* §. 10. CAROLUS vero VI. in Decreto Commiss. 14. *Febr.* 1721. apud FABRI *Staats-Canzley Tom.* 38. in verbis: *was endlich* tertio *die* exculpir- *und Vertheidigung derer in unsere allerhöchste Gerechtsame geschehene Eingriffe belanget &c.* plures ejusmodi actus Corporis Evangelici improbavit.

Quodsi huic juri exequendi color petitur aliquis a famoso illo jure *Autodikiæ*, ex *Art.* 17. §. 6. P. W. scopus hic noster non est materiam hanc præcipue a Cl. SÜNDERMAHLERO duplici dissertatione exhaustam data opera pertractare, atque refellere ea, quæ STRUBENIUS respondere perspicuis ejus scriptoris argumentis conatus est. *Adde Instit. meas* Part. II. §. CCLXXXII. *seqq.*

§. XIII.

Ex his vero, quæ breviter hic in citatum Capitulationis locum adferre licuit, uti ego quidem existimo, satis elucet, mentem ejus textus non esse, ut caussæ Religionis processui saltem summario in supremis Dicasteriis ab ipsa parte læsa subjici non debeant, atque illico ob nudas in hac materia querelas fors quidem in summis his tribunalibus propositas ad vias tanto cum statuum præjudicio conjunctas sit descendendum. Quemadmodum vero nullæ facile caussæ, atque hæ, viam gravioribus dissidiis aperiunt, uti lugubris, pro dolor! experientia jam edocuit: ita sane optandum maxime, ut ne gravioribus quotidie controversiis, subruta semper novis ejusmodi atque antehac inauditis principiis Imperii compage, Imperatoris suprema jurisdictione, tribunalium summorum in jure dicundo potestate tot saluberrimis legibus definita, ansa atque occasio subministretur. Conclusio.



XVII.

FRANCISCI ANTONII DÜRR U. J. D.

Juris publici et Historiarum in Univ. Mogunt. Prof. Publ. et Ordin. &c.

DISSERTATIO
DE EO
QUOD JUSTUM EST CIRCA
REPRESSALIAS IN CAUSIS RELIGIONIS
IN IMPERIO ROMANO GERMANICO

Mogunt. 1771.

PRÆFATIO.

E*nata sunt sæpius a temporibus Pacis Westphalicæ Dominos territoriales Catholicos inter & eorum subditos Protestantes religionis diffidia; patrocinium talium subditorum susceperunt plerumque alii ex parte Protestantium status Imperii potentiores, ac in casu si non mox eorum petitis fiebat satis, seposita supremorum Imperii tribunalium in ejusmodi controversiis authoritate judiciali ad Repressalias convolarunt, easque contra proprios subditos Catholicos licet nullam talium dissidiorum culpam habentes exercuerunt: sæpius pro aliis sacrificium fuerat Clerus Halberstadiensis: ad justificandas hasce Repressalias pro fundamento allegata fuit potestas jus suum in causis religionis vi & armis persequendi statibus Imperii prætense competens, cum permisso majori, armis scilicet, permissæ multo magis tanquam minus sint Repressaliæ: an in thesi memorata illa potestas, quæ vulgo* die Selbst-Hülfe *dici solet, fundata sit in legibus Imperii, eatenus potissimum ab anno* 1720. *Catholicos inter ac Protestantes acriter disputatum fuit, ac de hoc argumento novissime adhuc duo viri utriusque religionis in orbe erudito celeberrimi* Dav. Georg Struben & Joh. Jac. Sündermahler *in suis scriptis concertarunt; licet autem materia Repressaliarum in causis Religionis cum prætensa*

tensa facultate virium propriarum arctissimam habeat connexionem, varia tamen adhuc specialia involvit; unde haud inutilis mihi visa fuit opera, si Thema hoc necdum hactenus ex professo deductum pro dissertatione Inaugurali mihi seligerem.

§. I.

Quid sint Repressaliæ, & quænam earum sint differentiæ.

Licet Repressaliæ *a*) a variis varia ratione describantur, in substantia tamen omnes fere conveniunt *b*), adeoque totum dependet ab eo, quænam

a) Hoc vocabulum pertinet ad Glossarium latinitatis barbaræ in medio ævo enatæ, in CICERONE enim, LIVIO, PLINIO, aliisque linguæ latinæ parentibus illud frustra quæsiveris; An CLARIGATIO apud LIVIUM *Lib. VIII. dec. I.* & apud PLINIUM L. II. C. 2. occurrens adæquate exprimat *Repressalias* in hodierno significatu, eatenus merito dubitaveris. Conf. SALMASIUS *de Mod. usur.* ubi fusius *de Clarigatione* egit; nec in legibus Romanis de Repressaliis occurrit vestigium, prout animadvertit BINCKERSHOECK *in Quæst. jur. publ.* L. I. Cap. 24. De cætero in Etymon nominis WAGENSEIL *in Exercit. de Repressaliis.* Cap. I, & alii, qui de Repressaliis scripserunt, anxius inquisiverunt. LEYSER *in Medit. ad Pand.* Spec. 30. Med. 4. scribit, quod hæc vox ab Italico *Ripresa* derivetur, atque adeo male per duplex S. a quibusdam scribatur, secutus fuit eatenus LEYSERUS dubio procul VOSSIUM, qui L. III. C. 43. *de Vitiis sermonis* idem senserat, cui & suum calculum adjecit MURATORIUS *in Antiquit. Ital.* Tom. III. diff. 55. ex ratione, quod videatur Repressaliarum usus natus esse in Italia; verum cum hoc assertum necdum sit probatum, sed potius ex historia constet, quod Repressaliæ, sicut bella privata, tam in Italia, quam Germania & Gallia sibi fuerint coævæ; sic nec certum est vocabulum hoc ex lingua Italica immediate descendere; quodsi igitur cum aliis hanc vocem ex vocabulo gallico *Repressailles*, & hujus origines ex lingua matre & latino vocabulo *Repressio* (Repressaliæ enim nihil aliud sunt, quam *repressio injuriæ illatæ*) deducamus, nec errabimus, si hanc vocem per duplex S. scribamus.

b) Conf. GROTIUS. *De jure belli & pacis.* L. III. Cap. 2. §. 4.

SAMUEL PUFFENDORFF *de jure naturæ & gentium.* L. VIII. Cap. VI. §. 13.

GLAFEY *in dem Recht der Vernunft* L. VI. C. I. §. 16.

GUNDLING *in jure naturæ & gentium.* C. 36. §. 112.

JAC. GAB. WOLFF. *in Instit. jurisprud. natural.* P. II. S. II. c. XI. §. 14.

ARUMAEUS in diff. *De Repressaliis.* thes. I.

WAGENSEIL in Exercit. *De Repressaliis.* §. 4.

WINDHEIM in Disc. *De Repressaliis.* Thes. 3.

HENR.

nam clarior inter varias sit descriptio; optima autem ratione mihi describi posse videntur Repressaliæ, quod sint Remedium quoddam violentum c), quod authoritate illius, qui jure belli gaudet, ea ratione exercetur, ut ob denegatam vel protractam Justitiam lædentis reipublicæ cives, eorumque res d) capiantur ac detineantur, donec læsio reparetur, seu petita præstetur satisfactio: Juris igitur Repressaliarum fundamentum præcipuum consistit in actione læsi contra lædentem e): requisita autem potissima sunt, I. quod communis Judex respectu lædentis & læsi non adsit f); II. quod justitia denegata fuerit læso g); quodsi enim damni reparatio vel gravaminis sublatio rite quæsita, at non impetrata fuerit, tunc demum authoritate Imperantis h) jus repressaliarum exerceri potest i) a Repressaliis igitur proprie sic dictis distinguuntur admodum diffidationes,

Henr. Hahn in Diss. *De Repressaliis.* membro II.

Kahle in Comment. De Justis Repressaliarum Limitibus. §. 2.

Leyser in *Medit. ad Pandect.* Spec. 30. Med. I.

Struv. *Syntagm. juris Civ.* Exercit. 9. Thes. 8.

c) Ad belli præludia spectant Repressaliæ, & recte scribit Mich. Henr. Gribner in *Principiis jurisprud. Natural.* Lib. III. Cap. VII. §. 5. *Solet aliquando contingere, ut nec lites componi possint, nec tamen bellum ideo suscipi expediat, aut saltem differre id consultum sit, ac interim Repressaliarum jure respublicæ utantur, ut sine multorum incommodo jus suum aut suorum civium prosequantur.*

d) Unde & Repressaliæ dividuntur in Personales & Reales.

e) Præsuponunt igitur Repressaliæ causam liquidam & alicujus momenti; contra regulas prudentiæ enim peccaretur ob rem parvam exercere Repressalias, & bello tanquam majori malo forsan dare ansam. Wernher Part. III. obs. 115. n. 81. & 82.

f) Si enim judex respectu litigantium extet, permissæ haud sunt Repressaliæ, cum eo casu non propria authoritate, sed via juris damnum sibi illatum vindicare possit læsus.

g) Non autem constat de denegata justitia, nisi prius gens læsa a lædente satisfactionem, vel justitiæ administrationem requisiverit. Grotius *de jure belli & pacis.* L. 3. C. 2. §. 5.

h) Non quidem ex ratione, quam allegat Heineccius in *Elementis jur. Natur.* L. 2. §. 105. *quia metuendum alias, ne respublica lædens vim vi opponat,* sed quia in statu civili omnem cives potestatem judiciariam, ac jus belli cum annexis contra exteros transtulerunt in principem: de quo infra plura.

i) De cætero vel gens immediate, vel in civibus læditur, adeoque duplex potissimum casus fingi potest, ubi pro circumstantiis locum habere possunt Repressaliæ; & quidem 1mo, si princeps independens vel Respublica alterum principem vel Rempublicam immediate læserit; 2do, si subditus alicujus principis

nes, seu potius rapinæ & deprædationes illæ, quæ in medio ævo non solum in Germania k), sed & in Gallia l) erant in usu; licet enim Repressaliæ & diffidationes aliquam inter se conjunctionem habeant, sunt tamen hæ potius species veri belli offensivi licet privati, quam Repressaliæ in proprio sensu. Similiter a jure Repressaliarum differt jus Retorsionis, hoc enim est juris singularis extraneis præjudiciosi ad gentem, apud quam jus illud obtinet, applicatio reciproca m). Denique licet in sensu latiori Pignorationes & Repressaliæ plerumque confundantur; strictius tamen loquendo inter se pariter differunt; Repressaliæ enim nonnisi authoritate publica exerceri possunt, pignorationes autem etiam a privatis suscipiuntur n): 2do pignorantur saltem stricte loquendo illi præcise, qui

cipis a subdito alterius fuerit læsus, & princeps subditi læsi hujus suscipiat partes, & ob denegatam a Principe lædentis justitiam adhibeat Repressalias. ICKSTATT in *Elementis juris gentium* L. IV. C. 2. §. 17.

k) DATT in Tract. *De Pace publica*, & *Ludewig in Comment. ad Aur. Bullam* Tit. XV. Lit. B. & Tit. XVII.

l) CHARLES DUFRESNE *dissert. Historique sur la guerre privée jointe à l'histoire de S. Louis IX. par Jean de Joinville*, quæ in linguam vernaculam translata legi potest in PISTORII *amœnitat. Historico-juridicis.* Part. VI. pag. 1967.

m) Quemadmodum autem Repressaliis ansam dant facta hostilia vel læsionem inferentia, sic econtra jus Retorsionis fundatur in æquitate, & conservatione æqualitatis subditorum. Conf. BAUER. *De vero fundamento, quo Retorsio juris nititur inter Civitates.* §. 14. & mediante retorsione saltem imitamur actum ab alia gente susceptum, nobis autem damnosum, eumque retorquemus in talem gentem. RECHENBERG *in Vindiciis jurium Reipubl. & fisci in doctrina Retorsionum.* §. 5. Et sequentes statuit differentias ESTOR *in den Anfangsgründen des gemeinen und Reichs Processes.* Tit. 243. §. 2035. *zwischen den Repressalien und dem Wiedervergeltungsrecht: dieses ist allzeit erlaubt, weil ich nichts widerrechtliches dadurch vornehme, sondern den andern nur nachame; die Repressalien hingegen setzen etwas widerrechtliches voraus, und daß eine gütliche Handlung vorgegangen sey; was man durch diese erlanget, das mus nach erfolgter Gnugthuung, als abgenommenes wieder ausgeantwortet werden; bey dem Wiedervergeltungsrecht aber bleibt die Sache dem* fiscus, *oder der Unterthan behält dieselbe.* Add. LEYSER. spec. 30. Med. 7. MEVIUS *decis.* Part. II. *decis.* 59. In alio significatu Retorsio est remedium extraordinarium, quo amoliri quis a se illatam injuriam potest. GUNDLING l. c. C. VII. §. 4. HERTIUS. vol. II. opusc. pag. 369. ad Parœmiam: *Wie man in den Wald ruft, so schalt es wieder heraus.* De qua autem hoc loco nulla est quæstio.

n) GAILIUS in Tractat. *De Pignorationibus.* Obs. I. n. 4. & 5. TEXTOR *ad Recess. Imp. noviss.* disput. VIII. §. 5. seq. SCHÜZ *in colleg. jur. publ.* vol. 2. Exercit. 5. §. 2. lit. a. STRYCK in diss. *de jure pignorandi.* Cap. I.

qui nos læserunt, non autem alii, ut luant factum lædentis, quod autem in Repressaliis secus se habet *o*).

o) Et hoc sensu pignorationes jam erant Romanis & aliis gentibus notæ, prout patet ex L. sicut §. 1. ff. *quod cujusque universitatis nomine*. In Capitularibus Caroli M. pro partibus Saxoniæ. n. 24. statuitur: *ut nullatenus alterum aliquis pignorare præsumat, & qui hoc fecerit, bannum persolvat.*

§. II.

De jure Naturæ & Gentium habent locum Repressaliæ inter independentes.

An Repressaliæ ex principiis juris Naturæ deduci possint, eatenus in varias abeunt sententias juris Natur. interpretes; negant alii *a*): alii autem affirmant *b*); & quidem rectius ex principiis juris Natur. supposito etiam statu naturali, ubi quilibet homo est independens, & singulus respectu singuli consideratur, Repressaliarum origines repetuntur; fundantur enim Repressaliæ in læsione, quæ cum sit de jure Naturæ injusta, sic lædens & de jure Natur. ad læsionis reparationem est obligatus læso, & læsus jure gaudet perfecto, petendi læsionis reparationem, quam si benevole renuat præstare lædens, læsus potest adhibere media ad hunc finem necessaria, adeoque convolare etiam ad remedia violenta, inter quæ autem numerantur quoque Repressaliæ, eo scilicet effectu, ut res ad lædentem spectantes auferat læsus, & tamdiu retineat, donec illi læsio vel injuria illata a lædente fuerit reparata *c*). Illud autem, quod in statu naturali secundum juris Naturæ principia obtinet inter singulos homines superiorem non habentes, illud etiam juris est inter populos independentes, qui nulli alii, quam Naturali juri subsunt, & in statu naturali sunt constituti; gens enim, quæ coaluit ex multitudine hominum in societatem civilem coëuntium, constituit ex pacto unum Corpus, seu unam quasi personam moralem independentem repræsentat, adeoque gens erga gentem spectata eadem ratione se habet, sicut in statu naturali homo singulus erga singulum spectatus, sicut autem homo singulus de jure naturæ non potest lædere singulum, sic nec gens gentem, & sicut ad reparandam læsionem homo singulus lædens tenetur læso,

a) Veluti GROTIUS, qui L. III. C. 2. §. 5. scribit: *tali de causa aut corpora aut res mobiles subditorum ejus, qui jus non reddit, capi posse, non quidem natura introductum, sed moribus passim receptum:* imo multi Icti prorsus damnant Repressalias, quos recenset PESCHWITZ *de Repressaliis*. C. II. n. 22. seq.

b) PUFFENDORFF *De jure naturæ & gentium*. Tom. II. Lib. 8. c. 6. §. 13. SAMUEL COCCEJUS *in notis ad Grotium* L. III. Cap. 2. §. 2. Tom. III. p. 626. seq. GLAFFEY l. c. §. 18. seq. NICOL. HENR. EVERS in Comment. *de jure Repressaliarum ex principiis juris naturæ deducendo*. §. 9. seq.

c) Conf. KAHLII *Theses jur. natur. de Repressaliis.*

, ſic gens lædens genti læſæ; quemadmodum in illo caſu læſo ob denega- læſionis reparationem vel ſatisfactionem convolare licet ad remedia violenta, Repreſſalias, ſic & genti contra gentem; quemadmodum denique in ſtatu ırali homo læſus bona ad lædentem ſpectantia auferre, & tamdiu retinere :ſt, donec læſio fuerit reparata, vel etiam ſibi ipſi ex rebus ablatis reparare læſio- ı, ſic & gens læſa poteſt res & perſonas ad aliam gentem lædentem ſpectantes au- e, & tamdiu retinere, donec reparata ſit læſio, vel ſibi ipſi præſtare hac ratione :mnitatem. Pari ratione in juris naturæ principiis fundantur Repreſſaliæ, ſi mem- n alicujus reipublicæ lædatur a cive alterius Reipublicæ, læſus enim, qui ex pacto uæ reipublicæ membrum, abdicavit naturalem ſibi ipſi jus dicendi ac armorum rtatem, nec non jura hæc tranſtulit in ſuum Imperantem, non poteſt coge- ædentem ad damni dati reparationem, ſed eatenus implorat ſui Imperantis lentiam, qui obligatus eſt ex pacto ſocietatis ad aſſiſtentiam ſubdito præſtan- ı; ſocietas enim civilis conſtituit Corpus politicum, quod conſtat ex capite nembris: ſi membrum lædatur, totum reliquum corpus cum Capite tene- ſuſcipere partes concivis læſi; Imperans igitur læſi exigit ab Imperante læ- tis, ut cogat ſubditum lædentem ad reparationem læſionis non ſolum ſub- , ſed & Reipublicæ illatæ; læſo enim concive univerſa læſa eſt civitas: id d dum hic facere detrectat denegando juſtitiam, hoc ipſo lædit Imperantem , adeoque contra ipſum ipſiusque ſubditos juſte adhibentur Repreſſaliæ, nec njuſtitia conqueri poſſunt cives Reipublicæ lædentis, ſi tamdiu, donec de one fuerit ſatisfactum, tanquam obſides detineantur, vel eorum bona ad re- ationem damni adhibeantur; ſunt enim partim ſocii ac membra Reipublicæ entis, ex cujus facto publico nomine peracto obligantur, partim Reſpublica ım ipſis ad damni, quod ea occaſione pro Republica ſunt paſſi, reparatio- ı eſt obligata. *d*)

§. III.

) Solide hanc in rem ſcribit LEYSER ſpec. 30. Med. 1. *quodſi enim principi licet injurias ſibi civibusque ſuis illatas bello vindicare, & adverſæ Reipublicæ cives non bonis ſolum, ſed vita quoque ſpoliare, multo magis ei licebit mitiore longe Repreſſaliarum remedio uti, atque detentis privatorum bonis vel perſonis alium principem compellere, ut ſibi ſuisque civibus jus reddat, & quamvis paulo durius videatur, alium innocentem pro altero alterius facto damnum & incommodum ſentire, hoc tamen in cauſis, quæ ad utilitatem & ſecuritatem publicam pertinent, infrequens non eſt; accedit, quod ſalvis juſtitiæ regulis propter injuriam a Republica vel Rectore ejus illatam ultio de civibus ſumatur.* add. JOH. BALTH. WERNHER in Diſſ. *de jure Repreſſaliarum inter principes Imp.* §. V. ſeq. VATTELS *völkerrecht, oder gründliche Anweiſung, wie die Grundſätze des natürlichen Rechtes auf das Betragen und auf die Angelegenheiten der Nationen und Souverainen angewendet werden müſſen.* P. II. CXVIII. §. 342. ſeq. JOH. JAC. MOSERS *Grundſätze des jezt üblichen Europäiſchen Völkerrechtes in Friedenszeiten* L. 12. C. 5. §. 18. ſeq.

§. III.

De jure publico universali Repressaliæ non habent locum inter ejusdem Reipubl. cives.

Spectato jure Naturæ quivis homo est independens, judex in propria causa & executor, gaudet ille quoque libertate naturali adigendi lædentes ad reparationem damni vel injuriæ sibi illatæ *a*); verum quantæcunque etiam videatur esse hæ status Naturalis prærogativæ, cum tamen multiplicato genere humano singuli extra societatem civilem secure commodeque vivere non possent, sic satius sibi esse crediderunt homines, si in societatem civilem se conferrent, & etiam cum jactura naturalis libertatis communi Imperio se subjicerent, ac prædicta jura cum aliis juribus Majestaticis ad exercendum regimen necessariis in Imperantem transferrent; cum autem tranquillitas & securitas potissimus fuerit finis in civitatem coëuntium, hæc autem hoc ipso subverteretur, si cuivis civium facultas sibi ipsi jus dicendi, & privatam exercendi vindictam concederetur; cum per bella intestina cives se ipsos jugularent, sic collata fuit Imperanti suprema potestas judiciaria, ut ille solus per subordinata sibi judicia subjectorum causas cognosceret, secundum normam legum decideret, & si opus fuerit sententias executioni demandaret; ex hoc solo igitur jam fluit, quod secundum principia juris publ. Universalis in societate civili inter cives non possint habere locum violentiæ, & bella privata, consequenter nec Repressaliæ; sed enatæ inter cives controversiæ deferendæ sint ad Imperantis tribunal, & ab illo decisio & pro re nata executio sit exspectanda; imo speciem criminis læsæ Majestatis incurreret ille, qui in potestatem judiciariam Imperantis involaret, sibi ipsi jus dicendo ac via facti contra concives procedendo adhibitis Repressaliis vel violentiis privatis *b*).

a) BUEER in dissert. *de violenta defensione privata in statu civili.* Sect. I.

b) J. H. BOEHMER in *jure publ. Univers.* Lib. II. C. 7.

GRIBNER l. c. L. II. C. 3. §. 3.

GABR. WOLF l. c. P. II. Sect. II. C. 5.

§. IV.

In Imperio Romano-Germanico jus Repressaliarum intuitu exterorum non solum Imperator & Imperium, sed & singuli Imperii status ex observantia exercent.

Corpus politicum nostri Imperii Romano-Germanici constat ex Imperatore tanquam capite, in quod translata est Majestas seu complexus jurium Ma-

staticorum a), & ex statibus Imperii tanquam membris principalioribus: uodsi igitur principia juris publici universalis ad civitatem germanicam applimus, exinde fluit, quod solus Imperator gaudeat contra exteros jure belli ajestatico, consequenter & jure Repressaliarum, si aliquis ex civibus seu stabus Imperii fuerit læsus, quin singulus status propria authoritate jus Repressaiarum exercere possit b), unde & vi Capitulationis Cæsar. Art. VII. §. 6. Imerator adhuc hodie contra exteros utatur Repressaliis ob impeditum commerum c); verum sicut in aliis, sic & hic anomalum quid spectato jure publico niversali novioribus temporibus est introductum; quemadmodum enim statis Imperii jus fœderum cum exteris sub certis tamen restrictionibus concessum t d), sic & recentius jus belli contra exteros per observantiam sibi stabilive-

Oo oo 2 runt

a) Scimus equidem thesin hanc a multis Juris publici Doctoribus impugnari; nobis autem in legibus Imperii & Juris analogia magis fundata videtur sententia, quod in Imperatore solo resideat complexus jurium majestaticorum, licet quoad modum singula illa jura exercendi observanda ab illo sit norma in legibus Imperii præscripta; cujus autem pertractatio argumenti scopo nostro adversatur.

b) Atque ex hoc fundamento forsan potius, quam quod Repressalias indistincte tanquam injustas reprobarit, Camera Imperialis apud LAUTERBACH in diss. *De jure in Cur. Mercat. usitat.* §. 67. Repressalias ex jure Albinagii civibus Wormatiensibus, qui illud propria authoritate exercere volebant contra Gallos, quondam denegaverat: de cætero susceptas esse Repressalias non nisi authoritate Imperatoris contra Angliæ Reginam patet ex actis comitiorum de Annis 1582. & 1594; adeoque ex hisce principiis non ita inconcinne sentiebant JCti antiquiores, qui jus Repressaliarum contra exteros soli Imperatori vindicabant, veluti BARTOLUS *De Repressaliis* Quæst. III. n. 4. REINKING *de Regimine sæc. & Eccles.* Lib. I. Class. V. C. 6. SIXTINUS *De Regalibus* L. 1. c. 2. n. 12. EINSIEDEL *de Regalibus.* C. 2. Regal. IV. §. 46. & 50.

c) Quod etiam antiquitus Imperatores exercuerint Repressalias contra exteros, patet ex variis monumentis Historicis: litteras Friderici I. Imperat. ad Ludovicum Galliarum Regem, quibus sub comminatione Repressaliarum satisfactionem petiit, exhibet GOLDASTUS *Constit. Imperial.* Tom. I. pag. 282.

d) Instrument. Pacis Art. VIII. §. 2. Capitulat. Cæsar. Art. VI. §. 4. & 5. Limitationes autem & requisita sunt. 1. Ut sint fœdera pro conservatione & securitate. 2. Ut non sint contra Imperatorem & Imperium, pacem publicam & Westphalicam. 3. Salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori est obstrictus. 4. Ut præstandum vi fœderis auxilium non cedat in periculum vel damnum Imperii; adeoque fœdera, quæ non sunt pro conservatione, sed offensiva vi legum allegatarum non forent permissa statibus: verum constat status Imperii potentiores, fœdera quoque offensiva cum exteris recentius, Imperatore & Imperio haud contradicentibus, iniviſſe; adeoque plura indulget Imperii observantia, quam legum scriptarum rigor. conf. MASCOV in diss. *de jure fœderum in S. R. Imperio.*

runt *e*). si igitur jus belli illis competat contra exteros, multo magis uti poterunt

e) An statibus Imperii competat jus belli contra exteros, disputant inter se juris-publici interpretes: eatenus autem certa ab incertis sunt distinguenda, & quidem quod I. statibus Imperii pro sua & Imperii defensione contra exteros liceat uti armis. 2. quod statibus illis, si simul ditiones independentes vel regna possident, in qualitate principum independentium indistincte jus belli competat, eatenus vix aliquod supererit dubium, adeoque Crynomenon in eo saltem consistit: An status Imp. alias ditiones independentes extra Imperium haud possidentes gaudeant jure belli offensivi contra exteros: controversia litteraria circa hanc quaestionem enata est inter THOMASIUM & HENNIGESIUM, quorum ille affirmativam, hic vero negativam defendit. conf. *Observationes Halenses* Tom. IV. obs. 8. & Tom. VI. obs. 31. GEORG. LUDWIG BOEHMER in diss. *de Principe S. R. J. jus suum vi & armis tuente.* §. XI. putat, *vim contra exteros urgente demum necessitate adhiberi posse, in reliquis autem casibus Imperii Caesarisque consensum requiri, nisi auxilium ex foedere praestandum sit.* Si leges Imperii scriptas evolvamus, nullibi statibus Imp. conceditur contra exteros jus belli offensivi ex superioritate territoriali promanans, nec exinde quod in legibus Imperii statibus ad conservandam pacem publicam & ad defensionem Imperii & circulorum injungatur, ut in procinctu semper habeant certum militum numerum, ac se instruere teneantur tormentis bellicis & alia ad bellum necessaria suppellectile &c. infertur illis concessum esse Jus belli contra exteros propriis auspiciis gerendi, nam ob jus belli Majestaticum Imperatori & Imperio competens & circulorum conservationem sustentatio militis perpetui cum reliquis annexis per modum oneris illis fuit imposita: prout neque ex hoc capite, quod status Imperii copias pro subsidiis pecuniariis transmittant ad stipendia potentiarum exterarum, infertur jus belli; sed hujus facultatis fundamentum in eo consistit, quia gloriosum semper videbatur Germanis, militare sub signis exterorum, unde & Regibus exteris in Imperio plerumque permittitur conscribere milites: Si itaque statuum Imp. copiae praestent servitia militaria sub auspiciis regis extranei belligerantis, hac ratione status Imp. haud exercent jus belli, nec suo nomine bellum gerunt; nec etiam juris publici analogia eatenus suffragatur statibus Imperii, si enim secundum paulo ante allegatas leges non liceat cum exteris inire foedera offensiva, sic nec illis permissum est bellum contra exteros offensivum: unde & cum Annis 1665. & 1672. Elector Coloniensis & Episcopus Monasteriensis Christophorus Bernardus de Galen initis respective cum Galliarum rege foederibus offensivis contra Rempublicam Hollandicam susceperant bella, magno cum Zelo tum temporis Elector Brandenburg. Fridericus Wilhelmus substinuerat in comitiis, non permissum esse statibus Imp. propria authoritate suscipere bellum contra exteros, prout refert PUFFENDORF *De rebus Brandenburg.* Lib. X. §. 9. & L. XI. §. 39. Verum quidquid eatenus in umbra Musarum disputari posset, constat tamen inter omnes post tempora pacis Westphalicae status Imp. potentiores numerosiorem, quam leges Imp. praecipiunt, sustentare militem & de facto sibi vindicasse Jus belli offensivi contra exteros, adeoque nova eatenus cum consensu Imperatoris & Imperii tacito introducta est observantia.

runt jure Repressaliarum, id quod etiam per specialem observantiam fuit confirmatum *f*).

f) dum vi legum Imp. & Analogiæ juris publici statibus Imp. Jus fœderum & bellorum offensivorum contra exteros secundum exposita non competit, sic nec Repressalias propria authoritate contra exteros exercere de rigore Juris possent, sed si status Imp. læderetur ab Extraneo independente vel denegaretur Justitia, gravamen deferendum foret ad Imperatorem & Imperium, & Imperii nomine exercendæ forent Repressaliæ ob injuriam membro Imperii illatam: verum constat quam lenta sint auxilia, quæ læsus concivis ab Imperio expectat, dum inter status regnat invidia ac æmulatio, & unus sæpe gaudet de infortunio alterius; adeoque cum non facile cum effectu Imperium suscipiat partes læsi exercendo Repressalias, quæ plerumque sunt bellorum præludia, multo minus bellum in favorem singuli status Imp. ab extero læsi suscipiat, sic non est mirandum, quod status Imp. potentiores, sicuti jus armorum contra exteros tanquam plus, sic & jus Repressaliarum tanquam minus propria authoritate sine petito desuper Imperatoris & Imperi consensu sibi stabiliverint, & exinde novior enata sit observantia: sic ut aliqua saltem allegem exempla Christophorum Bernardum de Galen Episcopum Monasteriensem contra Ordines fœderati Belgii Repressalias exercuisse constat ex Tractatu Pacis Cliviæ die 18. Aprillis a 1666. initæ, ubi Art. XIII. promisit Episcopus, quod contra Ordines generales fœderati Belgii ejusque incorporatos & subjectos *arresta & Repressalias* imposterum non sit decreturus; pariter Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburg. ob non factam a Rege Hispaniæ debitorum ex fœdere subsidiorum solutionem anno 1680. usus fuit Repressaliis auferendo navim Hispanorum bellicam pretiosis mercibus onustam; prout refert PUFFENDORF *de rebus Brandenb.* L. *XVIII.* §. 10. & 11. quod novissime Elector Palatinus contra Ordines fœderati Belgii usus fuerit Repressaliis arrestando naves, res est omnibus notissima. de cætero ut contra extraneos in Imperio Repressaliæ rite decernii possint, sequentia ut concurrant requisita exigit TEXTOR *ad Recess. Imper. nov.* Disput. *VIII.* §. *XI.* ut 1. Justitia Causæ militet pro impetrante, quam quidem summaria via cognoscat is, penes quem concedendarum Repressaliarum jus est 2. ut publica accedat ejusdem authoritas, & quidem 3. sic ut debita imploratio justitiæ præcesserit, nulla vero 4. administratio ejus subsecuta, sed vel expresse exercitium Justitiæ denegatum vel protractum fuerit, nec alia extet justitiæ consequendæ ratio.

§. V.

Vi hodierni juris publici germanici autem statibus Imperii non est permissum, inter se exercere Repressalias.

Quod secundum principia juris Publici Universalis in quavis bene ordinata Republica debeant exulare non solum bella intestina inter cives, sed & Repressaliæ, omnesque controversiæ inter membra Reipublicæ enatæ unice decisioni Imperantis vi juris Majestatici seu supremæ potestatis judiciariæ in ipsum translatæ sint relinquendæ, deductum fuit supra, adeoque & in Germania, ex

 quo

quo tempore separatum constituit regnum, & suprema potestas judiciaria cum reliquis juribus Majestaticis spectavit ad Regem, debuissent quoque proscripta fuisse inter cives bella privata cum Repressaliis: verum constat inter omnes, Germaniam antiquitus quoad hocce caput a regulis bene ordinatæ Reipublicæ deviasse, & fuisse quasi in lubitu civium inter se controvertentium, an decisionem causæ judici voluerint submittere, an ad arma convolare, vel adhibendo Repressalias partem adversam ad satisfactionem adigere; ita ut in Germania cessarit tranquillitas, interna potissimus societatum civilium finis, & Germania continuis fere latrociniis fuerit deformata a civibus, qui in propria sæviebant viscera, ita ut nullus ratione facultatum suarum contra potentiam superiorem fuerit securus, sed continuum fere bellum omnium in omnes fuerit; inhibuerant quidem partim vel saltem restrinxerant Reges Germaniæ per edicta pacis publ non solum bella privata, sed & in specie Repressalias a); partim per specialia Privilegia contra Repressalias se muniverunt Germaniæ cives b); verum quam exiguus fuerit harum sanctionum effectus, fere usque ad finem seculi XV., ex Historia Imp. est notissimum c). Induit autem Germania demum a temporibus

a) Sic ab Imperatore FRIDERICO I. in celebratissima Authentica *Habita C. ne filius pro patre.* Repressaliæ contra scholares admissæ reprobantur inhibenturque. conf. JOH. FRID. HERTELII Diss. *De Jure studiosorum Vom Studenten Recht* Sect. II. §. 25. Rescriptum Imperatoris FRIDERICI II. *De non faciendis Repressaliis, sed allegando jure suo in Imperiali curia, si quod habetur, exhibet* GOLDAST *Constitut. Imperial.* Tom. II. Nro. 20. inter Rescripta FRIDERICI II. licet nec hæc regula fuerit sine exceptione: conf. ejusdem FRIDERICI II. Rescriptum: *De concedenda licentia mercatoribus faciendi Repressalias contra Rebelles* (Anconitanos) *qui eos disrobaverunt.* in PETRI DE VINEIS *Epistolis L. V.* Cap. 48. Tom. I. edit. Iselianæ p. 80. nec Pontifices sua ex parte defuerunt in restringenda bellorum privatorum & Repressaliarum licentia, prout patet ex Tit. Juris Canonici: *De Treuga & pace* & a GREGORIO X. Pontifice in Cap. unic. *De injuriis & damnis datis* in 6. Clerici a Repressaliis eximuntur.

b) Sic FRIDERICUS III. Imperator An. 1467. tale privilegium dedit Civitati Aquisgranensi, quod legitur in LÜNIGII *Archivio Imp.* Part. speciali Cont. *IV.* n. 9. p. 61. imo cum stabilita licet pace publica perpetua diffidationes & Repressaliæ inter Germaniæ cives quandoque renovarentur, Imperatores etiam more antiquo Privilegia contra Repressalias concessisse legimus: sic scribit VON DREYHAUPT *in der Beschreibung des Saal-Creises.* Tom. I. p. 303. *a* 1569. *den* 6. *August erhielt die Stadt Magdeburg von dem Kaiser* Maximilian *ein* Privilegium *wider* arrest *und* Repressalien. pariter privilegio contra Repressalias civitatem Francofurtensem munivit Leopold. I. an. 1682. & 1683. quod legi potest *in dem Privilegienbuch der Stadt Franckfurt* p. 492. & in LERSNERI *Chronico Francofurtensi* P. 2. p. 63.

c) Quod tempore diffidationum in Germania quælibet Civitas etiam Municipalis Repres-

ribus Maximiliani I. per ſtabilitam pacem publicam perpetuam formam ſocietatis civilis, vi cujus Imperatori ſuprema ſua poteſtas judiciaria ſecundum principia juris publici univerſalis fuit ſtabilita, ac ſeveriſſime inhibitis bellis privatis ac ſingulis facti viis injunctum fuit omnibus, ut jure ſolummodo experirentur, ac controverſiarum deciſiones a judice exſpectarent *d*). Quod igitur a temporibus

Repreſſalias exercere conſueverit, ex monumentis antiquis oſtendit LEHMANN *in Chronico Spirenſi* qui *L. V.* 98. ex STERONIS *Annalibus* ad a. 1277. refert: *In partibus Alemanniæ conſuetudinem inolevisse, de pignorationibus, in quibus aliis pro alio ſive innocens pro nocente prægravatur* - & adducto eatenus Articulo ex *Statuto civitatis ſpirenſis* a 1263. condito ſubjungit: *dieſer Punct giebt Nachrichtung von dem allgemeinen Brauch am Rheinſtrohm, wann einer in Stædten und Flecken an andern Orten mishandelt, gefrevelt, oder ſonſt ſchuldhaft worden, und man deſſen nicht mächtig werden können, und ein ander an denſelben Orth kommen, daß man ſich an demſelben erhole, und der Unſchuldige büſſen und abſtatten müſſe, was ein anderer verſchuldet.* Quod idem fuerit Repreſſaliarum uſus in Italia, ſicut in Germania, teſtatur coævus JAC. MALVEZZI *in Chronica Brixin.* in MURATORII *Rer. Ital.* Tom. XIII. qui *Diſſ. VIII.* Cap. 115. ſcribit. *per hæc tempora* (1289.) *Repreſſaliæ in ſingulis Civitatibus Lombardorum conceſſæ fuerunt; quod factum adeo contra Rempublicam invaluit, ut non duntaxat Mercimonia per nulla loca diſcurrerent, ſed neque ad alienas Civitates ullus iter arriperet; denique harum Repreſſaliarum abhorrendus uſus non ſolum Lombardiam, ſed & totam Italiam, alias quoque nonnullas provincias diſcordiis ac malis pluribus conturbavit.* Qua ratione autem Itali Repreſſalias exercuerint, erudite ex Chartis antiquis deduxit MURATORIUS *in Antiquitat. Italicis* Tom. *III.* diſſ. 55. *De Repreſſaliis.*

d) JOH. BALTH. WERNHER in diſſ. *De jure repreſſaliarum inter Principes Imp.* §. *IX.* ſeq. & in ſuis *obſ. forens.* Part. *III. obſ. CXV.* p. 376, vindicare quidem nititur ſtatibus Imp. inter ſe jus Repreſſaliarum ex ſuperioritate territoriali, & his utitur argumentis: *ſuperioritas territorialis, qua Principes Imp. citra controverſiam gaudent, majeſtatis inſtar ſe habet: complectitur itaque omnes Majeſtatis partes, niſi quatenus aperte conſtet, per leges Imp. fundamentales illas eſſe limitatas: Repreſſaliarum jus ſine dubio ad Majeſtatis partes pertinet; conſequitur itaque, illud denegari non poſſe principibus Imp. cum nulla adſit conventio, qua jus illud dimiſerint, nullaque lex fundamentalis, quæ id excludat oſtendi poſſit:* diffiteri equidem non poteſt WERNHERUS l. c. Repreſſaliis inter concives & ſubditos ejusdem Reipublicæ locum non eſſe; *ſed ab eorum conditione principum dignitatem ac poteſtatem longiſſime diſtare ait; utroſque eodem metiri velle modulo hominis eſſe in ſumma rerum Germanicarum & ſtatus Reipublicæ noſtræ ignorantia verſantis:* & §. X. ſumma quidem Imp. tribunalia in promptu eſſe fatetur, ubi quivis jure experiri poſſit, conſequenter cum ordinaria adſint juris remedia, extraordinaria ceſſare debere, at Theſi huic opponit, *quod regula hæc: remedium extraordinarium tamdiu non competere, quamdiu adſit ordinarium, juris civilis ſit, non naturalis & gentium; quod ſpectata ſimplicitate Juris naturalis, ſi duo concurrant remedia, neglecto ordinario illud eligi poſſit, quod extra ordinem competit prout unum altero favorabili-*

ribus stabilitæ Pacis publicæ inter status Imperii prohibitæ quoque sint Repressaliæ, eo certius est, cum Imo per Pacem publicam omnes viæ facti fuerint inhibitæ, omnibusque civibus injunctum, ut jure experirentur; jam autem Repressaliæ indubie spectant ad vias facti, nec jure experitur ille, qui Repressa-
lia

rabilius & magis conveniens videatur: pergit porro, *status Imp. per hoc, quod in introductionem remedii ordinarii & constitutionem supremorum Tribunalium consenserint nec expresse nec tacite renunciasse reliquis remediis, quæ jure proprio & vi Majestatis & superioritatis territorialis antea tenebant.* Vestigia Wernheri sequitur Lud. Mart. Kahle in Comment. *De justis Repressaliarum limitibus* §. 22. seq. & scribit p. 30. *Attamen Electoribus, Principibus ac statibus Imp. & consuetudo & consensus statuum, beneque multæ rationes, speciatim vero eorum superioritas territorialis jus assignant suscipiendi Repressalias, quemadmodum certo modo jure belli, fœderum aliisque utuntur, ut non olim gestæ sunt in Germania Repressaliæ.* verum non magni momenti sunt hæc argumenta: nulli quidem dubio subest status gaudere superioritate territoriali, falsum autem est quod adinstar Majestatis se habeat, & complectatur omnes Majestatis partes superioritas territorialis; est enim hæc complexus jurium ad exercendum regimen in territorio necessariorum Majestati Imperatoris & legibus Imp. subordinatus: nec procedit adæquatum argumentum a juribus Majestat. Imperatoris ad Regalia statuum; latius enim patet Majestas Imperatoris, quam superioritas statuum I: consequenter falsa est sequela, quod, cum jus Repressaliarum spectet ad Majestatis partes, etiam competat statibus Imp.; subsistere enim potest superioritas territorialis, quin competat jus Repressaliarum inter status, nec superioritas territorialis in constatus exerceri potest 2). negatur quod nulla sit conventio, qua jus Repressaliarum dimiserint status, nullaque lex fundamentalis illud excludat; hoc ipso enim, quod status I. se profiteantur unius reipublicæ membra sub Imperatore tanquam capite, ex conventione tacita renunciarunt omnibus viis facti & Repressaliis. 3). in omnibus Recessibus Imp. legitur clausula subjuncta, quod status ex pacto se obstringant ad servandam legem; promiserunt illi servare Paces Publ., Religiosam & Westphalicam, Recessum Imp. noviss. &c. in quibus legibus omnis via facti consequenter & Repressaliarum est inhibita. 4). licet principes Imp. ob eminentiam comparari nequeant cum civibus & subditis inferioris ordinis, hominis tamen foret in summa rerum germanicarum & status Reipublicæ nostræ ignoratione versantis, qui negare vellet, status Imp. esse inter se concives communi Societatis vinculo constrictos, judicari illos inter se jure privatorum & supremis Tribunalibus esse subjectos, nec illos in propria causa contra Concives esse judices. 5). negatur competere Repressalias Statibus I. inter se tanquam remedium extraordinarium; nihil enim sciunt leges de hoc Privilegio, sed potius illæ omnem viam facti severissime prohibent. 6). hoc ipso, quod status I. violentiarum privatarum pertæsi in constitutionem Pacis publ. & Tribunalium Imp. consenserint, voluerintque, ut omnis via facti sub pœna banni inhiberetur, & ut omnes accederent judicem, renunciarunt Repressaliis, quæ ante illa tempora necessitas tanquam remedium extraordinarium ob non bene constituta judicia introduxerat. 7). denique negatur sta-
tus

as contra concivem exercet *e*). Idem quoque 2do in subsequentibus legibus nperii expressis verbis stabilitur, veluti in Recessu Imp. de a. 1570. §. 84. in ırmalibus: *Wann auch die arresta, wie die Repressalien generaliter in Rechten erbotten f*). In Instrumento Pac. Osnabrug. Art. XVII. §. 7., *ut nulli omnino statuum*

tus contra invicem gaudere jure belli ac fœderum offensivorum; nec a temporibus ante Pacem publicam, ubi permissæ erant Repressaliæ, ad subsequentia post pacem publicam, qua fuerunt inhibitæ, procedit argumentum.

e) Ad hoc argumentum ex Pace publica desumtum respondent quidem WERNHER in allegat. diss. §. 16. & KAHL l. c. §. 24. *quod licet per Pacem publicam diffidationes interdictæ sint, non tamen hoc ipso Principibus Imp. jus Repressaliarum sit ademtum; a prohibitione diffidationum enim ad Repressalias non procedere argumentum; nec Principibus Imp. vitio verti posse, si brevissimam Repressaliarum viam eligant.* Verum irrelevans est hæc cavillatio, cum enim Repressaliæ sint remedium violentum, ac ablationem rerum invito factam involvant, sic ex identitate rationis utique procedit argumentum a diffidationibus ad Repressalias, cum mens pacis fuerit, ut omnes violentiæ inter cives Imp. cessarent, omnesque enatis controversiis via juris experirentur; promiserunt etiam status I. non solum pacem publicam, sed & viam juris omni tempore sanctissime servare. Conf. *Handhabung Friedens und Rechtens* in SECKENBERGII Corp. Recess. P. II. p. 11. seq. si brevissima hæc sibi ipsi jus dicendi via relinquenda fuisset statibus non obstante pace publica, frustra tanto opere fuisset opus in paranda longiori juris via, & describendo vario in via juris procedendi modo: unde & WOLFG. TEXTOR in *Comment. ad Recess. Imp. Nov.* disp. VIII. §. 9. scribit: *recte autem monent Doctores, Repressalias sapere speciem quandam belli, . . . unde sequitur, quod Repressaliæ inter cives Reipublicæ regulariter sint prohibitæ, qui scilicet jus non habent, ut sibi invicem bellum indicant, maxime in Imperio Germanico, ubi civiles diffidationes Pace publica jam olim sunt a Maximiliano I. Imp. sublatæ, indeque Repressalias ab Imperatoribus in Imperio concedi haud consuevisse testis est* GAILIUS Tractat. *de Pignorat.* obs. II. n. 3.

f) ad hujus Recessus Imp. verba respondet WERNHER in cit. diss. §. 15. *illa tantum relativa esse, non autem novam complecti prohibitionem, cum igitur nec alibi in legibus Imp. hujusmodi prohibitio deprehendatur, liquere illa ad jus commune privatum referri, adeoque de Repressaliis illicitis & citra superioris authoritatem susceptis explicandas esse.* Eadem aliis verbis repetit KAHL in cit. diss. §. 25. addendo, confirmari hanc distinctionem per Recess. Imp. de a. 1594. §. 81. Verum cavillatoria pariter hæc est responsio; lex enim allegata proprie non est relativa; sed supponit, cuivis ex primis Juris principiis notum esse, quod sicut Arresta, sic & Repressaliæ generaliter omni jure inter concives ejusdem Reipublicæ, ubi datur facultas communem accedendi Judicem, sint prohibitæ. 2) falsum est nec alibi in legibus Imp. prohiberi Repressalias; licet enim non prohibeantur expresse, prohibentur tamen tacite iis in legibus, ubi via facti statibus inhibetur, veluti in Pace publica, Religiosa &c. 3) in jure communi privato nulla occurrit notio, multo minus distinctio inter Repressa-

statuum liceat jus suum vi vel armis persequi, sed siquid controversiæ sive jam exortum sit, sive posthac inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis g). & denique in Capitulatione Noviss. Art. XVI. §. 5.; ubi promittit Imperator, *die Versehung zu thun, damit in rechtshängigen Sachen, und unter währender litispendenz kein Stand den anderen mit Repressalien, arresten und anderen wider die Reichs-Satz- und Ordnungen auch wider den allgemeinen Friedens-Schluß laufende Thätlichkeiten beschwere h).* 3tio si Repressaliæ inter status forent permissæ, semper potentior debiliorem suæ jurisdictioni per indirectum subjiceret; semper enim exerceretur species jurisdictionis in casu, si status potentior, loco quod alterum coram judice superiore conveniat, eundem via Repressaliarum executive compellat, ut prætensum cum damnis & expensis præstetur. Deficiunt etiam 4to primaria Repressaliarum requisita respectu statuum I. inter se, veluti quod justitia denegata sit læso, quod communis judex respectu

pressalias licitas & illicitas, si autem illicitæ supponantur illæ Repressaliæ, quæ citra superioris authoritatem suscipiuntur, illicitæ hoc ipso sunt Repressaliæ, quæ inter status Imp. exercentur, cum illæ fiant sine Imperatoris tanquam superioris authoritate: magis accommode hanc in rem scribit Glaffey *in dem Recht der Vernunft* L. VI. *vom Völkerrecht* C. I. §. 22. ad quæstionem: *ob die deutsche Stände gegeneinander* Repressalien *üben können;* & respondet negative addendo rationes: *denn obwolen denen Ständen die völlige Landesfürstl. Oberbothmäßigkeit sammt dem* jure belli & pacis *zustehet; so leidet doch dieselbe durch die Reichsgesetze, welche die Stände selbst* per conventionem *errichtet, ihre* restriction, *und mus denenselben gemäs ausgeübet werden; da nun aber in dem Reichsabschied* de 1570. *klar und deutlich versehen, daß die Stände keine* repressalien *gegen einander brauchen, sondern ihre Beschwerden an die Reichsgerichte, so mit ihrer Bewilligung zu diesem Ende angeleget, zur Erörterung bringen sollen; so ist kein Zweifel, daß die Stände diesen nachzugehen, und der* Repressalien *als gefährlicher und zur Störung der innerlichen Ruhe gar leicht Anlaß gebenden Mittel sich zu enthalten haben.*

g) Dispositionem hanc pacis Westphalicæ excludere quoque Repressalias inter status I., nemo sanæ mentis dubitabit; conf. *Repertorium Juris publici & feudalis*, quod cum præfatione Buderi prodiit, voce *Repressalien* §. 2. ibi: *die* Repressalien *zu gebrauchen, sind den Ständen ordentlicher Weise nicht erlaubt; Es heisset vielmehr* in Instrumento Pacis Westphal. Art. XVII. §. 7. *nulli omnino liceat &c.*

h) Respondet Kahl l. c. §. 28. *in Capitulatione saltem repudiari istud Repressaliarum genus, quod lite pendente coram summis Imp. Tribunalibus suscipitur, & in aliis legibus damnatur; itaque ex speciali ista prohibitione universalem non fluere consequentiam, nec effici inde, omnes justitiam polluere Repressalias.* Verum licet cit. loco in casu litispendentiæ Repressaliæ inhibeantur, ratio tamen est universalis, ita ut etiam necdum lite pendente in supremis Tribunalibus liceat uti Repressaliis, cum omnis via facti indistincte statibus I. sit inhibita. *Capitul. Cæsar.* Art. XXI. §. 6. 7. & 8.

ſpectu lædentis & læſi non adſit; ſtatus enim ſubſunt Imperatoris jurisdictioni, conſequenter ſi injuria illata fuerit concivi, ſatisfactio & læſionis reparatio a ſupremo judice efflagitanda; neque etiam inter ſtatus facile dabilis eſt caſus denegatæ juſtitiæ, cum non multum ſuper reparatione læſionis ſalutetur lædens, ſed hic mox coram judice competente conveniatur, & ab hoc dijudicetur; ſi autem quis ſententiis ſupremorum tribunalium gravatum ſe putet, competant remedia contra ſententias in legibus conceſſa, quin ad Viam facti vel Repreſſalias ſtatibus I. ex juris analogia convolare liceat; ſtatus enim civilis, in quo judiciorum habetur copia, Repreſſalias judiciorum authoritati e diametro contrarias non admittit *i*). neque obſtat 5to, quod ſtatus I. ſæpius inter ſe Repreſſalias exercuerint, adeoque contraria exinde enata ſit obſervantia; illa enim, quæ de facto contra leges a ſtatibus I. fiunt aliis contradicentibus, obſervantiam inducere haud poſſunt, unde nec deſunt ſuprema Imp. Tribunalia, ut contra illos, qui utuntur Repreſſaliis, Mandata de non via facti, ſed juris procedendo S. C., & de reſtituendo ob inique adhibitas Repreſſalias ablata decernant; & hæc etiam eſt 6to unanimis celeberrimorum JCtorum tam veterum, quam recentiorum ſententia, & eam tuentur MYNSINGER Obſ. I. cent. 6. & conſ. 66. GAIL. *De Pignor.* obſ. II. n. 2. COLERUS *in Proceſſ. Execut.* P. I. C. 2. §. 303. MEVIUS P. VIII. dec. 412. DATT *de pace publica* L. 1. c. 16. DE LUDOLF *in jure Camerali.* S. I. §. 10. n. 52. RODING *in Pand. Cameral.* Lib. I. Tit. XI. §. 3. L. B. DE CRAMER *in Obſ. jur. univ.* Tom. I. obſ. 124. WAGENSEIL in diſſert. *de Repreſſaliis.* & STRYCK in diſſert. *de via facti Principibus Imp. permiſſa.* Cap. I. §. 27. Imo etiam illi ſcriptores Proteſtantium, qui in cauſis religionis Repreſſalias inter ſtatus I. permiſſas eſſe credunt, in Theſi tamen concedunt Repreſſalias inter ſtatus Imp. eſſe illicitas. conf. FABRI *Staatskanzley.* Tom. 37. p. 580. G. L. BOEHMER in diſſ. *De Principe S. R. I. jus ſuum vi atque armis tuente.* §. 4. 9. J. G. ESTOR *in den Anfangsgründen des gemeinen und Reichs Proceſſes.* Tit 244 §. 2036. LEYSER *in Medit. ad Pandect.* Spec. 30. M. 5. LOCHNER *in ſelectis Juris univerſi.* Erſten Stück, N. 10. *von der Selbſthülfe, und denen Repreſſalien bey Nachſteüer-Fällen.* §. 3. p. 136. &c. *k*).

Pp pp 2 §. VI.

i) Conf. celeb. SÜNDERMAHLER in diſſ. prima *De poteſtate jus ſuum vi & armis perſequendi in Imperio non permiſſa* §. 16. p. 50.

k) cum autem in genere Repreſſaliæ inter ſtatus Imp. prohibitæ ſint, ſic nec dici poteſt, per modum exceptionis & privilegii Repreſſalias tempore nundinarum ſolennium inter illos prohibitas eſſe, unde recte ſcribit AUTHOR *der ausführlichen Abhandlung von den berühmten zwoen Reichsmeſſen, ſo in der Reichsſtadt Frankfurt am Mayn jährlich gehalten werden* p. 255. *von dem weiter als einer beſondern Meſſfreyheit angegebenen Verbott, daſs in ſolchen Meſſzeiten an den Kaufleuten und ihren Waaren die ſogenannte* Repreſſalien *nicht ausge-*

§. VI.

Possunt tamen status Imp. contra se invicem uti jure Retorsionis.

Cum autem Retorsionis jus a Repressaliis vi supra §. 1. adductorum maxime differat, & quidem 1mo haud supponat controversiam authoritate judicis vel per arma decidendam, sed pro objecto habeat aliquid, quod jure perfecto prætendi haud potest ab extraneis, ex cujus denegatione tamen aliquod nobis lucrum cessat; nec 2do. mediante retorsione committantur violentiæ, vel viæ facti inter cives ejusdem civitatis prohibitæ; nec non 3tio. Retorsio, de qua hic est quæstio, in potestate legislativa fundetur, dum scilicet legislator eandem statuit legem contra subditos alterius Reipublicæ, quam hæc contra ipsius subditos statuerat; ac denique 4to. cum æquitati plane sit conformis Retorsio, nec ullum in jure fundatum gravamen exinde oriatur illi, contra quem Retorsio exercetur, sed æqualitatem reciprocam solummodo intentet; non enim plus a nobis prætendere possunt alii extranei, quam ipsi nobis largiuntur a), Status autem Impe-

ausgeübet werden sollen, ist auch in obgedachter vierten Fortsetzung der Anmerkung f. 469. einiges angeführet, wie diess von einigen nur auf die Messorten eingeschränket werden wolle. GLOCK dict. disp. *De Nund.* n. 142. seq. FRITSCH *De Regali Nund. jure* C. 7. n. 85. seq. WENCKER in dict. disp. §. 8. not. h. p. 11. *da aber selbige sonst überhaupt für unrecht, und wider die natürliche Billigkeit angesehen werden, auch im ganzen Reiche als eine hochschädliche Sache, in den Reichsgesetzen ordentlicher Weise scharf verbotten sind, so kan das vorhin angeführte eben nicht als eine besondere Messfreyheit angesehen und auf diese Zeiten allein eingeschränket werden.*

a) Ex hisce solis jam patet, quod, cum ex rei natura Retorsio non possit habere locum contra proprios subditos, sic nec Religionis intuitu detur legitima Retorsio; sed potius sit Repressaliarum species, si e. g. a Domino territoriali Protestant. contra subditos Catholicos cum denegatione Jurium, quæ ipsis vi pacis Westphal. competunt, eadem statuantur, quæ forsan vel juste vel inique alius dominus territorialis Catholicus contra suos subditos Protestantes statuerat: hic enim non retorquetur Jus contra subditos lædentis, sed potius innocentes ob culpam alienam affliguntur; vel enim Dominus territorialis Catholicus suis subditis Protestantibus aliquid denegat, quod ipsis vi pacis Westphalicæ competit, vel denegatum de Jure non competit; in primo casu injuste agit, & hanc ob causam subest Imperatoris Judicio, consequenter si subditis Catholicis aliorum Dominorum territorialium Protestant. similis infeatur injustitia, hæc non est legitima Juris Retorsio, sed species injustæ violentiæ: in secundo casu multo minus locum habet Retorsio, non enim auferri possunt Catholicis subditis a suo Domino territ. protest. ea jura, quæ illis vi pacis W. competunt, licet aliis subditis protest. in territorio Domini territ. Cath. pro re nata vi pacis non competant; variant enim pro varietate circumstantiarum, possessionis status anni normalis &c. jura subditorum diversæ religio-

mperii qua Domini territoriales gaudeant potestate legislativa respectu subdi-
orum, adeoque juste per legem denegant aliorum Dominorum territorialium
ıbditis ea commoda, quæ horum Domini extraneis subditis denegant, sic se-
uitur, quod status Imp. contra se invicem jus Retorsionis exercere possint *b*),
: quidem eo securius, cum partim nulla Imp lex hoc inhibeat, partim per
bservantiam longinquam jus Retorsionis inter status Imp fuerit stabilitum *c*);
am autem status Imperii jus Retorsionis inter se exercere possint; multo ma-

religionis in diversis territoriis, adeoque sine fundamento distinguit Cel. STRUBEN *in den Nebenstunden* Part. IV. 27. *Abhandl.* p. 348. inter Retorsiones & Repressalias, quæ ob gravamina religionis exercentur; & allegata ab ipso Retorsionum exempla potius de se sunt species Repressaliarum, quam legitimæ Juris Retorsiones.

b) Distinguenda igitur est Retorsio juris Roman. in Tit. Digest. *quod quisque juris* &c. fundata, ab illa, de qua hic est quæstio: conf. *Consilia Tubingensia* Tom. VII. Conf. 31. n. 7. seq. Quod enim jus Retorsionis statibus Imp. competens non ex jure Romano, sed ex potestate legislativa statuum deducendum sit, exposuit WEINLAND *in Otio Academico Hyem. de Retorsione juris* p. 352. ex hoc simul fluit, quod ab Officiali sine mandato Domini territorialis tanquam legislatoris jus Retorsionis exerceri haud possit: conf. HERTIUS in diss. *De Collisione legum.* sect. IV. §. 9. & AUGUST. DE BALTHASAR in diss. *de Jure Peregrinorum singulari* C. II. §. 9.

c) Sic DREYHAUPT *in der Beschreibung des Saal-Creises* Tom. I. p. 323. memorat de Joachimo Friderico Administratore Magdeburgensi ad an. 1588. *so gab Er darauf an den Rath zu Halle den Befehl, sich des* juris retorsionis & retentionis *wegen den in Sachsen nicht abgefolgten Erbschaften, Gerade und Heergewettes zu gebrauchen, und verordnete, daß der Schöppenstuhl in Urtheilsprechen darauf erkennen sollte.* conf. STRUV *De vindicta privata*, C. II. quoties autem lex provincialis Civibus alia, alia peregrinis tribuit jura, toties datur locus retorsioni. ENGAU *in elem. jur. germ. civ.* in diss. proëm. §. VI. IOH. PET. VON LUDEWIG *gelehrte Anzeige* Tom. I. 19. *Stuck* pag. 72. *Mißbrauch des* Retorsions-*Rechts.* BARDILI in diss. *De Retors. jurium;* WILDVOGEL in diss. *De Jure Retorsionis inter status Imp.*, WITTENBERG *De Retorsione juris.*, cit. WEINLAND De *Retorsione jurium in Otiis Acad. hyemalibus* p. 352. AUTHOR. *der ausführlichen Abhandl. von den berühmten zwoen Reichsmeßen &c.* p. 664. seq. add. *Anmerkungen über die* Reformation *der Stadt Franckf.* T. I. p. 109. *erste Fortsetz.* p. 641. *vierte Fortsetz* p. 91. & 1089. *Sammlung merkwürdiger Rechtshändel.* Tom. I. p. 221. Quinam autem potissimi sint casus, in quibus jura retorqueri soleant in Germania inter status Imp., eos recenset ESTOR *in den Anfangsgründen des gemeinen und Reichs-Processes.* Tit. 243. §. 2032. a., RECHENBERG *in Vindiciis Jurium Reipubl. & fisci in doctrina Retorsionum* §. 24. STRYCK in diss. *De Retorsione juris* Cap. III. seq. & denique GEORG. FRID. HARPPRECHT *Cons. Tubing.* T. VII. Conf. 32. N. 15. seq.

gis eo poterunt uti respectu exterorum, contra quos secundum deducta illis ipsum adeo jus belli & Repressaliarum competit *d*).

§. VII.

Quod in causis Religionis statibus Imp. permissum sit, uti repressaliis prætendunt Protestantes.

A stabilita supra regula, quod in thesi non permissæ sint inter status Imp. Repressaliæ, Jureconsulti Protestantes varias stabiliunt exceptiones; & quidem G. L. BOEHMER in alleg. diss. *De Principe S. R. Imp. jus suum vi & armis tuente* §. 19. de Repressaliis hoc ponit fundamentum: *quod in iis casibus, ubi licet statibus contra se invicem uti armis, in iis etiam sint permissæ Repressaliæ; cum casibus hisce applicari possint omnes cogendi modi juris nostri tuendi vel obtinendi causa adhibendi, consequenter & Repressaliæ; imo hæ facilius permittendæ sint ac bella, quæ ut plurimum incendium excitant, toti Imperio vel saltem vicinis admodum noxium, & damna difficulter reparanda; requiri autem, ut liquidum sit jus hoc remedio utentis, & res nullam moram ferat.* Quod in iis casibus, in quibus permissum est vi legum Imp. statibus contra se invicem uti armis ad tuendum jus suum, etiam permissum sit læso NB. contra lædentem (non autem contra illos, qui lædentis non sunt subditi) uti Repressaliis, non facile quisquam in dubium vocabit; dum enim plus est concessum ad obtinendum finem, multo magis concessum est minus: totum igitur dependet a determinatione Quæstionis præjudicialis, in quibus casibus via facti & armorum vi legum Imp. statibus sit permissa: quinque ejusmodi casus allegat cit. BOEHMERUS l. c. §. 12. seq. *a*); quem sequitur L. M.

d) Famosum eatenus exemplum nobis suppeditat Jus albinagii (le droit d'Aubaine) in Gallia ratione peregrinorum stabilitum, quod hactenus in variis Imperii territoriis contra Gallos jure Retorsionis fuit introductum, veluti in terris Elector. Hannover. ubi illud, quod inde redit, ærario invalidorum militum est assignatum: extat Electoris GEORGII LUDOV. Edictum *wegen den* Fonds, *welche denen* Hospital- *und* Invaliden- *Cassen zufliessen.* dd. 13. Decemb. 1700. *in Corp. Constit. Calenberg.* Tom. III. p. 188. conf ALBANI DITHMAR diss. *De Jure Albinagii.* FRANCKENSTEINII diss. *De Usu Albinagii in Germania.* FRID. ULR. PESTEL diss. *de Usu practico Juris Albinagii.* SCHILTER. *De Jure Peregrinorum.* §. 22. Quod Retorsionis jure Gabella (*der* Licent) a mercibus transvectis solvenda originetenus contra rempublicam Holland. ab Electore Coloniensi & a Ducibus Cliviæ & Montium introducta fuerit, exponitur in Deductione Colon. 1770. edita sub Tit. *vollständiger Gegenbeweis, dass der zu Kaiserswerth erhobene Churcöllnische* Licent *kein Zubehör des Kaiserswerther Zolles sey &c.* Sect. II. §. 24. seq. cui autem contradicitur in Deductione Palatina eodem anno opposita sub Tit. *der Licentherr zu Kaiserswerth* Part. I. §. 8. & 9.

a) Casus illi sunt, *quod* 1) *inter status Imp. vis adhiberi possit contra eos, qui nec aut*

.. M. KAHL in cit. comment. *De justis Repressaliarum limitibus tum a gentibus, ... m a statibus S. R. I. observandis:* omnes illos casus, & an fundatum in iis sit ... s armorum & Repressa iarum inter status Imp. examinare non est hujus loci; ... e cætero inter alias exceptiones tam BOEHMERUS quam alii Protestantes de... ndunt, quod in omni de Religione rebusque per pacem Westphalicam definitis

aut res nostras vi aut armata manu invadunt. 2) *quod in læsione contra pacis Westphalicæ tabulas facta liceat vim adhibere tum ad propriam, tum ad aliorum defensionem.* 3) *adversus ea, quæ quoad Vectigalia contra Capitulat. Noviss. Art. VIII. fiunt.* 4) *cum metuimus, ne antequam nobis authoritas judicis subvenire possit, aut nobis aut rebus nostris irreparabile damnum inferatur.* 5) *cum denegatur justitia, aut quod judicatum est, executioni non traditur.* Eadem fere repetit KAHL in comment. cit. *De justis Repressaliarum limitibus.* §. 23. scribens: *Quamvis enim summa Imp. tribunalia regulariter dirimant causas statuum, & præsto sint læsis, nec non Mandata S. C. dent plerumque contra status, qui Repressalias laxant; inde tamen non fluit remediorum Juris extraordinariorum, quibus Repressalias merito adnumeramus, status Imp. non esse compotes: fingamus enim adversarium potentem non parere judicio Cæsareo, vel executionem alias ob causas non institui posse, vel damnum irreparabile oriri, nisi adhibeantur Repressaliæ, vel a tribunalibus Imp. denegatam esse justitiam, nemo erit tam injustus æstimator, ut iniquum pronunciet Principem, vel statum Imp. hanc ob rationem laxantem Repressalias contra alium statum, qui illata damna reparare noluit; sane Imperii nulla constitutio refragatur ei, nec naturæ se tuendi jura infringit idem status; adprobo id eo magis fieri oportere, quum adeo subjecti infimæ sortis sine principis consensione ire ad arma interdum possint: nescio igitur, quomodo ex manibus Principum Imp. extrajudicialis potestas omnis deberet extorqueri.* conf. L. 15. §. 4. *ad leg. aquil.* L. 1. §. 27. ff. *de vi & vi armata.* arg. L. 5. C. *in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.* & §. 28. *quemadmodum in causis fractæ pacis publicæ Repressalias statuum firmiter majores nostri stabilitas esse voluerunt. . . id ipsum etiam jus Repressaliarum speciatim datum est in causis teloniorum, religionis &c. hanc igitur defensionem statuum nemo sine temeritate respuet, & pro nihilo putabit, si in similibus causis jus suum principes nostri vindicant vel tuentur Repressaliis e. g. in Negotiis, quæ si in forum deferuntur, judicio opprimuntur, quamvis justa sint; quis damnabit hac in re Imp. statuum jus consuetudine roboratum diuturna.* verum omnes hæ doctrinæ in suis sequelis admodum periculosæ a cordatioribus JCtis rejiciuntur, nec præter ea, quæ ratione teloniorum in Capitulat. Cæsar. Art. VIII. §. 16. disposita sunt, ullus locus exhiberi potest ex legibus Imp., ubi jus Repressaliorum in casibus, ubi est facultas adeundi judicem, expresse permittitur statibus Imp; dum econtra plures dantur leges Repressalias in dicto supposito generaliter inhibentes; nec ac tuendas has theses, vel temporibus turbulentis, vel ex præpotentia hinc inde in Germania gesta normam constituunt, sed potius in sana ratione & juribus fundata est regula, *quod sicut Repressaliæ regulariter & in genere in Imperio nostro inter status prohibitæ sunt, ita is, qui in casibus individualibus eas sibi licere contendit, licentiam hanc tanquam exceptionem a regula stricte probare teneatur: cum alias stetur regulæ prohibitivæ.* GAIL. *De Pignorat.* Obs. 2. n. 2. & *De arrestis* C. 9. n. 13.

tis enata lite ficut arma, fic & Repreffaliæ inter ftatus Imp. fint permiffæ: prætenfa hæc exceptio potiffimum jam antea ftabilita fuerat in litteris a Boruſſorum Rege ad Imperatorem Carolum VI. datis die 9. Januar 1720. in *Lünigii Archiv. Imp. Part. General.* Cont. II p. 1420. feq. & in remonftratione a legatis ftatuum Proteftantium in comitiis ad eundem Imperatorem exarata in FABRI *Staatskanzley* P. XXXVII. p. 573. feq. ac in Libello ab Anonymo edito 1720., cui titulus, *Modus procedendi in caufis reftitutionum ex inftrumento pac. Weftphal.* apud FABRUM l. c. P. XXXIX. p. 467. *b*). add. *gemeinfame Relation der Proteftantifchen Gefandtfchaften an ihre Stände* dd. 15. Martii 1732. occafione *des Salzburgifchen Emigrations-Wefens* in MOSERI *Reichs Fama* P. XI. C. 3. §. 11. & FABRI *Staatskanzley* P. LX. n. 21. c. 2. & fic dictum Pro memoria Corporis Evangelicorum ad Miniftros Proteftantes Viennæ degentes dd. 27. Junii 1739. apud FABRUM l. c. P. LXXVI. C. IV. n. 2. & hos excipiunt reliqui Proteftantes veluti ESTOR *in den Anfangsgründen des gemeinen und Reichs-Proceffes* Tit. 244. §. 2048. b. *c*) LEYSER *in Medit. ad Pandect.* fpec. 30. med. 5. *d*). STRU-

b) Hoc fcriptum, in quo multum roboris ponunt Proteftantes, hactenus fæpius fuit recufum, veluti in MOSERI *Staatsrecht* Tom. I. L. 19. §. 94. feq. p. 479. feq. in HOFFMANNI *gründlichen Vorftellung der Religions-Befchwerden* p. 367. feq. in KOENIGII difquifit. *De modo & jure interced. Corp. Evangel.* inter adjuncta fub Num. VII. an. 1756. una cum refutatione & Vindiciis editum fuit Lipfiæ *in der Sammlung einiger neuerer vorhin gedrukter und bisher ungedrukter Schrifften von der im Weftphälifchen Friedensfchlus erlaubten Selbfthülfe, &c.*

c) Qui fcribit: *ob nun wohl diefs unter freyen und unabhängigen Staaten auffer allem Zweifel Rechtens ift, fo will jedoch der Kaifer den Teutfchen Reichsftänden den Gebrauch der* Repreffalien *wegen den Vergewaltigungen in den Religions-Händeln nicht verftatten, deffen Scheingründe find diefe : : nichts defto weniger haben die Könige in Preuffen und Grosbrittannien wider die Catholifchen in ihren Deutfchen Staaten zu den Repreffalien fchreiten müffen, in rechtlicher Erwegung, dafs der Ofnabrüker Friedenfchlus* Art. 17. §. 6. *fogar die Ergreifung der Waffen zur Handhabung der Religion und des Weftphälifchen Friedens den Ständen und Theilhabern an demfelben ausdrüklich verftattet hat, mithin ein gelinderes Mittel unftreitig nachgelaffen feyn mus, wie aus dem erften Friedens-*Executions-*Haupt Recefs* §. 3. *fich veroffenbaret; anderer Gründe, welche das Vorftellungs-Schreiben an den Kaifer Carl den VIten unter dem 16ten Nov.* 1720. *von feiten der Evangelifchen Stände mit mehrerem an Handen giebt, anjtzo nicht zu gedenken.*

d) Cujus verba funt: *communis doctrina eft, Repreffalias inter Principes Imp. illicitas effe, quod hi judicia habeant, in quibus controverfiæ eorum decidi poffint, fed ifta regula exceptionem patitur . . . . nequit Princeps Aug. Confeffioni addictus in templa, quæ Catholici in ditione ejus An.* 1624. *foli poffederunt, & adhuc poffident, exercitium fuæ religionis fimultaneum introducere, & quietam* ac-

TRUBEN *Nebenstunden* P. IV. 27. *Abhandl.* §. 16. JOH. CAR. KOENIG in [di]squisit. *De modo & jure intercedendi Corporis Evangel.* p. 52. seq. & *in selectis* [Ju]*ris publ.* P. III. C. 15. §. 4. KAHL in cit. diss. §. 28. cel. GEBAUER in [di]ss. *De Jure Corporis Evangel. intercedendi mutationibus anni Decretorii* sect. IV. [§.] 5. & 11. JOH. JAC. MÜLLER in diss. *De Jure inter status Imp.* JOH. [P]HILIP. PALTHENIUS *in diss. de Jure talionis in causa religionis exercendo.* [J]ACH. ERDM. SCHMIDT in Programmate *De Repressaliis in causis laesio*[ne]*m pacis Guestphalicae non plane illicitis &c.*

§. VIII.

[D]e facto etiam saepius Protestantes a temporibus pacis Westphalicae Repressalias contra suos subditos Catholicos exercuerunt.

Quod Domini territ. Protestantici a temporibus pacis Westphalicae sae[piu]s in controversiis Religionis causa enatis Repressalias, & quidem semper con[tra] suos subditos Catholicos exercuerint, optime ex Actis publicis & Historia [...]p. illustratur: vix enim condita erat pax Westphalica A. 1648. sic eodem ad[hu]c anno primum Repressaliarum in causa Religionis exemplum dedit Elector [Bra]ndenburg. FRIDERICUS WILHELMUS: denegaverat equidem immu[nit]atem a solvendis consuetis oneribus de bonis suis Ecclesiasticis Protestantibus [in] provincias Juliac. & Bergens. Dux Neoburgicus ex ratione, quod Protestan[tes] in usum suorum sacrorum fundos oneribus consuetis obnoxios a privatis re[cen]tius coëmerint, qui cum suo onere in illos translati essent: praetendit autem [Ele]ctor Brandenburg. eandem, quae Catholicis concederetur respectu bonorum [Ecc]lesiasticorum, immunitatem pro Protestantibus, *cum non esset, quare re*[cent]*ia Protestantium bona sacra minor favor prosequatur, quam vetera Pontificiorum,* *& hac antequam Ecclesiae transcriberentur, oneribus obnoxia fuerint a*); & ad [ext]orquendam hanc pro Protestantibus in terris Juliacens. & Montanis immuni[tate]m exercuit contra Catholicos in terris Clivensibus Repressalias, prout calamo

ac solitariam Catholicorum possessionem turbare, nisi forsan jure Repressaliarum facti sui justitiam tueri velit.

[a)] Quod magna ratione immunitatis realis quoad bona Ecclesiastica inter vetera seu bona fundationis & inter bona novioribus temporibus a Corporibus piis acquisita sit differentia, & quod nequidem a Dominis territorialibus Catholicis respectu horum concedatur immunitas a steuris reliquisque oneribus ordinariis, quae alias accrescerent reliquis subditis, Clero Catholico, res est omnibus notissima; adeoque iniquum haud jus statuerat Dux Neoburg., quod & Protestantibus ratione bonorum suorum Eccles. novissime a privatis coëmtorum immunitatem a steuris denegaverit.

mo licet non satis integro refert PUFFENDORF in Commentariis *De Rebus gestis Friderici Wilhelmi Elect. Brandenburg.* L. III. §. 25. *Neoburgicus insuper habitis cum Electore conventis Evangelicos per Juliacensem & Bergensem Provinciam habitantes gravibus oneribus opprimebat, ne concionatoribus quidem, aedibusque sacris parcens, quorum tutelam cum negligere non posset Elector, nec tamen in promtu esset remedium, citra turbas id malum corrigendi, adhibita talione ad aliam mentem permovere istum instituit; quo fine & ipse paria onera Pontificiis per suam ditionem imperat, facile id factum Caesari & ordinibus adprobaturus, quod Neoburgici iniquitas ad ista confugere subegisset, statim cessatura, ubi hic injuste imperata revocaverit.* dum autem Dux Neoburgicus eatenus suam querelam ad Caesareos detulerat, excusavit Repressalias intentatas FRIDERICUS WILHELMUS hac ratione, prout refert cit. PUFFENDORF: *ad hoc remedium sibi fuisse descendendum, quod alias Belgae huic se negotio misturi fuerint, non minus Neoburgici, quam suo praejudicio, quorum imperium non parum imminuatur, quod isti, quasi suo jure hanc provinciarum tutelam sibi arrogent.* Hisce Religionis dissidiis inter utrumque accessere mox nova occasione juris reformandi enata *b*), quae ansam dedere Electori Brandenb., ut an. 1651. armata manu in ditionem Montanam irrueret *c*); quae autem controversia elapsis quinque mensibus amicabili compositione fuit determinata *d*): finalis autem ratione status religionis in terris Juliacens. transactio Electorem Brandenburg. inter & Ducem Neoburg. subsecuta fuit anno 1672. & respective 1673., cujus Instrumento Art. XI. paciscentibus placuit inserere clausulam: *daß in casu contravenientia der vesthaltende Theil sich des juris Retorsionis, bis so lange dasjenige, so neuerlich geschehen, wieder abgeschaffet, gebrauchen möge, und dasselbige für kein unzulässiges Gegenmittel von Niemanden ausgedeutet werden sollte e*).

II. Sub

b) Scilicet vi pacis Westphalicae ratione exercitii religionis publici & privati pro norma Catholicos inter ac Protestantes praescriptus fuit status anni 1624; ad normam illius anni voluerat Dux Neoburg. reducere statum religionis Protestant. in terris, quas possederat, & in ejus conformitate restrinxerat exercitium religionis Protestant.; huic autem denuo se opposuit Elector Brandenburg. praetendens, ab anno normali per pacem Westphalicam stabilito excipiendas esse terras Juliacenses, nec eatenus jus reformandi exerceri posse a Duce Neoburg, cum tantum intuitu harum terrarum transegerint circa possessorium, reservatis quoad petitorium juribus.

c) Conf. PUFFENDORF l. c. L. IV. §. 25. seq. & *Manifestum* FRIDERICI WILHELMI in *Theatr. Europ.* Tom. VII. p. 13., ex quo patet, quod causa religionis fuerit tantum praetextus harum violentiarum, genuina ratio Electoris erat, ut armis praeveniret Ducem Neoburg. eumque suis possessionibus exueret.

d) Vid. *Recessus* apud LONDORP. Tom. VI. p. 652.

e) Extractum *des Vergleichs über das Religions- und Kirchen-Weesen in den Herzogthümern Jülich, Cleve und Berg, auch der Grafschaft Mark, und Ravensberg,*

II. Sub initium hujus sæculi Repressalias contra subditos suos Catholicos etiit Elector Brandenburg.; dum enim Anno 1700. subditi Protestantes in ctoratu Palatino varia Religionis causa illata sibi esse gravamina prætendebant, ctor Brandenb. mox contra degentes in suis Principatibus Magdeburgensi, lberstadiensi, & Mindensi Catholicos Repressalias decrevit, omniaque Ec- iastica bona, proventus & reditus Cœnobiorum & Ecclesiarum consignari it *f*): cum autem eodem ferme tempore Elector Brandenburg. ratione ad- tendæ Dignitatis regiæ Borussicæ sollicitus fœdus (*den Cron Tractat*) ini- it cum Imperatore Leopoldo, sic inter alia expresse stipulatum fuit, ne ob idia Religionis in Palatinatu enata Neo-rex uteretur Repressaliis *g*).

III. Enata erant ab Anno 1696. Episcopum & Capitulum Cathedr. Hil- iense inter & status Provinciales Aug. Conf. circa interpretationem Recessus dicti Consistorialis aliaque Religionis dissidia; ad tollenda prætensa hæc sta- m Provincialium gravamina Elector Hannover. ab his in auxilium vocatus 95. exercuit Repressalias sequestrando reditus Clericorum Hildesiensium in ris Hannoveranis: dedit quidem Imperator die 5. Jul. e. a. Mandatum de re- ando arrest *h*); verum auctæ fuerunt hæ controversiæ ab Anno 1709. in tum, ut Elector Hannover., qui se tanquam judicem in hac causa & execu- em stiterat, terras Hildesienses milite tamdium obsideret, donec Episcopus n Capitulo Cathedr. die 11. Jul. 1711. in novum recessum consentiret *i*).

Qq qq 2 IV. Sub

berg, addiderunt legati statuum A. C. in comitiis suæ remonstrationi ad Imperatorem Carolum VI. datæ die 16. Novemb. 1720. conf. FABRI *Staatskanzley* P. XXXVII. p. 609. annullavit autem postea hanc clausulam tanquam legibus Imp. & Juribus Imperialibus adversam Imperator Carolus VI, de quo infra.

f) Conf. FABRI *Staatskanzley* P. V. Cap. III. & P. X. Cap. I. n. 10. seq.

g) Famosum hoc pactum necdum hactenus in extenso editum fuit, provocarunt ad passum quæst. tam Imperator Carolus VI. in Decreto Commissionis dd. 12. April 1720, quam legati statuum A. C. in comitiis, qui suæ remonstrationi dd. 16. Novemb. e. a. extractum quoad passum concernentem addiderunt. conf. FABRI *Staatskanzley* Tom. XXXVII. p. 614.

h) Vid. in FABRI *Staatskanzley*. Tom. X. C. 1. n. 17.

i) Origo horum dissidiorum descendit a famosa illa diffidatione Hildesiensi, quæ sub Carolo V. Imp. contigit, & a declaratione in bannum Joannis IV. Episcopi Hildesiensis ab eodem Imperatore facta; quæ non tam afflixit Episcopum, quam potius Ecclesiam Hildesiensem suis spoliavit ditionibus, fuitque omnis causa mali; exinde enim enata est infelix illa divisio Diœceseos Hildesiensis in majorem & minorem; hanc retinuere Episcopi vi Recessus Quedlinburg.; illa relicta fuit Ducibus Brunswicensibus, quorum Henricus Junior ob bannum civitatis

IV. Sub Josepho I. Imp. exortæ erant controversiæ Religionis partim inter Abbatem Campidunensem & ejus subditos Protestantes, partim 1708. inter Regem

vitatis Goslariensis executioni datum invasus fuit a fœderatis Smalcaldicis Joanne Friderico Electore Saxoniæ, & Philippo Hassiæ Landgravio, qui an. 1542. integras occuparant terras Guelpherbytanas, una cum majori Diœcesi Hildesiensi a prædicto Henrico Jun. possessam, & mox abolito cultu Catholico violente in omnibus illis terris Religionem Lutheranam introduxere; & sic positum fuit fundamentum religionis Protestantium in terris Hildesiensibus; Henricus Junior post varia fata restitutus suis terris abolevit quidem denuo religionem Protestantium per vim intrusam usque ad annum 1568, quo obiit; ubi ejus filius Julius mox restituit religionem Protestant. expulsis sacerdotibus Catholicis, & hæc ita durarunt usque ad annum 1628, ubi Ferdinandus Elector Coloniensis, qua Episcopus Hildesiensis incœpit restituere rem Catholicam, sed durante bello tricennali prævalentibus Protestantium armis an. 1634, Georgius Dux Brunswicensis occupato integro Episcopatu Hildesiensi omnia iterum restituit Protestantibus; quo autem mortuo an. 1641, inter prædictum Ferdinandum Episcopum Hildesiensem & Capitulum Cathedrale ex una, & Christianum Ludovicum ad Augustum Duces Lüneburg. ex altera parte ratione restitutionis terrarum Hildesiensium amicabilis facta est compositio, condito simul Recessu Principali (*Haupt-Receß*) vi cujus in locis Episcopo restitutis stipulatum fuit subditis Protestantibus liberum & publicum Religionis Exercitium, & quidem nobilibus Landsassiis 70. annis a tempore restitutionis, reliquis autem subditis saltem 40. annis, ita tamen, ut Episcopus simultaneum religionis Catholicæ exercitium introducere possit: eodem tempore secundum initum fuit pactum (*Neben Receß*) puncto religionis eo fine, ut durante adhuc tolerantia Protestantium omnia essent quieta, & determinata sunt Jura Protestantium in Ecclesiasticis: legi potest hoc pactum in LAUENSTEINII *Histor. diplomat. Hildes.* P. II. p. 176; quod etiam confirmavit Ferdinandus III. Imperator; adeoque vi horum pactorum elapso tolerantiæ termino cessasset exercitium religionis Protestant. in terris Hildesiensibus; verum hæc omnia sunt immutata per Pacem Westphalicam Art. V. §. 33., vi cujus Protestantibus in terris Hildesiensibus pro omni tempore stabilitum fuit exercitium suæ religionis cum possessione bonorum Ecclesiasticorum secundum statum anni normalis cassatis eatenus pactis contrariis antea initis; in conformitate hujus pacis intercedentibus legatis Moguntino & Brunswicensi an. 1651. 24. Mart. inter Electorem Coloniensem Max. Henr. qua Episcopum Hildesiensem, & status Provinciales A. C. puncto ordinandi separati pro Protestantibus Consistorii initum fuit pactum, quod legi potest apud LAUENSTEIN l. c. p. 193. seq. & p. 198. verum cum Capitulum Cathedrale Hildesiense prætenderet, ut Consistorium Protestantium in omnibus ad observantiam anni 1624. restringeretur, sic mox nova enata sunt dissidia, & status provinciales Protestant. ab an. 1696. ediderunt varia scripta, veluti 1) *facti speciem* & 2) *antivindicias*, in quibus prætensa sua gravamina deduxere; Directores Circuli Saxonici dedere etiam in favorem Protestantium intercessionales ad Episcopum Hildesiensem l. c. p. 207. seq. cum autem nollet sua ex parte cedere Episcopus cum Capitulo Cathedra-

Regem Borussiæ & Civitatem Coloniensem ob denegatum sic dicto Residenti Borussico a Magistratu Coloniensi Religionis Protestant. Exercitium *k*): in primo casu Rex Borussiæ in protectorem imploratus Repressalias mox iterum decrevit contra Clerum Catholicum in Principatu Halberstadiensi *l*). in favorem subditorum Protestantium Principatus Campidunensis præsertim Theinselbergensium; in altero autem casu non solum jussit arrestari Coloniensium naves, sed & declaravit, se in casu ulterioris renitentiæ Civitatis Coloniensis non tantum Ecclesias Catholicorum in suis ditionibus claudi jussurum, sed & omnes subditos hujus religionis in suis terris degentes per modum Repressaliarum factum hoc dure esse experturos *m*). Dedit autem Imperator Josephus I. contra Regem Borussiæ qua Electorem Brandenburg. dehortatorias, inhibuitque Repressalias contra Catholicos attentari *n*), ac suas eatenus fecerunt declarationes in Comitiis Catholici *o*).

V. Dum inter Principes Nassovio siegenses Catholicum & Aug. Conf.

thedrali, Protestantici status Provinciales implorarunt an. 1703. assistentiam Regum Sueciæ & Borussiæ, nec non Ducis Brunswic.; unde Elector Hannover. ad Repressalias processit, sequestravitque reditus Cleri Hildesiensis in suis terris an. 1709; dum Capitulum Cathedrale promisit satisfacere petitis Protestantium, sublatæ quidem sunt Repressaliæ, cum autem expost hoc pactum ideo impugnaretur, quia non in pleno Capituli conditum fuerat, sic an. 1710. Elector Hannover. armata manu occupavit civitatem Painensem & Capituli Cathedralis Præfecturas, & sic coactum fuit Capitulum Cathed. Hildes. ad novum Recessum an. 1711. initum, qui legi potest apud LAUENSTEIN l. c. p. 220. seq. conf. FABRI *Staatskanzley* P. VIII. C. XII. p. 715. & P. X. C. I. p. 41. seq. & CHRIST. GODF. HOFFMANN *gründliche Vorstellung der Religions Beschwerden* sect. III. §. V.

k) Constituerat Rex Borussiæ in Civitate Coloniensi negotiorum curatorem, qui in curia sic dicta Cliviensi suam habuerat sedem; in hac qualitate prætenderat hic curator exercitium religionis Protestant., quod autem denegavit Magistratus Civitatis Coloniensis, ex hisce fundamentis, quia 1) licet forsan extra Imperium legatus Borussicus prætendere possit exercitium suæ religionis, si pro tali agnitus fuerit, in Germania tamen status Imp. a constatu tale exercitium Religionis pro suo Curatore negotiorum contra possessionem anni normalis prætendere non possit. 2) cum residentia perpetua talis Curatoris negotiorum inferret plenarium religionis Protestant. exercitium in Civitate Coloniensi contra statum anni normalis, quod autem de jure prætendi non possit. conf. FABER l. c. P. XIV. C. 2. p. 143.

l) FABER l. c. P. VI.

m) Idem l. c. P. XIV. C. 2. n. 3.

n) Idem l. c. P. XIV. C. 2. n. 11.

o) Idem l. c. P. XIV. C. 2. n. 12.

addictum, variæ religionis intuitu discordiæ fervebant *p*), Legati Brandenburgicus, Brunswico-Luneburg & Hasso Casselanus in comitiis declararunt, ad tollenda prætensa hæc Gravamina per modum Repressaliarum omnes reditus Catholicorum in terris suorum dominorum arrestandos esse, id quod & per Conclusum sic dicti Corporis Evangelic. 12. Aug. 1712. confirmatum fuit *q*). Quievit aliquo tempore Repressaliarum tempestas, forsan ut majori cum impetu sæviret; omnibus enim.

VI. Noti sunt motus, Anni 1719. & 1720. occasione dissidiorum Religionis causa inter Electorem Palatinum Carolum Philippum, & ejus subditos sic dictos Reformatos enatorum concitati: scilicet Ecclesia S. Spiritus in Civitate Heidelberg., cui per novam fundationem a Ruperto Palat. Rege German. conjunctum fuit collegium Canonicorum universitati Heidelberg. unitum *r*), ab hisce potissimum temporibus inservierat comitibus Palat. Rhenanis Heidelbergæ alias sedem & palatium suum in vicinia dictæ Ecclesiæ habentibus pro Ecclesia aulica

p) Vi initi An. 1651. inter duas lineas Principum Nassovio siegensium Catholicam & sic dictam reformatam Recessus Catholicis coëxercitium suæ religionis in civitate siegensi fuit stipulatum. An. 1712. solennem in festo Corporis Christi more hactenus recepto Processionem ducturis Catholicis princeps lineæ sic dictæ reformatæ inhibuit transitum per plateam arci suæ vicinam, eoque fine custodia munivit aditum plateæ, per quam tamen hactenus ducta fuerat processio: oriebatur hac occasione inter milites principis Processioni Catholicorum violente se opponentes ex una, & inter milites circuli directoriales Palatinos & Monasterienses in castro siegensi eodem tempore degentes. & Processionem Catholicorum comitantes, reliquosque Catholicos ex altera parte conflictus, in quo aliqui priorum partim occisi, partim vulnerati fuere. conf. FABRI *Staatskanzley* P. XXI. C. I. p. 1. seq.

q) Conf. FABRI *Staatskanzley* Part. XXI. C. I. p. 28. &. 31.

r) Referunt quidem scriptores antiquiores Palatini, Ecclesiam S. Spiritus a Ruperto palat. Rege Germ. fuisse conditam & fundatam, veluti TOLNERUS *Hist. palat.* C. IV. p. 136. DAN. PAREUS *Hist. Bavarico palat.* L. IV. sect. III. p. 174. verum meliora nos docuit CRISTOPH. JAC. KREMER *in Com. von Stiftung und ersten Einrichtung der hohen Schule zu Heidelberg. in Comment. Acad. Theodoro Palat.* vol. 1. p. 379. seq. fuerat ante tempora Ruperti Palat. Ecclesia S. Spiritus filiales Ecclesiæ S. Petri Parochialis, a quo autem nexu soluta fuit an. 1400. a Bonifacio IX. Pontifice, & transmutata in Ecclesiam Collegiatam, & hujus collegii Canonicorum universitati Heidelberg. uniti fundator fuerat Rex Germ. Rupertus palat., & ab hoc tempore Ecclesia illa fuit dicta *Capella Regalis*, & inservierat potissimum pro sacris aulæ palat., & dum prædictus Rex in eadem Ecclesia suam sepulturam cum conjuge sibi selegit, sic ab illo quoque tempore pro sepultura Electorum palat. inserviit: adeoque parochialis haud fuit Ecclesia S. Spiritus, prout falso prætendebant Calvinistæ, sed Ecclesia Aulæ Electoralis.

ica & ſepulchrali Electorum & comitum Palatinorum; dum comites Palati- :elictis ſacris Catholicis ſeceſſerunt ad Calvini dogmata, introduxerunt quo- : in hac Eccleſia exercitium religionis ſic dictæ Reformatæ; dum ad Luthe- iſmum declinarunt, hujus religionis cultum pro ſua aula ibidem ſtabilive- t; diviſione facta bonorum Eccleſiaſticorum inter Catholicos & Reformatos, :holicis Chorus, Reformatis Eccleſiæ navis ceſſit: dum autem Carolus Phi- ɔus Elector Palatinus ex linea Neoburg. ſuſcepit regimen, ac Heidelbergam ı ſede Electorali ſibi denuo ſelegerat, nec non ſplendidam & numeroſam ex :holicis maxima ex parte conſiſtentem aulam conſtituerat, ſic Chorus Eccleſiæ ;piritus anguſtus nimis erat locus pro ſacris aulæ rite peragendis, nec actus gionis Cathol. ſolenniores ibidem cum decore conveniente & pompa Electo- ı celebrari poterant; petivit igitur Elector a Miniſterio Reformatorum Ec- ſiaſtico, quatenus navem quoque prædictæ Eccleſiæ ipſi pro ſufficiente ad m aulæ Eccleſia cedere vellent, promittens ſua ex parte, quod in compenſa- ıem extradendæ hujus navis Eccleſiæ ſeparatam in vicinia pro eorum ſacris sdem magnitudinis Eccleſiam ſuis ſumtibus excitare, vel pro ædificanda nova :leſia pecuniam ipſis perſolvere velit: cum autem Anno 1719. die 20. Aug. itum Electori a Reformatis denegaretur, ſic juſſu Electoris via facti & re- tantibus Calviniſtis occupata fuit ſæpe memoratæ Eccleſiæ navis, & maceries e inter diverſa ſacra hactenus limites conſtituerat, deſtructa fuit, ita, ut na- cum Choro in unam iterum coaluerit Eccleſiam *s*): acceſſit & alia controver- 'um cauſa ob inhibitam ab Electore Palatin. Catechiſmi ſic dicti Heidelberg. riter a Calviniſtis impreſſi divulgationem *t*).

Si

) Vid. *Pro Memoria: Wie es mit Wegnehmung der Kirchen zum heiligen Geiſt in Heidelberg hergegangen*, inter adjuncta ſub lit. A. *des von den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten* in Comitiis *der Kaiſerlichen* Principal-Commiſſion *den* 13. *Octobr.* 1719. *übergebenen* Pro Memoria in Lünigii *Archiv. Imp.* Cont. II. Part. general. p. 1389. Quod non adeo iniqua fuerit facta de ædificanda nova Eccleſia loco cedendæ Navis quæſtionis pro Eccleſia aulica ab Electore palat. propoſitio, & quod facile a Calviniſtis talis permutatio innocua in favorem Domini territorialis, qui ſuam ſedem Heidelbergæ iterum cum haud exiguo civitatis emolumento conſtituerat, iniri potuerit, & ex prudentiæ regulis ad evitanda alia incommoda, quæ poſtea experti fuerunt, inire debuiſſent, non facile quisquam poterit vocare in dubium: quod autem ex altera etiam parte inviti Calviniſtæ ad hanc ceſſionem cogi haud potuerint, multo minus quod Navis prædictæ Eccleſiæ, cujus poſſeſſio ipſis per pacta publica ſtabilita fuerat, via facti invitis auferri potuerit, eſt quoque apodicticum, adeoque fundatum eatenus in jure gravamen religionis cauſa illis fuerat enatum.

) Curaverunt Calviniſtæ 1719. de novo imprimi ſuum ſic dictum *Catechiſmum Heidelbergenſem;* offenſus fuerat Elector Palatinus tanquam Dominus territoria-

Si rectam in legibus Imp. subditis a Dominis territorialibus gravatis apertam viam ambulare voluisset Ministerium Calvinistarum Heidelbergense, debuisset Gravamina sua deferre ad supremum in Germania judicem seu Imperatorem, qui non defuisset, prout nec defuit, gravatis succurrere ac restitutionem procurare; verum prætermisso Imperatoris judicio querelæ delatæ sunt ad Corpus sic dictum Evangelicorum, & potentiorum statuum Imp. Protestantium, ac potissimum Regis Borussiæ auxilium fuit imploratum: exhibuerant etiam ordinum

rialis Catholicus, quod huic Catechismo præmissa fuerint insignia Electoralia cum Privilegio nullatenus tamen concesso, nec non quod quæstioni 80. adjuncta fuerit glossa hujus tenoris: *Wie vielmehr kann von den Papisten gesagt werden: ihr habt Christum verlohren, die ihr durch die Messe wollt seelig werden; dann das Gesetz ist von Gott, die Messe aber vom Teufel; dievveil diejenige, so Götzen oder Bilder an verborgenen Orten setzen, Gott heimlich dadurch zu dienen; allhier verflucht vverden: vvie vielmehr vverden durch diesen Sentenz Gottes verflucht die abgöttische Papisten, vvelche ihrem Abgott* Mausim, *das ist die Hostie, unter deren Gestalt sie Christum leiblich gegevvärtig zu seyn vorgeben, in der Messe eleviren, und Zeigen in Gold und Silber eingefasst, öffentlich in den Kirchen aufstellen, mit grosem Pracht herumtragen, sonderlich an dem dazu besonders verordneten Fest dafür niederfallen, und mit brünstiger Andacht solchen Götzen, als den vvahren selbstständigen Gott anbetten, auch solche Abgötterey mit greulicher Tyranney vertheidigen; darum ist solcher Götz und greuliche Abgötterey der Messe ungezvveifelt durch den Mund Gottes verflucht, und soll alles Volk darzu sagen Amen.* Quænam doctrina puncto S. Cœnæ, an Catholicorum, an Calvinistarum magis sit fundata, hujus quæstionis discussionem relinquimus Theologis, de qua exparte Catholicorum præ reliquis Alexander Natalis, Bossuetus & Muratorius egerunt: quod autem glossa hæc maxime ignominosa sit non solum religioni Catholicæ. sed & omnibus illam religionem profitentibus, consequenter & Electori Palatino tanquam Catholico, cuivis legenti in oculos incidit; ridicula etiam fuit excusatio Calvinistarum dicentium: quod, cum non condemnent personas, sed doctrinam, non sit ignominosa hæc glossa eorum Domino territoriali Catholico; verum annon omnes indefinite Catholici in illa glossa dicuntur adorare Idolum Mausim & ignominiose traducuntur? quod vi legum Imp. religioni sic dictæ reformatæ, quæ jure civitatis in Germania gaudet, debeat manere libertas circa sua dogmata, & quod Calvinistis libri eorum Symbolici in thesi inhiberi non possint a Domino territoriali Catholico, eatenus non est dubium; quod autem dogma Calvinistarum puncto sacræ Cœnæ verbis magis discretis proponi, & liber eorum Symbolicus subsistere potuerit, quin addita fuerit calumniosa illa glossa cum ignominiosis expressionibus contra Catholicos, & tacite contra Dominum territorialem Catholicum, & quin Catholicorum hostia consecrata comparetur cum Idolo Mausim, partim discretus quivis fatebitur, partim exinde patet, quod plures Catechismi hujus Heidelbergensis extent editiones, quæ priori sæculo prodierunt, in quibus tamen glossa quæst. non occurrit; omitti autem non potuisset, si sine illa liber ille Symbolicus subsistere haud potuisset,

um Imp. Protestantium legati in comitiis die 13. Octobr. 1719. Commissio- rincipali Cæsareæ sic dictum *pro Memoria u*), vi cujus inter alia Religio- gravamina recensebant quoque Palatina, præprimis autem ablationem Eccle- S. Spiritus, nec non inhibitionem divulgationis noviter impressi Catechismi delbergensis, postularuntque horum sublationem gravaminum *w*): nec de- Imperator Carolus VI. justitiæ tenacissimus suo judicis officio; partim enim subsequente 8va Novemb petita ab Electore Palatino circa factum informa- ie dedit simul Rescriptum dehortatorium, partim die 24. Novemb. e. a. per n Commissarium Principalem in comitiis Aug. Conf. statibus eatenus dedit tiam, eosque commonuit, ut ad normam legum Imp., ad quas provoca- t, ex indiscreto Zelo motus præmaturos haud excitarent, ac majoribus tur- ansam haud præberent, cum leges Imp. nullibi decernant, quod in causis gionis circa factum inaudita altera parte, & sine præviis dehortatoriis pro- endum sit *x*): verum eodem tempore, quo legati statuum Protestantium in comi-

) Mox in Prologo ajunt Protestantes, quod odio habeant viam facti, sed justitiam expectent ab eo, a quo sperare possint: *So haben der A. C. Verwandten &c. länger keinen Anstand nehmen können, dieserhalb .. Ihro Kaiserl. Majestät geziemend anzutretten, und dadurch klärlich an den Tag zu legen, wie obbesagt Ihre höchst und hohe Herren Principalen .... an allen Thätlichkeiten keinen Gefallen haben, sich an Gleich und Recht gern begnügen und dasselbe allda suchen, von wannen sie es billig hoffen und erlangen sollen, damit Ruhe, Einigkeit und gutes Vertrauen im Römischen Reich wenigstens an Seiten der Evangelischen, so lang immer möglich, erhalten, und der ganzen Welt bekannt werde, daß wann es zu Weiterungen darüber kommen sollte,* Evangelici *darzu durch die unzahlbare unleidentliche Friedbrüche der Catholischen unumgänglich gezwungen würden.*

) Formalia conclusionis sunt: *solchemnach gelanget an dieselbe Namens der A. C. Verwandten &c. das geziemende Ersuchen, solches alles Ihro Kaiserlichen Majestät allerunterthänigst, doch mit solchem Nachdruck vorzustellen, daß Dieselbe allergnädigst und allergerechtest geruhen, zu Aufhebung des aufs höchste gekommenen Mißtrauens, und daher besorgenden fernern Unglücks die unverweilte und unhindertreibliche reale Veranstaltung zu machen, dass nicht durch Processe, sondern nach klarer Masgebung des Westphälischen Friedensschlusses durch die wirkliche* Execution secundum nudum factum possessionis anni respective 1618 & 1624. *alles dagegen innovirte schleunigst ab, und in den vorigen Friedensschlussmäßigen Stand gestellet werde: dadurch werden Ihro Kaiserl. Majestät der Gerechtigkeit und ihrem allerhöchsten Kaiserlichen Amt, auch gethanem allergnädigsten Versprechen ein Genügen thun, und sich bey aller Nachwelt den Namen des Gerechten erwerben &c.*

) Hanc declarationem adducunt ipsi Protestantes *in der anderweiten Vorstellung des Corporis Evangel.*, & legi potest in Lünigii *Archiv. Imp.* Cont. II. part. gener. p. 1425. & in Fabri *Staatskanzley* P. XXXV. C. III. p. 339. ubi inter

comitiis implorarunt judiciale Imperatoris officium, excitarunt quoque suos Principales potentiores, ut in suis territoriis contra Ecclesias & Monasteria Catholicorum exercerent Repressalias; nec non potentias exteras sollicitarent, ut similia contra Catholicos in suis ditionibus exercerent, ac cum Aug Conf. statibus causam communem facerent *y*): unde & Rex magnæ Britanniæ GEORGIUS LUDOVICUS qua Elector Hannover. die 4 Novemb. 1719.

inter alia habetur: *so ungern Ihre Kaiserliche Majestät diese Händel vernommen, so ungern wollten sie nach den Umständen gegenwärtiger allgemeiner misslicher Läuften zu deren güt- oder rechtlicher Reichssatzungsmäßigen Abhelfung nicht nur mit, sondern auch ausser ihres Kaiserlichen Amts nach Möglich- und Thunlichkeit beförderlich seyn ... Ihrer Kaiserlichen Majestät gereiche das Zutrauen, so dessfalls in Sie gesetzet würde, zu besonders gnädigem Gefallen, und Sie Augspurgische Confessions-Verwandte könnten hingegen versichert seyn, dass Ihro Kaiserl. Majestät solche Dinge sehr unlieb und missfällig zu vernehmen wären, als die von Antritt Ihrer Kaiserlichen Regierung ihre vornehmste Sorge, Willen, und Wunsch seyn lassen, und noch unaussetzlich im Herzen und Gemüth hielten, ihres Orts sowohl mit des H. R. Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen in guter Verständnisse, Liebe und Vertrauen zu stehen und zu leben, als diese unter sich dahin anzuleiten; Sie würden also in eben diesem Vorsatz bey den sich jetzo zu ergebenden Misshelligkeiten alles anwenden, was zu Erhaltung der Reichssatzungen, mithin Friede und Ruhe nur immer gereichen könte; allermassen in solcher Reichsväterlichen Absicht Sie das Rescript an die erwehnte Chur- und Fürsten erlassen, und darinnen nicht nur einen vordersamsten Bericht über ihre der A. C. Verwandten Beschwerden begehret, sondern Sie auch von allen Weiterungen ab und zum gütlichen Vertrag ermahnet hätten: welches vorausgehen zu lassen, um so unvermeidlicher seyn wollen, als die A. C. Verwandte selbsten die Billigkeit dieses Wegs gefunden, und an des Herrn Churfürsten zu Pfalz Liebden durch ein und andere Abschickung die gütliche Abthuung gesinnen lassen, in ihrem ... pro Memoria auch rühmlich gemeldet hätten, dass wann etwa ein oder andere* circumstantia facti in referendo ad Evangelicos, *wie es geschehen könnte, gefehlet seyn sollte, und ein und anderes dargethan werden könnte, man hierunter nichts gefährliches intendiret habe, sondern in allen sich weisen lassen, dem Recht und Billigkeit Raum geben, dergleichen Billigkeit aber sich wiederum versehen wollte; mithin diesem zuwider, und gegen der A. C. Verwandten selbst eigene gütliche* Principia *keinesweges thunlich seyn wollte, so wie es ... begehret worden, platter Dingen,* & inaudita altera parte *zu verfahren, und noch vielweniger mit Repressalien den Anfang zu machen.*

y) hoc eruitur ex litteris circularibus a Rege Borussiæ ad reliquos status Protestantes die 23. Decemb. 1719. datis, in LÜNIGII *Archivio* l. l. c. p. 1423. ubi legitur: *gleichwie nun das* Corpus Evangelicorum *gut befunden, durch das bekannte Conclusum vom 10ten des leztverwichenen Monaths Octobr. Ihro Königl. Majestät von Grossbrittanien, Uns, und des Herrn Landgrafen von Hessen-Cassel Durchlaucht dieserwegen gewisse* Commission *aufzutragen, so haben Wir zwar auch davon bisher mit allem Ernst und Nachdruck uns zu acquiriren gesucht ... nicht weniger ist auch in unseren Landen zu Halberstadt und Minden zu wirklichen Repressalien geschritten worden.*

1719. tum temporis degens in suis ditionibus German. Repressaliarum initium fecit, inhibuitque Catholicis Cellis clausa eorum Ecclesia religionis Catholicae exercitium *z*): hujus exemplum secutus fuit ex condicto Hannovera in suis terris redux Borussorum Rex Fridericus Wilhelmus qua Princeps Halberstad. & Mindensis, qui die 28. Nov. jussit claudi Catholicorum Ecclesiam Cathedralem Mindensem, & 3. Dec Halberstadii tres Ecclesias, & denique 5. Decemb. expulsis in exilium Monachis Hammerslebiense ad S. Pancratium monasterium cum reditibus sequestravit *aa*): similiter Landgravius Hassiae die 30 Decemb. 1719. jussit claudi Ecclesiam Catholicam ad fanum S. Goaris, petivitque extraditionem clavium Ecclesiae *bb*): pariter declaravit Rex Daniae legatis Aug Conf. in Comitiis, paratum se esse contra degentes in suis ditionibus Catholicos adhibere Repressalias *cc*). Dederat equidem Imperator Carolus VI. die 5 Decemb. e. a. in favorem Monasterii Hammersleb. dehortatorias & respective mandatorias humanitate tamen plenas ad Regem Borussiae *dd*), qui autem per suum mandatarium Viennae Imperatori declarari jussit, *quod susceptae sint hae Repressaliae communicato*

z) Conf. FABER l. c. P. XXXVI. Cap. 12. n. 1.

aa) notificavit haec Rex Boruss. reliquis statibus Protestant. in litteris circularibus paulo ante allegatis.

bb) Vid. *Extract Berichts wegen der Catholischen Kirchen zu S. Goar vom* 31. *Decemb.* 1719. apud LÜNIG. l. c. p. 1422. & in FABRI *Staatskanzley* P. XXXVI. C. 12. n. 6.

cc) Conf. FABER l. c. C. 12. n. 2.

dd) legi possunt hae litterae partim in MOSERI *merkwürdigen Reichs-Hofraths-* Conclusis Tom. I. n. 188. p. 229. partim apud LÜNIG. l. c. p. 1418, ubi energica haec occurrunt: „Wann Wir nun in keine Weise finden können, „wie von euer Liebden bey solcher der Sachen Bewandnis zu dergleichen „harten *Resolution* gegen dieses hierinfalls nicht im geringsten verschuldetes „Closter sich haben bewegen lassen mögen, insonderheit da nicht nur solche „Repressalien in allen Rechten und heilsamen Reichssatzungen scharf verbot„ten, sondern auch wider unser allerhöchst Richterliches Amt laufen würde, „wann in den zwischen ein oder anderen Churfürsten, Fürsten oder Stände „des Reichs sich ergebenden Differentien, mit Vorbeygehung unseres als des „Reichs allerhöchsten Oberhaupts, durch unzulässige Gewaltthätigkeiten, zu„mahlen gegen unschuldige, an solchen Strittigkeiten nicht den geringsten „Theil habende geistliche Personen und deren Einkünfte zugefahren, oder „auch nur damit gedrohet werden möge; Wir uns auch niemahlen entbre„chen würden, auf den Fall dergleichen oder andere Gravamina an Uns schul„digster massen gebracht würden, ganz schleunig und Reichsconstitutions„mässige Verordnungen ergehen zu lassen; so haben Wir zufolg unseres al„lerhöchsten Kaiserlichen Amts, und als *Supremus Advocatus Ecclesiarum* „euer Liebden als Fürsten zu Halberstadt hiermit Reichsväterlich ermahnen „wollen &c. „

nicato prius cum potioribus statibus Aug. Conf. Consilio, cumque Elector Palatinus suis subditis Protestantibus & reditus abstulerit, sic nec in malam suscipi possit partem statibus Aug. Conf., si similia contra subditos Catholicos exercent; restitutis subditis Palatinis quoad Ecclesiam Spiritus S. & Catechismum spoliatis, tollendas quoque mox esse Repressalias ee): ad ulteriorem monasterii Hammersleb. instantiam iteratum dedit Imperator rescriptum ad Regem Borussiæ die 22. Decemb. 1719. eique injunxit, ut Monasterium cum omni causa restitueret *ff*): die 23. Decemb. 1719.

ee) Vid. Copia Rescripti Regis Borussiæ ad ejus negotiorum curatorem Viennæ degentem dd. Berlin. 19. Decemb. 1719. apud LÜNIG. l. c. p. 1418. seq. ubi in fine tamen imploratur judiciale Imperatoris officium: „die Evangelische „in der Pfalz wären durch dasjenige, was mit der Kirch zu Heidelberg und „verbottenem Gebrauch ihres Catechismi geschehen, spoliret, und aus ihrer „bisherigen Possession gesetzet, welche Ihro Kaiserliche Majestät als ein gerechter Herr ihnen hoffentlich ohne allen Aufschub restituiren, auch desshalben unverweilte gemessen ernstliche Verordnung ergehen lassen, und „dadurch zu baldiger Componirung dieser Sache den sichersten und besten „Weg öffnen würden.„

„schaft und Art des Geklägten verfahren könne.„ Conf. Moderni Augustiss. Imperatoris Josephi II. Rescriptum ad Commissionem principalem Cæsar. in Comitiis, datum Viennæ 8. Junii 1769., ubi inter alia hæc leguntur: „Wir „entnehmen aber aus dem Hergang voriger Zeiten, dass es zur Gewohnheit „werden wolle, Uns, gleich Unseren Vorfahren am Reich, da auch diese, „eben wie Wir, ihrem tragenden Kaiserl. Amt nach alle erdenkliche Mittel „angewendet haben, den Religionsstand, und dadurch Ruhe und Frieden im „Reich, in dem gesetzmäßigen Wesen zu erhalten, dafür nur immerhin ge„hässige Vorwürfe zu erwecken, niemalen aber in dem Weg ernstlich „fortzuschreiten, den die Grundsatzungen des Reichs und die Friedensschlüsse „vorschreiben, welche von Uns und unseren Vorfahren immerhin mit der „reinesten Unpartheylichkeit offen gelassen, und die allein die ausgiebige und „angemessene sind, in unserem deutschen Reich nach seiner ganz eigenen Ver„fassung die Religionsirrungen friedsam und glücklich zu erledigen. Der Be„weis von dem Unbestand solcher Vorwürfen wird jedermänniglich gar bald „in die Augen fallen, wann sie in dem ächten Zusammenhang der urkundli„chen Reichsacten die im gedachten ihrem Schreiben angeführte Jahrgänge in „der unterbrochenen Folge nachsehen, und darinn, nicht aber in den unvoll„kommenen Sammlungen, welche nur zu Unterhaltung Misstrauens, und „Unzufriedenheit zwischen Haupt und Gliedern geflissentlich verfasset und „ausgestreuet werden, genau prüfen, und durchgehen wollen... nach Antritt der „Kaiserl. Regierung unsers Herrn Vaters Majestät haben die der A. C. Ver„wandten Stände die fernere Schreiben vom 3. Aug. 1746., 14. Jul. 1748., „und 15. Jul. 1752., ergehen lassen, deren Sie nun wiederum in dem neuerli„chen Schreiben als unerlediget Erwehnung thun: da aber das Reichshofräth„lich zum öffentlichen Anschlag mithin zu jedermanns Wissenschaft kommen„de Protocoll beweiset, wie im Jahr 1761. mehrere Täge hindurch über alle „der Zeit vorhandene sowohl allgemeine der Protestantischen Reichsstände, als „besondere einzelner Partheyen Religionsbeschwerden im Reichshofrath refe„riret, darauf den 8. Jul. besagten Jahres eine umständliche gerichtliche Ver„bescheidung ergangen, besonders aber gleich im Anfang membro Imo der „A. C. Verwandten Stände litteræ intercessionales d. 31. Jan. 1743, 15. Jan. „1744, 3. Aug. 1746. 14. Jul. 1748., und 15. Jul. 1752., namentlich einver„leibet worden, zu jedermanns öffentlicher Ueberzeugung, dass über sotha„ne Schreiben die ordentliche gerichtliche Erkanntniss, und darauf wegen je„den gravaminis die speciale Verbescheidung ergangen ist: darüber gehet der „Protocollar Extract und Reichshofräthliches Conclusum seines ganzen Inn„halts Num. I. hiebey, und Wir lassen der ganzen Welt auch selbst den Ge„sandschaften der A. C. Verwandten Stände die Beurtheilung übrig, wie bey „solchem Vorgang die in letzteren ihren Vorstellungsschreiben beschehene „Beschwerdführung des auf die Kaiser und Reichsgerichter schiebenden Ju„stizverzugs möge gerechtfertiget, und den klagenden Partheyen in diesem „Theil ein Gehör und Anhang könne gegeben werden, da in jetztgedachtem „Reichs-

gravissima, & cum suis mandatis sententiisque deesse judicia aut raro aut nunquam soleant, tum sicubi ab his a norma justi & æqui discessum sit, parata sunt huic quoque malo remedia multa g); quod autem tarde & somniculose res geritur, quod sæpe tergiversandi occasio adversariis subministretur, nonne id ipsum est ab earum legum observatione, quæ ab ordinibus conditæ sunt? quare non video, quomodo, quod ipsi constituerunt ordines, quodque possent mutare, si id consultum putarent, impatienter ferre, indeque ansam negligendarum legum desumere possint h): quo jure autem GEBAUERUS statuum potentiorum prudentiæ relinquat: an in supremis tribunalibus fiduciam ponere, an ad arma, violentias vel Repressalias progredi

 velint,

„Reichshofräthlichen Concluso jeglichem Kläger namentlich der Weg Rech„tens eröffnet, das rechtliche Gehör zugesaget, und selbe solchen einzuschla„gen angewiesen, all solches hingegen mit einer nur verstellt seyn können„den, den Theilhabern aber zur eigenen Schuld gereichenden Unwissenheit „nicht ist befolget worden ... und gleichwie damalen beym Reichshofrath „in dem vorhin im Jahr 1761. oberwehnter Maassen alle Religionsbeschwer„den vorbeschieden waren, keine Religionssache in Betreibung, weder zur „Entscheidung vorhanden gewesen, also bewähret auch der von dem Kam„mergericht unterm 31. Aug. 1764, erstattete Bericht Num. 5., nebst der „demselben angefügte vom Kammergericht offentlich verkündigte gemeine „Bescheid, dass auch daselbst niemand um Vornahm und Erledigung einer „Religionssache angesuchet, und deshalb von Amts wegen die Procuratores „angefordert worden, die etwa deshalb zum Betrieb in Auftrag habende „Religionssachen behörig anzuzeigen: Es kann wohl bey solchen beurkun„deten, dem Churfürstl. Collegio bestbewusten, anbey den Reichsgerichten „offenkundig gemachten Hergang nichts erübrigen, so nur im mindesten un„seren Vorfahren am Reich, sonderlich Unsers Herrn Vaters Majestät auf eine „Unterlassung ihres obristrichterlichen Amts die Misdeutung verdiene, da „vielmehr diese Reichsväterliche Veranstaltung auf all nur erdenkliche Weg „erstreckt, und dadurch das Verlangen der Klagenden Theilen allenthalben „erschöpfet worden; mithin die neuere Beschuldigung in ihrem Ungrund „leicht einzusehen ist, und der ganze Betrieb auf die Unruhe, und eigene „Verzögerung einzelner, und in ihrem eigenen Klagwesen nicht trauender „Partheyen hinfallet.

g) Si hæc vera sint in aliis causis, ut excludantur repressaliæ, cur non & vera sint in causis religionis, ut & in his cessent repressaliæ: cur unice in causis religionis suprema tribunalia, ubi tamen dimidia pars judicum Aug. Confessioni est addicta, de mala fide & injustitia sint adeo suspecti?

h) addantur: *die vermehrte Beyträge zu Verbesserung des Justizwesens am Cammergericht* Part. I. 2. *und* 3. *Stück* & P. II. 1. *Stück*, ubi pag. 36. legitur: *nun hat weder der Reichshofrath noch das Cammergericht eine besondere Vorschrift, dergleichen Sachen kürzer zu behandeln; Sie sind also genöthiget, solche über den allgemeinen Leist zu schlagen; ist dieses nicht ein Punct, welcher eine neue Gesetzgebung d. i. eine neue Vorschrift, wie in Religions- und überhaupt in allen, den Westphälischen Frieden betreffenden Sachen verfahren werden sollte.*

velint, cordatus quisque Germanus facile perspiciet *i*), & dijudicabit, quæ Imperii nostri facies sit enatura, si in arbitrio statuum potentiorum positum sit, an ad violentum Repressaliarum remedium in causis religionis progredi velint? & annon hac ratione majores in Imperio motus post pacem Westphalicam sint orituri, quam ante illam fuerunt excitati, quos tamen compescere, & pro futuris temporibus penitus e Germania proscribere intendebat pax Westphalica. Ad

IVtum. Si unus vel alter statuum Catholicorum ex supposito injuste auferat Ecclesias & reditus suis subditis Protestantibus, imputari secundum dicta hoc factum nullo modo potest indefinite reliquis Catholicis, qui nullam illius habent partem. 2do. qualis conclusio: aliquis ex statibus Catholicis injuste procedit contra suos subditos Protestantes, ergo etiam quivis potentior Dominus territorialis Protestant. potest injuste procedere contra suos subditos Catholicos? ad

Vtum. Transeat, quod Repressaliæ quæst intra horæ spatium tolli possint, exinde enim haud sequitur, quod sint permissæ, nec ulla bene ordinata Respublica assignari poterit, ubi inter cives despecto supremo judice liceat similes exercere Repressalias: negatur illas esse fundatas in æquitate naturali & legibus Imperii, nec illis compescuntur authores malorum prætensorum, sed affliguntur saltem innocentes; alii autem compescendi modi legales in legibus Imperii sunt præscripti *k*). Ad

VItum

i) Quinam futuri sint effectus, si despectis Imperii tribunalibus via facti iterum prævaleat in Germania, exposuit cit. AUTHOR *der vermehrten Beyträge zur Verbesserung des Justizwesens am Cammergericht.* Part. I. I. *Stück* pag. 3. seq. conf. CAESARINUS FÜRSTENERIUS *in der Vorrede von des Kaiserlichen Cammergerichts Jurisdiction.* PÜTTER *Patriotische Abbildung des Zustandes der beyden höchsten Reichsgerichten* §. 65. seq.

k) Spectant huc ea, quæ Carolus VI. Imp. ad Regem Borussiæ, qua Principem Halberstadiensem die 23. Febr. 1720. pto. monasterii Hammersleb. rescripsit apud LÜNIG. l. c.: *Wir lassen dabey Euer Liebden dasjenige, was dieselbe unter Anziehung des sogenannten Römischen Cleri, unter welcher Generalität die gesammte Catholische geistliche Chur- und Fürsten mit begriffen, so anzüglich berühret, dero Verantwortung lediglich über, und wollen jedermann zu erkennen überlassen, wie ohnfreundlich und verkleinerlich dieselbe hiereinfalls begegnen, wie ingleichen mit was Grund die gegen das Closter Hammersleben gleich anfangs gedrohete, nachgehends vollzogene, in dem Instrumento pacis, welches das Grundgesetze der Religionen, selbst so scharf verbottene Repressalien mit einem ersonnenen jure retorsionis zu vergleichen, und dadurch eine Schuld auf gedachtes Closter gebracht werden könne, da weder Euer Liebden noch dero Landen die geringste Beleidigung oder Beschwerde geschehen, also auch kein casus noch*

VI*tum.* Falsissimum est, quod gentes moratiores, constitutis licet judiciis permiserint tamen civibus suis inter se uti Repressaliis, & quidem ea ratione, ut innocentes essent sacrificium; assignetur vel unica: male confunduntur violentæ propulsiones civibus suppositis supponendis permissæ in casu damni irreparabilis vel retinendæ possessionis, quæ contra ipsum lædentem ob deficientem judicis copiam adhibentur, cum Repressaliis quæstionis, quæ non contra lædentem sed contra tertios innocentes exercentur: quænam sint remedia pendente lite se tuendi contra vim injustam utique cuivis notum est, nullibi autem inter illa remedia referuntur Repressaliæ: transeat, quod Reges Germaniæ barbaris diffidationum temporibus, ubi non facilis erat copia accedendi judicem, nec violatores legum authoritate judiciali compesci poterant, debuerint permittere Repressalias; quis autem valide argumentabitur a temporibus illis turbulentis, ubi Repressaliæ sub certis modificationibus erant in legibus permissæ, ubi Germania erat Respublica difformis & inordinata, ad nostra tempora, ubi stabilita pace publica omnes violentiæ inter cives sunt inhibitæ, ubi ordinata sunt judicia, quæ facile accedi possunt, ubi contra violatores legum authoritas Imperantis prostat & potentia exequendi; si velint Protestantes despecta judiciali authoritate tanto cum labore stabilita postliminio reducere pristinam barbariem, tunc utique redibit antiqua germaniæ facies, & erit iterum bellum omnium in omnes, & Imperium suis in ruinis sepelietur. Ad

VII*mum.* Admodum claudicat paritas a violentiis in casu fractæ Pacis publicæ permissis desumta: si enim violata fuit pax publica, utique licet accedentibus requisitis in legibus Imperii præscriptis contra ipsum violatorem ejusque socios in continenti vim vi repellere; hæc permissio autem contra mentem legis ad alios casus extendi nequit, neque licet contra tertios innocentes, qui nec lædentis sunt socii nec subditi, exercere violentias; multo minus igitur hæc permissa erunt in causis religionis: nec ullibi in R. I. de an. 1594. legitur, quod in causis religionis ille, qui se gravatum prætendit, præteritis supremis Tribunalibus possit uti via facti contra ipsum lædentem, multo minus contra tertios innocentes exercere Repressalias. Ad

VIII*vum* leges Imperii in thesi generaliter, ubi adest judicis copia, prohibent viam facti cum Repressaliis; si autem in uno vel altero casu expressis verbis a regula stabiliverunt exceptionem, tunc exceptiones firmant regulam, ac sunt strictæ interpretationis, nec ultra verba & mentem legis extendi possunt. Ad

noch scheinbare Ursache zu einer Retorsion vorhanden, und es auf solche nie erhörte Weise einem jeden Stand des Reichs nach seiner Einbildung die gefährlichste Gewaltthaten auszuüben, und Uns als des Reichs allerhöchstes Oberhaupt bey Seiten zu setzen erlaubt seyn würde.

IX*num*, minimum autem præsidium pro Repressaliis ex observantia desumi potest; illa enim, quæ de facto & injuste contradicentibus Imperatore & iis, quorum interest, a statibus fiunt, legitimam fundare haud possunt observantiam: quod etiam quidam status Catholici quandoque ad Repressalias processerint, hoc nihil ad earum justificationem in favorem Protestantium confert; nam quod in causis religionis aliquis statuum Catholicorum ad Repressalias processerit, non facile exemplum ex actis publicis produci poterit; si in aliis causis civilibus unus vel alter ad Repressalias processit, injuste egit, nec defuit eatenus suo officio Imperator, prout docent mandata Cæsarea in collectionibus conclusorum consilii Imperialis aulici obvenientia, & novissimum occurrit exemplum *in den neuesten Staatsacten*. Tom. I. p 364. seq. add. MOSERS *neuestes Staatshandbuch* L. III. C. 5. § 11. p. 291. ubi contra Repressalias ab Electore Bavariæ decretas 10. Septemb. 1765. rescripsit consilium Imperiale aulicum; quod Imperator Carolus VI reprobarit Repressalias a Regibus Angliæ & Borussiæ qua statibus Imperii exercitas, docent severiora ejus Rescripta dehortatoria, inhibitoria, cassatoria supra allegata, adeoque pro actibus ad stabiliendam observantiam adduci nequeunt: neque aliquid conducit, quod Elector Brandenburg. & Dux Neoburgensis in pacto puncto status religionis in terris Juliacensibus 1673. inito usum Repressaliarum in securitatem conventionis stipulati fuerint; non enim pactis privatis aliquid legibus Imperii illicitum promitti potest; utuntur sæpe paciscentes clausula *mit oder ohne Recht*, quin exinde via facti sit permissa; si dormiverunt tunc temporis fiscales Cæsarei stipulationis hujus ignari, vel quia necdum ad effectum deducta fuerat stipulatio, non tamen dormivit Imperator, qui secundum supra adducta hunc passum pacti quæstionis tanquam nullum cassavit: pariter quod in causa Hildesiensi nec laudarit decretas Repressalias Imperator, patet ex rescriptis Imperialibus; quodsi in pacto ratione dignitatis regiæ inter Imperatorem & Regem Borussiæ promiserit neorex, quod nolit uti Repressaliis in causa Palatina, quas minatus fuerat, innoxia hæc cautela non probat, quod Repressaliæ igitur fuerint permissæ, sæpe enim pro circumstantiis per pacta quis promittere potest abstinere ab illo, quod legibus jam est inhibitum; Quod deni ue Josephus I. Imp. Repressalias in causa Campidunensi a Rege Borussiæ susceptas ratihabuerit, probari nunquam potest; & nisi causa illa in suis natalibus fuisset sopita, dubio procul mandata Cæsarea fuissent subsecuta. Argumento

Xmo partim iam fuit satisfactum per argumentum sextum §pho antecedente contra Repressalias adductum, partim etiam ex hoc capite nullius est relevantiæ, cum Catholici in Germania (qui saltem in comitiis in casibus a legibus constitutis in partem eunt) nullum constituant Corpus, consequenter unus haud participet de facto alterius, nec reliqui luere possint illud, quod singulus forsan

forsan peccavit: religionis communio autem inter Catholicos tanquam membra Ecclesiæ Romanæ ex religionis principiis nullum aliud habet objectum, quam spirituale, quod scilicet sit communio inter illos quoad participationem sacramentorum, bonorum operum &c., non autem operatur, ut unus participet de facto alterius contra leges forsan gesto, eatenus enim nulla inter Catholicos religionis intuitu est communio: ex eodem fundamento nec universim Clero Catholico imputari potest, si singulus Clericus ex supposito peccavit; qua justitia enim peccatum singuli imputari potest universo Clericorum ordini? quid ad reliquos Apostolos peccatum Judæ? frustra etiam imputantur universim Clero Romano principia ad extirpationem Protestantium tendentia; nec etiam hic potest duci argumentum a particulari ad universale: transmittamus quod forsan singulus quidam Zelo indiscreto abreptus excesserit, ac suppeditarit suo Principi in causis religionis consilia, quæ justis gravaminibus Protestantium dedere ansam, qualia exempla nec desunt penes Protestantium Ministros, non tamen ideo omnes Clericos Catholicos idem animavit spiritus, nec habent partem illius, quod singulus sine confratrum scientia & consensu peccavit; nec imputata Clero Romano ex gestis ante & post pacem religiosam & durante bello tricennali justificari possunt: spiritus enim persecutionis injuste imputatur illis, qui saltem sua contra aggressores defendere conabantur; certabant illis temporibus Protestantes de lucro captando, Catholici de damno vitando; ablata erant Clero Catholico multa bona Ecclesiastica ab origine introductarum novarum in Germania religionum, hæc spolia etiam vi pacis Religiosæ Protestantibus sunt relicta; promiserunt autem hi, prout ipsa natura pacis jam dictabat, quod imposterum sepositis omnibus violentiis sua bona cum beneficiis Ecclesiasticis Catholicis velint relinquere intacta, verum contra fidem datam mox de novo involarunt in bona Ecclesiastica, & passim novas suas religiones extirpata Catholica, expulsis Clericis Monachis & Monialibus violente introduxerunt, prout ex Historiis sic dictarum reformationum est manifestum; si Clerici Catholici se opposuerant hisce violentiis, & spoliata recuperabant, tunc pressum erat Evangelium, religio Protestantium sustinuit persecutiones, Catholici Clerici sitiebant sanguinem; verum cui majori jure spiritus persecutionis imputari potuit, an aggressori, an illis, qui contra violentias & rapinas suas personas & possessiones Ecclesiæ Romanæ avitas tuebantur, qui non inferebant injurias, sed se contra injurias illatas defendebant? denique cum objectioni

XImæ jam fuerit prævie satisfactum per argumentum IVtum §pho priore adductum, sic frustraneum foret illi longius inhærere.

§. XII.

Conclusio.

Cum igitur secundum deducta Repressaliæ in causis religionis, potissimum si contra tertios innocentes exerceantur, non solum legibus Imperii, Majestati Imperatoris, authoritati supremorum Imp. tribunalium, nec non sanæ politiæ repugnent, sed & salus & tranquillitas Imperii exigat, omnesque cordati merito exoptent, ut non amplius redeant antiqua Repressaliarum tempora Germaniæ adeo funesta, sed potius inviolata conservetur sancta Imperatoris Majestas, & authoritas supremorum tribunalium tam in causis civilibus quam religionis legibus stabilita inconvulsa permaneat, hisce denique accedant indefessæ Augustissimi Imperatoris nostri Josephi II. pro re judiciaria Imperii curæ a) sub cujus auspiciis non solum splendidissima Imperii Deputatio Cameræ Imperiali venerandam ab omnibus absolutissimi tribunalis formam procurabit, sed Consilium quoque Imperiale aulicum suo splendori restituetur; sic merito sperandum, forent Protestantes majorem imposterum in justitiam supremorum Imp. tribunalium fini posituri fiduciam, nec non in causis religionis alieni ab omnibus viis facti & Repressaliis, prout publice declararunt novissime b), expetitas decisiones sint amplexuri.

a) Quoad causas religionis vid. rescriptum Imperiale ad Judicium Camerale dd. 4. Aug. 1764.

b) Vid. Pro memoria Protestantium Commissioni Principali Cæsar. in comitiis exhibitum die 11. April 1770.



Animadversio Editoris.

Auctoribus Protestanticis Repressalias in causis Religionis tanquam licitas defendentibus addendus nunc est CHRISTIANUS MAJER Professor Jenensis in seinem teutschen geistlichen Staatsrecht abgetheilet in Reichs- und Landrecht 1773. *Part. 1. p. 380.* ubi ait: „Das Corpus Evangelicorum hat „das Recht, wenn alle gütliche Vorstellungen bei Kayserl. Maj. und alle „Drohungen bei dem Gravanten, als dem Bundbrüchigen Theil vergeblich „seyn würden, theils Repressalien, theils Retorsionen, als den geringsten Grad „von würcklichen Zwang anzuwenden. Es ist ein abgedrungenes, doch aus „der lauteren Quelle des Reichsfundamental Gesezes abfliesendes Recht, so viel „es auch je und je Widerspruch gefunden hat. Haec quidem MAJERI asserta non est, cur ultra confutem; post doctissimam, quam præmisi, de *Repressaliis* lucubrationem nescio, quis præjudicio vacuus talia amplius scribere velit: quod

quod MAJERUS denuo compellat *scriptum* aut *epistolam Corporis Evangelicorum de anno 1720.* ab Auctore Dissertationis satis superque examinatam esse apud eundem videre potest: id tamen tolerandum est minime, quod deinde de ipso *Bello Religionis* tanquam licito in Germania in certo casu subjicit his verbis: „Der Religionskrieg bleibt endlich als das letzte und äusserste Mittel übrig, „das aber erst alsdann zu ergreifen ist, wann das gegenwärtige Uebel der Reli„gions Beschwerde gegen alle die unvermeidlichen und traurigen Folgen eines „innerlichen bürgerlichen Religions-Kriegs das Uebergewicht hätte. Ein „Mittel also, wozu nur Verzweiflung schreitet ꝛc. adeo nimirum verum est, quod ex defensione *Repressaliarum* in causis Religionis pluribus in locis jure merito auguratur *Auctor Dissertationis*, ex ejusmodi videlicet doctrinis palam assertis, propugnatis, in praxin deductis compagem universam Imperii manifestum demum discrimen subituram. Ipse MAJERUS l. cit. *a §. 144.* seqq. distinguit, quemadmodum omnino oportet, inter gravamina Religionis *liquida & illiquida*; *liquida* dicit, ut verbis ejusdem utar: „liquide Fälle sind diejenigen, „worinnen einer gegen die klaren Buchstaben des Gesetzes durch ein unbezwei„feltes Factum in seinem eben so unbezweifelten Recht gekränkt, ihm dasselbe „auf diese Art entweder vorenthalten oder entzogen wird, und also das Factum „sowohl als dessen Widerrechtlichkeit nicht weiter gerichtlich erwiesen, unter„sucht und entschieden werden darf. *Illiquida* ita determinat. Illiquide Fälle „hingegen sind diejenigen, worinnen entweder das widerrechtliche Factum des „Gravanten, oder das hierinnen rechtsbegründende Factum possessionis nor„malis des gravirten Theils oder beides zusammen untersucht und erwiesen wer„den muß: quoad gravamina *illiquida* specie processus opus adhuc esse fatetur atque ipsemet ostendit *l. cit. §. 147.* ingenue deinde satis affirmat gravamina hodierna praesertim, pleraque in classem *illiquidorum* referenda esse: „die meisten „Religions-Beschwerden, besonders die heut zu Tag neu existirenden, sind nun „*NB.* dieser Art, so daß, wenn auch gleich der gravirende Theil nicht ein „würcklich gegründetes Recht hat, doch seiner Sache einen scheinbaren An„strich von Recht gibt, worüber er allerdings gehöret werden muß. Postquam deinde circa ipsam executionem Pacis casus *illiquidos* a *liquidis* separatos fuisse recte ostendisset, subjungit, in causa ejusmodi gravaminum *illiquida* de executione ante sententiam judicis cogitari non posse.

Quodsi ejusmodi sensa de diversitate ipsorum gravaminum, de indole *liquidorum* et *illiquidorum* genuina, de diverso circa utraque procedendi modo serio foveantur, ut quid turbulenta illa de Jure *Repressaliarum*, *Autodikia*, et ipsius *belli Religionis* doctrina tanquam pro aris focisque defenditur, tanto conatu obtruditur, tanta pertinacia sustinetur? Paucissima fatente MAJERO *liquida* vere dici possunt; et siquae unquam *liquida* fuere, an suprema tribunalia

aut Augustissimus Imperator auxilium denegarunt et executionem? an illa, ob quae *Repressaliae* toties exercitae fuerunt, hac ratione vel ex mente ipsorum Protestantium *liquida* dici possunt aut potuerunt? quodsi talia non fuere, an exspectata fuit sententia ante executionem? qualis nunc abusus jure timendus ex hujusmodi principiis passim obtrusis? Haec atque hujuscemodi plura velim MAJERUS aliique harum opinionum tantopere patroni expendant serio, atque quid demum emolumenti aut commodi ad bonum Germaniae publicum conferant, facile pervidebunt.



XVIII. JO-

XVIII.

JOSUAE JOSEPHI RIEFFEL U. J. D.

et in Univ. Wirceb. Prof. Publ. et Ordin. &c.

DISSERTATIO

DE

MODO AGENDI IN CAUSIS,

IN QUIBUS

STATUS IN DUAS PARTES EUNT,

SECUNDUM LEGES ET FORMAM IMPERII CONSIDERATO.

Wirceb. 1768.

§. I.

Sæpe tam in comitiali conventu, quam variis etiam scriptis agitata noscitur controversia: An ad legitimam in partes itionem sola majora illius partis, quæ a reliquo Corpore secessum facit, sufficiant, atque adeo ad vim pluralitati votorum comitialium adimendam satis sit, modo major Protestantium statuum pars diversæ fuerit a Catholicis sententiæ, licet cum his illorum aliquot conspirent, ac proinde conclusum secundum majora promiscua & eminenter talia adornatum, illorum Protestantium contradictioni, qui majorem inter se constituunt partem, ita subsit, ut itioni in partes per pacem Westphalicam certo modo indultæ omnino sit locus? Inter complures hujus generis partus prodiit paucis abhinc annis Anonymi cujusdam opusculum cum inscripto titulo: Erwiesene und ferner erläuterte Rechtmäßigkeit der Itionis in partes auf den teutschen Reichstägen durch die meiste Stimmen eines jeden Religions-Corporis &c. Cujus auctor in discursu præliminari methodo demonstrativa adornato comprobare nititur, quod ad itionem in partes in comitiis imperii non unanimia cujusvis partis requirantur suffragia, sed in quovis, ut ille quidem compellat, religionis corpore sufficiant majora, proindeque ad votum, ut vocant,

commune conficiendum, non omnium unanimis, sed majoris saltem partis consensus sit necessarius. Quo in argumento annorum academicorum coronidem more Antecessorum ponere dum cogito, non est mihi quidem in amplissimo juris publici R. Germanici studio adhuc tironi animus, rem tantam tot tricis & difficultatibus implexam secundum omnem dimensionem intra tenues pagellas definire, sed ita duntaxat in eo versabor, ut præcipua saltem, in quibus præfatus Auctor potissimum suum robur ponit, quæque in ejus discursu præliminari continentur, momenta ad formam imperii & legum publicarum trutinam revocare allaborem. Neque temerarius ulli videbor, qui meminerit, in republica literaria, ut quondam in Romana, jus suffragii, seu sententiæ modeste & candide proferendæ tam Patritiis, quam populo esse concessum.

§. II.

Longum nimis autem foret totam demonstrationum ab Anonymo illo prolatarum seriem ex ordine recensere. Juvabit ergo rem in compendio exhibere. Præmissis itaque notionibus genericis, quid per corpus politicum, quid per votum, quid per votum unanime, quid per majora tale intellgendum *a*), ponit generalem ex principis juris publici universalis deprompram regulam, quod, sicut in quavis republica polyarchica unitas voluntatis unice per suffragia statuum reipublicæ, aut eorum, qui totum repræsentant populum, in publicis & universalibus comitiis declaratur, ita, cum unanimem omnium & singulorum consensum rarissime liceat sperare, conclusum per majora adornatum, in omni casu, per legem specialiter non excepto, perinde valeat atque obstringat, ac si per unanimia esset confectum. Cum enim diversæ capitum diversorum forent sententiæ, partim observantiam regnorum, partim gentium bene moratarum consensum medium hoc opportunissimum adinvenisse, quo fluctuantia huc illuc civitatum negotia salva decisaque in portu collocarentur. Atque cum major pro majori suffragantium numero militet veritatis præsumtio, nihil etiam æquitati, nihil sanæ rationi videri conformius, quam ut via hac tutiori breviorique, inimica societati humanæ litigia finem tranquillum sortirentur. Non unum tamen existere casum a majoribus exceptum. Exceptionem a regula nunquam præsupponi. Alleganti igitur illam incumbere onus probandi *b*).

§. III.

Conclusum congregatorum statuum per majora confectum debere tanquam unitam voluntatem politicæ societatis considerari, quæ ad illius essentiam, vim atque

a) §. 1. sqq.

b) §. 5. sqq.

atque efficaciam indispensabiliter sit necessaria. Minoribus enim nullam favere causam, quare illorum major, quam majorum habenda sit ratio; naturam rei potius exigere, ut numerus major voluntatum voluntatem unitam in societate civili tam necessariam repræsentet: inde consequi, quod cum unita voluntate corpus politicum cum omni virtute regatur, pars major minorem post se trahat, & conclusum ex majoribus adornatum in casibus non exceptis ejusdem debeat esse valoris, ac si per unanima fuisset confectum a).

§. IV.

Per suffragium autem, subjungit intelligi sententiam, sive votum unius alicujus status, quid in negotiis status agendum sit, & ex his suffragiis prodire dein conclusum. Votum proinde commune politici cujusdam corporis nihil aliud esse, quam ejusdem conclusum, quid in negotiis reipublicæ sit statuendum. Votum itaque commune & conclusum esse unius ejusdemque notionis, esse unam atque eandem rem sub nominibus tantum diversis a). Pergit, occurrere vero negotia, casusque varios, in quibus natura rerum postulet, ut membra societatis civilis, in quantum ad tales casus, desinant tanquam unum aliquod corpus posse considerari. Tale exemplum petit e republica libera, ubi diversitas religionis inter status tolerata invaluit. Atque fundamenta sui asserti in eo potissimum collocat, quod neutra cæteroquin pars vera libertate esset gavisura, nisi jus integrum, mediaque semper opportuna & necessaria haberet ad manus, quibus religionis suæ sanctimoniam sartam tectamque possit conservare. Tali ergo casu concludit, totum reipublicæ corpus in duo diversa abire corpora, quæ nihilominus in omni alio respectu unita maneant, atque unum totum aliquod corpus constituant b).

§. V.

Arguit inde porro, unicuique corporum istorum divisorum in ferendis suffragiis & formandis conclusis idem, quod toti reipublicæ corpori, justum esse debere. Atque ideo, cum quodvis corpus politicum, ut ei vis agendi insit, sua unitate constare oporteat, & cum difficulter raroque admodum unanimia in eo suffragia locum obtinere soleant, a tali separato corpore in conficiendis conclusis eundem, quem totum corpus tenet, modum servandum esse, eidemque hanc regulam majorum æque valere debere; exceptionem autem ab ea ex lege ostendendam; ac proinde conclusa a separato ejusmodi corpore ex majoribus con-

a) §. 9.
a) §. 10.
b) §. 11.

confecta ejusdem esse debere valoris & efficaciæ, ac si per unanimia omnino suffragia fuissent stabilita. Neque cum neutrum talium corporum in punctis controversis decidendi facultatem sibi arrogare aut desiderare queat, ut suæ se alterum corpus decisioni submittat, aliam, quam amicarum hinc inde consultationum viam haud superesse, atque ideo de corpore ad corpus agendum, sive, quod idem esse credit, mutuas hinc inde declarationes faciendas esse, quas cum nomine voti communis efferre liceat; votum autem commune & conclusum ex mente Anonymi idem sint, hinc in amicis ejusmodi consultationibus nihil aliud agi, quam quod unumquodque corpus cum altero sua communicet conclusa *a*).

§. VI.

Hæc generalia a se præmissa principia dum dein ad imperium Romano Germanicum tanquam rempublicam indubie liberam, in qua declaratio unitæ voluntatis non alicui sit delata monarchæ, sed congregatis in conventu comitiali statibus propria sit, applicare laborat Anonymus noster, rursum regulam majorum intuitu totius imperii ex plurium sæculorum observantia, aureæque bullæ uti & J P. O. sanctionibus deducit, ita ut affirmanti unanimia in aliquo casu requiri suffragia, incumbat, id per legem expressam docere. Per eam vero, quæ sæculo XVI. contigit, sacrorum mutationem id evenisse, ut, quod ad negotium religionis, totum Germaniæ corpus politicum in comitiis in duo distincta corpora scinderetur adeo, ut ex ipsa reipublicæ polyarchicæ indole in controversiis talem separationem concernentibus neutri parti liceat vel superioritatem quandam, vel decidendi auctoritatem sibi vendicare, sed amicam tantum utrinque de corpore ad corpus suscipere pertractationem fas sit *a*).

§. VII.

In ipsa proin reipublicæ Germaniæ indole fundamentum suum invenire illud Protestantium postulatum, quo in consultationibus de pace W. certos casus a jure majorum excipiendos exigerent, cui illorum desiderio ad amussim constet factum fuisse satis per ipsam illam legem fundamentalem Art. V. §. 52. *In causis religionis omnibusque aliis negotiis, ubi status tanquam unum corpus considerari nequeunt &c.* Saluberrimo quippe hoc pacis auxilio nisi Protestantes muniti fuissent, nunquam eos exacta cum Catholicis æqualitate perfrui potuisse, nunquam sat tutos fuisse in libertate sua, cum potestas quævis negotia definiendi penes Catholicos nunquam non vi majorum, atque adeo & subigendorum Prote-

a) §. 12. sqq.

a) §. 15. & 16.

Proteſtantium, & ipſius etiam pacis Weſtphalicæ profligandæ arbitrium ſtetiſſet a).

§. VIII.

Hac vero exceptione a juribus majorum per pacem Weſtphalicam ſtabilita dum Proteſtantes uti deſiderant, præterea requiri nihil, quam ut ſuam Catholicis exponant ſententiam, fieri id per votum Proteſtantium commune, tale vero alicujus corporis ſub certo reſpectu ſeparati votum commune eſſe ipſum illius corporis concluſum, quo ſine ejusdem ſententia proferri haud poſſit a). Patrocinari porro continuam duorum ſæculorum obſervantiam legibus munitam, ut, quemadmodum univerſum Germaniæ corpus ſolemnibus in comitiis latum e votis majoribus concluſum firmaret, ita ſeparatum ab univerſo corpore corpus ſua ſuis in conventibus efformata concluſa haud aliter, quam ſecundum ſuorum ſuffragiorum pluralitatem adornaret. Atque huic obſervantiæ adſtipulari fixam de concluſis politici alicujus corporis ſecundum majora adornantis regulam; quodſi vero quis ad tale aliquod concluſum exigi contendat unanimia, eum ſe fundare in exceptione, quæ probanda. Atque hoc ipſum, quod ratione univerſi Germaniæ corporis valet, cur non & intuitu corporis in certo reſpectu ſeparati obtineat, nullam prorſus apparere rationem b).

§. IX.

Infert. Dum ergo Catholici contendunt, quod ſtatus A. C. addicti nonniſi per unanimem ſui conſenſionem legali in partes eundi, atque majora totius conventus comitialis ſiſtendi facultate per pacem conceſſam, uti queant, hanc a regula exceptionem ab illis ex lege expreſſa oſtendendam ac docendam eſſe, talem vero legem non extare a). Neque per ipſa pacis verba id indigitari, neque ex natura rei expoſci, ut itio in partes nonniſi per unanimia ſit inſtituenda. Nam licet fortaſſis illa pacis formula: *Catholicis & A. C. ſtatibus in duas partes euntibus &c.* ex natura rei id continere quibusdam videatur, ut omnes Catholici ſtent ex una, atque omnes A. C. addicti ſtatus ſtent ex altera parte: huic tamen interpretationi debitum deeſſe fundamentum, cum, ſi a quodam corpore vel collegio quid concludatur per majora, id æque tanquam actio totius collegii reputetur, ac ſi per unanimia fuiſſet factum. Et ſi ſummi pacis conditores ad juſtam in partes itionem unanimia exigere voluiſſent, id ipſum leviſſima opera

a) §. 17. & ſqq.

a) §. 20.

b) §. 21.

a) §. 22. *ſeqq.*

opera addito nimirum verbulo: *Omnibus* exprimi ſine ullo negotio valuiſſe. Præterea quamcunque a regula exceptionem non per præſumtiones e longinquo accerſitas docendam, ſed ſecundum ipſam cujusvis exceptionis indolem, ceu quæ nunquam præſumitur, claram & diſtinctam ſuper ea ſanctionem oſtendendam eſſe *b*).

§. X.

Contendit ulterius, veram illius de pluralitate votorum per pacem W. ſancitæ legis rationem in eo poſitam fuiſſe, ut utriusque Religionis ſocii jure inter ſe perfecte æquali, atque adeo Proteſtantes utpote numero pauciores contra abuſum majorum a Catholicis intentum plena fruerentur ſecuritate. Hunc vero finem vel nunquam, vel raro admodum poſſe obtineri, ſi ex vera ſummorum paciſcentium mente, unanimia ad juſtam in partes itionem eſſent neceſſaria; eo quod unum vel alterum Proteſtantium ex eorum ordine ſeducere, ſuasque in partes pertrahere, Catholicis haud magno labore conſtet, ſi ſua hi ſententia in damnum Proteſtantium in quodam magni momenti negotio pervincere ſecum conſtituerint. Imo omnem pacis ſcopum a Catholicis etiam per id eludi poſſe, dum aliquot Catholicorum ſuffragia Proteſtantium parti faciunt aggregari; cum hoc facto ſpeciem votorum ex utraque parte promiſcuorum obvertere liceret; Catholici vero absque periculo pluralitatis ſuffragiorum amittendæ aliquot votis carere poſſent; cui lubrico fundamento data quavis occaſione evertendo ſi quis ſecuritatem Proteſtantium ſuffultam contendat, ab eo ſane pacis W. hac in re ſanctionem mero ludibrio haberi *a*).

§. XI.

Præterea oppugnat novitatem hujus doctrinæ, quæ vota omnium unanimia requirat. Neque Catholicos, neque Proteſtantes ſtatus per totius ſeculi ſpatium, & quod excurrit, ad itionem in partes neceſſarium judicaſſe, ut ſingula omnium adeſſent vota. Et ſi Proteſtantes unquam credidiſſent ad legitimum juris eundi in partes uſum unanimem omnium conſenſum requiri, eos nunquam, tam veſanos extituros fuiſſe, ut Catholicis Electoribus & Principibus, in quorum territoriis A C religio viget, ſuffragia penes ſuum cœtum indulſiſſent. Quamvis enim conventum ſit, ut ejusmodi ſuffragia non a Domino Catholico, ſed ab ejus ſecretiore conſilio A. C. addicto inſtruantur, haud tamen difficulter jam ante potuiſſe agnoſci, ejusmodi vota, cum Princeps Catholicus ſit & maneat ſui conſilii ſecretioris Dominus & imperans, in partes Catho-

b) §. 24.

a) §. 27.

Catholicorum nunquam non reducenda. Non vero præsumendum, Protestantes saluti ac rationibus suis non cautius prospexisse ac consuluisse a).

§. XII.

Denique subjungit conclusum commune Protestantium, statuum per majora etiam formatum a Catholicis sine contradictione subin fuisse exceptum; quin hi eo sint progressi, ut conclusum imperii e majoribus promiscuis efformarent a). Suam tuetur thesin exemplis ipsorum statuum Catholicorum, quos posthabitis minoribus sui cœtus non una vice in partes ivisse contendit. Idque probare nititur primo per eum casum, quo MDCLXXII. de eligendis summis vigiliarum præfectis equitatus & peditatus discors erat in comitiis sententia, dum collegium quidem Electorum unanimiter censuit, equitatui duos A. C. addictos, & peditatui duos Catholicos præfici posse, cujus sententiæ in collegio Principum erant quoque status A. C. cum contra major Catholicorum Principum pars paritatem religionis tam in equitatu, quam in peditatu servandam, atque unum Catholicum, & unum A. C. addictum in equitatu, eademque ratione in peditatu adhibendos urgeret, ita ut Directores post consultationem a Catholicis seorsim susceptam ad senatum publice edixerint: Es hätten Catholici sich über die jüngst wegen der Bestellung der General-Majors entstandenen aus dem Chur-fürstlichen Collegio, vornehmlich herrührenden Differenz, ob nemlich die General-Major-Stellen zu Pferde der Herrn Churfürstlichen Meinung nach durch Ihre Fürstl. Durchlaucht Herzog Johann Georgen zu Sachsen-Weimar, und Herrn Marggrafen Christian Ernsten zu Brandenburg-Culmbach, und zu den General-Majors zu Fuß Catholische Subjecta zu benennen und zu emploiren beredet.

Der gröste und meiste Theil aber seye der Meinung gewesen, daß auch in diesem Stück paritas religionis müsse observirt werden, welchemnach es an dem seyn würde, daß Ihrer Kaiserlichen Majestät vorbehaltene Stelle mit einem General-Major zu Pferde besetzet, der H. Baron von der Leyhen aber mit einer General-Majors-Stelle zu Fuß versehen werde, stehe also dahin, ob man sich damit vergleichen wolle. Alterum casum affert de XXVI. Febr. A. MDCCXXXIV., ubi agebatur de adornanda declaratione bellica contra Regem Galliarum, cui insereretur ex mente statuum A. C. addictorum passus clausulæ Ryswicensis valorem penitus adimens. Catholicorum Statuum duodecim, quos numerat Anonymus noster, suum hac super re dissensum ad protocollum totius Collegii indicarunt, nullique industriæ pepercerunt, ut vota ma-

a) §. 28.

a) §. 30.

jora Catholicorum paucioribus illis contraria invalida redderent, ex adversa vero parte pro stabiliendis majoribus Legati Salisburg. & Austriac. suam instructionem ad protocollum dictabant. Tandem concludebatur: Daß nach denen mit einer grossen Superiorität sich geäusserten Majoribus deren übrigen Herren Catholischen in Sachen fortgegangen worden seye, darinnen hätte man nicht gegen die Reichsgesetze, noch wider das übliche Herkommen gehandelt, sondern vielmehr dasjenige gethan, was den Reichsgesetzen, bevorab der Executions-Ordnung gemäs, und des H. R. Reichs Wohlfarth und Sicherheit, zumalen bey jetzigen mißlichen Zeiten erfordert gehabt. Man müsse also diese so ungeziemend- als unbefugte Protestation an seinem Ort gestellt seyn lassen, und Ihrer Kaiserlichen Majestät und gesammten hohen Ständen dieses Hochfürstl. Collegii überlassen, wie von denenselben dieses ungewöhnliche Unternehmen angesehen werden wolle. Hiermit (pergit Anonymus) hatten die vota minora des Corporis Catholicorum ihre Abfertigung, und sie mußten geschehen lassen, daß nach der Meinung der Majorum ihres Corporis der Vorschlag des Corporis Evangelicorum angenommen, und das Reichsgutachten vom XXVI. Februarii MDCCXXXIV., welches seine Kaiserliche Majestät unter dem Xten März ejusd. anni wirklich ratificirt haben, abgefaßt wurde b). Inde concipi nullo modo posse arguit Anonymus noster, qua ratione Catholici nova id genus postulata possint obtrudere Protestantibus, ut vota illorum sint unanimia, ut majora votorum in comitiis nullius prorsus sint efficaciæ.

§. XIII.

Hæc aliaque id genus argumenta fuco mathematicæ demonstrationis incrustata tam valida venditat Anonymus noster, ut quemvis, cui donum aliquod supernum vim talis demonstrationis penetrandi inest, iisdem credat omnino convincendum. Verum ab æquo rerum arbitro ad æquitatis & justitiæ staterum appensa suo nequaquam pondere constare animadvertemus. Utut enim blandiantur ingeniis, suaviusque illabantur animis mathematicæ id genus demonstrationes, habent tamen artificiosæ hæ methodi in moralibus susceptæ id fere commune, ut quandam hypothesin primario suo systemati tanquam fundamentum inviolabile substernant, cujus falsitate detecta tota illa concatenatarum conclusionum superstitiosa moles evanescit. Atque id ipsum elaboratæ Anonymi nostri machinæ evenire advertemus, si ejus suppositum, quod ubique pro certo & indubitato propinat, secundum nativam suam indolem rite expendamus.

§. XIV.

Primarium scilicet suum fundamentum constituit in illo supposito, quod, quan-

b) §. 31. & pag. 53. & sqq.

quandocunque Status utriusque religionis in duas abeant partes, illi duo vera constituant corpora politica. Non est hic animus, ne præfiniti scopi limites transiliam, illi immorari quæstioni, an tentata in quibusvis causis etiam nullum plane respectum ad religionem habentibus itio in partes vim plurium suffragiorum intervertat: sed illud duntaxat investigare constitutum, utrum in illis causis, quæcunque demum sint, in quibus itionem in partes lex indulget, illud Anonymi nostri suppositum, sua, qua profertur, veritate constet? Probationem ejus si ex lege desideres, haud dubie ad pacis Westphalicæ tabulas remitteris, ceu quibus innuitur, dari negotia, in quibus Status *tanquam unum corpus* considerari nequeunt; in his ergo negotiis, cum Status non habeantur tanquam unum corpus, in duo tunc illi corpora abire videntur. Lepidam sane philosophiam, crisin agricolæ securi dissolvendam! Arbor vel ferro vel trunco divisa tanquam una arbor considerari nequit, ergo tanquam duæ arbores: quis sanæ mentis duas illas unius antea arboris partes, tanquam distinctas novas arbores habebit? Itaque Status, dum in quibusdam negotiis in partes eunt, non considerantur quidem intuitu illorum tanquam unum aliquod corpus, quod conjunctis viribus ac consiliis saluti publicæ procurandæ tum intendat; at exinde quod hoc casu se habeant ut partes de juribus suis litigantes & inter se discrepantes, non sequitur, quod ipsa structura politica totius corporis quoad causam controversam ita laxetur, ut duo evadant distincta corpora politica, sed quod sic adsint duæ partes unius corporis politici, studiis, consiliis ac sententiis quoad illam causam inter se discrepantes. Neque aliud ipsa pacis Westphalicæ verba innuunt. Illa enim id quidem docent, dari negotia, in quibus Status tanquam *unum corpus* considerari nequeant, & quibus adeo *in duas partes* eant; de tali vero casu, quo Status in *duo* abeant *corpora*, altum in ea pace ubique habetur silentium. Non *duorum corporum* sed *duarum* ejusdem corporis, dum Status *tanquam unum corpus* considerari nequeunt, *partium* occurrit mentio.

§. XV.

Atque hoc ipsum, quod certis casibus Status non aliter, quam ut meræ partes considerentur, intuitu quarum parti licet quoad numerum majori in minorem nullum possit competere imperium, vel arbitrium, ipsi Protestantes tum vel maxime, cum se a vi majorum in certis casibus eximendos postularent, toties quoties testati leguntur Ita enim in conventu compositionis A. MDCXLI. Hamburgi habito ajunt: Weilen nun in freywilligen Contributions-Sachen auch Religions-Strittigkeiten die Reichsstände untereinander Partheyen seynd, oder ja ein Stand dem andern keine Maas zu setzen, was ein oder anderer ertragen solle, und möge, und aber der natürlichen Billigkeit und Vernunft selbsten widerlaufen thut, so diejenige Parthey wider seinen Gegentheil urtheile rc.

positas constituunt, illud in duo distincta corpora, quorum unumquodque formam separati corporis induat, transformetur. Ruente igitur illo supposito, cui totam suam machinam præcipue superstruxit Anonymus noster, totam quoque ratiocinationis ab eodem inductæ seriem ruere necesse est.

§. XVIII.

Atque dum is porro pro regula majorum, quæ ubique citra claram & expressam exceptionem valeant, velut pro aris & focis contendit, propriis se ipsum objicit telis confodiendum. Regulam quippe pro juribus majorum intuitu totius imperii militare, ac fundatam habere intentionem, donec quoad unam vel alteram causam clare doceatur de exceptione, Anonymo nostro ultro ac promtissime subscribo. Exceptionem quoque ab hac regula, si in certis causis in partes eatur, admitto. At vero cum nullibi quoad hanc exceptionem id expressum legatur, quod sola majora minoris partis a majoribus absolute talibus secessum facientia vim majorum totius imperii promiscue ex utraque parte desumtorum impedire valeant, tuto concludere licebit, quod, si ex parte minori accedant aliqui ad partem respectu totius imperii, atque adeo in se & absolute majorem, regula pro pluralitate majorum intuitu totius imperii talium fundata sit. Exceptiones enim a regula odiosas, nec facile admittendas esse, natura rei loquitur, neque Anonymus noster ipse diffitetur. Atque inde cum ad exceptionem pertineat, quando pars minor in partes discedit, & conclusi a parte majore formati validitatem impugnet, discessionem ejusmodi odiosam, adeoque omni modo coërcendam, ac restringendam esse patescit.

§. XIX.

Ipse etiam pacis Westphalicæ tenor rite expensus demonstrat, juri eundi in partes tum demum locum esse, si Catholici & A. C. Status duas inter se partes constituant, quarum unam Catholici, alteram ex adverso A. C. Status omnes conficiant, ceu quod verba generalia: *Catholicis & A. C. Statibus in duas partes euntibus* indubitate perhibent, quæ ex ipso Protestantium in tractatibus pacis usitato loquendi modo idem sonant, quod verba: *Catholicis unam*, & *A. C. Statibus alteram partem constituentibus.* Ecquis vero Statibus in partes discedentibus partem unam Catholicos, alteram A. C. Status efficere dixerit, ubi neque Catholici omnes, neque A. C. Status omnes penes suæ religionis, sed potius penes partis adversæ socios stant. Duæ hoc in casu sunt partes, sed non quales lex desiderat, Catholicorum una & A. C. Statuum altera. In quam rem recte scribit HENNIGESIUS ipse scriptor Protestantium sacris addictus *a*): *Requiris autem lex, ut Catholici omnes ex una, rursusque omnes Protestantes ex altera parte* con-

a) Medit. ad I. P. W. art. V. §. 52. not. c. pag. 652. sqq.

contrarium sentiant, & veluti acies diversa prælia inter se misceant, tanta utrinque constantia, ut post omnia tela emissa ambo nihilominus stent in proposito, neque gradu sese dimoveri patiantur. Nam si inter concertationes Protestantium quidam Catholici, vicissimque nonnulli ex his se Protestantibus adjungant, ita ut partes aut sententiæ diversæ sint in senatu, sed non inter Protestantes & Catholicos, quatenus considerantur ut Status utriusque religionis, tum vero, hæc discessio ad vim impediendorum majorum non adeo valebit.

§. XX.

Ultro equidem largior laudatum auctorem, ut Anonymus noster *a*) innuit, ab Ordinibus Protestantibus ea donatum haud fuisse auctoritate, ut eorum opinionis ageret interpretem. At vero nec Catholicos Ordines id sibi imponi unquam passuros autumo, ut scriptis & assertis sacræ libertatis anchoræ caput proni inclinent. HENNIGESIUS & rerum comitialium ac propria experientia admodum gnarus, & tempori conditæ pacis Westphalicæ propior, & hac in parte simplicis veritatis ex legis verbis depromendæ nudus sectator *b*) apud viros cordatos amicæque veritatis amantes majorem semper sibi conciliabit fidem, potentioremque merebitur assensum, quam alii recentiores, qui nulla plane legis habita ratione meris convenientiæ regulis velificantes, vel causæ suæ plus justo indulgentes, vel etiam ad talem operam conducti, libertatis Germanicæ anchoram tam vage laxare allaborant, ut toti reipublicæ navi ad funestos nudarum convenientiæ regularum scopulos allisæ triste sui naufragium accersant. Præsertim si & illud perpendere lubet, ex magni nominis magnæque auctoritatis Ordinibus Protestantibus extitisse, qui, ut infra (§. XXXIII.) ostendetur, hanc ipsam HENNIGESII doctrinam reipsa a se adoptatam palam testati fuerunt.

§. XXI.

Præterea si in causam, cur itioni in partes locus, atque is effectus sit datus, ut per eam vis & valor plurium suffragiorum infirmetur, inquiramus, id indubitanter asserere licebit, diversa sacra in imperio invalescentia unice ad id ansam dedisse, causamque adeo in eo positam fuisse, ne religio minoris partis per pluralitatem suffragiorum alterius partis in periculum adducatur; cum liquido constet, ante exorta religionis dissidia nullam a regula majorum exceptionem fuisse cognitam. Cessat autem hæc ratio, quando ex parte minori nonnulli accedunt sententiæ partis majoris, si quidem hoc ipso, quod, qui in idem conspirant,

a) Pag. 64. ad d.

b) Quamvis enim paulo post pag. 654. voti communis a Protestantibus excogitati merita omnino extollat, id tamen non ipsi legi congruum, sed tantum regulis convenientiæ aptum affirmat.

ſpirant, ex utraque ſint religione, nullum ex diverſitate ſacrorum momentum peti poteſt; neque ullum adeo periculum vel damnum religioni minoris partis inde metuendum proſtat, cum de iis, qui ex cœtu Proteſtantium ejusdem cum Catholicis, tanquam parte imperii majore, ſunt ſententiæ, præſumere haud liceat, quod ſuæ ſint adeo immemores religionis ac conſcientiæ, ut cum propriæ religionis aliorumve inde profluentium jurium damno ſeceſſum a ſuæ religionis ſociis ſint facturi. Quodſi vero ſit negotium, ex quo nihil damni in religionem aut ſingularia ejus jura redundet, cur tum majoribus abſolute talibus & ex utraque parte computatis, contra regulam ab ipſo noſtro Anonymo tam fervide inculcatam non ſit ſtandum, nulla ſane cauſa apparet; niſi dicere velis, in omnibus promiſcue negotiis imperii id minimæ ordinum parti dandum eſſe, quod illa in maxima omnium Ordinum ex utraque religione computatorum parte improbandum ſibi ſumit.

§. XXII.

Neque aliam tam Catholicorum quam Proteſtantium mentem, dum de exceptionibus a jure majorum in tractatibus pacis diſceptabatur, fuiſſe, quam ut omnes Catholici in unam, & omnes Proteſtantes in alteram partem eant, acta publica & declarationes hinc inde exhibitæ ubique loquuntur. Et quidem quantum ad Catholicos, ex finali eorum declaratione, quam legatis Suecicis V. Mart. MDCXLVII. exhibuere, & quam dein VI. Apr. e. a. repetiere *a*), apparet, illos tum demum pluralitatem votorum non attendendam voluiſſe, *ſi ad quæſtiones in comitiis ſive univerſalibus ſive particularibus propoſitas ex una parte Catholici & ex altera parte A. C. Status in diverſas abeant ſententias.* Quodſi vero *eandem*, quam Catholici, *ſententiam* teneant nonnulli ex ipſa Proteſtantium parte, dici ſane nequit, Catholicos ex una parte, A. C. Status ex altera parte in *diverſas abire ſententias;* ac proinde manifeſte ex eo liquet, a Catholicis itionem in partes aliter haud probatam fuiſſe, quam ſi Proteſtantes ad unum omnes diverſæ a Catholicis fuerint ſententiæ. Ratio porro Catholicorum, quare in nimiam exceptionum a jure majorum extenſionem noluerint conſentire, in eo ſemper poſita legitur, quod alias nullum certi alicujus ſtabilisque concluſi obtinendi ſuppeteret medium *b*). Idem autem cum & tunc evenire debeat, ſi plurium tantum

a) Mejern A. P. W. Tom. IV. Lib. XXV. §. XVI. pag. 127. n. XXI. & §. XXIV. pag. 189.

b) Mejern l. c. Tom. III. L. XX. §. XXIV. pag. 198. n. 21. & Lib. XXI. §. XIII. pag. 362. ad art. XXI. Item Tom. IV. Lib. XXV. §. X. pag. 74. & ibid. §. XI. pag. 86. in verbis: In Betrachtung ſonſt kein Mittel zu finden, wie zu einigem gemeinen Reichsſchluß zu gelangen ſeye. Item: Geſtalt auſſer dieſem kein medium zu einem beſtändigen Schluß zu gelangen ꝛc. Wo wolle man ſonſt zu einem concluſo gelangen ꝛc.

tantum in cœtu A. C. Statuum extracollegiali lata suffragia ad discedendum in partes contra Catholicorum omnium cum paucioribus A. C. Statibus conjuncta suffragia & ex iis formata conclusa sufficere statuas, satis aperte inde colligere licet, in talem itionem Catholicos nunquam consensisse.

§. XXIII.

Eandem quoque & non aliam compaciscentibus A. C. Statibus mentem insedisse ex eorum desideriis ac querelis, tam ante, quam inter tractatus pacis subin propositis apparet, ceu quibus solorum Catholicorum majora, per quæ illi, quamvis unanimes conspirent, se vinci & opprimi causabantur, impetita leguntur. Ita enim in comitiis Ratisbonensibus A. MDCVIII. querebantur *a*): Auch wohl der Evangelischen Ständen Vota, so sie gleich allerdings miteinander einstimmen, nicht in ration bringen, noch sonsten etwas gelten lassen wollen ꝛc. Item in comitiis de A. MDCXIII *b*) Als auch unsere Herrschaften und Obere nicht zugeben können, daß sie in den Beschwerungen, die sie wider den andern Theil zu klagen haben, sich von denselben überstimmen lassen, und Ihme, neben dem er dieß Orts Parthey auch das Richteramt einraumen sollen ꝛc. Quo pertinent etiam illa formalia in gravaminibus mense Novembr. MDCXLV. exhibitis: In freywilligen und denen Sachen aber, da beyder Religionen zugethane Stände Partheyen miteinander machen ꝛc. Nec non illa formula in iisdem gravaminibus adhibita, & postea aliquoties repetita: darinnen die Catholische eine, und die Evangelische die andere Parthey ausmachen ꝛc. Cum enim ex his & similibus satis clare elucescat hasce A. C. Statuum querelas eo tantum tetendisse, quod *suorum suffragiorum*, *licet prorsus unanimium* nulla a Catholicis habeatur ratio, nec ulla eis vis tribuatur; nec non easdem adversus suffragia illorum, qui intuitu Statuum A. C. *alteram*, ac proinde illis oppositam & contradistinctam *partem* constituunt, motas fuisse (die sie wider den andern Theil zu klagen haben), nemo autem affirmaverit per partem alteram A. C. Statibus oppositam intelligi potuisse vel voluisse Status promiscue tam ex Catholicis quam ex ipsis A. C. addictis conjunctos; ac cum præterea & illud quoque pateat, quod si huic alteri A. C. Statibus oppositæ parti ex ipso horum cœtu nonnulli suis accedant, reliqui A. C. Status jam non amplius a majoribus partis sibi oppositæ, sed a majoribus promiscuis atque adeo eminenter & absolute talibus superentur; constet autem, id tantum a legatis Statuum A. C declaratum fuisse, superiores suos id non passuros, ut ipsi ab altera sibi opposita parte ejusq; majoribus suffragiis vincantur (daß sie von dem-

a) Cortrej. ad pac. Relig. art. XII. n. 10.

b) Londorp. Act. publ. tom. I. L. I. C. XXXVIII. §. XII. pag. 129. seqq.

demselben sich überstimmen lassen sollen); cum porro utriusque religionis Status dici nequeant erga se invicem facere partes, dum nonnulli ex una, cum altera unanimi parte conspirant; neque Catholici censeri possint facere *unam partem*, quando nonnullos ex ipso Protestantium cœtu secum conjunctos numerant; neque Protestantes facere alteram, dum ex eorum sociis nonnulli penes Catholicos conspiciuntur, & cum denique his conformiter ipsa pacis Westphalicæ sanctio ad impediendam vim majorum non satis esse voluerit, ut Status simpliciter & promiscue in partes eant, sed præcise exigat, ut *Catholici & A. C. addicti Status in duas partes* secedant, adeoque non divisionem Statuum simpliciter, sine ullo respectu religionis secedentium, sed præcise hinc Catholicorum, inde Protestantium partes desideret; nemo non advertit, desideria ac gravamina A. C. Statuum nequaquam eo, ut suffragia majora promiscua & absolute talia per dissensum ex plurium tantum suffragiis in cœtu Protestantium elicitum impediantur, sed eo tantum spectasse, ne majoribus Catholicorum suffragiis Status A. C. addicti ceu numero pauciores in certis causis prægraventur, ac proinde in ipsa etiam pace Westphalica tantum contra majora Catholicorum pura, non vero contra majora promiscua & absolute talia A. C. Statibus præsidium datum fuisse.

§. XXIV.

Etenim quis credat Imperatorem & Status Catholicos A. C. addictis indulgere quid voluisse, de quo hi ne cogitarint quidem, aut ad quod saltem eorum petita haud collimarint? imo si sua etiam postulata eo redegissent, quis credat Catholicos unquam tam enormem in partes discedendi potestatem suo consensu probaturos fuisse? Hac quippe tam ampla facultate supposita, summam de negotiis publicis pro lubitu disponendi & decidendi arbitrium ad Status A. C addictos redit, atque inde eadem Catholicis, quæ quondam Protestantes ab illimitata per majora concludendi libertate sibi imminere damna causabantur, imo pejora a tam pleno res & negotia comitialia moderandi arbitrio metuenda manent. Si quod enim paucis quibusdam non arridet conclusum a majoribus etiam promiscuis formatum, aut si, quod metuunt, prævertere intendunt, subito ad jus partium convolare, atque in conventu ea de causa convocato per suffragia plurium in assensum facile inducendorum discessionem decernere, sicque conclusi a majoribus formati vel formandi vim omnem nullo negotio intervertere datum foret, nullo jam decreto communi, nisi ad eorum beneplacitum per plurium suffragia conciliatum, effectui dando & conclusis qualibuscunque impediendis. Unde fas esset A. C. Statibus, id sibi jam asserere, quod in Catholicis vel maxime improbaverant, & in quo potissimas exceptionum a jure majorum rationes posuerant. In hæc autem, si expresse in stipulationem deducta

ducta fuissent, Catholicos unquam consensuros fuisse, quis æquus rerum arbiter sibi persuadebit?

§. XXV.

Fuere porro ex ipsis A. C. addictis, qui contendebant, eo casu, quo Protestantes inter se duas partes constituunt, atque Lutheri placitis insistentes agunt adversus eos, qui Reformati dicuntur, per sola Lutheri doctrinam sectantium majora nequaquam in forma corporis separati conclusum aliquod communi omnium eorum nomine adornari, neque adeo duo posse constitui Protestantium corpora. Ita enim Legatus Brandenburgico-Onoldinus in consultatione A. C. addictorum die V. Octobr. MDCCXV. habita super quæstione: **An repræsentatio in causa redituum ecclesiasticorum Palatinorum per majora A. C. addictorum adornata, nomine illorum omnium communi, Legato Electorali Brandenburgico sit exhibenda?** declarasse legitur a): Er stünde bey sich an, ob es bisher gebräuchlich, und ob es für das Evangelische Wesen gut sey, daß die Evangelisch-Lutherische *in forma corporis separati per majora* einen Schluß *nomine communi* der gesammten Evangelisch-Lutherischen machen, und nach solchem verfahren, mithin man zwey *Corpora Evangelicorum* einführe 2c. Addebat: Er erinnerte sich zwar wohl, daß die Evangelisch-Lutherische in eben dieser Materie auch bey dem sel. Herrn Churbraunschweigischen beysammen gewesen, wobey er sich auch mitbefunden, wüßte sich aber nicht zu besinnen, daß man *per majora, non concurrentibus quibusdam*, einen gemeinen Schluß *collectivo nomine* gemacht hätte. Daß diejenige, so auf diese Vorstellung instruirt wären, oder sonst sich darzu bemächtigt zu seyn erachteten, ut singuli, oder auch unter dem Namen der Mehreren dieselbe adjoustiren und übergeben könnten, daran sey kein Zweifel; die Frage aber seye nur: Ob solches *nomine collectivo & communi* und auch also für die, so nicht dazu gestimmet, geschehen könnte. Quodsi ergo inter Protestantes, dum hi ut duæ partes agunt & considerantur, ad votum sive conclusum unius partis commune & nomine omnium formandum non credantur majora sufficere, neque tale illorum etiam nomine, qui in id suis suffragiis non consenserunt, venditare; sed tantum nomine singulorum vel illorum plurium, quo suffragiis illud adornatum est, proferre liceat; quo juris colore majoribus Protestantium in opposito ad Catholicos majorem vim, quam majoribus unius illorum partis in opposito ad alteram eorum partem, atque eo cum effectu tribuere liceat, ut priori casu conclusum communi omnium, etiam illorum, qui a majore sui cœtus parte dissentiunt, nomine adornari queat, quod tamen posteriori casu fieri haud posse ipsi A. C. addicti contendunt, nulla sane causa apparet.

 §. XXVI.

a) FABRI Staats-Canzley Tom. XXVII. Cap. II. Num. XII. pag. 282.

§. XXVI.

Imo jam antecedente sæculo in comitiis Ratisbonensibus de A. MDCXIII. Protestantes in exhibito ab illis catalogo causarum, in quibus majori suffragiorum numero locum dare nolebant, ipsi pro regula statuebant, illud, quod communitatem tangit, a tota quoque communitate, & non tantum a nonnullis comprobandum esse, in verbis a): Zwölftens in Sachen, so eine gemeine Bewilligung erfordern, ist nicht genug, daß nur etliche verwilligen, dann nach den Regeln muß dasjenige, was eine Gemeinde anrührt, auch von einer ganzen Gemeinde und nicht von etlichen bewilliget und eingegangen werden.

Quandoquidem vero secessio ab Aug. Conf. Statibus adversus Catholicorum sententiam suscipienda, totam eorum communitatem indubie tangat, contra propria sua nunc agunt illi principia ac desideria, dum secessionem a nonnullis tantum eorum comprobatam tanquam justam, & tanqaam ab omnibus factam venditant, atque adeo Catholicos, dum hi propriis quondam declaratis A. C. Statuum principiis insistentes ad validam secessionem unanimia illorum suffragia requirunt, alicujus novitatis vel iniquæ vexationis injustissime arguunt. Et si ex A. C. Statuum sententia in dictis comitiis declarata in illis negotiis, quæ communem requirunt consensum, non aliquorum tantum, & prout ipsi tunc intendebant, ne majorum quidem, sed omnium consensus sit necessarius; quomodo consensus ab eorum nonnullis tantum, ad itionem in partes interpositus pro consensu totius illorum cœtus, sive omnium suorum sociorum communi poterit ostentari?

§. XXVII.

Nequid denique dicam, per exorbitantem illum in partes eundi modum, libertati & auctoritati suffragii comitialis non posse non insigne intentari detrimentum. Prout enim auctor *de libero suffragio Statuum*, cujus positiones adoptavit, & suis commentationibus illustravit Anonymus noster, ipse statuit, hæc suffragii comitialis libertas & forma reipublicæ Germanicæ innixa & diserta pacis Westphalicæ sanctione munita, ut cum fructu & efficacia vim suam exercere valeat, pro basi ac præsidio principes has proprietates secum conjunctas habeat, necesse est, ut nimirum cuicunque Statui voto & sessione comitiali gaudenti, in omnibus, quæ de negotiis imperii habentur, consultationibus, ac proinde vel maxime in iis, quæ secundum stylum & ordinem comitialem, in quovis Ordinum senatu instituuntur, liberum constet ac percipiatur suffragium; ut ferendo huic suffragio nec mediate nec immediate, nec directe nec indirecte ulla

a) LONDORP Act. publ. tom. I. L. I. Cap. XXXVIII. p. 138. & ex eo PFEFFINGER ad VITRIAR. L. IV. tit. I. §. 81. p. 394.

ulla vis inferatur; atque ut hujus suffragii ratio legibus imperii consentanea habeatur. Omnibus autem hisce liberi suffragii proprietatibus prætensum illud in cœtu Protestantium majorum suffragiorum jus vel maxime adversari in aprico est. Voto quippe, ut vocant, communi in conferentiis præliminaribus per majora semel decreto, paucioribus dissentientibus libertas loquendi ita suffocata noscitur, ut iisdem in consuetis tribus comitiorum curiis, quæ tamen edicendis libere animorum sensis & ferendis suffragiis liberis principaliter sunt destinatæ, ex vera animi sententia suum suffragium edicere haud amplius liceat, sed obsequiose tacendi & voto illi communi reverenter se submittendi, atque adeo invitis etiam in verba majoris partis velut jurandi necessitas imponatur. Quis autem ita vim omnem etiam indirectam abesse contendet, dum non per rationes moventes & mentem inclinantes, sed per rationes majorum obligantes magisterio quorundam pauciores illi caput inclinare, nihilque nisi meram obsequii gloriam profiteri tenentur. Atque hoc ipso, quod vigor suffragii comitialis vere liberi non alibi, quam in eo, quod cuivis Ordinum proprium est, collegio exerere se possit ac debeat; porro consectaneum esse apparet, quod ad hoc, ut debita & legibus correspondens ejusdem ratio habeatur, ac proinde ne prorsus inane reddatur, omnique effectu destituatur, idem quoque non alibi, quam in eodem ordinario senatu explicari, numerari, aut in legitimum computum queat assumi; ac proinde illud in præconsultationibus extracollegialibus per conclusum secundum majora formatum antevertere, & in ordinario senatu illud prorsus præterire, legitimæ suffragii comitialis rationi non possit non esse summe adversum. Quibus rite perpensis oppido liquet, per immoderatam illam, quam jactant, in partes eundi licentiam non parti tantum majori Catholicorum, sed & ipsis, qui pluribus sui cœtus adstipulari renuunt, A. C. Statibus insigne afferri præjudicium, imo & omnem, qui in comitiis viget, ac vigere debet, justum ordinem subverti, veramque Statuum libertatem enervari.

§. XXVIII.

Equidem (ut ad argumenta Anonymi nostri revertar) contendit is a), si summi paciscentes unanimia ex utraque parte ad legitimam in partes itionem desideravissent, voculam illam: *Omnibus*, ceu omnium hac de quæstione litium decisivam necessario fuisse addendam. At enim præterquam quod hocce argumenti genus ex illa de duobus in imperio corporibus hypothesi jam supra confutata speciem suam mutuetur, propriis se ipsum Anonymus jugulat armis, dum ipse fundatam pro regula majorum intentionem acerrime propugnat. Si enim omnis exceptio a regula tanquam odiosa, ac proin restringenda, non amplianda censeatur, certe etiam exceptio a regula de jure majorum imperii talis habenda

a) §. 24. Vid. supra §. IX.

benda erit. Cum igitur ad exceptionem ab hac regula indubie pertineat, quando pars minor in partes discedit, & conclusi a majori parte formati vim impedire parat, tuto concludere licebit, discessionem ejusmodi odiosam, adeoque potius coërcendam, quam extendendam, ac proinde cum nulla lege sancitum prostet, quod sola minoris partis majora a majoribus promiscuis, atque adeo absolute talibus secessum facientia contra regulam de jure majorum prævalere debeant, non aliter, quam de discessione totius minoris partis, sive omnium minorem partem constituentium, ex ipsa natura rei, quin expressa *omnium* mentione opus fuerit, necessario esse intelligendam. Accedit, non Catholicos, sed A. C. Status fuisse, qui exceptionem a regula majorum in consultationibus de pace tanta animorum contentione poscerent. Igitur A. C. addictorum, non Catholicorum erat, legem de hac exceptione clarius scribere; ac proinde, si illam ad nuda etiam minoris partis majora extendendam voluissent, verbum *per majora* ipsos addere, atque illam exceptionem verbis ita conceptis: Catholicis & A. C. Statibus, etiam per *majora* in partes euntibus efferre oportuisset. Quod cum omiserint, merito sibi oppositum advertent tritum illud: Contra eum, qui potuisset ac debuisset legem clarius scribere, & non scripsit, faciendam esse interpretationem.

§. XXIX.

Dum vero securitatem partis minoris sic non satis tutam queritur Anonymus, illud perpendat oportet, summos pacis Westphalicæ conditores Protestantibus, tanquam minori in respectu ad Catholicos parti, in certis causis contra majora Catholicorum prospicere quidem voluisse, sed cum in iis negotiis, in quibus suæ religioni aliquod damnum vel directe vel indirecte imminere suspicantur, certo certius diversam omnes Protestantes contra Catholicos propugnaturi sint sententiam, satis eorum securitati prospectum esse, si id habeant, ut quamvis in unum omnes consentientes efficiant minorem partem, per Catholicorum tamen majora in illorum præjudicium nihil confici possit. Neque quid plus in tractatibus pacis ab iisdem postulatum fuisse, dictum est supra. Præterea ipsi A. C. Status subin declararunt, a se nonnisi in extremæ necessitatis casu ad jus eundi in partes convolari *a*). Quis autem credat, talem extremæ necessitatis casum subesse, aut periculum aliquod damnumve eorum religioni aut juribus

a) Vid. FABRI Staats-Canzley tom. LII. Cap. IX. num. VI. pag. 272. seq. in voto eorum communi de 10. Octob. MDCCXXVII. in verbis: Eo ipso aber das ganze Werk zu einem einmüthigen weiteren Vernehmen und Reichs-Constitutions-mäßigen Anschlag zu leiten, um das an Seiten der Evangelischen nichts anders, als in äussersten Nothfällen gebrauchenden Mitteln in partes zu gehen, enthoben zu seyn 2c.

bus imminere ex tali negotio, in quo non pauci de eorum cœtu hoc ipso, quod sint ejusdem cum Catholicis sententiæ, nullum tale periculum metuendum statuunt. Quod de Catholicis quosdam Protestantium in suas partes facillime pertracturis suspicatur, id Catholici potiori jure a parte sua adversa extimescunt, nimirum A. C. Status minori longe opera ad assensum pellici vafrisque persuasionibus permoveri posse, ut cum paucis quibusdam, quorum id poscit utilitas, in arripiendam in partes discessionem consentiant, præsertim cum ex actis publicis & propria Protestantium confessione constet, legatos Deorum minorum gentium ad id generaliter esse instructos, ut nunquam ab iis, qui tanquam antesignanos sui cœtus sese efferunt, se segregent. Et si ex Catholicis quosdam in fraudem legis & ad jus eundi in partes evertendum ad Protestantes unanimiter consentientes transire contingeret, fraude detecta nihil id profuturum largior; cum sic ageretur de jure toti parti minori unanimiter conspiranti ex lege quæsito fraudulenter intervertendo, fraudem vero, sicuti nemini nocere, ita quoque nemini posse patrocinari. Sicut autem fraus non præsumitur præsertim intuitu Statuum in tam sublimi dignitate constitutorum, ita fraudem præsumtam absque præsidio legis eludere, atque jura partis majoris contra apertissimam summorum paciscentium mentem uno velut ictu resecare, a limitibus bonæ fidei longissime alienum foret.

§. XXX.

Frustra novitatis arguit Anonymus illam Catholicorum doctrinam, quæ ad itionem in partes, sive quod idem est, ad conclusum nomine communi conficiendum sola majora non sufficere contendit, eo quod Catholicis subin dubitantibus & rogantibus, an votum communi nomine prolatum etiam unanimi Protestantium consensu fuerit confectum, de tali unanimi omnium consensu interposito non semel testati legantur. Inter votum ergo omnium unanimi consensu, & inter illud per majora confectum discrimen omnino agnitum fuisse necesse est, cum alioquin A. C. Status Catholicis talem declarationem edendi nullam sane habuissent causam. Inter ipsos Protestantes jam olim, ut supra a) ostensum, Legatus Onoldinus ejus erat sententiæ, quod illo casu, quo Protestantes in A. C. addictos in specie, & illos, qui Reformati dicuntur, distincti duas partes constituunt, nihil in vim conclusi nomine omnium A. C. addictorum & in forma corporis separati in opposito ad dictos Reformatos, si majora tantum in id consenserint, adornari queat: Catholici proinde, dum similia quoad conclusum adversus suam sententiam a majori tantum A. C. Statuum parte adornatum contendunt, non est, cur novitatis aut iniquæ vexationis insimulentur. Imo novioribus adhuc temporibus cum subin jus eundi in partes in praxin mere

a) §. XXV.



tare, aliosque ad idem consilium amplectendum adigere præsum
alios quosdam magni nominis Principes A. C. addictos potentiss
russiæ in literis ad suum legatum comitialem datis palam declaravi
in illo negotio a Statibus in partes itum fuisse, eo quod quædam
Electorum ac Principum suffragia cum Catholicis conspirarint;
tentatam illam reliquorum secessionem elogio insignivit alicujus a
men corporis in abusum deducatur, illorumque erga alios Status
positionem pertinaciæ & contradictionis munimentum compellavi

§. XXXI.

Illud præterea, quod Status A. C. convenientiæ suæ reg
credidere, aut qualem hi sensum juri eundi in partes tribuere vo
lici sibi pro norma imponi haud patientur. Cum Status Cathol
A. C. subditis inhabitata possidentes in suum cœtum receperunt,
in rem suam cautelis uberrimis instruere studuerunt, dum ver
quæ futuris unquam temporibus eorum consiliis ac studiis obesse
citate sua quantumvis acutissima præcognoverunt, aut præverter
bent, se homines esse, qui, dum subinde aliquod commodun
multis sese ex alia parte incommodis exponant. Ipsi Protestant
omnes data occasione impendebant nervos, ut Status ejusmodi C
rum relinguerentur cœtu, si ergo suis consiliis nunc videant no
respondere eventum, sibi id imputent, credantque soli provic
esse proprium, omnia prænoscere futura. Præterea non tantu
Dominos Catholicos, sed & quæ ipsos Status Protestantes habent

§. XXXII.

Si denique Catholici quandoque concluso A. C. Statuum per majora for[m]ato acquieverint, haud dubie ex rationibus politicis necessitati cedendum ac [d]issimulandum censuere, sibi per id tanto minus præjudicantes, cum alias effi[c]aci contradictione sæpius a se interposita juribus suis satis jam prospectum nos[ce]nt. Nihil porro præsidii invenit Anonymus, dum sententiam suam exemplis [e]t actionibus Catholicorum, quasi & ipsi, nulla minorum sui cœtus dissentien[ti]um habita ratione secessionem in partes susceperint, tueri laborat. Primum [q]uippe quod attinet de controversia circa constituendos summos in equitatu & [p]editatu vigiliarum præfectos A. MDCLXXII. mota exemplum, non satis fide[m] se præbuit protocolli Principum exhibitorem. Genuinam facti seriem ex [ar]chivo publico desumtam subjicere lubet a). Inde autem non apparet nomine com-

a) Lunæ den 11. April. 1672. Hierauf haben beyde Fürstl. Directoria sich hinaus zu dem Churmaynzischen verfügt, um zu vernehmen, was das Colleg. Elector. über die ad deliberandum angestellte Materie für Gedanken führe. Und brachte endlich Oesterreich zuruck, daß man ex parte der HH. Churfürsten annoch auf diesem bestünde, daß Sachsen-Weimar und Brandenburg-Culmbach nebens dem von Leyen bey den General-Wachtmeisters-Stellen applicirt und anbey Ihro Kaiserlichen Majestät die vierte Stelle zu Dero freyen Disposition freygelassen werden sollte. Anjetzo stehe dahin, wie die Differentien ratione paritatis Religionis bey diesen vorgeschlagenen Personen zu vergleichen. Dann die HH. Churfürsten hätten allbereits nachgeben, daß Würtemberg zu dem Generalat bey der Infanterie und Feldzeugmeister-Stelle gelangen könne. Damit dagegen Sachsen-Weimar die General-Wachtmeister-Stelle bey der Cavallerie conferirt werden sollte.

Indem nun aber das Fürstliche Collegium a potiori auf seinem Vorschlag bestanden, das Reichsstädtische Collegium sich auch ratione personarum mit beyden höheren Collegiis conformirt hat, also ist es endlich allerseits beliebt worden, die Sach ratione paritatis Religionis den hohen HH. Principalen zu hinterbringen, und deren Resolution einzuholen, ob nemlich, weil der General von der Cavallerie Catholisch, selbige zwey General-Wachtmeister der A. C. hingegen aber, und weil der General von der Infanterie und Feldzeugmeister der A. C. desselben General Wachtmeister der Catholischen Religion beygethan seyn, oder aber die beyde Religionen bey der Infanterie und Cavallerie eingetheilt werden sollen.

Mercur. 20sten April.

Dieweilen in dem Fürstlichen Collegio davor gehalten worden, daß vorhero die Besetzung der General-Wachtmeisters-Stelle auszumachen, auch die Differentien, welche sich ratione paritatis Religionis hervorgethan, zu vergleichen, also ist man ex parte Catholicorum ad partem zusammen getretten, und hat sich unterredet, was etwa hierinn zu thuen seye; worbey sich Oesterreich und Bayern dergestalt vernehmen lassen, daß man Catholischer Seiten nicht finden könne, daß die General Wachtmeisters-Stellen zu Pferd und zu Fuß von einerley Religion zu besetzen, sondern es müsse hier-

communi omnium Catholicorum, nulla plane dissentientium mentione facta, aliquid prolatum, multo minus votum aliquod Catholicorum commune pronunciatum fuisse. Referebant tantum Directores collegii Principum de re gesta ad senatum, plurimos scilicet Catholicorum in sententia de paritate religionis tam in equitatus, quam in peditatus præfecturis servanda perstitisse. Neque urgebant præcise itionem in partes, neque, ut quidem Anonymus, invertendo verba, asserere non veretur, amicam *Statuum utriusque Religionis* conventionem (ceu ex qua ille tanquam unico fere modo causas, in quibus in partes itur, definiendi, susceptam in partes secessionem eruere voluisse videtur) solicitabant, sed per modum consilii tantum suggerebant, ut in illo casu disparium suffragio-

innfalls paritas Religionis observirt, und beyden Orten nebens einem von der Augspurgischen Confession auch ein Catholischer aufgestellt werden. Saltzburg hat zwar defectum instructionis accusirt, jedoch vermeldet, daß hoffentlich Ihro Hochfürstl. Gnaden mit der Oesterreichisch- und Bayerischen Meynung sich conformiren würde.

An Seiten Ihro Hochfürstlichen Gnaden Teutschmeisters hat man sich auf sein jüngsthin abgelegtes Votum bezogen: mit dem Anhang, daß, weil darüber seinen unterthänigsten Bericht erstattet, er allerdings dabey beharre, auch sich ratione paritatis Religionis observando mit Oesterreichisch- und Bayerischen wohl conformiren könnte.

So hat imgleichen Pfaltz-Neuburg, und die meiste übrige Catholische Stände mit Oester. und Bayer. eingestimmet. Idem meldete Wirtzburg, Speyer, Worms, Hannover &c.

Als man nun mit dieser Conferenz ad partem fertig worden, hat sich ein jeder von den Ständen wieder an sein Ort verfüget, und darauf von Oesterreich in pleno die Erinnerung geschehen, daß die mehreste von HH. Catholischen auf diesem bestünden, daß die Parität dergestalten, wie allbereit gemeldet worden, observirt werden, und solchemnach die bey der Cavallerie vorgeschlagenen zwey Fürsten sich miteinander vergleichen sollten &c.

Ueber dieses ist nun ex utraque parte unterschiedlich pro & contra discurrirt, annebens aber davor gehalten worden, daß, weilen die HH. Electores auf ihrem Vorschlag beharrten, man auch an Seiten des Fürstlichen Collegii von seinem Schluß nicht abweichen könnte.

Brandenburg-Culmbach hat sich ebenfalls auf das für sein Gnädigsten HH. im Fürstlichen Collegio ausgefallene Conclusum bezogen.

Endlich haben ihrer viel davor gehalten, weilen beyde höhere Collegia in ihren Meinungen discrepirt, daß dasselbe der *Judicatur* Ihro Kayserlichen Majestät zu überlassen, und solches zwar um so viel mehr, weilen derselbe ohne daß die freye Willkuhr ein Subjectum für ein General-Wachtmeister vorzuschlagen von den Ständen anheimgestellt worden seye.

giorum, *bini illi Principes A. C.*, qui dictas præfecturas penes equitatum ambiebant, amice inter se convenirent. Nulla ergò inter hunc, quem Catholici tunc tenuere, & inter illum, quem A. C. Status tenere volunt, modum similitudo. Si totam, quæ in ea causa se exeruit, rerum seriem tanquam normam tractandorum & definiendorum negotiorum, intuitu quorum in aliquo Statuum cœtu disparitas votorum emergit, assumendam credat Anonymus, utique & illud medium, quod teste eodem protocollo, ad definiendam illam controversiam adhibere multis visum fuit, nempe ut Cæsareæ Majestati decisio relinguatur, adoptet oportet; in quo forte Status Catholicos haud multum reluctantes experietur. Tantum quoque abest, ut alterum, quod Anonymus de dissensu ob abolitionem clausulæ pacis Ryswicensis declarationi bellicæ inserendam inter Catholicos A. MDCCXXXIV. orto profert, exemplum ejus opinioni suffragetur, ut mea vel maxime sententia insigne inde capiat firmamentum. Cedere quippe tum debuit pars minor Catholicorum a majore illorum parte discrepantium, non quod major eorum pars minorem velut absorberet, sed quod majora Catholicorum conjuncta cum suffragiis A. C. Statuum confecerint majora respectu totius collegii absolute talia. Argumento ut vis sua constaret, casum oporteret esse inversum. Scilicet si minor pars Catholicorum ejusdem cum A. C. Statibus fuisset sententiæ, & Catholicis nuda sui cœtus suffragiorum pluralitate suffragia minoris suorum sociorum partis irrita reddere contendissent, talem utique Catholicorum actionem Anonymi intentioni præsidio fortassis fuisse, sicut non diffiteor, ita dispari omnino existente casu, meæ inde sententiæ robur non exiguum accedere, nemo non advertet.

§. XXXIII.

Atque ex his omnibus æqua lance expensis colligere pronum est, immoderatam talem eundi in partes rationem, sicuti ea formæ imperii styloque & ordini comitiali summopere adversatur, ita &, dum omnia nimiæ libertati arrogat, unitati imperii tanquam præcipuo reipublicæ fulcro præter fas & in maximum reipublicæ damnum atque excidium derogare. Utinam proinde pro vera patriæ felicitate cum Augustissimo Capite unius corporis membra, unius reipublicæ cives arctius uniantur. Utinam alta teneatur mente repositum illud, quod apud Salustium Jugurtha ajebat ad filios: *Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.* Immortalis humanorum cordium corporumque Dominus dirigat corda atque animos patrum patriæ, iisdemque eum inspiret unitatis spiritum, ut revocata inter illos germana concordia in eorum consiliis non alius, quam vera patriæ salus, habeatur

F I N I S.

Ani-



Animadversiones Editoris.

Ad §. XIV. Quod hic inquit Auctor de ita dicto *Corpore Evangelicorum*, illustrare deinde uberius studuit in seinen kritischen Betrachtungen über verschiedene Staatsfragen 3. Theil. 1. Stück. von dem Namen *Corpus Evangelicorum* und seinen Eigenschafften. Opposuit eidem MOSERUS lucubrationes duas, von dem Ausdruck: *Corpus Evangelicorum* zur Prüfung derer Riefelischen Betrachtungen darüber 1772. Von der Evangelischen Reichsstände *Collegial*-Rechten, besonders in Ansehung ihrer inneren Verfassung, zur Prüfung derer Riefelischen Betrachtungen darüber 1772., addi etiam potest ejusdem Tract. von des *Corporis Evangelicorum* Vertretungs-Recht seiner Glaubensgenossen, zur Prüfung der Sündermahler- und Riefelischen Lehren davon 1772. Cum data opera examinare fusius MOSERI asserta animus mihi hic loci non sit, sufficit praecipua quasi pugno stringere. Multum hic litis, ut ajunt, de *nomine* moveri putat MOSERUS, et si Catholicis displiceat tantopere nomen *Corporis*, parum interesse an vocitetur *Collegium*, *Societas* &c. Enimvero, quodsi res inter Catholicos et Protestantes demum eo rediret, haec aut illa vox adhibenda sit nec ne, MOSERO adstipulandum foret; atenim dum Protestantes a Catholicis agnosci volunt tanquam legitimos *effectus juridicos Corporis* cujusdam *separati*, a Legibus Imperii agniti ut talis, in quo *majora* etiam ratione extraneorum, quales hic considerandi sunt Catholici, necessario habenda sint pro *unanimibus*, immo etiam ratione Protestantium ipsorum, ut singularis quidam Status Protestanticus post *majora Corporis* sui votum suum in Collegio suo amplius edicere nequeat, aut saltem illud insuper habendum sit; tum equidem Catholicorum quam maxime interest, quod sibi nomen assumat Pars Protestantium a Catholicis separata, quosque nomini huic effectus adscribere velit. Hos ipsos effectus modo agnoscant Catholici, de nomine non amplius disceptaturos esse Protestantes a *Corpore ipso Evangelicorum* declaratum jam fuisse ait MOSERUS, sed et vicissim modo effectus istos non praetendant Protestantes, de nomine non litigabunt Catholici.

Sed ab ipsis Catholicis, uti ostendit laudatus scriptor ex Actis pluribus, hoc nomen Protestantibus jam concessum fuit; Respondeo in sensu innoxio,

noxio, quemadmodum et hodie adhuc tum ſcriptis tum oretenus a Catholicis id ſubin tribuitur: quis enim tam ſtupidus erit, ut extundere exinde illico ſe poſſe credat, igitur a Catholicis quoque tanquam Legibus Imperii conformes agnoſci omnes illos effectus, quos ex notione ejusmodi *Corporis juridici, legitimi,* per Leges publicas ratihabiti deducere in rem ſuam volunt.

Porro negari non poſſe ait MOSERUS in Imperio imo et in provinciis cujusque Status peculiaribus plura adhuc eſſe *Corpora politica:* eccur tale nunc non ſit aut eſſe queat *Corpus Evangelicorum*, etſi intuitu Imperii univerſi nexusque cum integro hoc Corpore nec ſit nec eſſe velit tale? Plura in Imperio eſſe *Corpora politica* particularia nemo negabit; an vero vg. Status alicujus provinciæ tale nomen in ſenſu juridico cum effectibus juridicis ejusmodi Corporis mereantur, an inter ipſos Status ſint denuo *Corpora ſeparata*, uti *Nobilitatis, Civitatum &c.* unice a Legibus peculiaribus, conſtitutione, pactis, obſervantia dependet: in Comitiis univerſum Imperium repraeſentantibus Leges ejusdem fundamentales non agnoſcunt niſi tria *Corpora* aut *Collegia Electorum, Principum, Civitatum;* quodſi qui jus Corporis ſeparati ejusque effectus ſibi arrogant, id enim vero ex apertis Legibus demonſtrare debent: minime enim gentium eſt in poteſtate Statuum quorundam peculiarium tale inter ſe Corpus conflare invitis aliis, imo ne contentis quidem ſatis iis, quos Corpori ſuo accenſent, quod in ipſum ſyſtema Imperii, in jura aliorum tantum influxum habet. Aut quid dicet MOSERUS, ſi in Collegio tum Electorali, tum Principum *Eccleſiaſtici* Corpus ſeparatum conficere volunt? ſi ſub hoc nomine *vota communia* aliis reluctantibus volunt obtrudere, ſi Collegis etiam invitis jus edicendi libere voti reſtringere? quid ſi eodem jure cum iisdem effectibus, ne denuo de nomine litigetur, plura alia *Corpora ſeparata* obtruderentur, quid demum, quaeſo! ſyſtemate Imperii futurum eſt?

Sed conforme eſſe omnino Legibus Imperii *Corpus Evangelicorum* multis exinde evincere laborat MOSERUS, eoquod Statibus indubie competat jus *foederum* tum cum extraneis, tum vero etiam inter ſeſe; jus item celebrandi alios conventus publicos: profecto haud difficile eſt argumentum hoc, quod tanti eſſe MOSERO videtur, convellere; nam aut ejusmodi conventus Legibus expreſſis permiſſi probatique ſunt, quod exinde de Corpore Evangelicorum per paritatem, niſi principum petere velit, demonſtrare propterea non poteſt; aut, uti de jure foederum denuo expreſſis verbis dicitur, exerceri jura haec nonniſi poſſunt debentque *ſalvo* atque *inno-*

innoxio systemate Imperii; minime vero in hujus præjudicium locum habent. Quamdiu Protestantes in coetus coeunt eodem *systemate intacto*, atque *illibato*, per Catholicos id omnino licet, quocunque sub nomine id faciant: quodsi conventus isti in systema Imperii universum influxum habent; atque effectus iisdem attribui soliti præjudicio esse Catholicis possunt, hosce non haberi pro legitimis mirum non est.

Acta recentia præterea, quae jam attuli in *Diss. de Guarantia pactorum Religionis*, occasione hujus nominis adhibiti a quodam Procuratore Camerae, sunt in hac materia: cum subdelegatus Bremensis in voto quodam suo *Corporis Evangelicorum* denuo meminisset, Moguntinus anno 1769. 20. Nov. ad Protocollum dictavit: „was von einem Corpore Evangelicorum „hier anzuregen gefällig gewesen, dargegen mus mann die Kayserliche „Commissions Decrete von verschiedenen Jahren, besonders vom 12. April. „1720. bemercklich machen: reposuit Bremensis 24. Nov. gegen die so be„daurliche als befremdliche Anregung contra Corpus Evangelicorum will „mann einsweilen die bekannte Worte des Instr. P. W. Art. 5 §. 52. und „den darinn gegründeten Reichsüblichen Sprachgebrauch bemercklich ma„chen. Opposuit Moguntinus 27. Nov. weiters kan niemand befremdlich „seyn, da mann (um etwaigen Folgerungen aus dis ortigen Stillschwei„gen vorzubiegen) sich auf die allerhöchste Kaiserliche Commissions-Decret „insonderheit auf jenes vom Jahr 1720. bezogen hat; welches dem Instr. Pac. „Art. 5. §. 52. gewißlich nicht entgegen, sondern überhaupt der Reichs Ver„fassung und der Sprache der Gesezen vollkommen gemäß ist.„

Ad §. *XXX*. Quam vere inquiat Auctor arbitrarium usurpandi juris eundi in partes per vota ita dicta communia modum Protestantibus ipsis primi subsellii displicere, paucis ex Actis publicis recentioribus ostendere juvat. Atque hac ratione contra votum commune a majoribus obtrusum inquit Legatus Saxonicus 5. Aug. 1761. apud *Fabri* neue Staatskanzley *Tom. 6. p. 231.* „Sonach dann aber diejenige neue Passus, so wiederum bey heutiger Gele„genheit von Chur-Brandenburg, und übriger adhaerirenden Seite und „zwar nomine Evangelicorum communi, mit vermeintlichen denenselben zum „Grunde liegen sollenden Votis communibus des Evangelischen Theils gewaget „worden, müsse man auf den Fuß consideriren, daß es dabey allenthalben „an dem behörigen modo und forma schlechterdings fehle und die Ordnung, „Gebühr, und Verfassung darunter durchgehends aus denen Augen gesezt „werden wollen; dahero dann dis orts derley Nullitaeten und unbefugten An„massungen, in specie auch wegen dabey einschlagender, besonderer, compe-

tirender

„tirender Gerechtsame, und Befugnissen semel pro semper contradiciret wer„de: et p. 241. ibidem: Bey so gehäuften willkührlichsten Ermächtigungen „und der Wahrheit offenbahr entgegen gehenden Vorgeben Chur-Branden„burgischer Gesandschafft und wo der *Casus itionis in partes* ein vor allemahl „gegenwärtig nicht existire, behalte man sich mit ausdrüklichen Widerspruch „dagegen quaevis competentia hierbey nochmahlen feyerlichst bevor. Porro l. „cit. p. 246. in Collegio Principum *Würtembergensis*: Beharre bey dem, im „Protocoll liegenden diesseitigen ad intentionem Caesaream gestellten Voto, und „könnte diesfalls eben so wenig, als es von Vor-Pommern, Mecklenburg„Schwerin, und Hessen-Darmstadt geschehen dem Voto communi Evangeli„corum beytreten, sondern conformire sich vielmehr verbotenus der am 3ten „hujus dieserhalb von Vor-Pommern ad Protocollum gegebenen Erklärung. „p. 251. tum *Mecklenburgo-Schwerinensis* tum *Hasso-Darmstadius* inquiunt: Eben „dises jus liberi suffragii: welches eines der vornehmsten Ständischen Vor„rechte seye, würde dadurch in ein lauteres Nichts verwandlet werden, wann „majora Evangelicorum absolute die nicht mit disen majoribus übereinstimmen„de in dem Reichs-Fürsten-Rath praecludiren wollten. Diser Thesi müsse „man also auf das nachdrücklichste contradiciren. Es seyen auch nicht zwey, „sondern mehr ansehnliche Vota, die eben so, wie diesseitig gestimmet hätten. „Man inhaerire also seinen am 3ten hujus gethanen Aeusserungen und müsse „die gebrauchte General-Rubric Votorum communium omnium Evangelico„rum vor dißmal contradiciren.„ Adde plura adhuc alia l. cit. occurrentia.





